Universidad de Deusto
Biblioteca

PERERII

COMMENTARII

IN DANIELEM

Universidad de Deusto
Biblioteca

Estante 6
Plúteo 3

224.5.07
P44b
476750

40000476750

Universidad de Deusto
Biblioteca

BENEDICTI

# PERERII VALENTINI

E SOCIETATE IESV.

## *Commentariorum in Danielem prophetam.*

LIBRI SEXDECIM.

Adiecti sunt quatuor Indices, vnus Quæstionum, alter eorum quæ pertinent ad doctrinam moralem, & vsum concionandi: tertius locorum sacræ Scripturæ: quartus generalis.

*Accesserunt etiam ad marginem plurimi auctorum loci, qui in priori editione desiderabantur.*

ANTVERPIAE,

*In Ædibus Petri Belleri, sub scuto Burgundiæ.*

*Anno* 1594.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTHECA COLLEGII VALLISOLETANI SOCIETATIS IESV
IHS
FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

## Priuilegij Sententia.

Regiæ Maiestatis Priuilegio cautum est, ne quis primo sexennio, citra Petri Belleri Typographi Antuerpiensis voluntatem imprimat, vel alibi impressum venale ue habeat, in toto Regiæ Maiestatis dominio, Cõment. Benedicti Pererij Societatis Iesu Presbyteri, in Danielem Prophetam, sub pœnis in Regio diplomate contentis quas Rex concessit 1593. & subsignatis.

I. de Busche

# ANTONIO CA
# RAFÆ S. R. E.
# CARDINALI
# AMPLISSIMO.

## BENEDICTVS PERERIVS
## E SOCIETATE
## IESV. S. D.

PAtua ingenia, & modicis doctrinarum opibus instructa, vix aliquid mediocri laude dignũ, nec sine magno & diuturno labore enituntur. Et ego, ANTONI CARAFA, princeps Illustrissime, sexdecim libros commentariorum in Danielẽ prophetam, decennali cura elaboratos, etiamnum cunctabundus, nec nisi, vt manum aliquando de tabula, pudore simul ac tędio more victus, sub tui nominis tutela & præsidio, in publicum emitto. Nec sum nescius, in his commentariis licet, tam lento studio compositis, & frequenti retractatione, velut incudi subinde redditis, plurima tamen desideratum iri, etiam à nõ doctissimis. Facit nimirum, multiplex ingensque libri Danielis obscuritas, & communis mortalium, ad res arduas cognitu effectuque superandas infirmitas, atque in primis, conscientia propriæ tenuitatis & imbecillitatis, vt multa his meis scriptis adiici, non pauca detrahi, omnia fieri posse meliora non dubitem. Sed mihi animum facit ad aggrediendum, deditque ad perseuerandum cõstantiam, quin & spem aliquam iniecit, nonnullum finis operis fructum consequendi, eorum maximè auctoritas, in quorum arbitrio & potestate studia mea sunt: quorum ego voluntati non obsequi, aut iudicio non acquiescere, nefas putaui. Opus igitur, licet maius viribus nostris sentiremus, magno tamen animo cœpimus, cœptumque, pertinaci studio prosequuti sumus. Quod si ad extremũ non perduximus, aliquatenus certè promouimus: id nempe profecimus, vt alij præpollentes ingenio, & doctrina otióque abundantes, incœptis nostris vel adiuti, vel incitati, efficiant ipsi, quod nos tentauimus, quodque inchoauimus, absoluant, denique, quò nos intendimus, ipsi perueniant,

Ac nobis, quidem, in molitione huius operis, illud sempet ante oculos fuit, vt quæ obscura sunt apud Danielem, (sunt autem quamplurima) sic nostra interpretatione illustraremus, vt ea lectori, etiam non admodum erudito, clara, & ad intelligendum facilia redderemus. Multa Daniel tectè, abstruse, ac more prophetico, dissimilium rerum imaginibus adumbrata edidit: quæ nos propheticis illis figuratum integumentis enudata, quasi ipsa per se sunt expressè cognoscenda, velut sub legentium oculos subiecimus. In tractandis porrò maximarum rerum arcanis, tam presè ac præcisè scripsit Daniel, vt æquet verba sententiis, plusque interdum significet, quàm dicat, paucissimis verbis augustissima coarctans mysteria. Hic nobis vrendum fuit plenioribus commentariis, vt prophetiæ breuitas, latitudine interpretationis, quasi laxata apertior esset ad intelligendum: ne scilicet, angustiæ dictionis propheticæ, impenetrabiles redderent prophetiarum intelligentiam. Quid ego dicam de tam variis, mirisque tot regum regnorumque casibus? de iudiciis amplissimorum orbis terræ imperiorum conuersionibus? de obscurissimis totius penè mundi chronologiis & historijs? Has, vt passim lector in libro Danielis habet obuias, ita quasdam offendet propemodum inexplicabiles: quas nempe, vt in Gordio nodo Alexander Magnus fecisse dicitur, obrumpere facilius fit, quam ritè dissoluere. Ad tantam igitur difficultatum molem exuperandam, vix credibile dictu est, quam crebro monumenta veterum & recentiorum, Græcorum, & Latinorum Poëtarum, Philosophorum, Chronologorum, Historicorum, Theologorum, denique cuiusque generis Scriptorum, volutanda, & excutienda nobis fuerint. Quam subtiliter, & curiosè omnes antiquitatis anguli, latebræque identidem fuerint perscrutandæ. Quam sæpe, ad veri testificationem & confirmationem falsique confutationem grauissimos testes producere oportuerit, ex Græcia, Herodotum, Thucydidem, Ctesiam Gnidium, Xenophontem, Polybium, Diodorum Siculum, Straboncm, Dionysium Halicarnassæū, Plutarchum, Pausaniam, Dionem, & Appianum Alexandrinum: ex Latio, Liuium, Curtiū, vtrumque Plinium, Tacitum, Florum, Iustinum: è Iudæa, Philonem, & Iosephum, atque Hebræorum Rabbinos: ex nostra, id est Christianorum schola, Iustinum martyrem, Irenæum, Clementem Alexandrinum, Iulium Africanum, Origenem, Tertullianum, Eusebium, Lactantium, vtrumque Cyrillum, Hieronymum, Seuerum Sulpitium, Augustinum, Isidorum, & Bedam: vt his posteriores, vsque ad nostrum æuum, quamplurimos, & minoris nominis, prætermittam. Quoties horum sententias, & iudicium? examen vocari necesse fuit? Quoties contra non nullos eorum, pro vero, aut quid similius veri nobis videbatur, fortiter fuit decertandum? Quoties, vt mutuas istorum, super grauissimis rebus discordias dissentionesque tolleremus, vel arbitrinos personam suscipere, vel pacificatoris partes implere oportuit? Neque vero hanc difficultatum suscepti operis cōmemorationem, propterea hoc loco præteximus, quod aliquam laboris & industriæ laudem, velut pretium nauare à nobis operæ, petere velimus, sed quo iustus in tam spissio opere omnes vel inscitiæ, vel obliuionis, atque imprudentiæ culpas, apud intelligentem æquumque lectorem deprecari possimus. Qui, si reputet secum, quæ nos de interpretandi Danielis libri difficultate diximus, nonnulla quæ in his commentariis, cuipiam fortasse, vel aliena, vel superuacua viderentur: ea Danielis prophetiarum illustrandæ obscuritati, vel necessaria, vel perutilia fuisse intelliget.

Sed cur ego, in tanta copia clarissimorum principum, qui in hac vrbis & orbis luce versantur, tibi potissimum, Carafa præstantissimè, hos meos commentarios dicandos esse censuerim, nec tacere fas duco, nec facile tamen, prout equidem vellē, & res ipsa desiderat, possum explicare. Etenim, admirabilis quædam animi tui modestia, magnitudinem virtutum tuarum, altissima dissimulatione abstrudens & occultans, nec minus studiosè laudari refugiens, quàm plerique ambitiosè gestiunt, tuis me de rebus timidè ac parcè cogit dicere. Verùm, quo satis faciam officio meo, simul & verecundiæ tuæ obsecundem, dicā, vt potero, breuissimè. Splendidissimæ virtutes tuæ, singularis tua erga nostram Societatem beneuolentia, multis ac magnis testata, & expressa beneficiis, flagrantissimū bonarum omniū disciplinarum, maximè verò sacrarum literarum studium, denique, incredibilis amor, & gratia, qua diuinæ sapientiæ studiosos, cultoresque complecteris, ad hoc me consiliū, deliberationem, sententiam impulerunt. Tu enim (dicam hoc vere, & dicam magno doctorum, bonorumque assensu, & gaudio) tu inquam, quod paucissimis mortalium contigit, cū splendore nobilitatis, virtutem, cum virtutis præstantia, prudentiam rerum Ecclesiasticarum: cum prudentiæ gloria, ardorem animi, studia Christianæ pietatis, & doctrinæ tueri, prouehere, ornareque cupientis, adequasti. Sed alias virtutes tuas, prædicabunt alii, quorum scilicet, celebrandis tuis laudibus, ingenium, & eloquentia suffecerit. Ego in præsens, de scientia tantùm, & studio sacrarū literarum strictim dicam. Hoc nempe, rationem propriè attingit huius operis, & muneris mei, quo, sacris libris interpretandis, publicè fungor: atque hoc etiam studium, tibi ab ineunte ætate, magno in pretio, & honore fuit, nunc autem in amoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus est, atque delectis.

*Encomiū diuinæ Scripturæ. Primo ex eius antiquitate, ex Ios. contra Appi. lib. 1.*

Diuina Scriptura omnibus humanis doctrinis, antiquitate, veritate, dignitate, sanctitate, vtilitate, suauitateque anteceellit. Horum singula, vel modice tractata, non epistolam modò, sed volumen implere possunt. Antiquitatem sacræ Scripturæ, manifestam facit primus diuinarum literarum scriptor Moses, quinque seculis antegressus Homerum: cuius poemate nullum esse apud Græcos vetustius doctrinę monumētum, auctoritate ipsephi confirmare possumus. Quin Aggæū, Zachariā, & Malachiam, nouissimos prophetarum, æquales fuisse constat Thaletis, Pythagoræ, & Anaxagoræ: priores etiam Socrate, & Platone: quos tamē Græcia, vt sapiētiæ principes: & quasi pares celebrauit.

*Secūdo ex veritate.*

De veritate autē diuinæ Scripturæ: quæ potest esse dubitatio cū eius princeps, auctor effectorque sit Deus, cuius nimirū instinctu, ductuque regebantur: qui diuinorum scriptorū monumenta cōdiderunt: *Spiritu sancto inspirati*, vt ait B. Petrus, *loquuti sunt sancti Dei homines*. Omnia igitur quæ legimus in sacris libris: Dei verba sunt, ab ipso nempe Deo, velut dictata: & per sanctos vitos exarata, literisque consignata: *Principium verborū tuorū*, Dauid inquit ipsum Deum alloquens, *veritas*. Quapropter, nulla cuiquā falsitatis quæ illis scriptoribus, vel per libidinem mentiendi, vel per obliuionem, seu incogitantiam accidere, suspicio potest.

*2. Pet. 1.*

*Psal. 118.*

*Tertio ex dignitate*

Quis portò huius Scripturæ dignitatē enarret? Hæc in humanis disciplinis, ex auctoris materię: finisque præstantia: ex rationum item, quibus quæque scientia nititur: atque vtitur, vi ac robore spectari, æstimarique solet. At diuinæ Scripturæ cōditor Deus est: materia, Deus est: finis Deus est: veritatis, & auctoritatis eius fundamentū atque firmamentū: idem Deus est. Denique, nihil illa, cum sit vsquequaque diuina, nisi cæleste, & diuinum redolet ac spirat. Quemadmodum igitur in sole diu mansumque, licet animi tantum gratia deambulantes, calescere tramen, & colorari videmus, ita diuinas literas assiduè studioseque legentiū, atque tractantiū, etiā mētes, sensus, consilia, votaque moresque velut quoddā diuinitatis colore tingi & affici solēt.

*Quartò ex sanctitate.*

Iam verò de sanctitate huius cælestis doctrinæ, superuacaneum est dicere: *Eloquia Domini*, ait Dauid, *eloquia casta, argento igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplū*. Qua similitudine significare ille voluit, verba Dei sacris literis prodita ab omni esse falsitatis & turpitudinis labe purissima, ideoque, simillima esse argento, quod artifex, non semel modo, atque iterum, sed summa diligentia sępius igne purgauit. Quid enim sanctius ea doctrina, quæ tam multa, tamque mira & salutaria, diuinæ,

*Psal. 11.*

uinæ, angelicæ, humaneque sanctitatis, exempla & documenta continet? Hæc præterea tres primos omnis sanctimoniæ fontes aperit, exhibetque mortalibus, castissimum dico, sanctissimumque veri Dei cultū ac religionē, tum mentis integritatem, animi moderatione, prauarūmque omniū cupiditatum, sub rationis imperium subiectione perfectam, denique, aduersus cæteros homines, non eiusdē disciplinæ ac legis tantū professione nobis cum consociatos, sed vel solius naturę similitudine coniunctos, iustitiæ ac misericordiæ studium atque obseruantiā. Ex his fontibus, velut riui cunctarū virtutū profluunt, & ad omnia vitæ humanæ officia ritè suscipienda tractandaque deriuātur. Nec ipsa tantum Scriptura per sē sancta est, verū, sui amatores etiam sanctos esse vult. Equidem puto sacrā doctrinā non inepte cōparari posse mōti Sina, in quo Deus, magnis quondā prodigiis, præsentiam suam declarans, bene viuendi præcepta, suique numinis colendi cæremonias hominibus tradidit.

Ad hanc igitur cælestis disciplinæ montē, si quis belluæ animū, vitāque gerens, aut vulgi erroribus vitiisque infectus accesserit lapidibus interficietur, i. vnde salutē, ac beatam vitā capere debebat, inde pernicię, certumque animi sui exitiū referet.

Cæterum, quæ vis ingenij, quæ vbertas eloquentiæ cōsequi possit, inestimabiles diuitias, & incōparabiles diuinarū literarū vtilitates, ad omnes humanæ vitæ partes, omneque genus hominum, tam priuatim, quàm publicè pertinentes? Ego sanè de studioso, & assiduo, pioque sacrarū literarū cultore, vere dixerim illud Dauidis: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursum aquarū, quod fructū suū dabit in tempore suo, & folium eius non defluet: & omnia quæcunque faciet prosperabuntur*. Nam vt aqua, vitali humore arborem educat, & confirmat, virentēque ac florentē facit, & lætissimorum copia fructuū exornat: ita priorū animus, lectione, ac meditatione sacrarū literarum alitur ad æternitatem, pulcherrimósque fert, ac tempestiuos omnium virtutum fructus: idémque salutari Spiritus S. aqua perpetuò recreatus, nullos metuit rerum aduersarum æstus, & quicquid agit ac molitur, prosperos exitus habet, quin fructum etiam capit ex iis rebus, quæ res aliis detrimentum & pernicię afferre solent. Enimuero, quod quidā eleganter magis quā verè, de philosophia dixit, hoc de sacra Scriptura verissimè dici potest. Est profectò diuina scriptura lux vitæ, magistra morū, animi medicina, bene viuēdi, norma, impię superstitionis expultrix, castęq; ac sanctæ religionis, & pietatis generatrix. Hęc docet quod iubeat Deus, quodq; prohibeat: quidque adm odūm homine Deus coli velit: quæ sit breuissima rectissimaq; in eçlō via, quas pœnas improbi pēdāt, quæ præmia boni cōsequantur.

Huius, qui præceptis ac monitis paret, nihil in terris nimis ci piens metuentve, atque inanium curarum & sollicitudinũ va cuus, cælestẽ vitã humano in corpore imitatur, in tenebris vi det, in tempestate quiescit, in sordibus nitet, in ipsa morte, ve lut mortis sensu carens, & securus immortalitatis gaudio tri umphat. Denique, prægustata dulcedine cælestium bonorum quæ in sacra Scriptura præmonstrantur, ac promittuntur, fi sidit omnia caduca & terrena, & quasi peregrinus, hanc vitam transigit: ad religiones cæli summo desiderio festinans. Qu opes? quæ impetia? quæ voluptates? cum hoc cælesti vit statu, & tam dulci pace ac tranquillitate animi conferen dæ sunt?

*Quos maximè sacrarũ literarum studiũ iuuet. 2 Tim. 3.*

Verum, precipua ex sacrarum literarum studio vtilitas, ab ostore B. Paulo, ad Ecclesiæ principes rectoresque permanea *Omnis enim*, ait ille, *Scriptura, diuinitus inspirata vtilis est ad do dum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit h mo Dei ad omne opus bonum instructus.* Atque in hoc tam hon sto & sancto, tantarumque voluptatum, atque vtilitatum, fo cundissimo, sacrarum literarum studio, magna cum doctrin ac pietatis laude complures versati sunt, qui istius ornatis mi Ecclesiæ Senatus decora & lumina fuerunt: Petrum dic Damianum, S. Bonauenturã, Ioã. Dominici, Turte cremaram Hugonem, Bonauenturam Patauinum, super doctrinæ laud etiam martyrio clarum, Petrum Aliacensem, Bessarionem, N colaum Cusanum, & ne huius gloriæ Cardinalium, fieri putetur, hoc seculum Roffensem martyrem, Caietanum Contarenam, Polum, Sadoletum, Seripandum, Hosium, Sirletum.

*Cardinalis sacrarũ literarũ studiũ.*

*Carafa*

Horum tu, illustrissime Carafa, vt dignitate, sic ingenio si dioque simillimus, eandem, quam illi ingressi sunt viam, pleni insistens gradu, ad consimilem scientiæ ac pietatis gloriam cõ contendis. Tu à tenera ætate, diuinarum literarum incensus amore, qui deinceps, pariter cum ætate ac dignitate creuit Non enim te fugit, scientiam diuinæ scripturæ, omnium es temporum, locorum, ætatum. Hæc namque pueritiam, alit erudit adolescentiam, iuuentutem frænatat ac regit, maturæ ætati grauitatem simul & decorem addit, denique magnu hæc est senectuti solatiũ, deficientique iam homini, & ad mor tem festinanti, sufficiens pariter ac iucundum viaticum: Hæ ego, cardinalis amplissime, iustissimas mihi causas esse duxi cur hos ingenij & lucubrationum mearum prouentus, tibi po tissimum offerre deberem. Si rei magitudinem æstimes, pa uum sane ac leue donum: quale. s. tenuitas nostra dare potuit sin argumenti operis dignitatem, & offerentis singularem ex

gã te reuerentiam & pietatem perpendas, nec aspernandum cuiquam munus: nec tibi, qua es prudentia & humanitate, non maximè placiturum. Nam & hominum nostri ordinis: quem vnicè diligis, qualiacunque in te officia humanissimè accipis, & sacræ Scripturæ qua nihil tibi est antiquius, non ineptis, nec in eruditis commentariis mirificè delectaris. Quin tute mi hi superiore anno significasti, te Danielis, præter alios omnes prophetas, penitus noscendi atque intelligendi esse cupidissimum, eoque si quis ei prophetæ interpretando egregiam nauasset operam, eum tibi, atque omnibus diuinarum literatum studiosis vehementer gratificaturum. Fateor, hunc animi tui sensum & iudicium, tamque propensam in Danielem voluntatem, acerrimum mihi ad maturandam huius operis editionem calcar addidisse, quod si studio & labori meo, vel mediocris fructus responderit, magnam animo capiam voluptatem, Deoque bonorum omnium auctori gratias agam immortales, cui, scilicet, omnis susceptæ & absoluti operis laus, optimo debetur iure.

Vale.

# QVÆSTIONVM ET INSIGNIORVM TRACTATIONVM QVÆ IN SINGVLIS LIBRIS EXPLICANTVR.

*In primo libro.*


ENcomiũ diuinæ Scripturæ ex antiquitate eius, veritate, dignitate, sanctitate atque vtilitate: in Epistola nuncupatoria.

Liber Danielis est Canonicus, & Daniel inter sacros Vates numerandus est. pag. 1

De quatuor causis obscuritatis libri Danielis. pag. 2

De præstantia huius libri. 4

Quæ res insignes, tẽpore Danielis, in orbe terrarum extiterint. 7

An Daniel fuerit Auctor huius lib. 7

An Daniel fuerit de tribu Iuda. 10

Cur Daniel soluta captiuitate à rege Cyro, non cum aliis Iudæis redierit in patriam, & cur eius in sua historia non meminerit Esdras. 13

Quo tẽpore primũ venit aduersus Iudæos rex Nabuchodonosor. 17

An Nabuchodonosor, cuius fit mẽtio in libro Danielis, sit alius, quã ille, qui memoratur in libro Iudith. 21

Vter Nabuchodonosor fuerit prior & antiquior. 22

Cur sinat Deus vasa sacra, & alias res cultui ipsius dicatas, sæpe à Barbaris, & impiis hominibus diripi, & contumeliosè tractari. 24

An Daniel fuerit Eunuchus, & an fuerit virgo. 26. 27

An extraordinaria quædam cibi, potusq; abstinentia, sit laudabilis.

An potuerit naturaliter fieri, vt Daniel parcissimo, vilissimoq; victu, plenior tamen, & pulchrior aliis lautè epulantibus, conceretur.

An legere libros gentilium, eorumque doctrinas perdiscere sit permissum hominibus licitum.

An sit fas studere superstitiosis & maleficis artibus.

Facultas interpretandi somnia data Danieli, an fuerit, ceu habitus in eo permanens.

*Quæstiones de somniis.*

An omnibus sit fides habenda, vel deneganda.

De causis verorum somniorum.

De signis dignoscendi somnia diuina.

De variis modis & effectis diuinorum somniorum.

Cur in somno Deus mysteria fidelibus nonnunquam reuelet.

Cur diuina somnia, non semper detegantur hominibus sapientibus & prudentibus.

Cur nõ omnia diuina somnia, sint clara & aperta.

An fas sit Christiano obseruare & curare somnia.

Cuius sit vere, ac peritè somnia interpretari.

An in somnio, libet vsus rationis, sit liberi arbitrii esse quæat.

De somnio Salomonis, per quod sapientiam





pientiam à Deo adeptus est. 62

*In libro secundo.*

Vnde computari debeat tecũdus annus regis Nabuchodonosor, quoan no somniũ illius statuæ euenerit. 66

De antiqua Chaldeorũ disciplina 67

An lingua Hebraica diuersa fuerit à Chaldaica. 70

An aliena somnia possint à quoquã hominum certo sciri. 71

An somnia hominum, sint angelis nota. ibid.

An Dij, seu angeli, cũ hominibus cõsociẽtur, atque conuersentur. 77

An quispiã hominum propositi sibi somnij verã significationem, naturali ratione scire nequeat. 72

An somniũ Nabuchodonosor potuerit ex causis naturalibus ipsi accidere 76

Cur Deus tam eximiis somniis Nabuchodonosor, regem, impiũ atque barbarũ, dignatus fuerit. 77

An somniũ Nabuchodonosor, potuerit Daniel humana solertia & sapientia verè interpretari. 78

An apud Gentiles fuerint veri somniorum interpretes. 79

Cur illa statua Nabuchodonosor figurata fuit ad similitudinẽ hominis. 80

Cur aspectus illius statuæ, erat terrificus. 81

Cur per illam statuam, quatuor tantum imperia, significata sint, aliis plurimis omissis. 81

An visio huius statuæ differat ab alia similis visione Danielis, quæ narratur infra c. 82

An rex Nabuchodonosor, fuerit rex regum, & omnia continens imperio suo. 83

Quomodo caput aureum statuæ, significabat imperium Nabuchodonosor, & Chaldæorum. 8

An regnante Nabuchodonosor monarchia Medorum potentior fuerit imperio Chaldæorum.

Quomodo verũ fuerit, quod dixit Daniel, regnum Persarum minus fuisse imperio Chaldæorum

Cur imperium Persicum comparatum sit argento.

Cur comparatum sit pectori, & brachiis.

Cur imperium Alexandri compara tum sit ventri.

Quæ res maxime celebrem fecerit Alexandrum. 91.

Cur Romanum imperiũ comparatur ferro & tibiis. 95.

De initio, fine, ac duratione quatuor regnorũ quæ significabat statua.

An Daniel loquatur de regno Christi, quod est in hoc seculo, an in futuro. 1

Quid significet abscissiolapidis è monte, sine manibus.

Quomodo Christus instar maximi montis repleuerit vniuersam terram. 1

Cur Daniel permisit se adorari à rege, eiusque munera, & honores non reiecit. 1

*In libro tertio.*

Quo tempore contigit miraculum trium puerorum. 1

An statua quam fecit Nabuchodonosor, superauit alias omnes celebres statuas. 1

De mensura humani corporis, singulatum eius partium. 118. 1

Cuius ætatis fuerint illi tres socii Danielis, cũ sunt in ignẽ coniecti. 1

Cur alij Iudæi nõ sint vocati ad adorandam statuam. 1

Cur non sit coactus Daniel adorare statuam. 2


Cu

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cur Deus seruos suos, non semper liberet malis, quæ illis accidũt 125
Cur tres illi iuuenes, tantopere imaginem regis adorare, recusauerint. ibid.
Orationem Azariæ, esse sacrã Scripturam. 127
Quibus in rebus iudicia Dei præcipuè videantur incomprehensibilia. 128
Quomodo sancti, verè appellent se iniquos. 129
De cõditoribus vrbis Hierusalẽ. 132
Cur dicta sit ciuitas sancta. 133
Vnde sit dicta Hierusalem. 134
Cur Iudæi commemorationẽ Abrahæ, Isaac, & Iacob, sæpissimè vsurpabant apud Deum. 136
Cur Azarias dicat eo tempore non fuisse prophetas, cum tunc in illa ipsa captiuitate floruerint Daniel, & Ezechiel. 137
An licitum esset Iudæis extra templum Hierosolymitanum sacrificare Deo. 138
Quomodo potuerint Iudæi sacrificia Deo facere in Hierusalem anno quinto post euersam Hierusalem, atque incensum, & dirutum templum. 139
De admiranda vi & facultate Naphthæ. 140
Quemadmodum tres iuuenes ex incendio liberati sint, & de octo miraculis, quæ in eorum liberatione eluxerunt. 142
An citra miraculum fieri possit, vt corpus aliquod in igne positum, ab eo non lædatur. 144
An hi tres iuuenes fuerint martyres. 147
Quis fuerit ille quartus, quem vidit in fornace, & vocauit similẽ filio Dei. 149
Cur angeli apparuerint semper hominibus sub specie humana. 15
An vera fuerit conuersio regis Nabuchodonosor. 154. 19

*In libro quarto.*

De auctoritate cantici trium puerorum. 15
Quid sit, Deum sedere super Cherubim. 15
Quid sit Deum intueri abyssos. 16
Quomodo creaturæ rationis expertes, benedicãt, & laudent Deũ. 16
Cur Moses creationem angelorum in libro Geneseos non tradiderit. 16
De angelorum excellentia. 165. 16
De decem cælorum excellẽtiis. 16
Quid in hoc cãtico intelligi debeat per virtutes. 16
Quales sunt aquæ, quas Scriptura dicit esse super cælos. 16
De præstantia solis. 17
De excellentia lunæ. 17
De septem planetis, & cur eorum mentio vix fiat in sacris literis. 17
De stellis in cælo fixis. 17
De raritate stellarũ in australi parte cæli, & circa polum Arcticum. 17
De rebus meteorologicis, quomodo ex illis maximè laudetur Deus in scriptura. 17
De arcu cælesti, seu iride. 18
De miraculis, & commoditatibus ventorum. 18
Quemadmodum ex igne laudat Deus debeat. 18
De vtilitate vicissitudinis dierum & noctium. 18
De præstantia lucis. 19
De mirabili natura, & potentia fulminum. 187. 19
De præstantia terræ. 19
An omnis terra inter duos tropicos interiacens, sit intemperata, sterilis, & ferè inhabitabilis. 198. 19

De montium vsu, & rebus memorabilibus. 201
De antiquissimo vsu arborum ad vestitum, & vestitum hominum, & pisca earum religione. 209
De octuplici varietate, quæ cernitur in arboribus. 205. 206. 207
Mira de vimbris arborum. 208
De miraculis aquarum, quæ in sacris literis memorantur. 209
De naturalibus aquarum miraculis, velut de fluxu, & refluxu maris. 210
De asphaltite lacu Iudææ. 211
De mirabili ingenio fluuij sabbatici, & fontis qui est apud Gazamantas, & cuiusdam fontis, qui est iuxtà Lairum lacum. 212
Quid significent in scriptura hęc vocabula cete, & leuiathan. 213. 214
De magnitudine piscium. 215
De miraculo lonæ à pisce deuorati, & eius pisces in cuius ore B. Petrus stateren inuenit. 216
Quomodo piscis ille Tobiæ, vim habere potuerit expellendi dæmones. 216
Quanta sit inter aues, & pisces similitudo. 219
Quomodo scripturas dicat renouari aquilæ iuuentutem. 219
Cur in canticis canticorum laudentur oculi columbarum. 221
Quænam auis sit, quæ in psalmo cẽtesimo primo nominatur Pellicanus. 221
De miraculo auis, quæ dicitur Phenix. 229
Vtrum maius naturæ artificium sit in paruis animalibus quã in magnis. 225
De Behemoth, id est, elephanti magnitudine, robore, mãsuetudine, docilitate, similitudine cum homine, & longæuitate. 227
De quinque bonorum generibus, homini à Deo datis. 232
Quibus in rebus consistat naturalis honor, & gloria hominis. 236
An cælum sit homini subiectũ. 238
De decem prærogatiuis gentis Hebreæ. 23
De duplici munere Iudaici sacerdotij. 24
De comparatione sacerdotij Iudaici cum sacerdotio Christiano. 24

*In libro quinto.*

Quo tempore, secundum somnium quod narratur 4. cap. Danielis, contigerit regi Nabuchodonosor 24
An illa Nabuchodonosor in bestiã transformatio, sit historicè, an parabolicè intelligenda. 24
Cur eius historiæ, apud Gentiles nulla fiat mentio. 24
Quam multa peccauerit Iustinus in historia rerum Iudaicarum. 250
Cur angelos Scriptura vocet vigiles. 35
An rex Nabuchodonosor, temporis suæ dementiæ, vinculis fuerit coarctus. 25
Quomodo rex delicatissimus, per totum septennium solis herbis vescendo vitam tueri potuerit. 260
Quid significẽt septẽ tempora. 262
An rex Nabuchodonosor per totos septem annos in illo statu bellua versatus sit. 26
De transformatione regis Nabuchodonosor, qualis illa fuerit, & de quatuor generibus transformationum. 264
An fuerit secundum substantiæ mutatus in bouem, vel aliud animal. 266.
An amiserit externam figuram corporis humani. 267.

An

Universidad de Deusto
Biblioteca



An dicatur mutatus in bestiam secundum aliorū tantūm, vel suā existimationem. 268
Quę sit verior sententia de transformatione Nabuchodonosor. 269
Quomodo scriptura dicat, postea fuisse redditam ei regi propriam eius figuram. 269
Cur Daniel solam eleemosynarum largitionem suaserit regi, ad placandum Deum. 270
An supplicium diuinitus regi constitutum, potuerit largiendis eleemosynis auerti. 271
Cur Daniel dubitanter dixerit, forsitan Deus ignoscet, & cur sancti de remissione peccatorum dubitanter, & timidè loqui soleāt. 272
Quomodo eleemosyna deleat peccata. 274
An sit aliquod genus eleemosynæ, vel aliquod genus peccatorum, in quibus permanenti homini, possit prodesse eleemosyna ad salutē æternam. 262. 277
De Babylonis magnitudine & magnificentia. 278
De ciuitatis Babylonis cōditore 280
An supplicii regis Babylonis, duodecim menses dilatum sit. 282
An rex Nabuchodonosor tandem saluus fuerit. 283
Cur Nabuchodonosor, Iudæos captiuitate, aut regem Ioachim carcere non liberauerit, aut cur id nō ab eo rege petierit Daniel. 287. 288

*In libro sexto.*

Cur historia capitis quinti, contra rectā historiæ seriem, & ordinem temporum, præposita sit historiis septimi & octaui capitis. 290
De magnificentia antiquorum conuiuiorum. 293
Cur Baltasar, in maximo obsidionis periculo, tam securus conuiuabatur. 29
De Diis Babyloniorum. 29
An illam manum scribentem in pariete, solus rex viderit. 3
Cur Chaldæi non potuerunt legere scripturam illius manus. 30
Cur Deus pepercit regi Nabuchodonosor, & non Baltasari. 3
Quæ fuerint quondam apud principes insignia summi honoris. 3
An Baltasar fuerit occisus. 3
An Babylone sit occisus. 3
An sit occisus eadem illa conuiuij nocte. 3
A quo sit occisus, à Dario Medo, à Cyro, an ab vtroque. 3
Cur Græci soli Cyro eam victoriam tribuant. 3
Cur Daniel, solum Darium Medum eius victoriæ auctorē laudat. 3
Quomodo vna nocte Babylon oppugnari, & expugnari, & rex Baltasar occidi potuerit. 3
Cur Baltasari, & regno Chaldæorum, tanta calamitas exitiumque acciderit. 3
An quæ prædixerant prophetæ de excidio Babylonis, congruant cum ipso euentu, & re vera sint impleta. 3
Quandiu steterit, regnum Chaldæorum. 3
Qui, & quot reges ei regno præfuerint. 3
Quandiu quisque illorum regnauerit. 3
An Baltasar filius an nepos vel pronepos fuerit Nabuchodonosor. ibid.

*In libro septimo.*

Quis fuerit Darius Medus. 3
An fuerit filius filiæ regis Nabuchodonosor. 3

An fuerit idem qui Darius Hystaspis. 331
An fuerit idem qui Cyrus. 331
An fuerit idem qui Astyages. 332
An fuerit is quem Xenophon vocat Cyaxarem. 333
An fuerit is, quem Berosus & alij appellarunt Nabonidum. 334
An Baltasar fuerit is, quem Berosus & alij vocant Labosardach. 334
An citra miraculū fieri possit, quis inter leones versetur illæsus. 337
Miraculum Danielis non læsi à leonibus septem modis fieri potuisse. 338

*In libro octauo.*

Visio quatuor ventorum inter se pugnantium in mari, quid significauerit. 243
Cur angeli comparentur ventis. 244
Cur quatuor monarchiæ comparatæ sint bestiis de mari ascendentibus. 344
Cur imperium Chaldæorum comparatum sit leænæ habenti alas aquilæ. 345
Cur regnum Persarum comparetur vrso. 347
Cur Alexāder Magnus cōparatus sit pardo alato & quadricipiti. 349
Cur bestiæ, cui Romanum imperiū comparatum est, nec species, nec nomen sit expressum. 351
Quanta fuerit magnitudo & potentia Romani imperij. 351
Qua ratione tantum imperium Romani sint adepti. 353
An tantum imperium, Romani iuste acquisierint. 353
An visio Danielis de cornibus decem, & alio paruo cornu, pertineat ad regem Syriæ Antiochū Epiphanem, vt dixit Porphyrius. 354
An ea visio spectauerit ad sectam & imperium Mahumetanorum 356
An pertineat ad Antichristum. 35
Quomodo Sathan habitaturus sit corporaliter in Antichristo. 35
Cur Deus dicatur antiquus dierum. 359
Quid in Deo candor vestium, & albor capillorum significet. 36
Quid sessio Dei, quid thronus eius flammans & ardens. 36
Quid flumen rapidum & igneum facie Dei egrediens. 36
De varietate lectionis illius sententiæ, millia millium ministrabant ei, & decies centena millia ministrabant ei, & quæ lectio, cæteris probanda magis sit. 36
Quantus sit numerus angelorū 36
Vtrum distinctio angelorum in administrantes, & assistentes probanda sit, & qui sint assistentes, & qui ministrantes. 36
Vti plures sint, ministrantes, an assistentes. 36
Qui sint libri aperiendi in extremo illo & generali iudicio. 36
De libro vitæ & mortis. 36
An quintum regnum tātopere laudatum hic à Daniele, fuerit (vt dicit Porphyrius) Machabæorum principatus. 36
An quintum regnum, à Daniele descriptum, sit regnū Iudæorū. 37
An illud paruulum cornu significauerit Christū, vt dicūt Iudæi. 37
De regno Christi in priori eius aduentu. 372
De monarchia summi pōtificis. 373
Regnum Christi, octo rebus præcellere cæteris omnibus regnis. 375
De regno Christi post secundū eius aduentum. 375

De

Universidad de Deusto
biblioteca



De opinione Chiliastarum, dicentium per mille annos Christum in terris regnaturum cum sanctis in summa fœlicitate. 378
An regnum Dei & sanctorum, descriptum hoc septimo capite à Daniele, sit illud fictitium à Chiliastis. 380
Qua ratione tot sancti & docti viri in opinionem Chiliastrum deuecti sunt. 380.

*In libro nono.*

An ciuitas Susan tempore Danielis pertineret ad ditionem Chaldæorum, an Persarum. 386.
De ciuitatis Susan origine, conditoribus, amplitudine, & à quo, & cur facta sit Persarum regia. 388.
Cur Susan appeletur à Daniele castrum. ibid.
An Susan fuerit in regione Elamitica. 389.
Cur regnum Persarum comparatum sit arieti, & in priori visione vrso. 390.
Quid significent duo cornua arietis & vnum sublimius altero. 391.
Cur Alexander magnus comparatus sit hirco captarum. 393.
Quæ sit exacta chronographia ortus, vitæ, rerum gestarum, atque obitus Alexandri magni. 396.
An quatuor fuerint Alexandri successores. 398.
An diuisio imperij Alexandrii in eius duces, eo viuente, an mortuo facta sit. 399.
De initio regni Seleuci. 401.
Regni Græcorum, quod sæpe memoratur in libris Machabæorum, vnde capiendum sit exordiũ. 401.
Tres quæstiones, prima cur regnũ Græcorum non inchoetur ab Alexãdro Magno: secunda, cur inchoetur à rege Seleuco, tertia cur appellatur regnum Græcorũ. 4
De chronologia regum Syriæ à primo Seleuco, vsque ad Antiochum Epiphanem, & de crudelitate eius in Iudæos. 4
Quamdiu regnauerit Antiochus Epiphanes. 4
De causa nominum, quibus Angeli in diuina scriptura appellãtur. 4
An sententia Danielis de duratione Antiochiæ persequutionis Iudæorum, pugnet cum sententia auctoris libri prioris Machabæorum. 4
Disputatio de morte regis Antiochi Epiphanis. 4
Quod fuerit, & in qua vrbe templum quod spoliare voluit Antiochus. 4
De loco, in quo mortuus est Antiochus. 4
De genere mortis Antiochi. 4
An rex Antiochus cuius in primo capite posteriotis libri Machabæorum describitur interitus, fuerit Antiochus Magnus. 4
An fecerit Antiochus Epiphanes 4
An quę Daniel vaticinatus est octauo capite, facturum regem Epiphanem aduersus Iudæos ea cõperant Antichristo. 4

*In libro vndecimo.*

Quis fuerit ille Assuerus, cuius filius fuisse dicitur Darius Medus. 422.
Quot annos Darius Medus Chaldæis imperauerit. 4
Quoto anno captiuitatis Babylonicæ, regnum Chaldæorum euersum sit à Cyro. 4
An Cyrus septuagesimo anno captiuitatis, dederit Iudæis libertatem. & eo ipso anno ipse regnare cœperit. 424
An Cyrus proximè post Dariũ Medum regnare cœperit. 425
Cur vocetur annus, quo hæc visio Danieli obtigit, vnus & primus Darij Medi. 425
An Cyrus initio sui regni verè dixerit, vt est in exordio libri Esdræ, omnia regna terræ, sibi esse à Deo data. 430
Quid significet vocabulum, generatio, prout denotat certum spacium temporis. 332
Quid sibi voluit Baruch, dicẽs captiuitatem Iudæorum duraturam ad septem generationes. 332

*De septuaginta annis captiuitatis Babylonicæ.*

An initium eorum annorum, sumẽdum sit à decimo tertio anno regis Iosiæ, vel à captiuitate regis Ioachim. 435
An debeant inchoari à captiuitate regis Iechoniæ. 436
An eos ordiri oporteat à captiuitate regis Sedechiæ. 437
An septuaginta annos captiuitatis duplices facere oporteat. 438
An finiti sint septuaginta anni captiuitatis in secundo anno Darij Hystaspis. 440
An finiti sint in primo ãno Cyri. 443
De ætate Mardochæi. 443
Cur Danieli cum ipse supplicaret Deo pro liberatione populi sui reuelatum sit tẽpus aduentus Messiæ. 446
Cur Daniel tam sollicitus & anxius erat liberationis Iudæorum, quẽ sciebat promissam à Deo, eiusque tempus tunc instare. 445
Quid significet apud Danielem, vocabulum Hebdomadis. 449
Cur dicantur abbreuiatæ hebdomades. 4
Quid sit consummari præuaricationem. 45
Quomodo Christus finem imposuerit peccato. 4
An opinio existimãtium, annos septuaginta hebdomadũ intelligendos esse lunares, non autem solares, sit probabilis, ac bene defendi queat. 454
Disputatio contra hæreticos, quod per Christi gratiam, peccata non tantum homini non imputetur, sed etiã penitus auferãtur. 460. 26
Quomodo Christus sit iustitia nostra. 46
Quomodo differat iustitia Euangelica à iustitia legali. 48
An dominus noster impleuerit omnes prophetias, quæ erant de Messia. 464
Quomodo Christus impleuerit legem & prophetias. 464
An ex ipsa scriptura probari possit animam Christi descendisse ad inferos. 469
Cur dictus sit Messias seu Christus, quod latinè significat vnctus. 473
An sit proprium Messiæ, appellari sanctum sanctorum, & de ratione eius appellationis. 474

*De initio septuaginta hebdomadum.*

An sumendum sit initium septuaginta hebdomadum ab anno quarto regis Sedechiæ. 47
An ab anno primo Darii Medi. 47
An ab anno primo regis Cyri. 47
An ab anno secundo Darij Hystaspis. 47
An ab anno secundo Darij Noti 47
An à septimo anno Artaxerxis Longimani. 47

Universidad de Deusto
Biblioteca



An ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani 480
An post reuersionem Iudæorum ex captiuitate Babylonica, ciuitas Hierusalem, & muri eius, refecti fuerint ante Nehemiam. 482
An distinctè ac definitè notum fuerit Danieli, quantum temporis superesset, à sua ætate, vsque ad Messiæ aduentum. 484
An quē Gabriel, hic vocat Christū ducem, is fuerit, vel Cyrus, vel Zorobabel, siue Iesus pontifex, siue Nehemias, vel Hyrcanus 485
Quod per Christum ducem, non alium, quam dominum nostrum Iesum, intelligere necesse sit. 486
Cur Gabriel sic loquutus sit septem hebdomades & sexaginta duę hebdomades. 487
An Christus cuius necē post sexaginta duas hebdomadas futurā prædixit angelus fuerit rex Agrippa. 489
An fuerit Hircanus Pontifex. 489.
An fuerit Dominus Iesus 490
Vnde auspicari oporteat sexaginta duas hebdomadas, post quas Gabriel necem Messiæ futuram esse dixit. 491
Cur Gabriel in exponendo septuaginta hebdomadas, memoret mala Iudæis euentura post illas hebdomadas. 494
An probari possit, mala quæ passi sunt Iudæi post Domini nostri mortem. & nunc patiuntur, fore perpetua. 496
Quoties Iudæi post excidium & exilia suū sub Tito & Adriano Imperatoribus, conati sint reficere templum Hierosolymitanū. 496
Quibus prodigiis Iudæi ab instauratione templi, & deterriti & retracti sint. 497
An ex scriptura probari possit hodie Iudæorum calamitatem fore perpetuam.
Quomodo differat hæc Iudæorum calamitas ab aliis, quas ante Christi aduentum passi sunt.
Quibus Dei singularibus beneficijs carnerint Iudæi post captiuitatem Babylonicam.
An cōuinci possint Iudei, mala patiuntur, propter Messiæ necem ipsis accidisse.
Quibus pœnis propter Christi necem puniti sint Iudæi.
An post Christi mortem, Iudæorum sacrificia omnino defecerint.
Quodnam sit pactum, quod Messias multis erat cōfirmaturus. 500
Quibus modis Dominus noster Iesus bauit Iudæis se Messiam esse, & doctrinam suam esse veram.
An abominatio desolationis, stans in loco sancto, significauerit Antichristum.
An ea significauerit idolum in templo Hierosolymitano posituū a Gaio Antiocho.
An significet statuas, vel imagines Romanorum imperatorū.
An significet immanissima scelera Iudæorum intra ipsum tempus facta.
An significet futuram post Christi mortem, Iudaicorum sacrificiorum & cæremoniarum abominationem ac desolationem.
An significet exercitū Romanorum quo desolata est Hierusalem.
De quo exercitu, & obsidione Hierusalem loquatur D. Lucas cum de obsidione Cestij præsidis Syriæ, an de obsidione Titi imperatoris.





De multiplici obscuritate ac difficultate disputationis, quæ est de septuaginta hebdomadis. 522
An chronologia Hebræorum vera sit 525
An probanda sit chronologia Ioannis Annij, tùm nominibus Berosi, Manetonis, Methasthenis, & Philonis. 527
An sit exactę veritatis, chronologia per tempora regum ducta, & descripta. 531
De olympiadū nomine origine, & in chronologia, certitudine. 532.
Quando cœperit regnare Syrus. 533
An initium Olympiadum locandū sit in octauo anno regni Achaz, regis Iuda. 535
Quando Roma condita sit, secundum chronologiam sacræ scripturæ. 535
An excidium Troiæ contigerit tempore Heli, Hebræorū pontificis. 535
Quo tempore, secundum sacrā chronologiā, fuerit diluuiū Ogygij. 536
Quis fuerit ille Darius rex Persarū, sub quo narrat Esdras templi ædificationem esse absolutam, vtrum is fuerit Darius Hystaspis, an Darius Nothus. 537
An verum sit quod Iudæi dixerunt Dōmino nostro, vt apud Ioannem ca. secundo, quadraginta sex annis fuisse templū ædificatū. 539
Quo tempore templum inchoatū, & perfectum fuerit. 540
An rex Artaxerxes, sub quo muri Hierusalem, duce Nehemia, refecti sunt, fuerit Xerxes, qui bellum Græcis intulit. 541
An is fuerit Artaxerxes Mnemō 673
An is fuerit Artaxerxes Longimanus. 541
Quoto anno post Romam conditā, natus sit Christus. 546
Quibus consulibus sit natus 544
De tempore ortus, consulatus, triumuiratus, monarchiæ & mortis Augusti Cæsaris. 544
Quoto anno Augusti Cęsaris, Christus dominus natus sit. 545
In quoram olympiadē, Christi Domini ortus inciderit. 547
Quoto anno post orbem conditum natus sit Dominus noster. 548
Quoto anno regni Herodis, natus sit Saluator noster. 549
An Christus baptizatus sit cū iā expleuisset viginti nouē annos, & decē mēses, vt putauit Epiphanius. 553
An sit baptizatus decimo tertio die post expletum annum vigesimū nonum. 554
An baptizatus sit Christus, iam expleto trigesimo anno vt Bedæ placuit. 552
An Christus vltra quadraginta annos in terris vixerit 555
An vixerit tantū triginta annos 557
An D. Augustinus senserit Christū trigesimo annoesse mortuum. 557
An triginta duos annos non excesserit. 557
An trigesimum quartum annum attigerit Ibid.
An mortuus sit decimo nono anno Tiberij, & octauo anno procurationis Pilati. vt putauit Onuphrius. 558
An mortuus sit in ipso plenilunio. 559
An Christus sit mortuus trigesimo tertio ætatis anno, tantum inchoato. 559
An cū Christus dicitur natus quadragesimo secūdo āno Augusti, & mortuus 18. anno Tiberij intelligendi sint illi anni pleni, an imperfecti,

vel partim, pleni partim imperfecti. 560
Ad Christus mortuus sit anno quarto ducentesimæ secundæ olympiadis. 561
An, quem Ioannes capite quinto vocat diem festum, is fuerit dies sortium, vel encæniorum, an potius dies paschatis. 563. 564
An miraculum aquæ in vinum mutatæ factum, à Christo in nuptiis, vno anno post eius baptismum euenerit. 569
Quo tempore excidium Hierosolymitanum sub Tito, & Vespasiano factum contigerit. 572
De immani clade Iudæorum sub Adriano Imperatore. 572
*Sequuntur quæstiones de opinionibus variorum auctorum, super computatione septuaginta hebdomadum.*
Quæstio de opinione, quam refert D. Augustinus in epistola octogesima. 574
De opinione Iulij Africani. 576
De opinione Origenis. Ibi.
De opinione Hippolyti. 575
De opinione Clementis Alexandrini. 576
De opinione Tertulliani 577
De opinione veterũ Hebræorũ. 578
De opinione Eusebij. 579
De opinione Cyrilli Hierosolymitani. 580
De opinione Diui Chrysostomi. 581
De opinione Driedonis & Iãsenij. 583
De opinione Theodoreti. 581
De opinione Lyrani, Burgẽsis, Galatini. Varabli. 582
De opinione Ioannis Lucidi. 583
An Themistocles, cum damnatus à Græcis, fugit in Asiam: tunc adierit ad regem Xerxem, an ad filiũ eius Artaxerxem.
In disputatione de septuaginta hebdomadis, quæ sint controuersa & quæ extra controuersiam.
Quæ sit omnium probabilissima sententia, de ratione computandi septuaginta hebdomadas.
An diuina scriptura, in recensendo magno aliquo numero, & præsertim annorũ, soleat mẽses aliquos aut etiam annos ommittere.
*In libro duodecimo.*
An possit dici propheta, qui prophetica videt, aut loquitur, ea tamen nequaquam intelligens.
Cur Daniel tantopere lugeret eo tempore quo populus Hebræus de captiuitate Babylonica reuersus erat in patriam.
De antiquitate, ac varietate vestimentorum.
De fluuio Tigre, cur sic dictus, cur appellatus sit à Daniele magnum.
Quid sit aurum obrizum.
Quid significet in scriptura Tharsis.
De Hyacintho, & Chrysolitho, & reliquis lapidibus.
Cur angelorum visio, & alloquium primo terrificum est hominibus.
Cur ex diuina, vel angelica visione accidat homini, vt videatur postea esse infirmior, vilior, & rudior quam ante fuerat.
An D. Hieronymus senserit principem illum Persarum, qui restitit Gabrieli, fuisse malũ angelum.
An reuera ille princeps, fuerit bonus an malus angelus.
Quomodo angeli boni inter se possint considere, ac pugnare possint.
Quibus rationibus, princeps Persarum contendebat Iudæos non esse captiuitate liberandos. 615
Quibus rationibus, Gabriel & Michael, Iudæorum liberationem apud Deum procurabant. 615
Cur tandiu, id est, per vnũ & viginti dies, duraverit pugna inter principẽ Persarum, & Gabrielem. 618
Ex quo ordine angelorũ sit beatus Michael. 619
Quis fuerit ille princeps Græcorũ, qui dimicabat contra principem Persarum. 625
Quis fuerit ille rex Persarum, iuxta quẽ dicit se Gabriel remãsisse. 625
Quomodo nullus angelorum præter Michaelem & Gabrielem Iudæorum liberationi fauerit. 620
An tempore Danielis, gens Iudæorum, aliqua re læserat, aut offenderat gentẽ Græcorum, sicut Beatus Gregorius existimauit. 627
*In libro decimo tertio.*
An visio, quæ in decimo & vndecimo, duodecimoque cap. narratur, sit vna, an diuersa. 630
Cur angelus memoraverit reges Persarum tantum, qui futuri erant ad Xerxem. 632
Disputatio de monarchia Persarũ, & primo quot reges in ea fuerint à primo Cyro vsque ad vltimum Darium. 633
De regis Cyri laudibus, & celebritate nominis. 631
Duodecim principes variarum gentium ex historiis colligi, fuisse omnium maximè celebres, & memorabiles. 635
De secundo rege Persarum Cambyse, & an is fuerit ille Nabuchodonosor, qui memoratur in libro Iudith. 637
De quarto rege, qui dictus est Darius Hystaspis, & quoto huius regis anno, vtrum sexto an nono ædificatio templi Hierosolymitani absoluta sit. 636
De quinto rege qui appellatus est Xerxes, quamdiu regnauerit, & an is fuerit ille rex dictus Artaxerxes, qui misit in Iudæã primo Esdram, deinde Nehemiam, sicut opinatur Iosephus. 637. 638
Quãtæ fuerint copiæ huius Xerxis tã terrestres, quàm nauales, quas is duxit aduersus Græcos. 637
De septimo rege, id est, de Artaxerxe Longimano, cur is cognominatus sit Longimanus: & an fuerit, quemadmodum existimat Iosephus, maritus Esther, qui nominatur in eo libro Assuerus, & an fuerit ille Artaxerxes, quem Esdras cap. 4. narrat prohibuisse ædificationem templi. 635
De Dario Notho, decimo Persarum rege, quamdiu regnauerit: & an sub eo rege fabrica templi Hierosolymitani absoluta sit, vt Seuerus Sulpitius putauit. 635
De vndecimo rege qui dictus est Artaxerxes Mnemon: an is fuerit maritus Esther. 640
De tempore quo vixit Mardocheus, ibid.
De duodecimo rege, qui fuit Artaxerxes Ochus, an hic fuerit ille rex Nabuchodonosor, qui memoratur in libro Iudith, sicut arbitratur Sulpitius. 641
Quamdiu steterit monarchia Persarum, à Cyro eius conditore vsque ad Alexandrum magnum eius euersorem. 642
De origine imperij Parthorum. 644
Cur angelus tãtum prænunciare voluerit futura bella inter reges Sy-

Universidad de Deusto
Biblioteca



riæ, & Ægypti prætermissis aliis regibus. 644
De felicitate Ptolemæi Lagi, qui primus fuit post Alexandrum Ægypti rex. 645
Quemadmodum hic tractauerit Iudæos. 646
De opulentia, & magnificentia Ptolemæi Philadelphi, secundi regis Ægypti. 647
De bellis inter Philadelphum, & tertium regem Syriæ Antiochū cognomento Deum. 649
De bellis, & victoriis Ptolemæi Euergetis, tertij regis Ægypti aduersus Seleucum Callinicū quartum Syriæ regem. 650
De Antiocho Magno: de rebus eius secundis, & aduersis: de benignitate eius aduersus Iudæos 651
Victoria Ptolemæi Philopatoris de Antiocho Magno: & copiarū vtriusque regis descriptio. 654 655
Quemadmodum multa nobiliter gesta in Oriente & in Occidente, simul in eundem annum conferunt. 655
Descriptio templi, quod Onias Iudæus in Ægypto condidit. 658
An in eo templo Oniæ, impletum fuerit vaticinium Esaiæ quod est in capite 19. de altari in medio Ægypti erigendo. 660
Quomodo Scopas dux Ptolemei, victus sit ab Antiocho magno. 661
Commendatio terræ Iudææ. 662
Quantum fuerit tributum, quod Romani, victo Antiocho Magno imposuerunt. 665
De morte Antiochi magni. 667
Cur Seleucus Philopater, filius Antiochi magni, cum vndecim annis regnauerit, dicatur tamē ab angelo paucis diebus victurus. 669

*In libro decimo quarto.*

Quemadmodum imperium Græcorum ex sententia Theodoreti rebus simile fuerit imperio Romanorum.
*Longa, & multiplex disputatio de Antichristo*
Vnde sumpta sint, quæ in hoc commentariis disputantur de Antichristo.
De nomine Antichristi
Antithesis, seu contrapositio Christi, & Antichristi suè tract
Antichristum, non fore ipsum diabolum sub specie hominis, vt putauit Hippolytus
De conceptu Antichristi.
Quomodo D. Hieronymus dixit Satanam habiturū corpora in Antichristo, & curis vocet à Paulo homo peccati, & filius perditionis.
An, sicut Christus est caput omnium bonorum, ita sit futurus Antichristus caput omnium malorū.
Ex sententia veterum, vsque ad Antichristum, permansurum esse imperium Romanorum.
An ipsemet Nero Romanorum imperator, futurus sit Antichristus vt multi non obscuri auctores putarunt.
Cur permittet Deus aduentum Antichristi.
Quanta sub aduentum Antichristi futura sit hominū improbitas in Iudæos in primis, receptūros Antichristum.
Antichristum, Babylone nascitur ex parentibus Hebræis, & ex tribu Dan.
Antichristum ab initio futurū [illegible] obscurum, & inualidum

*In libro decimo quinto.*

Antichristum, sex modis ingentem sibi potentiam paulatim comparaturum. 683
Futurum Antichristum callidissimū simulatorē & hippocrytā. 683
Futurum etiam artiū, & rerum curiosarum professorem, ac doctorem. 684
De opulentia & largitionibus Antichristi. 685
De prodigiis & miraculis eius. 685
Quæ alia sint futura eius miracula. 686
An omnia prodigia, quæ faciet Antichristus, factura sint ficta, & mendacia. 687
An Antichristus superaturus sit priores omnes imperij amplitudine, & potentia. 687
De legatione Romanorum ad Antiochum Epiphanem, cum is obsideret Alexandriam. 691
De infelici exitu, & interitu regis Antiochi Epiphanis. 696
An sit facturus se Deum Antichristus. 696
In quo templo sessurus sit Antichristus. 697
De nuntiis, & legatis, quos ad omnes gētes mittet Antichristus. 698
Oratio Antichristi ad suos, ibid.
An futurus sit Antichristus libidinosus, & voluptuosus. 699
De miserrimo interitu Antichristi. 701
Quomodo simulabit se mortuum, & iterum ad vitam redire. 705
Quod iubebit obseruari diem Sabbathi, & diem dominicum, ibid.
Quomodo simulaturus sit se, in cælum ascendere. Ibid.
Quemadmodum Christus verbo suo, vel spiritu oris, vt ait Paulus, interfecturus sit Antichristū ibid.
Quisnam futurus sit Deus Maozim quem colet Antichristus. 699

*In libro decimo quinto.*

Qui sint venturi testes veritatis in consummatione seculi, aduersus Antichristum.
An Elias tantum, & Enoch, an etiam Hieremias vel Moises aut Ioannes Euangelista. 708
Quanta futura sit persecutio Antichristi, & quod futura sit corporalis simul, & spiritualis. 713
Quomodo Antichristus dicitur superaturus sanctos. 713
De quinque generibus persecutionum Ecclesiæ. 713
Præcipuè conabitur Antichristus de medio tollere Baptismum, Eucharistiam & signum crucis 714
Quod erit symbolū, & insigne Antichristi dādū eius sectatoribus. 714
Quid significetur per nomen libri Dei, in quo scripti sunt electi. 715
An possit aliquis deleri de libro viuentium. 715
An in fine mundi, omnes Iudæi sint ad Christum conuertendi. 717
Cur angelus dicat, multos ex mortuis resurrecturos, cum sint resurrecturi omnes. 720
Ex libro quarto Esdræ, tametsi non sit canonicus, multas tamen sententias, & à doctoribus, & ab ipsa Ecclesia in officiis Ecclesiasticis, & diuinis mysteriis tractādis vsurpari. 72
De gloria eorū, qui docent alios iustitiam. 72
An sanctus indoctus, & sanctus doctus parem habituri sint mercedem. 72
De obscuritate sacræ Scripturæ aduersus hæreticos. 72
Quis idoneus sit scripturæ interpres. 72

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quid significet angelum, vel Deum iurare. 729
Quamdiu durabit persecutio Antichristi. 730
De mirabili prouidentia Dei in moderandis diaboli tentationibus. 731
De quadraginta quinque diebus superfuturis post necem Antichristi. 735
Quid sit sors sanctorũ, & cur sic appellentur. 737

*In libro decimo sexto.*

An historia Susannæ, & Belis quæ duobus vltimis capitibus libri Danielis narratur, sit canonica. 740
Comparatio Lucretiæ, & Susannæ, in virtute & laude castitatis. 743
An in iudicio Susannæ, Daniel recens fuerit puer. 745
Ratio secuanda in examinãdis testibus, exemplo Danielis. 749
Disputatio de illa agnominatione, & illusione nominum earum arborũ, sub quibus illi senes se mẽtiebantur fuisse, qua Daniel vsus est ad eos conuincendos falsitatis. 749
Quæ pœna fuerit in adulteros secundum legem Moysis constituta.
Quæ pœna fuerit adulterorũ apud Romanos, Parthos, Ægyptios, Græcos, & Turcas.
Sub quo rege, historia quæ narratur decimo quarto cap. contenta sit.
An ille rex fuerit Cyrus.
Quis fuerit Belus Babylonius Deus, & quo tempore ille vixerit.
Descriptio templi, & sepulchri Beli.
An origo idololatriæ fuerit tempore huius Beli.
Quod genus mensuræ fuerit Aroba.
De mensuris liquorum apud Romanos.
De mensuris liquorum apud Hebreos, & in sacra scriptura vsurpatis.
Mira de serpentibus, & draconibus quos olim gentes quibusdam hominibus colebant.
De Habacuc, cuius mentio fit in extremo huius libri.





# EORVM QVÆ IN SINGVLIS LIBRIS HVIVS OPERIS PERTINENT AD DOCTRINAM MORALEM, & vsui esse possunt concionatoribus.

*In primo libro.*

CVR patiatur Deus innocentes, eisdem malis affici, quibus improbi prematuntur. 19
Cur permittat Deus res sacras, sibiq; dicatas ab impijs rapi, & contumelioseè tractari. 24
De laudibus abstinentiæ, & quæ sit vera & perfecta abstinentia. 26. 29
An valde in Christiano libros Gentilium legere, eorumque disciplinas addiscere. 33
Quarum rerum cognitio, sit omni homini necessaria ad bene instituendam regendamque vitam. 34
An ijs sit Christianis, studere magicis artibus 35
Pulchra D. Bernardi sententia, de ratione discendi & tractandi humanas scientias. 35
Donum prophetiæ non esse in prophetis modo habitus permanentis. 39
Ex disputatione de somnijs, quæ tractatur in extremo primi libri, multa pertinent ad vsum concionatorum: veluti est, pleraque somnia esse vana, & quibus credere stultum sit: quædam somnia immitti à demone, & quemadmodum ea dignosci possint: multa somnia dari à Deo, & de signis ea cognoscendi: quam varia Deus in somnijs operetur in hominibus: de causis somniorũ, an licitum sit obseruare somnia, &c. 41. 42. vsque ad finem libri.

*In secundo libro.*

Quid sentire oporteat de angelis, tam bonis, quàm malis, & quod manifestis experimentis constet daemones immiscere se rebus humanis. 71
Qui modo Deus, & cur transferat regna, & sinat impios ac barbaros regnare, & dominari bonis. 73
Praclara Philonis sententia, de volubilitate, atque instabilitate regnorũ huius mundi. 77
De quatuor generibus diuinorum signorum. 79
Per pectus & brachia argentea illius statuæ designari ingenia auaritiæ ibid.
Quid significent mystice illius statuæ venter & femora ænea. 95
Quidnam, illius statuæ pes ferreus in digitos partim ferreos, partim terreos desinens secundum moralem sensum denotet. 97
Disputatio de regno Christi, quæ fusius tractatur infrà lib. 8. 102
Christum in Scriptura nominari lapidem & cur, & qui lapides fuerint Christi figura. 103
Quid significet abscissio lapidis de monte sine manibus. 104
B. Virginem rectè significari vocabulo & similitudine montis. 105
Quemodo Christus ex paruo lapide factus sit magnus, & quomodo impleuerit vniuersam terram. 106

*In libro tertio.*

Statua aurea quam sibi erexit Nabuchodonosor, secundum Chrysostomum, significat auaritiam & cur, secundum Hieronymum, significet falsam doctrinam Gentilium, vel hæreticorum, vel etiam figuret statum mundanæ felicitatis. 120

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Vulgus facile imitari mores principũ, qui si mali sint, eos exemplo, valdè pernicioſos eſſe cæteris 121
Cur Deus non ſemper malis corporalibus eripiat ſeruos ſuos. 125
Quæ ſint maximè incomprehenſibilia Dei iudicia 128
De triplici veritate diuinorum iudiciorum. 129
De ciuitate Ieruſalẽ cõditoribus, de ſanctitate eius et etymologia nominis 132
Cur Iudæi in ſuis precationibus uſurpabant nomina Abrahæ, Iſaac, & Iacob. 136*
De multiplici miraculo liberationis illorum trium iuuenum ex incendio Babylonico. 143
De triplici martyrio, & de perfecta ratione martyrij. 148
Filium Dei in Scriptura vocari angelum, & cur. 152
Cur angeli cum viſione ſenſibili apparuerunt hominibus ſemper apparuerint ſub ſpecie humana. 155
Notabilis ſententia Auguſtini quod hæretici etiã corporali ſupplicio iuſtè puniantur, etiã à principibus Catholicis 155

In libro quarto.

Cur Deus dicatur ſedere ſuper Cherubim. 159
Quid ſit, Deum intueri abyſſos. 161
Quomodo creatura irrationalis laudet Deum. 161
De multiplici excellentia angelorum, ſuper alias creaturas. 163
De nouem, vel decem rebus, quæ in cœlis mirè Deum prædicant. 167
De præſantia ſolis & lunæ: prout materia ſunt laudandi Deũ 172. 173. 174
Quemadmodum ex aſpectu & contemplatione corporũ cœleſtiũ, vilescant ac ſordeſcant omnia terrena. 176
Quod ſcriptura, maximè prædicet Deũ ex rebus meteorologicis, quamuis per ſe ſit imperfecta. 179
Quomodo inter cætera diuina præconia opera, numerari debeant ea quorum magnitudo eſt, et multiplex vtilitas.
Quomodo igitur naturalibus ſuis proprietatibus vim rerum diuinarum mirabiliter exprimat. 18
De miraculis per ignẽ à Deo factis. 18
Quàm vtilis ſit, tum animantibus maximè hominibus viciſſitudo diei & noctium. 18
Aduerſus eos qui effecta diei trãſferunt in noctem, & noctis in diem. 19
De multiplici excellentia diei Dominica. 1
Encomiũ lucis ex quinq; eius proprietatibus continuatum, & quã frequenter ſcriptura res diuinas, vocabulo ſimilitudine lucis exprimat. 1
De admirandis fulminũ effectis. 19
Quæ res in terris mirari ſolet ſcriptura, & ex illis Deum prædicare 20
Ad quos vſus diuina prouidẽtia mittere exiſtimerit in terra. 21
Quæ res in montibus ſint maximè ſignes, & memorabiles. 22
Qui montes in ſcriptura, ob res in eis geſtas ſint famoſi. 2
Quemadmodum ex arboribus laudandus ſit Deus. 2
De miraculis aquarum quæ memorantur in ſacris literis. 2
Quod genus piſcium ſit quod ſcriptura vocat leuiathan. 2
Miracula piſcium, quæ traduntur in ſcriptura. 2
An res aliqua corporalis, vim habere poſſit expellẽdi dæmones ex aliquo & ex corporibus humanis. 2
Inuſitata magnitudinis piſces ducit, & regi à paruo quodam piſce. 2
De ingenio, proprietatibus, & moribus aquilarũ columbarũ, pelicani, et phœnicis. 2



cis: vnde multa peti poſſunt, magno vſui futura concionatoribus. 220. 221
Viriũ Dei prouidẽtia, magis appareat in paruis an in magnis animalibus 225
Multa, & mira de elephanto. 227
De quinq; generibus bonorũ, quæ homini data ſunt à Deo. 233
Quomodo dicatur homo, paulo minor angelo. 234. 235
Quibus in rebus poſita ſit naturalis dignitas & gloria hominis. 236
Quomodo intelligendum ſit, omnia eſſe ſubiecta homini 236
De decẽ prærogatiuis, quibus quondam gẽs Hebræa fuit à Deo decorata 237
Quàm ingenes & mirabiles viros in omni genere virtutum, & laudum, olim tulerit gens Hebræa 239
De duplici munere ſacerdotũ Iudaici, & de comparatione eius cum ſacerdotio Chriſtiano. 240

In libro quinto.

Cur angelos, Scriptura appellet vigiles. 255
Arbor illa viſa regi Nabuchodonoſor in ſomnio, quid ſignificet ſecundum myſticum ſenſum. 257
Exẽplo regis Nabuchodonoſor, quãta ſit efficacitas perfectæ pœnitentiæ 262
Cur principibus, & magnatibus, ex operibus ſatisfactionis maximè ſuadẽda ſit largitio eleemoſynarij. 271
Cur Scriptura, de remiſſione peccatorum, vel accepta, vel accipienda ſæpè loqui ſolet dubitanter. 271
Quomodo eleemoſyna purget, & tollat peccata 274
An cuiquã in peccatis manẽti largitio eleemoſynarũ cõferre poſſit ad eũ ſequendam vitam æternam. 274
Exẽplo regis Nabuchodonoſor, hominis impiiſſimi, qui tamẽ per miſericordiã Dei, & pœnitentiã ab ipſo peracta ſalutis fuit, liquidò intelligi, nulli peccatori, pœnitẽtiam non obtinuiſſe deſperandum eſſe. 289. 28

In libro ſexto.

Quantum vitiũ ſit ebrietas et quantũ malũ ex ea homini accidat. 293
Aduerſus eos qui ſummis peccatis, tãdẽ quãdo tamen animo vnunt. 296
Interpretatio myſtica illius manus ſcribentis in pariete, & ſcripturæ eius. 308 309
Aduerſus peccatores, qui laudãt, & honorant, & libenter audiunt concionatores non tamen eorum verbis mouẽtur ad pœnitentiam 312
Aduerſus hæreticos, verum ſacramẽti violatores, raptores, & euerſores. 320

In libro ſeptimo.

De miraculo Danielis, in meſſẽ verſantis cum leonibus, an id factũ ſit miraculoſè & an ſimile quid citra miraculum fieri potuerit. 338

In libro octauo.

Cur angeli comparentur ventis. 343
Mundum rectè ſignificari per mare magnum. 345
Memorabile exemplum Alexandri Magni, humiliter adorantis Iaddum Pontificem Iudæorum. 350
Deſcriptio vltimi & generalis iudicij omnium hominum, expreſſis ſex maximè notabilibus illius iudicij circumſtantijs. 359
Cur Deus dicatur antiquus dierũ. 359
Quid ſit in Deo candor veſtium, & albor capillorum. 360
Quid ſignificet ſeſſio Dei, & thronus eius flammeus, & ardens. 361
Quid ſignifiẽt rotæ illius throni Dei. 361
Quid denotet fluuius igneus, & rapidus egrediens à facie Dei. 362
De numero angelorum. 364
De diſtinctione angelorũ in miniſtrantes et aſſiſtẽtes, et veri ſint plures. 366
Quales ſint libri, qui in extremo illa iudicio

dicis sunt præferēdi, & aperiēdi: & de duobus libris, altero vitæ, altero mortis. 366
De regno Christi, quòd à Daniele describitur hoc capite longa disputatio aduersus Gētiles, Iudæos, Hæreticos, & nonnullos catholicos. 369
Pulchra quædā Ruperti interpretatio allegorica eius visionis quæ describitur in septimo capite Danielis. 382

In libro nono.

De causis, & ratione nominū, quibus boni angeli in Scriptura appellantur 407

In libro decimo.

Quid significet, Messiam consummatum prænunciationem 436
Quomodo dicatur Christus imposituros finem peccato. 438
Quomodo Deus deleat peccata, & an gratia Christi penitus deleat, & auferat peccata. 461
Quomodo intelligendum sit, cum Scriptura dicit, Deum nō imputare peccata hominī, aut ea tegere. 461
Quomodo Christus sit iustitia nostra quinque modis. 462
Triplex discrimen inter iustitiam legalem, & Euangelicam. 463
Quemadmodum Christus impleuerit omnes prophetias. 463
Commemoratio omnium prophetiarū quæ de Christo in veteri testamento scriptæ sunt. 466
Disputatio contra Hæreticos, quod sanctissima Christi anima, post eius mortem descenderit ad inferos. 469
Quod ex oraculis veterum prophetarum, conuincantur Iudæi Dominū nostrum fuisse verum Messiam. 472
Quod eodem quoque argumento cogātur Gentiles fateri, veram esse doctrinam Christianam. 473
Quomodo singulariter Christo conueniat esse vnctum. 473
Duplici nomine, Christum verissimè appellari sanctum sanctorum. 474
Quomodo verè dicatur Dominus noster, & Christus, & dux. 476
Quanta fuerit calamitas Iudæorū sub Tito & Vespasiano. 491
Mala, quæ post necem Christi usque ad hunc diem passi sunt Iudæi, prædicatur, & usque perpetua fore. 491
Quoties Iudæi frustra tentauerint instaurare templum Hierosolymitanum, & quibus prodigijs ab incepto desistere coacti sint. 494
Quinque differentiæ inter calamitates Iudæorum post necem Christi, & alias quas antea passi fuerat. 500
De septem singularibus beneficijs, quæ Deus concessit Hebræo populo, quibus tamen ingratus extitit, post reuersionem à captiuitate Babylonica 500
An præsens Iudæorum calamitas, cōtigerit illis propter necē Domini nostri. 501
De duplici genere pœnarum, videlicet corporalium, & spiritualium, quibus Iudæi à Deo puniti sunt, propter necem Christi. 502
Quādo defecerint Iudæorū sacrificia. 503
Quale sit pactum Christi Domini nostri. 509. 510
Quēadmodū Christus pactū suū seruarit, & Euangelicā cōfirmauerit. 511
Disputatio circa illam sententiā Domini, quæ est apud Matthæum capitulo vigesimo quarto. (Cū videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta stantem in loco sancto) &c. 514

In libro vndecimo.

Quanta sit obscuritas, & difficultas in ea disputatione, qua est de septuaginta hebdomadis. 521
De tēpore ortus Christi Domini. i. quoto anno à mūdi creatione sit natus 543
Et quota Olympiade 682. Et quoto anno principatus Augusti. 545
Necnō, et quoto anno regni Herodis 545



Quoto anno ætatis suæ baptizatus sit Dominus. 552
An eodem die, sed diuersis annis, Christus adoratus fuerit à Magis, & baptizatus à Ioanne, & aquam in nuptijs mutauerit in vinum. 700
Quot annis Christus Dominus in terris vixerit. 557
Quomodo contigerit excidium Hierosolymitanum sub Tito Imperatore. 573

In libro duodecimo.

Non esse Prophetā, qui visiones habet prophēticas, vel sententias prophēticas pronūciat, si eas nō intelligit. 595
De antiquitate, & varietate vsus vnguentorum, tam apud Iudæos, quàm apud alias gentes. 595
Descriptio habitus, & ornatus Angeli, qui visus est Danieli, & interpretatio eius, id est, quid significent vestes Angeli, accincti auro obrizo, quid vestis linea, quid zona aurea: quid corpus eius quasi Chrysolitus, seu hyacinthus, quid facies fulgurans, quid brachia, & pedes ex ære candenti, quid vox multisona. 601
Cur aspectus, & congressus Angelicus solet esse homini terrificus. 606
Explanatio habitus, sub quo visus est Dominus noster Ioanni, vt est in primo capite Apocalypsis. 774
Cur diuinæ, et Angelicæ visiones interdum cōturbēt, et debilitēt hominē. 608
Quod inter angelos malos sit discordia & pugna. 610
Quomodo malus angelus possit bono angelo resistere, ac præualere. 612
Quomodo inter ipsos bonos angelos sint dissensiones, & pralia. 615
Ex quo ordine cælestiū spirituū sit Michael. 619

In libro decimo quarto.

In hoc, & proximè sequēti libro, plurima tractātur de Antichristo, & de eius persequutione: de quibus rebus verba faciēdi, sæpenumero cōcionātibus incidere potest occasio. Quæ sint autē quæ in his duobus libris varie, & copiosè disseruimus de Antichristo, cognoscet lector ex iis, quæ supra posuimus in primo indice, qui est quæstionum.
Præter ea, quæ in hoc libro multifariam de Antichristo explicantur, etiam disputantur de libro Dei, in quo scripti sunt electi. 715
An possit quis deleri de libro vitæ. 715
Triplex liber Dei, secundū Euthymium 715
An in fine mundi omnes Iudæi sint ad fidem Christi conuertendi. 717
De gloria eorum, qui alios virtutē, & iustitiam docent. 721
Vita sit præferenda, docta sanctitati, an sancta rusticitas. 721
Quām sit obscura sacra Scriptura, & quam sit fœcunda, & quis sit idoneus eius interpres. 721
Quidnam denotet, Angelum iurare & manus in cælum tollere. 729
Quanta sit Dei clementia in temperandis diaboli tentationibus ad imbecillitatē, & vilitatem hominū 731
An impij, & improbi rerum diuinarum scientiam tenere possint. 734
Quid sit sors sanctorum, & cur ita nominentur. 737

In libro decimo sexto.

Ponderatur exemplum castitatis Susannæ, comparando ipsam cum Romana Lucretia. 745
In quo possit sita sit perfecta ratio castitatis. 745
De ratione seruanda in examinandis testibus, exemplo Danielis. 749
De pœna adulterorum, tam apud Hebræos, quàm apud alias gentes. 752
De prima origine idololatriæ. 760
Mira, & vix credibilia de serpentibus, quos nonnulla gentes, velut numina diuinis honoribus colebant. 765

# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVI IN HIS COMMENTARIIS EXPLICANTVR.


Genes.1. Fiat Firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. 162
Genes.12 In semine tuo benedicentur omnes gentes.
Genes.15 Quarta autem generatione reuertentur huc.
Genes.35 Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita.
Exod.12 Profecti sunt filij Israel sexcenta millia
Leuit.20 Morte moriantur mœchus & adultera.
Num.24 Venient in triremibus de Italia, & superabunt Assyrios.
1.Reg.16 Quomodo Dauid cantu, & sono citharæ, liberauit Saulem à malo spiritu.
3.Reg.3. Igitur euigilauit Salomon & intellexit, quod esset somnium.
2.Para.36 Reliqua sermonum Ioacim, & abominationes eius, & quæ inuenta sunt in eo.
Esdr.1. In anno primo Cyri Regis Persarum. De rege Cyro. 427.
Ibidem. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli. 427.
Esdr.4. Iudæi, qui ascenderunt à te, ad nos venerunt in Ierusalem Ciuitatem rebellem & pessimam, quam ædificant, extruentes muros, & templum componentes. 632.
Esdr.6. Et compleuerunt domum Dei istam, vsque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darij regis. 637.
Esdr.7. In regno Artaxerxis regis Persarum. Esdras. &c.
Nehem.1 Factum est in mense Nisan anno vigesimo Artaxerxis regis.
Tobiæ 4 Eleemosyna ab omni peccato, & morte liberat. &c.
Tobiæ 6 De pisce cuius iecur seu cor crematum igni, fumo suo expellebat omnes.
Esther.2 Erat vir Iudæus in Susan Ciuitate, vocabulo Mardochæus.
Esther.11 Anno quinto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra attulerunt, Dositheus, qui se sacerdotem & Leuitici generis ferebat, &c.
Esther.13 Rex maximus Artaxaxes, &c.
Iob.28. Qui fecit ventis pondus.
Iob.38. Conclusum cæli quis dormire faciet. 136
Iob.40. Ecce Behemoth, quem feci tecum. &c.
Iob ibid. Stringit caudam suam sicut cedrum.
Psalm.5. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum.
Psalm.8. Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria, & honore coronasti eum &c.
Psalm.15 Non derelinques animam meam in inferno.
Ibidem. Notas mihi fecisti vias vitæ.
Psalm.18. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.





Beatiquorũ remissæ sunt iniquitates, et quorũ tecta sũt peccata 460 Psalm.
Deleantur de libro viuentium & cum iustis non scribantur. 315 Psalm.
Operatus est salutem in medio terræ. 135 Psalm.
Tu confregisti capita draconis. 214 Ibidem.
Aduersum te testamentum disposuerunt. 510 Psalm.
Iustus, vt palma florebit.
Quia Dominus regnauit. 224 Psalm.
Simulis factus sum pelicano solitudinis. 468 Psalm.
Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. 221 Psal. 10
Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. 236 Psal.10
Qui facis angelos tuos spiritus. 29 Ibidem.
Hoc mare magnum & spaciosum manibus. 183 Psal.10
Draco iste quem formasti ad illudendum ei. 342 Psal.10
Tu es sacerdos in æternum. 214 Ibidem.
Qui producit ventos de thesauris suis. 491 Ibidem.
Qui fundauit terram super aquas. 183 Psal.109.
Vade ad formicam, ô piger. 201 Psal.137.
Quando æthera fi mabat sursum, & librabat fontes aquarum. 326 Psal. 135.
Oculi tui, columbarum, &c. 170 Prou.6.
Neque, enim (idola) erant ab initio, neque erunt in perpetuum. 221 Prou.8.
Deus creauit de terra hominem. 946 Canti.4.
Sol, vas admirabile opus excelsi. 235 Sap.14.
Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. 173 Eccli.17.
Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam. 181 Eccli.44. Ibidem.
Iratus est furor Domini in populum suum, & percussit eum. 711
Excæca cor populi huius, & aures eius aggrauna. 498 Isaiæ.5.
Vocabitur nomen eius: Admirabilis, &c. 502 Isaiæ. 6.
Et erit Babylon illa gloriosa in regnis inclyta in superbia Chaldæorum. 576 Isaiæ. 9.
Detracta est ad inferos superbia tua, &c. qui dicebas in corde tuo, ascendam super altitudinem nubium, & reliq. 321 Isaiæ.13.
Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto tribulum eorum à facie vastatoris. 285 Isaiæ.14.
In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti. 702 Isaiæ.16.
Domine Deus meus es tu, exaltabo te, &c. Quia posuisti ciuitatem in tumulum, & reliqua. 660 Isaiæ.19.
In illa die visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi super Leuiathan serpentem vectem. 499 Isaiæ.24.
Ponam ergo tirulum in naribus tuis. 214 Isaiæ.27.
Venies ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. 299 Isaiæ.37.
Antequam exires de vulua sanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te. 719 Isaiæ.49.
Adducam contra te domus Israel de longinquo gentem antiquam, & robustam, cuius tu linguam ignorabis. 720 Ierem.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca




Ierem.19 *Sic conteram populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest vltra instaurari.*

Ierem.25 *Et seruiet omnes gētes iste regi Babylonis septuaginta annis. Cūque impleti fuerint septuaginta anni, &c.*

Ierem.27 *Et seruient ei (scilicet Nabuchodonosori) omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius.*

Ierem. 31 *Ecce dies venient dicit Dominus: & feriam domui Israel, et domui Iuda fœdus nouum.*

Baruc.1. *Ecce misimus ad vos pecunias, &c.*

Ibidem. *Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Baltassar filij eius.*

Baruc. 6. *Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis vsque ad generationes septem.*

Ibidem. *Mulieres circundatæ funibus in vijs sedent, & reliq.*

Ezech. 2. *Liber qui erat scriptus intus & foris.*

Ezec. 14. *Si Noe & Daniel, & Iob fuerint in medio eius, &c.*

Ezech.23 *Porro viginti sicli & viginti quinque sicli, & quindecim sicli mnam faciunt.*

Ion.1. *Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis.*

Ion.3. *Adhuc quadraginta dies.*

Zacha. 1. *Nunc iste est annus septuagesimus.*

Zacha.3. *Super lapidem vnum septem oculi sunt.*

Malac.4. *Ecce ego mittam vobis Eliam, &c.*

2. Mac.1. *Et diuisit illis regnum suum, cùm adhuc viueret Alexander.*

Ibidem. *Et regnauit in anno centesimo trigesimoseptimo regni Græcorū.*

1.Mac.6. *De morte Antiochi Epiphanis.*

Ibidem. *De robore elephantorum, & vsu eorum in bellis.*

2.Mac.1. *De morte Antiochi.*

2.Mac.8. *Constituit Nicanor, vt regi tributum quod Romanis erat dandum duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum suppleret.*

Matt.2. *Cùm natus esset Iesus in diebus Herodis regis. De anno regni Herodis, quo natus est Christus.*

Matt.17. *De pisce in cuius ore Petrus inuenit stateram.*

Matt. 23. *Implete mensuram patrum vestrorum.*

Matt.24. *Cùm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta.*

Ibidem. *Qui legit intelligat.*

Ibidem. *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.*

Ibidem. *Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia.*

Luc 2. *Factum est autem in illis diebus, exijt edictum à Cæsare Augusto, &c. De anno principatus Augusti, quo natus est Christus.*

Ibidem. *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer.*

Luc.3. *Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta.*







*Quod superest date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.* 254 Luc. 11.

*Cum videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, &c.* 519 Luc.21.

*Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ.* 589 Ioan. 2.

*Quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc.* 617 Ibidem.

*Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* 234 Ioan.3.

*Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.* 563. Ioan.5.

*Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt audient vocem &* 564

*Filij Dei.* 719 Ibidem.

*Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo illum accipietis.* 680.684 Ibidem.

*Oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati.* 570 Act. 1

*Audientes quidem vocem neminem autem videntes.* 576 Act.9.

*Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. &c.* Rom. 9.

*De prærogatiua gentis Iudaicæ.* 237

*Cæcitas ex parte contigit in Israel: donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* 718 Rom. 11.

*Quod si delictum eorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium.* 712 Ibidem. ibid.

*Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. &c.* 128

*Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* 35 Ibidem.

*Qui se scire putat aliquid nondum sit quomodo oporteat eum scire.* Rom. 12. *Ibid*

*Petra autem erat Christus* 85 1.Cor.10

*Vtinam abscindantur, qui vos conturbant.* 730 Gal.5.

*Sed abundantius illis omnibus laboraui.* 466 1.Cor 15

*Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam &c.* Coloss.2.

*Ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, &c.* 37 2 Thes.2.

*Et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.* 677

*Qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus.* 674 Ibidem. Ibidem.

*Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis.* 697 Ibidem.

*Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* 678 Ibidem.

*Cuius est aduentus secundum operationem satanæ, in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus.* 705 Hebr.1.

*Omnes sunt administratorij spiritus.* 687 Hebr.11.

*Obturauerunt ora leonum.* 365 Ioan.3.

*Omnis qui natus est ex Deo non peccat, &c.* 335 Apoc.1.

459 Apoc.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca




*Vidi similem filio hominis, vestitum podere, &c.* 608
*Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, &c.* 565
Apoc.7. *Ex tribu Iuda, duodecim millia signati.* 655
Apoc.10 *Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis & linguis, & regibus multis.* 711
Apoc.11. *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis.* 708
Apoc.12. *Mulier abscondet se per tempus & tempora & dimidium temporis.* 730
Ibidem. *Post hæc oportet illum solui modico tempore.* 739
Apoc.12. *Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli.* 417
Apoc.13. *Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est.* 704
Ibidem. *Et est datum illi: bellum facere cum sanctis, & vincere eos.* 711
Ibidem. *Et faciet omnes habere characterem (bestiæ)* 714
Apoc.20 *Et vixerũt & regnauerũt (sancti) cum Christo, mille annis. Hæc est resurrectio prima.* 511
Ibidem. *Et libri aperti sunt: & alius liber apertus est qui est vitæ* 366
Apoc.22 *Non intrabit in eum, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni* 505


FINIS.



# RERVM, ET VERBORVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR, PRIORE COPIOSIOR, ET ORDINATIOR.


*Abreuiatas esse, septuaginta hebdomadas, quid significet* 51
*Abominatio Iudeis quid sit* 35
*Abominatio desolationis stans in loco sancto quid sit.* 515
*Abraham cur dilectus Deo vocetur.* 340

Abstinentia.

*Abstinentia ad sapientiam conducit.* 11
*Abstinentia Christiana octo causæ.* 28
*Abstinetiæ damnatæ quatuor genera* 28
*Abstinentia in Ecclesia olim consueta septem gradus* 29
*Eiusdem laudes apud omnes gentes.* 30
*Abyssus quid & quomodo Deus intuetur abyssum.* 360
*Acetabulum quæ mensura.* 948
*Achaza victoria vnde dicta* 543
*Adam vbi sit sepultus.* 203
*Adam in statu innocentiæ per orbem illum visum Regi Nabuchodonosor significatus.* 246
*Adorare Deum cadendo, & humi procumbendo, an sit tantũ impiorum hominum: & non sanctorum vt tradit D. Hieron.* 121
*Adhuc significat post apud Hebræos* 651
*Adulter vxia damna infert* 175
*Adulteria pœna ex lege Mosi.* 312
*Eiusdem pœnæ apud alias gentes.* 752
*Ægypti sacerdotium abstinentia* 20
*Ægyptij Christi natalem quando celebrent.* 568
*Eorum mos condiendi corpora mortuorum.* 794
*Aerij qualitas Græcorum consonat imperio.* 9
*Aeris natura.* 17
*In aere prodigia visa.* 17
*Aer ad prolem generandi potens.* 43
*Quid annos complectitur.* 420
*Agnominationominum illarum duarum arborum apud Danielem ex.* diligenter explicatur. 7
*Agrippa Iudæorum rex, se iungit Romanis.* 41

Alexander Magnus.

*Alexander Magnus hirco cur comparatur.* 3
*Eius imperium, cur femoribus & vtri comparatum fuerit temulentia.* 3
*Eius monumenta, virtutes eius ascriptores vitæ eius* 93
*Eius corpus cur afflabat suauem odorem.* 85
*Eius regnum post mortẽ diuisum.* 643
*Mori eius.* 396
*Vbi sepultus* 643
*Eius vita breuiter descripta.* 396
*Quos habuit successores.* 398.399
*Eius imperij diuisio, quando facta, an eo viuente, an post eius mortem.* 401
*Eius statua à Lysippo formata & qualis ab Appelle depicta, & fulmini similis.* 92
*Pardo similis, eius virtutes, diuinitatis vsurpatæ cupiditas.* 348.349
*Deo Iudæorum Hierosolymis sacrificauit.* 397

Universidad de Deusto
Biblioteca



Pontificem Iudaorum adorauit. 350
Eundem res decem mirabiliter illustrarunt, vbi multa de Alexandro. 115
Eminis eius fama. 91.92
Eiusdem somnium. 50
Persica praeda Alexandri, quanta fuerit, & eius intemperantia. 28
Allegoria historiae ordinem sequi debet. 323
Aman in Iudaeos crudelitas. 391
America regionis mira. 199
Amphora qua fuerit liquorum mensura. 761
Quam fuerit varia. 762

## Angelus.

Angelum custodē singuli homines habent, & gentes Archangelum. 616
Angelus Persarum cur Iudaeos liberari a captiuitate nolebat. 615
Angelus cur vigil vocetur. 255.256
Quid de Angelis Christiani sentiāt. 71
Angeli regnis praesunt, & quomodo inter se pugnare dicātur, & cur veluti comparentur. 322. sunt incorporei. 112. diem apparent non omnibus se demonstrant. 627
Eorum aspectus, primo homines terrere solet. 383
Ab aliis docentur, & de eorum nominibus. 407
Eorum vera est in Hierarchias, & ordines distinctio. 408
Deum semper laudant. 162
A Deo creati sunt, & cur eorum creationes Moses in Genesi praetermiserit, & quibus rebus reliquas antecellāt creaturas. 162.164
Eorum officium, &c. 164
Quantus eorum sit numerus. 364
Eorum distinctio in assistentes, & ministrantes, & vtri sint plures 365
Boni Angeli quomodo inter se dissideant & praelientur. 61
Facies Angeli fulgurans, brachia & pedes ex aere candenti, vox multisona, &c quidnam denotet. 603.604
Aliquando Angelitia scriptura Dij. 108
Deorum filij sunt vocati. 132
Angelū tollere in caelum manus quid denotet. 729
Sunt illis per se nota omnium somnia, & possunt tamen impediri ob eorum cognitione. 608
Malus angelus quomodo angelo bono resistere audeat, & aliquando praualeat. 612
An malis Angelis sit aliquis in gentibus datus principatus 611
Cur semper hominibus specie humana apparuerint. 331
Quid significet hominis membra angelis conuenientia Ibid.
Angelicae potentiae magnitudo 708
Animantium maiorāne an minorā maiorē habeant admirationem. 213
Annibalis somnium. 49
Anni lunares Hebraeorum ad solares reducebantur. 454
Annorum varietas modica, pro numero dicenda in chronologia. 682
Annus recte appellatur tempus sumpsit citer, & praecisē. 282

## Antichristus.

Antichristus per eorum parvulum designatus 305
Se Messiam simulabit. 338
Erit mortaliū omniū pessimus & crudelissimus Christianorū hostis. 671
An sit abominatio desolationis scripta à Daniele. 813
Eius persecutio quanta sit futura. 713
Quamdiu durabit. 730
Antichristus per bestiam significatur, & quomodo in eo diabolus sit habitaturus. 612
Cur dictus sit à D. Paulo homo peccati & filius perditionis, & quales sint futuri sectatores eius. 674
Quomodo sit caput malorum. 676
Ex Iudaeis generandus 670
Cur Deus aduentum eius permissurus esset. 679
Futurus ex tribu Dan. 681
Babylone nascetur. Ibid.
Dupliciter perdet homines, & dicitur coluber, & Ceraste. 681
Initio futurus obscurus, simulator & curiosarum, professor artium, & quibus modis potētiā cōsequetur. 683
Eius opulentia, & largitiones, & qualia futura sint eius miracula. 684
Simulabit se esse Messiam. 686
Mendacia eius miracula erunt. 687
Regni eius amplitudo. 690
Superbia eius, legati quos ad omnes gētes mittet: in quo templo sit sessurus 697
Cassitatem simulabit. 698
Eius libido 698
Eius tempore iusti vbi latebūt: & quos rege sibi subijciet. 702
Simulabit se mortuum, & postea resurgere. 701
Obseruabit diem sabbathi, & dominicum. 705
Eius persecutio Christianorum duplex 714
Quomodo vincet sanctos. Ibid.
Eius interitus 705
De antichristo disputatio. 672
Vnde desumpta. 672
Crudelissimus Christianorum hostis. 672
De eius nomine, & antithesi inter eum & Christum. 674
Non est futurus diabolus, vt putauit Hippolytus. 674
Eius symbolum seu insigne, & persecutionis spiritualis, quanta erit 714
Eius regnum quam sit diuturnum futurum. 730
Eiusdem figuram quomodo praetulit Antiochus Epiphanes. 670
Eius persecutio cum Antiochi persecutione comparatur. 712

## Antiochus Epiphanes.

Antiochus Epiphanes vnde originem duxit. 401
Quomodo ad regnum peruenerit. 404
Antiochus Epiphanes lapidibus petitus a sacerdotibus. 406
Fuit figura Antichristi. 671
Aegyptum occupauit. 690
Eius auaritia repressa, 606
Libido. 698
Arrogantia, 696
Sacrilegia & regnum 405.406
In Iudaeos odium, 411
Mors. 413
Antiochus cognominatus Deus ab vxore interfectus. 649
Cur Deus cognominatus. 630

## Antiochus Magnus.

Antiochus Magnus aduersum Ptolepatorem bellum gerit. 652
Antiochus Magnus Iudaeis benevolus 415.666
Bello superatus à Ptolem. 655
Vincit scopam 661
Eius filia quibus nupserint 683
Eius exitus. 667.668
Antiochus Pius Iudaeorum omnium postea hostis, deinde amicus 413
Antipodes in eadem vrbe qui 100
Apaibus locus, vbi dicitur sedem fixurus Antichristus, quid sit. 70
Apostoli Christi, & Ecclesia pedes fuerunt. 60

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Aqua Eulei fluuij sola Persarum regibus potus.* 390
*Aque super celos, que esse dicantur.* 169
*Aquarum miracula ex scripturis & naturalia.* 169
*Quando aqua in vinum à Christo conuersa.* 567
*Aquila fulmine non feritur.* 193
*Eius iuuentus quomodo renouetur.* 219

Arbores.

*Arborum vsus & vilitas.* 204. 205
*Varietas* 205
*Odorifere diuturniores, & que in scripturis laudata.* 208
*Radices & natale solum cuiusque* 206
*Ætas.* 208
*In arbore fulminis effectus varij.* 194
*Arietes cur mactentur, cur Persarum regnum arieti comparetur.* 390
*Arioli qui fuerint.* 67
*Arsaces Parthici imperij fundator qui fuerit.* 644
*Arabia mensura triplex.* 701
*Artaxerxes Longimanus Persarum rex quis.* 630
*Artaxerxes Mnemon fuit maritus Esther.* 640
*Artaxerxes Ochus non fuit Nabuchodonosor de quo in libro Iudith* 641
*Artaxerxes sub quo templum Hierosolymitanum restauratum.* 479 480
*Aruspices & augures qui.* 68
*Asphaltitis lacus mirabilis natura.* 211
*Assueri tres nominantur in scriptura.* 421
*Assueri nomen quid Hebreis significet.* 421
*Quis maritus Esther.* 422
*Astyages quando regnauit.* 939
*Auara ingenium.* 88
*Auaritia per Nabuchodonosor statuam designata* 219
*Auctores redarguuntur* 45
*Augurium Vatis de duratione Romani imperij.* 102
*Augusti Cæsaris ortus imperij, & obitus chronologia.*
*Augustini de eleemosyna obscura accipitur sententia.* 278
*Eiusdem de veritate sanctorum librorum testimonium.* 473
*Auriū & piscium inter se similitudo.* 219
*Aurora triplex.* 724
*Australis pars cæli minus quam Aquilonaris, astris fulget.* 163
*Azaria oratio canonica esse demonstratur.* 125

B

Babylon.

*Babylonia regio qualis.* 191
*Babylon cur inexpugnabilis visa fuit.* 295
*Quomodo repente capta sit.* 831
*Idque bis.* 32
*A quo capta.* 218
*Cur eius expugnatio soli Cyro tribuatur* 318
*Eius amplitudo, &c.* 274
*Eius conditor.* 280
*De turri Babel.* 280
*Babylone nascetur Antichristus.* 685
*Babyloniorum lex turpissima.* 298
*Babyloniorum stultitia.* 295
*Eorum reges post Nabuchodonosor, qui & quot.* 203
*Crimina illorum vltus est imperij eorum excidio Deus.* 322
*Quomodo paulatim in extremam calamitatem deuenerint.* 322
*Babylonici regni initium, & exitus.* 13
*Babylonica Iudæorum captiuitas fuit triplex.* 434
*Tempus eiusdem.* 433
*Balena cum vectoribus nauem absorbet.* 219

Balthasar.

*Balthasaris historia cur post Nabuchodonosor subiungatur.* 290
*Cur eius non aliorum Daniel meminerit.* 292
*Balthasar alius fuit, de quo Baruch primo capite loquitur, & alius de quo Daniel cap. 5.* 303
*Diuersus fuit Balthasar à Labezardach.* 385
*Varijs nominibus vocatur.* 391
*Cur quartus post Nabuchodonosor regnauerit.* 303
*Quæ fuerit regina, quæ Balthasarem in conuiuio monuit.* 299
*Quo gradu consanguinitatis attigerit reginam Nabuchodonosor.* 209
*Cur de pœnitentia eius non fuerit à Daniele monitus.* 214
*Cur illi bellum à Dario Medo, & Cyro illatum sit.* 302
*Eius mors.* 310
*Cur ei Deus non pepercit, vt patri.* 308
*Cur ei insulta sit.* 313
*Beatorum gloria discrimen.* 401
721

Bel, seu Belis.

*Belus fuit idem cum Nembroth.* 281
*Abeo originem duxit idololatria.* 799
*Bel seu Belus Chaldæorum Deus.* 758
*Princeps Deorum Babylonis* 758. 294
*Eius templi descriptio.* 759
*Abipso denominata gentium idola.* 281
760
*Bella et clades principum ex intemperantia orta.* 98
*Benedictus monachus in flammas iniectus. Lassus non est.* 144
*Berenices regina mors bellorum causa.* 614
*Berosus Annij Viterbiensis esse creditur* 527
*Bestiarum monstrosa separata* 344. 351
*Biblia sacra quando septuaginta interpretati.* 472
*Bonis tribulatio Antichristi proderit plurimum.* 733
*Bonorum quinque genera à Deo hominibus concessa.* 154
*Breuiarum temporum falso affictum Philoni demonstratur.* 53
*Brevitas tribulationum, leuatio doloris est.* 728

C

*Caietani error de libris Machabæorum refellitur* 515
*Cambyses secundus rex Persarum quis.* 616
*Candor vestium, & capillorum in Deo quid notent.* 360
*Canicula syderis effectus mirabiles* 176
*Canis Iaponicus in piscem transformatur.* 264
*Canticū trium puerorū canonica scriptura est, & pars libri Danielis.* 157
*Eius explanatio.* 158
*Capris cur Græci similes.* 394
*Caraffa Cardinalis encomium. In epistola nuncupatoria.*
*Cardinales doctrina sacra insignes ibi.*
*Carnis afflictio, quantum profuerit Danieli.* 605
*Castitas animi non violatur corpore violato.* 746
*Castitatis vis.* 27
*Casus & fortuna ordinem nescit.* 472
*Casus proborum, & improborum dissimilis.* 682
*Catharinæ in Sina sepultura.* 740
*Catharinæ de prædestinatione opinio refutatur.* 717
*Cerastes, & coluber dicitur Antichristus.* 682
*Cœlius Hierosolyma obsedit, sed frustra.* 120
*Cete quod genus piscium.* 213 214
*Cethim vox, quid significet in scriptura.* 692

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cetos, duetm habere quendam piscem lum, quidam docent. 218

Chaldæi.

Chaldæorum imperium cur destructum sit. 320
Chaldæorum regnum quando à Persis euersum. 424.427
Eorum imperium quandiu steterit 323
Circa eius durationem diuersi auctorũ errores. 323
Cur caput aureum illius statuæ, denotabat ipsorum regnum. 84
Cur leones, & aquilæ cõparantur. 345
Reges eorum quot fuerint, & quamdiu regnauerint. 344
Eorundem imperium cur leæne comparatum. 345
Quæ fuerit antiquitus eorum sapientia. 67
Excelluerunt in astrologia. 68.320
Lingua Chaldaica, vel Syriaca diuersa est à pure Hebræa. 69
Chabalisticum genus exponendi scripturam Iudæis familiare. 308
Super Cherubim Deus cur sedere dicatur 160
Chiliastarum opinio refellitur 101.377
Chœnix quæ mensura. 515
Christiani non à Iudæis, sed à sacrificiis gentilium abhorruerunt. 54
Hi quantũ laudare Deũ teneãtur. 240

Christus.

Christi incarnatio omnium Dei donorum hominibus concessorum nucleum. 115
Christus quo anno mundi conditi sit natus. 542
Quo die creditus 568
Quando baptizatus. 552 553.554
Quot annos in terris vixerit. 549 557. 560
Quo anno die ac mense mortuus sit. 557.558.559.561
Quo anno vita sua aquam in vinum mutauerit. 567
Christi baptismus, & à Magis adoratio, & aquæ in vinum mutatio cur vno die celebrantur. 569
Christo qua ratione psalmus 21 tanus maximè conueniat. 214
Cum Christo quidam sunt mundum iudicaturi, & qui. 219.318
Christus quomodo finem peccato imposuerit. 464
Quomodo sit nobis iustitia. 462
Quomodo sit intelligendum, quod scripsit B. Lucas, c. 2. Christum post consummatos dies octo fuisse circumcisum. 555
Tempus incarnationis Christi Danielis significatum. 446
Christus genus humanum à captiuitate liberauit. 448.
Quemodo prædicauit Euangelium. 509
Seipsum in hostiam obtulit. Ibidem.
Quibus argumentis probauerit se esse Messiã, & suam doctrinã veram. 512
De Christo quæ prophetarunt antiquiores. 467 468
Quomodo prophetias implerit tripliciter. 464
Christi aduentus duplex. 372
Regnum eius quale. 373
Quomodo corruptibile sit regnũ Christi. 374
Quomodo Christus regnum Romanũ destruxerit. 515
Octo rebus præstat regnum Christi alijs regnis 375
Christi nomina, quæ Isaias habet declarantur. 376
In priore Christi aduentu quale fuerit regnum eius. 373
De secundo Christi aduentu. 373
Christi regnum à Daniele prænunciatum quidnam sit. 101.375



Anima Christi descendit ad inferos. 469.470
Quo anno urbis conditæ natus. 548
Quota olympiade, & quoto anno Herodis. 550
Quibus consulibus sit Christus natus 544
Et quoto anno Augusti. 544
Dicitur victus, & cur. 473
Et sanctus sanctorum duplici nomine. 474
Quomodo dicatur dignus accipere diuinitatem. 468
Quomodo suo aduentu regna destruxerit. 102
Eius figurum gessit Salomon. 615
Christus est lapis, & cur lapis dicatur 103
Quomodo est caput hominum. 676
Per se, & per suos tripliciter idololatriã euertit. 102.104
Initio parues lapis deinde maximus, & quomodo impleuit vniuersam terram. 106.107
Mors illius, vatum patefacta oracula. 727
Filius hominis cur à Ioanne in Apocalypsi Christus dicatur similis. 606
Eius mortem Gabriel, Danielis pranuncianit. 490
Sacerdos in æternum. 491
Septem Christi præsidiones. 511
Christus dux populi declaratus, & ausum Daniel ducem vocet. 485
Christi vicarius summus pontifex, quanto sit à Deo honore dignatus. 108
Chronologia lapsus facile. 18.& 524
Chronologia quatuor. 524
Optima est, quæ per Olympiadas ducitur. 532
Paucorum annorum varietas in Chronologia leuis est. 545
Chronologia regum per quam 70. hebdomades demonstrantur in Christo impletæ. 484
Chrysolithus lapis describitur. 602
Chrysostomi de Iudaïs testimonium. 493
Clementis in mari sepulchrum. 230
Cælum Dei templum dicitur 167
aurem etiam significat. 177
Quomodo homini sit subiectum 237
Calorum numerus, & præstantia. 167
Cælestium aspectus parit terrenorum contemptum. 176
Cogitatio præcedens, quando est causa somnij. 76
Colossi magnitudo. 116
Columbarum oculi simplicitatem denotant. 221
Earum pudicitia. 224
Computandi ratio duplex in scriptura exclusiua & inclusiua. 511
Qua auctoritate frequens. 68
Concupiscentiam scriptura appellat peccatum. 554
Congius quæ mensura. 761
Contemplatio diuinorum exteriorem debilitat hominem, & docet, vt homo seipsum norit. 607
Continua quæ primis magnifica. 294
Mos in eis seruatus. 297
Cornu in sculptura quid significet. 682
Cornua arietis, quid significarint. 392
Cornua decem bestiæ, quid denotet. 357
Corona vocabulum, & verbum coronandi quid in scriptura significet. 236
Corporis humani omnium partium iusta mensura. 113
Creaturæ ratione carentes; quomodo ad Deum laudandum prouocemur. 162
In creaturis sex spectantur, qua earũ creatorem maximè cõmendant. 162
Crœsus Lydorum rex ditissimus vitæ. 87
Cruciferi stellæ figura. 196
Indicat polum Antarcticum. Ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca



Culici elogium descriptio. 225
Culpa remissa nō remittitur poena 202
Cyaxaris Medorum regis potentia, & quando floruerit. 86
Cyrilli in chronologia ortus Christi, lapsus. 547

Cyrus.

Cyrus vnde habuerit sibi regna omnia mundi esse tradita 424
Cyrus cur semiasinus appellatus. 252
Ipsius somnium. 45
Quando regnare cœpit. 53.536
Eius parentes. 537
Cur ei Babylonis expugnationem Graci tribuant. 399
Cyri Persarum principis encomium. 635
Opulentia eiusdem. 87

D

Dæmones somnia imperitis cur dabāt. 45
Dæmonum natura, & munus secundum Platonem. 43
Eis offenduntur esse quorundam somniorum auctores. 41
Quomodo cognosci possit Dæmones somnia immittere. ibidem
Quomodo possint somnia res futuras significantia immittere. 76
Cur in tanta multitudine cum in aere sint, hominibus non appareant. 618
Inter se dissidia eos gerere sensit Cassiānus. 618
Hoc autem non omninò esse verū probatur. 619
Dan tribus cur in Apocalypsi ca. 7. in enumeratione aliorum tribuum pretermissa. 682

Daniel.

Danielis liber verè Canonicus. 1
Qua lingua scriptus sit. 6
Quomodo diuidatur. 13
Est obscurus præter quatuor causas. 1
In Daniele frequens hysterologia. 3
Daniel variam Græcorum, & latinorum requirit lectionem. 4
Illius libri, & prophetiarum præstantia 4. varietas 5. vtilitas 6.
Tempore Danielis, quæ res insignes gestæ sint in orbe terrarum. 7
Auctor huius libri Daniel est, licet id Porphyrius negarit. 241
Ipsius patria genus, & cur hæc in scriptura non indicentur. 9
An plures vno Daniele fuerint. 10
Quo ætatis anno in captiuitatem ductus. 11
Vixit centum annos vixit 10. vbi sepultus. 13
Esdræ cur eius non meminerit. 14
Prophetia Danielis obscura. in Epistola nuncupatoria.

Cur regis Nabuchodonosor collega dicatur. 218
Cur Balthasar appellatus. ibid.
Cur regis conuiua fuerit. 707
Danielis luctus causa quatuor. 597
Senior, lautius vixit. 198
Cur abstinuit cibis regiis. Causa datur. 27
Puer duodecim circiter annorum, Susannam liberauit. 748
Tribus modis vaticinatus est. 708
Virgo fuit, non fuit eunuchus. 26 27
An somnium Nabuchodonosor naturali sua solertia interpretari potuerit. 73
Danielem recusasse omnem adorationem, qua eum rex Nabuchodonosor afficere voluit credendum est. 109
Eum legebat Ecclesia ex editione Theodotionis. 317
Daniel cognouit Dei filium incarnandum. 447
Cur & si statim exaudiitus, angelus ex statim non apparuerit. 607
Socii Danielis qua ætate erant, cū iussi in fornacem conijci. 122
Eorū Danielis qua ratione ignem euaserint. 148
Cur Deus est passus, illum in captiuitatem abstrahi. 19
Cur Daniel cum Iudais non sit regressus in patriam. 579
Eius sanctitas & sapientia, diuino ore comprobata. 14
Eius liber distinditur trifariam. 17
Cur Daniel non est vocatus ad statuæ Nabuchodonosor adorationem. 123
Cur Daniel regem Nabuchodonosor impietatis non arguerit. 124
Cur Daniel sociorum patrocinium nō susceperit, dum in ignem essent mittendi. ibid.
Cur Daniel nō est cum sapientibus Chaldæis ad Nabuchodonosor accersitus. 69
Cur Daniel dubitanter promittebat regi Nabuchodonosori ventam peccatorum, etiā si ageret pœnitentiā 272
Qualium somniorum erat interpres. 38
Daniel non nouit distinctè tempus aduentus Christi. Et cur 484
Si tamen ei fuerit reuelatum, hoc in Scriptura non habetur. 484
In Mediam adductus. 11
Non tentauit Deum, abstinendo in decem dies à cibis regis. 31
Quomodo inter leones seruatus est. 338
Quod eius in scribendo propositum 341
Quo pallio promeruit angelū videre 508
Daniel suam visionem non satis intellexit. 732
Quæ fuerit à reliquis prophetis diuersus. 137
Eius scripta cur inter agiographa Hebræi recenseant. 138

Darius.

Cur Darius à Daniele, Babylonis expugnator dicatur. 317
Darius Nothus Persarum Rex 10. quis. 619
Darij regis ceruical scabellum, pergula 88
Eius exercitus contra Alexandrū. 90
Eius infelix fœlicitas. 395
Darius Medus quis fuerit. 326
Quando regnauerit. 423
Darius Hystaspis quis. 350
Darius alius à Cyro. 331
Sub eo templum exædificatum & perfectum. 637
Deletur aliquid tripliciter: & sic à Deo peccata delentur. 459
Denarij duo Samaritani, sacramenta & verborum Dei. 459
Denarius numerus: indefinitam multitudinem significat. 325

Deus.

Quæ sit Dei gratia hominū petitio. 62
Deus optata suorum, cumulatè complet. Ibidem.
Cur Deus regi Nabuchodonosor peperceret, & non Balthasari 308
Filius Dei in scriptura angelus vocatur. 151
Deus quadam somnia etiam improbis dabat & cur. 56
Cur Deus improbis interdum sua revelat mysteria. 76
Mirè Deus tēperauit, ad vires & vtilitatem bonorum, tentationes diaboli. 569
Quomodo Deus mutet tēpora & ætates. 73
Et regna transfert. Ibid.
Omnia ponderat. 307

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cur Deus interdum suo cultui vasa dicata, ab impiis sinat contaminari. 24
Cur sedere dicatur super Cherubim. 159. 160
Dei omnipotentiam in quibus scriptura maximè prædicet. 120
Ad Deum quomodo referantur omnia 193
Deum quomodo homines magis laudare debeant quam reliqua omnia 154
Deo idem est peccata dimittí & tegi. 461. 462
Deus cur statim nostras preces non exaudiat. 613
Dei sacramenta, id est, mysteria mira sunt. 672
Deus Pater, Deo filio quomodo antiquior. 300
Deus laudari à nobis dignè nequit. 361
Deus in docendo, homini ut potentior. 45
Trifariam potest laudari. 161
Promissa Dei duplicia, alia absoluta et alia conditionalia. 446
Confert maiora, quàm petatur. 447
Non semper facit quæ potest. 124
Deo non mercedis gratia, sed amore ipsius serviendum. 124
Cur Deus servos suos non semper malis, quibus afficiuntur eripiat. 125
Supplicia differt, ut pœnitentiam agamus. 282
Quid sit Deus secundum Senecã. 177
Cur antiquus dierum dicatur. 319
Cur in throno flammeo sessurus sit. 361
Temporũ legibus alligatus non est. 60
Deus variè homines afficit per somnia. 52
Eius promissa Patriarchis facta quadriplicia. 136
Dei apparitiones ante incarnationem per angelos factæ sunt. 132

Diabolus.

Diabolum in fine esse salvandum, error Origenis. 240
Diaboli officium secundum Platonem. 48
Diabolis cum hominibus esse commercium probatur. 78
Diabolus habet librum mortis, in iudicio proferendum. 208
Potest varie hominem in igne servare. 148
Is interdum per naturalia operatur. 217
In fine mundi quæ faciet miracula. 687
Quæ somnia rerum futurarum dormientibus imprimat. 77
Quorundam somniorum est auctor. 48
Quid sit diabolum à Deo ligari & solui. 750
Eius tentationes Deus mirè temperauit. 750
Serpentem ministerio sæpe ac libenter curavitur. 78
Dianæ templum Antiochus spoliare voluit. 412
Arabian apud Græcos quid significet. 518
Diei & noctis utilitates. 189
Quam turpiter erroni, qui diei naturalis officia pervertunt. 190
Dies naturalis quantitas. 418
Digiti statuæ decem quid denotent. 680
Diluvij nomine quid significet scriptura 508
Dimidium ultimæ hebdomadæ quomodo explicetur. 502
Discordia quadruplex Romanorum significata. 98
Divinos honores superbi, sibi usurparunt. 110
Doctores manent in cælo aureola. 723
Idem in cælo præ aliis fulgebunt. 723
Eorum munus. 722
Doctrina rerum naturalium tripliciter comparari potest. 19

Dominicus



Dominicus dies, cur à nobis festus habeatur, & de multis eius dici prærogatiuæ. 191
Dona hominum, quibus de causis magis minúsve æstimare soleant. 234
Dormientium somnia, naturaliter sciri non possint. 71
Dormientibus, cur multa diuinitus revelentur. 53
Dracones seu serpentes quæ gentes coluerint. 764
Duodecim principes ex historiis maximè memorabiles qui sint. 719

E

Ebrietas.

Ebrietatis quantum sit vitium & exitium. 295
Ebrietatis insigne exemplum. 89
Ebrietatis deplorandum exemplum. 89
Ecclesia in suis precibus pervulta habet non ex sacris petita literis. 740
Iam antiquitus multos libros recepit, qui in canone Hebræorum non sunt. 741
Ecclesia persequutionum quinque genera. 69
Ecclipsis quomodo accidit. 607

Eleemosyna.

Eleemosynæ utilitas. 274
Cur ex operibus satisfactoriis, solam eleemosynam, Daniel suaserit regi Nabuchodonosor. 270
Quomodo tollat peccata. 272
Quibus nihil conferat. 273

Elephantis.

Elephanti vebur, & qua animalia horreat. 209
Docilitas, & quod hominem metuat. 229
Eius demandi ratio. 230
Longevitas. 231
Reliquis præstat animantibus. 232
Eius magnitudo. 230
Eius potus, & cibus. 217
Eius dentium magnitudo. 228
Homini persimilis. 229
Eius sagacitas Ibidem.
Elias & Enoch ante iudicium prodibunt adversus Antichristum. 711
Enceniorum festum. 405
Enoch & Elias ab Antichristo perimendi. 736
Epicurus abstinentiæ laudator. 30
Epiphania dies, tribus miraculis insignis. 369
Equus animal ambitiosum 682
Esdræ in scribendo propositum. 14
Eius libri tertius, & quartus cur apocryphi. 720
A Patribus sæpè citati. 721
Esther liberans Iudæos, significans Christum. 492
Esther regina maritus fuit Artaxerxes Mnemon. 640
Essenorum abstinentia. 30
Euangelicæ legis præstantia. 311
Euangelium, & lex unum sunt substantia. 471
Euangelistarum consuetudo, dissita inter se omissis intermediis conuertere 566
Euilmerodach fuit Iudæis benevolus. 758
Successit patri Nabuchodonosor in regno. 301
Eulæus fluvius quis. 390
Eunuchorum hæresis. 26
In quos usus eum principes eos habuerint. 25
Euripi fluxus, & refluxus mirabilis. 218

Ezr-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ezechiel quo anno prophetare orsus est. 12

F

Femora statua visa in somnio Nabuchodonosor, lasciuiã denotabant. 50
Fere se furi turibulis cur interdiu contineant. 190
Festus dies simpliciter ac praecisè quisnã S. Ioannes & S. euangelij vocetur. 506
Festa Iudæorum hyemalia, &c. 564
Festa Iudæorum, & Christianorum. 141
Fibula quid. 511
Fide præstat charitas. 464
Figuram cum figurato non est necesse in omnibus conuenire. 283
Hæc dicitur nomine figurati, & contra. 85
De floribus, & foliis arborum mira. 226
Flumen quid sit, & quid significet. 729
Flumen igneum, & lapideum à Deo egrediens quid adumbrabat. 362
Fluuius Sabbaticus quis. 212
Fœlicitas humana quã instabilis. 295
Fons mirus apud Garamantas, & alius iuxta Lauium lacum. 212
Formicarum natura descriptio. 225
Fortuna varij euentus. 86
Franciscus Turrianus societatis Iesu laudatur. 213
Fraxini vmbra vim contra serpentes. 207
De fructibus, & floribus arborum 205. 206
Fructus intelligentiæ rerum diuinarũ qui sint. 175

Fulmen & fulgur.

Fulminis, & fulguris differentia. 194
Miri effectus fulminum. 194
Tria eorum genera. 49
Fulmen cur dicatur igneum. Ibidem

G

Gabriel.

Gabriel de aduentu Messiæ cur obscurè locutus est. 49
Gabriel Archangelus, quantus inter cælestes spiritus. 193
Pugna Gabrielis cum principe Persarum. 631
Iudæorum tutor. 77
Aduentum Messiæ Danieli prænunciauit. 58
Generatio quantum spacium temporis notet. 432

Gentiles.

Gentiles cur in suis libris sacra Iudæorum historia non memorentur. 253
Gentiles non habuerunt veros somniorum interpretes. 79
A Gentilibus non est indecorum Christianos scientias mutuari, & addiscere. 17
Gentiles difficilius fuit quàm Iudæi ad Christum conuerterẽ. 284
Quomodo ex prophetiis conuincantur. 472
Gentilium conuiuiorum ratio 297
De Gentilium somniis, quæ vt diuina recensentur quid sentiendum. 76
Gigantes vbi turrim Babel ædificare aggressi. 147

Græci.

Græcorum regnum cur per pardũ, & hircum figuratum. 395
Illud Romanorum regno fuisse simile ostenditur. 671
Græci mirabilia fingunt. 315
Rebus Persarum semper fauerunt. 317
Cur Græcorum imperium fuerit viri similis. 89
Et aëri. 89
Eius amplitudo. 91
Cur Græci assimilantur capræ. 394
Græcorum bibliorum erratum. 478 594. 631
Græcorum imperij ortus, & exitus. 99
Eorum scelera. 100
Græcorum regni initium quod in Scriptura commemorantur vnde sumendum. 403
Græcorum princeps Gabrieli aduersatus quis fuerit. 625
Eorum de Persis nobilis victoria. 626
Gratia prophetarum, flumine significatur. 601
Gratia Christi efficacitas peccata delere, & pro peccatis satisfacere. 439
Gratia curationum quid sit. 40

H

Habacuc.

Habacuc Iudæa incola. 764
Ab angelo translatus Babylonem. 765
Quod fuerit is, qui inter 12 prophetas numeratur. 766
Breuis vita, obitus, & prophetia eius expositio. 766

Hæretici.

Hæretici à magistratibus puniendi sunt. 155
Hi idololatris comparantur. 248
Hæc eorum vana fiducia. 293
Negant Christi animam ad infernum descendisse, & de eo refelluntur. 469
In quo hæretici regem Nabuchodonosor imitentur. 520
Peccata re vera tolli per Christi gratiã negant, sed confutantur. 460
Eos Augustinus conuincit. 461
Contra eorum iustitiæ imputatã. 462
Verbis Hieronymi abutuntur. 127
Eos piget modicè mentiri dum scripturam facilem esse iactant, similes Herostrato. 727
Eorum doctrina par auream statuam significatur. 120
Eorum qualis doctrina. 198
Sacrilegia grauiter punienda. 321
Hanno Carthaginensis primus leones sicurauit. 357

Hebdomadæ.

Hebdomas quid significet 449
Hebdomadum 70. vnde sumendum initium. 476. 477. 478. 479
Cur dicantur abbreuiatæ. 451
Intelligẽdæ sunt de annis lunaribus. 435
Earum initium à vigesimo anno Artaxerxis Longimani sumendum. 485
Desinunt in Christi baptismate. 486
Earum interpretatio difficilis. 524
Hebdomadum septem & 62. tempore quæ acciderint. 487
De cõputatione 70. hebdomadũ varię aliorum opiniones refutantur. 575
De eis sententia auctoris. 587
Quæ sunt in hac disputatione certa, et quæ controuersa. 587
Terminus hebdomadum duplex. 588 589
Hebræi autem Græcos sapientes habuerunt. 12
Hebræi chronologiam vanè ordiuntur. 547
Eorum chronologia mendosissima. 585
Eorum ad superstitiones lubricum ingenium. 174

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Hestoris Pinti lapsus in historia.* 743
*Helias extra templum quomodo sacrificauerit.* 138
*Herculis fabula ex literis sacris petita.* 213
*Herodis regnum sub quo Christus natus.* 549
*Herodoti insignis in chronologia lapsus.* 291
*Herodotus pater mendaciorum dictus.* 414
*Multiplex discrepantia historiæ eius de Cyro ab historia Xenophontis. Ibid.*
*Arguitur mendaciorum.* 436. *quando vixit.* 739
*Hieremias ante iudicium venturus à quibusdam fingitur.* 710
*Quando vaticinari cœperit.* 435

D. Hieronymus.

*D. Hieronymi memoria lapsus.* 355. & 603
*D. Hieronym. Iudeis insultat.* 503
*Eius mendosus locus corrigendus* 409
*In D. Hieronymi lectione quid obseruandum.* 609

Hierosolyma.

*Magna celeritate vrbs sancta est extructa.* 431
*Nehemias eius solus fuit extruēdæ author.* 483
*Hierosolymorum excidium, quo tempore factum.* 572
*Hierosolymi tantum templum, quando restauratum.* 527
*Hierosolymis, Iouis olympij simulacrum.* 604
*Hierusalem cur vrbium sancta dicta.* 133
*Eius vrbis conditor quis fuerit.* 152
*A Pompeio quando capta.* 581
*A Dauide mirificè aucta, & ornata.* 133
*Locus in quo templum Hierosolymitanum exstitit olim sanctus.* 133
*Hierosolymis Lux euangelica veritatis effulsit.* 187
*Vrbis Hierusalem nomina.* 559
*Eius situs.* 17
*Hippomenis in filiam adulteram seuitia.* 77
*Hirco Alexander quare comparatus sit.* 510
*Historici gentiles, cur non meminerint somni Nabuchodonosoris, quod ca. 4. describitur, & transformationis eius in bestiam.* 248

Homo.

*Homo in somnis non habet perfectum libri arbitrij vsum.* 54
*Hominis ætas.* 435
*Quam variè Deum possit laudare.* 116
*Ei quinque genera bonorum à Deo cessa.* 14
*Quinque necessario scire debet, & qua illa sint.* 12
*Homo Dei gratia præsente, longè alium quam ea priuatus.* 117
*Homo in rebus secundis bene meritorū obliuiscitur, in aduersis recordatur.* 29
*Homines impij arboribus comparantur.* 118
*Quomodo angelis paulo minor dicatur à Dauide.* 28
*Eius naturalis dignitas in duobus consistit.* 238
*Honoris summi insignia, quæ olim apud principes habita.* 311-313
*Humani corporis temperamentum varie variatur.* 303
*Humani corporis iusta mensura.* 178
*Hyacinthus lapis qualis.* 64
*Hyperbole figura sacris literis perfrequens.* 65
*Hyrcanus vltimus Iudæorum legitimus pontifex.* 506
*Quando mortuus.* 520

I

*Iacob Patriarcha cur ex contactu angeli claudicauerit.* 607
*Iacob Patriarcha tribus modis est variatus.* 532
*Iacob cur sanctus dicatur.* 137
*Iamblichus quid de tempore illatorum somniorum senserit.* 59
*In Iansenium animaduersio.* 718
*Iaponij animalis natura admirabilis.* 265
*Idola vocantur abominationes.* 694
*Idololatria primus inuentor quis.* 282
*Quomodo eam euertendam à Sacerdotibus significatum sit.* 89
*Eius origo à Belo.* 76
*Iechonias à sancto Matthæo in Christi genealogia nominatus, non vitus fuit, sed ibus* 26
*Ieiunij tempore à cibis delicatioribus abstinendum.* 502
*Eius fructus.* 603
*Ignatij Loyolæ, eiusque institutio affectus.* 177

Ignis.

*Ignis duas proprietates, incendi, & vrendi Deus separat.* 143
*Ignis vincula iuuenum exussit, ipsos non lædens.* 143
*Ignis generaliter in scriptura, afflictionem significat.* 927
*Ignis & æstus in quo differant.* 185
*Eius vires & affectiones.* 180
*Eius copiosa & multigena generatio.* 186
*Per ignē à Deo patrata miracula.* 187
*Ignem Dei thronus, quæ denotat.* 361
*Imaginem visio accidit horribilem.* 256
*Imaginum cultus quis sit prohibitus.* 157
*Imago Dei in homine in quo sit sita.* 216
*Ingressus, mere fluctu aquæ fugitur.* 929
*Impij an possint diuina mysteria intelligere.* 771
*Arboribus comparantur.* 118
*India occidentalis misera.* 1
*Infernum locum esse animarum terrarum probatur.* 1
*Inferni ignis duplicitèr cruciabilis.* 1
*Intelligentiæ nostræ vires explicantur.* 1
*Intemperantiæ exemplum.* 1
*Interpretes septuaginta quinque virum.* 1
*De eorum interpretatione sacrarum literæ.* 1
*Ioachim rex impietate, & crudelitate.* 1
*Ioachim maritus Susannæ, quis fuerit.* 1
*Ioannis Annij de libris Manethonis temeraria inventa.* 1
*Eiusdem cinnamomea annalia.* 1
*Ioannes Vergara laudatur.* 1
*Ioannes Euangelista, meritò cum Elia expetit.* 1
*Eius Euangelium vltimum reliquis sanctius est.* 1
*Iobilæi tempus.* 1
*Ionæ à pisce deuorati mirus cruciatus.* 1

Iosephus Iudæus.

*Iosephi Iudæi fides.* 1
*In Iosephum quædam animaduersiones, vbi de Onia templo agit.* 1
*Iosephus parum in Hebraicis doctus.* 1
*Iosephi Scaligeri varia sententia explicatur.* 1
*Iosæ filij quiet. & nomina.* 1
*Iridis natura mirabilis.* 1
*Isaac vetus Christi typus.* 1
*Iudas Machabæus Iudæorum Iudex & vindex.* 1

Iudex.

*Iudæi in tempore Gedeonis Troianis Græcis militauerunt.* 1

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Cur dicantur populus tuus non populus Dei* 431
*Eorum calamitates sub Tito & Vespa.* 493
*Iudæi Antichristum sunt recepturi.* 680, 683
*Eorum in Christum blasphemia* 680
*Progressores Antichristi.* 681
*Eorum vana Messiæ expectatio.* 736
*Eorum vana spes regni terreni* 101
*Iudæis cur pauci Angeli patrocinabantur.* 815
*Iudaicum Chronologia mendosa commentitur.* 535
*Eorum improbitas, & pervicacia.* 597
*An decem tribus Iudæi sint ante finem mundi convertendi.* 717
*Potius superstitiosi, quam religiosi.* 95
*Quomodo occiderunt accusatores Susannæ* 744
*Eorum Babylonica captivitas triplex.* 434
*Hæc quando finita.* 424
*Iis Iudæos prohibuere, Antiochi, Tyranni.* 695
*Sub Adriano clades memorabilis illorum.* 494, 573
*Item sub Constantino.* 497
*Quando Babylone liberati.* 432
*Ante Iudicium plerique convertentur.* 709
*Quomodo Scripturæ libros distinguunt.*
*Cum Græcis quando conversari cœperunt.* 546
*Eorum in Antiochū maxime favor.* 662
*Iudæi insectia, & inconstantia arguuntur.* 525
*Eos bene arguit Theodoretus.* 598
*Eorum ingenium adversis rectioribus esse.* 615
*Quomodo eorum liberatio ab angelis procurata* 615
*Illorum cæcitas.* 466
*E Iudæis cur tantum tres pueri eò ven. adoratam statuam accusati.* 128
*Prærogativa Iudæorum olim decem.* 257
*Omni virtutum genere, qui fuerint inter eos clari.* 237
*Scelera eorum horret Iosephus.* 518
*Eorum persecutio sub Nabuchodonosore persecutione Antiochi gravior.* 713
*Cur per mundum dispersi maximè.* 473
*Eorum scelera, & pœna.* 458
*Cur in suis præcipitia, trium patriarcharum sepius meminerint* 13
*Quomodo impugnent Christum & regnum eius.* 570
*Impugnantur.* 372, 573
*Exules per totum orbem.* 375
*Quos libros Scripturæ non habeant, & cur Susannæ Historiam non admittant.* 748
*Iudiciarias leges apud Chaldæos retinuerunt* 734
*Eorum in servanda Dei lege de non adorandis Gentilium imaginibus, constantia.* 136
*Caput aureum asini adorasse, falsò quibusdam fingitur.* 130
*Iudæis singularibus septem beneficiis, post captivitatem Babylonicam ceciderunt* 501
*Quæ persugia invenerint ad se ipsos in perpetuo exilio consolandos.* 502
*Iudæi habent faciem velatam ad intelligenda Scripturæ mysteria.* 503
*Iudæorum nulla scelera præter Christi necem, hanc eis cladem inexerunt.* 503
*Iudæorum Calamitates memorabiles tres præter hanc postremam omnium gravissimam.* 499
*Eorum Ægyptiaca captivitas quando fuerit.*
*Quomodo illis S. Hieronymus insultet.* 508
*Duo sceptrifer Iudæi genera eis propter [illegible]* 511
*Quando eorum sacra defecerint* 519
*Illa post brevissimum rerum suarum interitum fœcundissima.* 519
*Iudæa cuiusdam Rabbini de nece Christi sententia.* 491
*Eorum calamitates ob Christum occisum* 492
*Quod fuit perditur.* 542
*Quæ a Tito & Vespasiano passi.* 98, 503
*Quomodo tantinper edi, Calamitatum suarum acerbitate aliquando finem* 449
*Frustra Hierosolyma restaurare conati* 490
*Prodigia quibus ab instauratione tam pia repressi.* 496
*Comparantur calamitates eorum ultimæ, cum priorib.* 499
*Indæ mendacia inter Syriam, & Ægyptum.* 407
*Iesus Iudæi* 632
*Iudicandi potestas cur potius filio Dei tribuatur, quam patri.* 383
*Iudicia Dei in quatuor rebus incomprehensibilia.* 128
*Iudicia Dei vera sunt triplici ratione.* 129
*Iudiciorum Dei æquitas.* 307
*Iudicij extremi sex notabiles circumstantiæ* 132
*Iudith historia quando contigit.* 22
*Iugulandum, priorumque umbra venenum.* 207
*Iuliani Apostata in instaurando Hierosolymorum templo, vana conatus.* 407
*Iulius Cæsar, alter Alexander, sed solus.* 89
*Iulius Scaliger laudatur* 228
*Iucundissimum Dei, & Angeli quid velit.* 729
*Iustitia Christi cur nostra dicatur* 462
*Iustitia legalis, & Evangelica discrimen.* 467
*Iustitiæ Christianæ partes sibi vendicat eorum* 464
*Iustini errores, seu Trogi Pompeij, circa historiam Iudaorum.* 210

I.

*Laodicenorum venenosi fistulis.* 649

Lapis.

*Lapis sine manibus excisus de monte, Christum significat.* 102, 104, 106
*Quid lapides in veteri testamento Christum significabant* 103
*Laurus non tangitur fulmine.* 243
*Leonis ex imperium Chaldæorum comparatum* 345
*Legulus quando defecerint* 590

Leones.

*Leones quæ horrere soleant.* 319
*Leones quibus modis ne obsint, prohibere possint* 337
*In suos benefactores mites.* 337
*Cur saure soleant in aliquem.* 328
*Non nocuerunt Danieli, & qua ratione id factum sit.*
*Leviathan, quid in scriptura significet.* 214
*Lex & Evangelium unum sunt substantia.* 478
*Lex Mosis abroganda unde colligitur.* 663

Libri.

*Liber vitæ, & liber mortis, qui sint.* 367
*Liber vitæ tribus modis dicitur.*
*Liber Dei prædestinationē significat* 715
*Ex libro vitæ, quomodo aliqui deleri dicantur.* 715

Universidad de Deusto
Biblioteca



Liber Dei triplex. 717
Libri magorum incantatorum, &c. 35
Legendi libros cur non liceat. 35
Gentilium libros legere non solum non licet Christianis, sed etiam prodest plurimum. 33
Cur eos legere Christiani non refugerint, sicut à sacrificiis eorum abhorrerunt. 17
Libri in extremo iudicio aperiendi qui sint. 346
Linearum mensura apud Romanos, & Hebræos. 760
Longimanus rex Persarum: cur ita vocatur. 639
Lucii encomium & proprietates. 192
Lux de nomine & similitudine usus frequens in scriptura. 192 193
Luces ex cum Sulamite cōparatio. 745
Eiusdem in sui tactu tria fuisse peccata 745
Ludouicus Viues Valentinus laudatur. 765
Lucæ præstantia, & descriptio. 174
Eiusdem in mari operatio. 211
Lunaris annus quantus. 454
Lucas regna exercit. 637

M

De Machabæis quid sit à Daniele prædictum. 631
Machabæorum principatus, quandiu duraverit 369
Magi qui fuerint. 67
Magorum quam olim fuerit auctoritas, & disciplina. Ibid.
Eorum transformationes simulatæ. 203
Malchomedes qui fuerit. 316
Mala imprecari quomodo liceat. 218. 219
Malefici, seu necromantici, qui fuerint 68
Malleoli quid significent. 149
Mamichora, quæ putatur esse omnium severarū terribilissima describitur. 35
Manus quam vidit Balthasar, quæ fuit. 305
Quid significet vox manus, 735
Maozim, quem vt Deum colet Antichristus quid sit. 693
Marci Varronis tēporum distinctio 532
Mardocheus quomodo sit cum Iechonia translatus in Babyloniam. 443
Quomodo ad ætatem Artaxerxis Mnemonis pertingere potuerit. 649
Maris fluxus & refluxus causa. 218
Mare magnū in scriptura quid sit. 342
Mundum apposite denotat. 343
Maria virgo perradicem illius arboris Nabuchodonosor significata, significat eam nulla peccati macula infectam. 256
Cur ea mons dicatur 110
Maria Magdalena cum sorore Massiliam mirabiliter appulit 220
Eiusdem vnguentum. 602

Martyr.

Martyres tempore Antichristi, cæteris illustriores. 675
Martyrii tria genera 145
Adeunt perfectam rationē qua necessaria. 145
An tres iuuenes in fornacem missi, fuerint martyres. 145
Medea quomodo se de pellice vltus sit. 43
Medi fuerunt inferiores Chaldæis tempore Nabuchodonosor. 81
Medium de mutatione regni Nabuchodonosor opinio refellitur. 267
Mercimonium digna præmia. 657
Messiæ præclara facinera. 450
Messis quo tempore in Palæstina. 504
Methasthenes Annis falsis offenditur 532
Meteorologica res maximè diuinæ restimuntur prouidentiam. 179

Metreta, qua mensura. 763
Michael Iudæorū erat præpositus 617
Michael ex quo angelorum sit ordine, & quomodo Gabrielis dicatur in auxilium venisse. 619
Antichristi tempore pios defendet. 708
Militiæ liber tria complectitur. 568

Miracula.

Miracula complura eluent in conservatis iuuenibus in fornace Babyloniæ. 143
Duo præcipua Dei potentiæ miracula in scriptura celebrari, & quæ sint illa. 170
Miraculorum duo genera. 687
Miracules Christi quomodo commincent ab Iudæi. 513
Misericordiæ Dei modus. 307
Missa iuge sacrificium tollet ex parte Antichristus. 735
Cur hic dicatur iuge sacrificium. Ibid.
In ea multa leguntur quæ sacræ Scripturæ auctoritatem non habent. 740
Manichi secundum D. Hieronymum potius est lugere quam docere. 724

Monarchia.

Monarchia est optimum gubernationis genus. 375
Monarchiæ Persarū diuturnitas. 622
Monarchiæ magnis cum tumultibus incipiunt. 345
Bestiæ cur comparantur. Ibid.
Earum exordia parua. 344

Montes.

Mons Beatam virginem significat. 105
Res in montibus memorabiles gestæ. 105
Montes in scriptura memorabiles ac celebres. 202
Vsus & vtilitas montium. 201

Quæ in eis maximè miranda. 202
Ob altitudinem, qui ab antiquis celebrati. 202
Mors, non omnem tollit hominis scientiam. 49
Mortis improbitas insignis in hominibus vltimi seculi, Antichristum præcedet 680
Mosi dicitur à quibusdam venturus ante iudicium. 710
Mundi infida fiducia. 343
Mari vitæ comparatur. 344
Mundanæ fœlicitatis in statua Nabuchodonosoris exemplum. 120
Mōgus quid. 305

N

Nabuchodonosor.

Quo anno statuam adorandam proposuerit, 115
Quomodo Danielem adorauit. 108
Quo anno primum Hierosolyma venerit Cur rex regum vocatus. 83
Ipsius potentia. 83
Quomodo sub eius imperio fuerint omnia 83
An filium Dei viderit in fornace. 149
Insolubilia & superius, Dei sibi vsurpat honores. 116
Quo anno prius somnium ei acciderit. 66
An illud ei naturaliter accidere potuerit. 76
Quantâ ex eo utilitate pareperit. 109
Quo anno alterum somnium viderit. 224
Latissimè imperium quando protulit. Ibidem
Quando verum Deum agnouit. 116
Eius & Pharaonis comparatio. 284
Eiusdem confessio, an vera fuerit. 285
Hos ambo stupido diuinitatis incessit. 117

Universidad de Deusto
Biblioteca



Status nius bellatorus per totum septen trionem. 248
Cursus Iesu in Iudaea, & Ierusalem vsque ad Iesu nō liberauit ex captiuitate. 87
Eorum ab eo gestarum Chronologia 25
Aliquid moderationis, & pietatis habet. 24
An ea, quae de ea informatione eius leguntur parabolae sint, vel historiae, intelligenda. 247
Non fuit secundum salutantio in bella ante mutata. 209
Cur in Ierusalem euntisse dicatur. 268
An sit saluanda. 283
Antem cum erraret, an vinculis fuerit constrictus. 250
Eius cum ex Iesu habitatio, & victus, &c. 26
Quis inter eos post eo regnauerit. 201
Quandiu in sylua moratus. 23
Babylonem quomodo is condidisse dicatur. 277
Leo in Scripturis illicitur, & cur. 346
Item aquila, & cur. Ibid.
Alius fuit ab eo Nabuchodonosor, de quo in libro Iudith. 20
Quis horum prior fuerit. 22
Is de quo in libro Iudith agitur, non fuit Cambyses Cyri filius. 21
Nuptiae quid. 140
Naturaliter cognito qualia. 70
Nauis cum ave similitudo. 692
Neb contra in Ierusalē studiū. 482. 483
Nembrot & Belus idem. 281
Nero à quibusdam immerito putatur Antichristus futurus.
Noctu plerumque fulgurat. 194
Noctes & dies vitiatae. 185
Contra pertinentes diei noctisque vsum, & officia. 190
Nubes in quibus Christus ad iudicium veniet, ad quid adhibebuntur. 377
Numeri alicuius summam, quomodo exprimunt Hebraei. 487
Numerus Platonis obscurius prenuntiatus. 178
Nuptiae in Cana Galilaeae quando celebratae. 220
Nutricis natura. 221

O

Oblatio corporis & sanguinis Christi implet omnia veteris legis sacrificia. 308
Obrizum aurum cur ita vocetur. 608
Obscura argumenta proponuntur. 274
Occasio diuinum quando accidat 307
Oleum ex oliua fluctuans color. 181
Olympias nomen describitur. 2
Olympiadis usus origo. 342
Quando coepit. 343
Omen quo anno in Aegypto exiuerit templum. 18
Eius templum in Aegypto quando coepit. 658
Forma illius templi. 659
Eius destructio. 659
Omnes, & omnia pro plerisque & plurima ponuntur in scriptura. 54. 720
Opera satisfactoria pro peccatis irrita. 178
Oratio Azariae est canonica, & pars libri Danielis. 127
Orationibus a Deo promissa, quare plerumque. 444
Orationes nostrae, cur saepe à Deo non exaudiantur. 614
Ordo prophetiae Danielis. 28
Ordo capitum à Daniele, cur non seruatus. 283
Origenistarum opinio. 249
Eorum error de diabolo. 249

P

Pallium in Scripturis quomodo sumatur. 503
Panem desiderabilis quis vocetur. 504

Papiae auctor Chiliastarum, quis & qualis fuerit. 510
Papilionum origo qualis. 265
Pardi proprietates, & cur ei Alexander Magnus similis. 349
Pascha simpliciter, ac praecipue in scriptura, dies festus dicitur. 564
Paschae Iudaeorum tempus. 434
Pasceris natura. 222
Paulus cur se plus caeteris laborasse dicat. 466

Peccatum.

Peccatum quomodo à Christo deletum. 459
Cur tegi dicantur peccata. 461
In peccato sunt quatuor. 461
Peccato quomodo Christus fuerit impositus. 458
Peccatoribus non esse promittendam temere veniam. 273
Peccatoribus, securitas suspecta esse debet. 296
Sine fructu verbum Dei audiunt. 311
Pelicanus quae auis, & eius mirabilis Natura. 221
Perdicca successor Alexandri quomodo sit factus. 600

Persae.

Persa unguentis delibuti. 599
Illorum regnum cur urso simile. 347
Persarum regnum catalogus iuxta Iosephum recitatur.
Persarum antiquorum abstinentia. 20
Eorum regnum an minus Chaldaeorū imperio. 26
Persarum, & Chaldaeorum imperia quandiu floruerint. Ibid.
Persarū imperiū quādiu steterit. 642
Persarū regnum cur argento comparatum. Ibidem.
Eorum opulentia, quanta fuerit. 87
Persarum princeps nominatus in 10. c. Danielis bonus ne, an malus angelus fuerit. 602
Quis fuerit ille rex Persarum, iuxta quem Gabriel angelus remansisse dicitur. 621
Persarū regnū tur arieti cōparatū. 390
Quandiu steterit, & desierit. 353
Eorum quam late patens imperiū. 193
Eorum monarchia regei quot, & qui, & quādiu singuli regnauerint. 620. 634
Cur in parte steterisse dicatur. 347
Illorum regnum cur ursa simile. 347
Persicum regnum pectori, & brachiis cur comparatum. 82
Persequutionum Ecclesiae quinque genera. 713
Persequutio Antichristi duplex, corporalis, & spiritualis. 712
Persepolis ab Alexandro quomodo incensa. 42
Persici imperij ortus, & finis. 98
Peruersis regio qualis. 196
Pes ferreus illius statuae an digitos ferreos, & terreos desinens quid significet. 97
Phantasiae vis & vsus. 208
Pharao, & Nabuchodonosor, quibus in rebus similes & dissimiles. 284
Pherecides vetustissimi Philosophi notabile dictum de principe daemonum de caelo dicto. 765
Philadelphi Hebraam, & Chaldaeam linguam eandem esse redarguitur. 70
Philosophia quaenam à D. Paulo vituperetur. 27
Philosophi quomodo regem Nabuchodonosor imitentur. 25
Quid de commercio Deorum cum hominibus senserint. 71
Phoenicis admiranda auis ex S. Ambrosio, Tertulliano, & aliis descriptio. 224

Universidad de Deusto
Biblioteca



Diuina essentia natura. 218
Diuitiæ, fruendum ne sint inuitus à Deo. 210
Diuus Petrus exorcistas miracula. 210
Dæmon à corpore captus quomodo dæmonem expulerit. 217
Dæmon, & anima similitudo. 218
Dæmonum quorundam intra mortem 215
Dictatorum quare nullapud scriptores mentio fiat ante annum 405. 175
Dictum scripturæ admirandum, & quam diligenter obseruatum. 208
Dictum Pythagoræ de vxoribus scribens Erasmus errasse existimatur. 600
Dilatata prouidentia. 178
Dimissio per solam virtutem, & efficaciam. 201
Dominici Romani mentem cælestia quæ sit à Deo. 374
Dominici Romani reuerentia Christum mundum colendi. 372

Porphyrius.

Porphyrii calumnia de auctore huius libri depellitur. 8
Porphyrius de veritate somniorum sententia. 46
Porphyrius negatur 724
Positura. 715
Potentia. 703
Præsumptio. 304
Præscientia. 712
Præsultatur cum refert ad Antiochum ea quæ sunt de Antichristo dicta. 355
Præterea cum regnum Sanctorum ad Machabæos refert. 369
Præterea de morte Antiochi agit. 704
Præterea Hieronymo redarguntur. 108. 125
Præterea eodem mendacij arguitur. 315
Præterea multa cælestium variè in scriptura describuntur. 715
Præter solam Dei voluntatem proiecta in Scripturis scrutandum. 128
Præsciuit Deus ita aliquem finem, vt media etiam ad eum ordinet. 443
Prædictionis duplex genus. 271. 276
Præcisi, secundum quid, sunt in libro vitæ. 776
Prauaricatio hominum, quomodo per Christum dicatur consummata. 449

Princeps.

Principum omnium, qui apud veteres Græcos fuerunt, clarissimi fuere duodecim. 636
Princeps plus exemplo quam peccato nocet. 121
Officia optimi principis. 155
Adimpendum, quæ res maximè necessarias præcipit. 176
Mundi princeps, facile ad illicita inducuntur. 121
Primus, seu lex quæ ait. 207
Propositiones in scriptura de toto dictæ, sed de parte intelligendæ. 719
Prosperitas, indicia eorum, qui de nobis sunt benemeriti oblitionem. 253

Prophetæ.

Prophetæ sunt obscuri. 487
Multa involuta loquuti sunt. 455. 456
Eorum auctoritas. 465
Qui dicantur prophetæ. 59
Hi sunt qui diuina visa interpretantur. 596
Apud prophetas frequens personarum mutatio. 630
Illorum de Christo oracula. 467
Quo ab historicis differant. 450
Debent vt propriè dicantur prophetæ, visiones intelligere. 595

Prophetiæ.

Prophetia non est qualitas, velut habitus scientiæ, aut virtutis in prophetis permanens. 745
Eius



Eius spiritus aliquando deest prophetis. 35
Quomodo Christus impleuit prophetias. 464
Prophetia de Christo, qua & quot. 467
Omnis prophetia, secundum Irenæum primùm impleatur, anima est. 466
Omnia tempora: prophetia complectitur. 75
Protagoras, omnia somnia, & quæcunque viderentur hominibus, vera esse putauit. 42
Prouidentia Dei in his, quæ è terra nascuntur, maximè cernitur. 203
Ea est iustissima & ordinatissima. 361

Ptolemæi.

Ptolemæi Philadelphi opulentia. 647
Eius de Iudæis meritum. 648
Ptolemæus Philopator, cur sic dictus. 654
Vectus eius, mores, & exercitus. 655
Inhumanus fuit. 656
Eius vita turpissima. 657
Mors. 657
Ptolemæus Euergetes, quis, & eius gesta. 630
Ptolemæi pax fœlicitas. 645
Vita mimis regnum tradidit. 647
Eius in Iudæos diuersa studia. 648
Publius Popilius Romanorum legatus ad Antiochum quid fecerit. 691
Pudicitia Christiana in duabus maximè rebus consistit. 716
Puer in scriptura, nunquam dicitur quicunque senex non est. 747
Pythagoræ dormituro qui mos fuit, quo bona somnia sibi asciscerat. 47

Q

Quadrantal quod mensura genus. 761

R

Rabbini de 70. hebdomadibus quid deliuerint. 449
Raphael angelus à Tobia quomodo dæmonem expulit. 216
Quomodo non sit mentitus, cum dixit se esse mercennarium, & vocari Azariam, & esse filium magni Ananiæ. 217

Reges.

Regis etiam Christiani Nabuchodonosor typus. 155
Reges diuersos Deus populis pro diuersis eorum meritis constituit. 73
His honor debitus seruetur, nec tamen veritas tacetur. 238
Eos salutandi vetus formula. 299
Regiæ fœlicitatis quàm sit manifesta declaratio. 109
Regum exitus infœlicissimi. 89

Regnum.

Regnorum multitudo dissensionem parit. 98
Regnorum omnium finis pax. 39
Regnorum mundi volubilitas mira. 77. 87
Deus ab vna gente ad aliam trãsferet regna, propter hominum impietatẽ, & alias causas. 72
Regna quatuor per illam Nabuchodonosor statuam significata. 81
Eorum initium, duratio, & finis. 99
Romanorum, & Græcorum regna, multis rebus similia. 671
Doli & fraudes in regnis.
In regno esse certum apud regem, quid significat. 510
Religio quædam in arboribus. 205

Universidad de Deusto
Biblioteca



Remora pisces, vim credibilis potentia. 168
Renes, voluptatum carnalium sedes. 602
Rerum trin genera, quæ creatæ naturæ intelligentiam superant. 74
Res non desinunt esse bonæ, etiamsi vitiis virentium male sint. 180
Resurrectio phœnicis quomodo fiat. 223
Resurrectio duplex in Apocalipsi declaratur. 351
Resurrectio probatorum, & improborum, in quo differat. 720
Revelationes divinæ plures, & iuxta flumina cur factæ 601
Roma quando condita. 535. 543
Roma à Gothis quando capta. 100

## Romani.

Romana Chronologia triplex 542
Romanorum principatus ferè penes multos fuit. 96
Eorum insignia quadruplex discordia. 97
Nunquam potuerunt conciliari Ibid.
Romanorum origo. 345
Imperium eorum, bestiæ innominatæ, cur in cap. 7 comparatur. 551
Qua occasione Asiam sibi subiecerint. 638
Antiocho Magno victo, quantum tributum imposuerint. 685
Cur eorum imperium ferro & tibiis duabus comparetur. 96
Serpentem initar numinis coluerunt. 764
Omnes ferè gentes subegerunt. 95
Iterum diserimina amittendæ libertatis. 781
Romanus pontifex cur sanctissimus sanctitas dicitur. 2
Romanorum imperium per Daniel. quando deformari cœpit. 2
Romanum imperium quandiu duraturum quidam augurati sunt. 52
Romani imperij ortus & progressus. 400
Romani imperij amplitudo, potentia & peccata vide 75
Quo ratione Romani imperium amiserint 61
Mitia à iustè, plurima iniustè possederunt. 2
Rotæ igneæ throni Dei, quid significent 3
Ruperti lapsus 12. item aliis. 62

## S

Sabbata sua terram celebrare quid sit 2
Sabbaticus fluuius miri ingenij 2
Sacerdotum Iudaicorum duplex munus. 24
Cur bi maximè ad Deum laudandum tenerentur. 24
Sacerdotij Christiani præstantia. 24
Sacramenta noue legis id faciunt, quod significant. 2
Sacrificia iuge tollere mortaliter quid sit. 2
Sacrilegiorum vltor Deus. 3
69
Salutis pœnam in adulteros à seipsis vltro ipse subiicit. 7
Salamandra an ignem restinguat, & an in ipso viuat. 14
Salomon in somno petiit sapientiam à Deo & an in somno meruerit accipere. 2
Salomon Christi figuram gessit. 188
671
B. Samuel quomodo ex Danielis prophetia Christum iam venisse collegerit. 435

## Sancti.

Sancti qui in resurrectione fulgebunt vt sol qui sint. 722
Sancti docti, vel indocti qui plus mereantur. 724
Sancti libros gentilium legerunt. 31
Sancti recte dicuntur liberi. 366
Sanctus sanctorum cur dicatur Christus, tam vt Deus, quàm vt homo. 474
Sancti Apostolicam vitam exoptant, cum Christo manendum sit iudicaturi. 210
Sancti tempore Antichristi se occultabunt. 720
Eius afflictio hæc quantum proderit. 731
Sancti viri an vere se peccatores & iniquos vocare potuerint. 170
Habent hic aliqua peccata venialia. 181
Sanaballa quid. 112
Scaligeri sententiæ quatuor discutiuntur, & examinantur. 427
Impugnatur. 428
Schinus seu lentiscus, qua arbor. 750
Scientiam rectè docendi, & tractandi modum à sancto Bernardo præscriptum. 35
Scientia quam Deus Danieli & sociis dedit partim naturalis, partim supernaturalis erat. 32
Scientia quod naturali comprehendi potest, quale esse necesse sit. 70
Scipionis apud Romanos nobilissimi. 464
Scesai dux Ptolemæi, ab Antiocho magno vincitur. 409

## Scriptura.

Scriptura interpretanda regula, vbi est figurata 285
Scriptura sacra quomodo sit sufficiens ad omnia. 16
Scriptura diuina sine Dei spiritu non intelligitur 207
Scriptura pauciorum annorum nonnunquam non habet rationem. 186
Scriptura ponit omnes pro multis, & contra. 720
Quid spectet scriptura in percensendis Gentilium historijs. 525
Quis eius interpres idoneus. 728
Quid est signatam, vel clausam scripturam. Ibidem.
Scriptura, quam vidit Balthasar, interpretatio. 307
Scripturæ legendæ nos familiarie. 84
Eius consuetudo, non vniuersa narrare sed insigniora quæque 670
Scriptura sacra difficilis intellectu. 726
Fœcundia sensuum. 727
Scriptura sacra sine Dei gratia, & maiorum doctrina non intelligitur 704
Scriptura sacra cæteris doctrinis quæ quæ rebus antecellit, & sanctimonia vtes fontes aperit monte Sinai similis in epistola nuncupatoria
Eius vulgata editio est per omnia tuenda. 363
Eius mos est, dum agit de aliqua figura, de eo figurato multa immiscere 438
Solet item in recensendis annorum summa imperfectos omittere. 529
Eius item mos est tribuere generi, quod maximæ parti conuenit. 719

Universidad de Deusto
Biblioteca



Post Christi aduentum Scriptura sunt facilior quàm anteà. 327
Scitha Asiam per 28. annos depopulatus. 86
Scrula mundi tria, unum incognitum, secundum fabulosum, tertium historicum. 532

Seleucus.

Seleucus Asiatici & Syriaci imperij fundator. 401
Seleuci Callinici Syriæ regis mors. 632
Seleucus Philopator inglorius interijt. 669
Cur paucis diebus regnasse dicatur. 669
Eius regni initium. 401
Seleucidæ imperarunt Iudæis. 403
Eorum vsque ad Antiochum Epiphanem successio. 406
Septenarius positus pro indefinito numero. 429
De septuaginta annis captiuitatis Babylonicæ. 432
Quando sint finiti. 575
Serpens aneus quid significabat. 80
Serpentibus fraxinus inimica. 277
Signorum Dei quatuor genera quibus futura significat. 79
Sim vox Hebræa quid significet. 602
Societatis Iesu patres Indiam Euangelij prædicandi causa adierant, & peragrarant. 109
Socij tres Danielis, quo anno Nabuchodonosoris regni, attonitus in fornace seruati. 117

Sol.

Sol omnium operum diuinorum visibilium præclarissimum. 172
Solis magnitudo. Ibid.
Eius præstantia. 172
Diuinæ bonitatis expressam gerit imaginem. 173
Pro Deo habitus. 173
Latria à Iudæis. 174
Solymi populi qui fuerint, & an ex ipsi Iudæi oriundi. 135

Somnia.

In somniis sæpè est liberationis vsus. 60
Aliqua somnia vera plerunque falsa 43
Cur quædam impijs hominibus à Deo data sint. 16
Somnia aliena non passiones naturaliter ab vllo cognosci. 70
Somniorum interpretatio certa humanitus dari non potest. 72
Somniorum verorum causa. 45. 76
In interpretandi somnij facilitas erat in Daniele 38
Somnium Nabuchodonosor diuinum erat. 56
Somnia diuina cur multa obscura. 56
Somnia diuina varijs afficiunt hominem. 52
Cognoscendi diuina somnia duplex ratio. 51
Eorum interpretatio penes quos sit. 59
Somnium capite quarto Danielis descriptum quando acciderit 195
Somnia qua sine vitio obseruari possunt. 75
Quæ somnia obseruare est vitiosum. 58
Quæ somnia obseruare maior vanitas est quàm astra 59
Somniorum verorum qui sint interpretes 59
Somno cur egeant homines. 256
In somno habilior aliqua ratione animus ad percipienda diuina. 55





Sors sanctorum gratia prædestinationis vocatur. 752
Spiritus pro vento in scriptura vsurpatur. 182
Spiritus sanctus ignis dicitur. 382
A filio procedit. 382

Statua Nabuchodonosor.

Statua quam vidit Nabuchodonosor, quàm varias rei significare potuit. 77
Et illa quam exuit. 119
Eius moles & materies 111
Fuit ipsius Nabuchodonosoris simulachrum. 129
Cur illa hominis similitudinem referebat 80
Cur erat terrifica. 80
Eius materia quadruplex quid significabat. 81
Stellarum numerus, magnitudo vires. 175
Stellas in terram cadere quid sit. 413
Subditi maiorum malo exemplo pereunt. 387
Susan regia Persarum qualis, & à quibus condita. 387
In qua regione fuerit vrbs Susan. 388

Susanna.

Susanna historia etiam si fortè Danielis non esset, non ideò fictitia censenda 712
Comparatio Susannæ cũ Lucretia 745
Eius historia canonica. 740
Eius accusatores, qui fuerint. 744

T

Talentum Ægyptium quid penderet. 552
Templum dum Iudæi reparant, quibus prodigijs retracti sint. 442
Templo Hierosolymitano destructo, nõ supersit Iudæis sacrificandi licitus locus. 182
Illud quando ab Antiocho profanatum, & à Iudæis repurgatum 406
Tempora quatuor maximè insignia apud chronologos. 334
Temporum angustia dupliciter intelligitur. 481
Tenebræ quomodo Deum laudent. 194
Tentationes diaboli, mirè Deus temperauit. 739

Terra.

Terra quàm sit contemnenda calum, indicat. 176
Terra centrum. 196
Corpori humano persimilis. 197
Cur mater hominum dicta. Ibidem
Terra nascentium species. 200
Terræ miracula. 238
Quæ in terra, Scriptura sacra minimè prædicat. 200
Terra aquis non supernatat. Ibidem.
Causa immobilitatis terræ 201
Tertullianus Phœnices nomine est abusus. 124
Tertullianus lapsus. 327
Testamenti vox in scriptura quomodo sumatur. 310
In testibus examinandis quanam cautio Danielis seruanda ratio. 749
Thaidis temulentæ consilium de vrbe Persepoli incendenda 412
Tharsis vox in scriptura quid significet. 400
Themistocles capitis damnatus fugiens in Asiam venerit ad Xerxem regem Persarum, an ad Artaxerxen. 485
Theodoreti sententia refutatur. 450
Eius lapsus. 490
Tiberij imperium quot annos duraverit.

...rit. 572
Tiberiorum fastus. Nabuchodonosor describitur qualitas, & officium. 56
Tigris fluvius, nomen, unde ditum, & cur magnum flumen dicatur. 60
Tomyris Scythorum regina notabile dictum de Cyro. 329
De transfiguratione Domini tempore. 541
Transformatio regis Nabuchodonosor in bestiam qualis fuerit. 266
Transformationum genera quatuor. 264
Translationis Iudaeorum Babylonem, ter facta. 74
Tria nouissima maximè horrenda. 308
Tribulationes bonis ad multa condu cunt. 753
Tribulationum brevitas, levamen doloris est. 738
Tribulationes bonis multum conferunt. 695
Tyrannum extidium quando accidat. 345
Tartarum quantum imperium. 356
Turca quomodo adulteria puniant. 954
Turris fabricata à Daniele, regis fuit sepulchrum. 15
Turturum castitas. 821

V

Vagae dies fuerunt. 631
Velum scissum in Christi morte, quid significet. 727
Venenum consumitur in venenatis, si fulmine tangantur. 304
Venialis peccati effectus. 131

Venti.

Ventorum quatuor pugna in mari descripta cap. 11. quid significet. 348
Ventorum commoda. 782
Eorum rector & dispensator Deus. 782
Quae in ventis cognitu difficilia. 785
Eorum mira vis in regione America na nouo orbis. 789
Veritas diuinorum iudiciorum triplex. 129
Veritatis obliuio triplex. 119
Vespere, & mane, quid notent in scriptura. 469
Vestis linea Angeli quam significationem habeat. 801
Vestium tenuior facta homines formosiores propter quamque causas. 31
Vindictae diuinae terribile exemplum. 480
Vini fulmine gelati quales sortes. 304
Vitulorum nomine in puerorum cantico quid denotetur. 680
Vlcus quid. 38
Vlcus triplex. 24
Visio Nabuchodonosor quae est in secunda cap. quo differat a visione Balthasaris quae describitur in cap. 7. 82
Visiones diuinae & angelicae, cur tempore tribui hominem. 604
Visiones vigilantibus, somnia dormientibus accidunt. 38
Vmbra arborum varia. 207
Vsurarum usus apud Hebraeos. 474
Vsucaptionis antiquitas, & usus. 599
Vsus pro primo, ponitur in scriptura. 430
Vtres aliae clarissimae caluae. 322
Vtrorum proprietas. 347
Persarum regum vtro simile. 347
Vulgus suorum principum mores sequitur. 704

X

Xauerij è societate Iesu, caelum intuentis affectus. 177
Xenophontes omnia falsa putauit esse somnia. 42
Xeno-

Xenophonti potius quàm Herodoto credendum in historia. 334
Xerxes Graecis infestus. 632. 633
Fuit Persarum rex quintus. 657
Eius diuitiae. 618
Eius exercitus, & mors. 635
Sepulchrum Beli demolitum. 759

Zaleuci Locrensium legislatoris aequitas. 791
Zelotae qui fuerint apud Iudaeos, et quo modo crudelitatis suae poenas dederint. 518
Zona aurea angeli, & Christi, quid significet. 602. 606


Z



FINIS.

Deo Iesu Christo, & beatissimae ipsius matri Mariae honor & gloria.

Commentaria haec Reuerendi Patris Pererij in Danielem, cum magno fructu Ecclesiae recudi possunt. Datum Antuerpiae, 11. Iunij. Anno 1593.

*Ita attestor Michael Hetsroey Bruegelius, Censor Librorum.*

# IN LIBRVM DANIELIS PRÆFATIO.

## DE LIBRI HVIVS OBscuritate ac præstantia.

LIBRVM DANIELIS, sacram & canonicam, esse Scripturam, atque apud Hebræos quam apud Christianos extra controuersiã semper fuit. Excipio tamen quatuor eius libri particulas, hoc est, orationem Azariæ, hymnum trium puerorum, itemque Susannæ, ac Belis, & Draconis historias. Hęc enim, quia non sunt in libris Hebraicis, propterea nec ea recipiunt Hebręi, nec putant ad Danielis librum pertinere. Verũtamen ea nos diuinæ Scripturæ fidem & auctoritatem habere, cum ad singulorum expositionem ventum erit, planissimè ostendemus. Theodoretus in præfatione Commentariorum suorum in Danielem, & in extremo eiusdem libri commentario, vehementer Iudæos reprehendit, quod prophetam negent fuisse Danielem, eiusque librum ex prophetarũ numero subducant. Hoc idẽ Ruffinus obiecit, & exprobrauit diuo Hieron. Sed nisi ego fallor, vterque falsus est, nec Iudæorum, nec Hieronymi sententiam intelligens. Non enim Iudei negãt Danielem fuisse prophetam: qui enim possent negare vatẽ fuisse, cuius tam multa & mira sint de rebus longissimè post futuris vaticinia? Quin cum eximium & diuinum

*Liber Danielis est abomnibus pro Scripturæ Canonicæ habitus.*

vatem prędicant, multisque rebus, vt est apud Iosephū libro decimo Antiquitatum, cæteris vatibus præcelluisse affirmant. Sed eius tamen librum maluerunt inter agiographa scripta, quàm inter prophetica reponere. In agiographis verò scriptis numerant illi Iob, Psalmos, Prouerbia, Ecclesiasten, Cantica, Danielem, Esdram, Esther, & libros Paralipomenō. Lege Hieronymum in epistola 120. & Isidorum lib. 6. Etymologiarum. Quin etiam Theodoretus, veteres Iudæos putasse Danielē clarissimum fuisse prophetam, testimonio Iosephi paulo supra posito confirmat. Cur autē librum Danielis à propheticis scriptis Iudæi remouerint, nec loci huius est causam inquirere, nec eam satis idoneam, & probabilē inuenire facile est, nec eam nosse ad id quod agitur, per magni refert. Quamquam nos eam, qualiscunque traditur ab Hebræis, infrà libro tertio attingemus. Videntur porrò duæ res in hoc Danielis volumine pluspquam in aliorum prophetarum libris eminere, doctrinæ obscuritas, & præstantia. Illa facit, vt diligenter & attentè: hęc, vt libenter & auidè huic libro legendo intelligendoque vacemus, atque insistamus. De vtraque re breuiter prędicendum esse duxi.

*Quatuor causa obscuritatis libri Danielis. & primò ipsius historiæ, quæ in hoc libro ttiplicitur variatur.*

QVATVOR ex causis tantam libro Danielis obscuritatem, quanta eum legentibus occurrit, accidisse puto. Prima causa obscuritatis posita est in multis historiis cū hoc libro multifariam complicatis permixtisque, in quibus non pauca aliorū historicorū scriptis videtur esse contraria. Ponam aliquot exempla. In Secundo capite huius libri, dicitur rex Nabuchodonosor fuisse omnium sui temporis regum potentissimus, ac nobilissimus: at Herodotus primo libro significat, Cyaxarem illorum temporum æqualem, fuisse eo rege potentiorem. Postea, in eodem capite Daniel varicinatur, regnū Persarum minus & ignobilius fore, quàm fuerat regnū Chaldæorum: quod esse videtur contra omnes historicos, & contra ipsam scripturam, quę apud Isaiam 45. & Initio prioris libri Esdræ, nec non in libro Esther, amplitudinem regni Persarum, maiorem nempe quàm fuerat Chaldęorum, describit: quin etiā est id contra rationē. Etenim Cyrus, victo Chaldæorum rege, omne eius imperium adiunxit suo. Deinde, in quinto capite, dicitur Balsasar fuisse filius Nabuchodonosor, & à Dario Medo, tam regno quam vita priuatus: quibus longè diuersa tradiderunt cōplures historici, quos Iosephus libro decimo Antiquitatum, & primo libro contra Appionē, Eusebius quoque libro nono de Præparatione Euāgelica, capite tertio commemorant. Ad hoc in capite vndecimo, prædicit Angelus tres futuros post Cyrum Persarū reges vsque ad Alexandrum: fuisse tamen multo plures constat ex probatissimis historiis: quin ex sacris litteris, id non difficulter elici potest. Postremò, in fine capitis decimitertij scriptū est post mortē Astyagis, regnū eius accepisse Cyrum: atqui Xenophon libro primo, inquit, Astyagi successisse Cyaxarē auunculū Cyri, quē ait fuisse tunc puerum decem annorum. Herodotus autem quem Strabo, Iustinus, & alij permulti sequūtur, narrat Cyrum quidem in regnum successisse Astyagi, non tamen mortuo, sed à se victo, & regno quidem, non autē vita priuato. Veruntamen has difficultates, postea suo quamque loco tractantes dissoluemus. Altera causa obscuritatis, est frequens histerologia, id est, præpostera rerum narratio perturbato rerum ordine; quę etiam in libris historicis non est rara, sed in propheticis crebrior, creberrima verò in Daniele. Exempli causa, historia Susannæ posita in decimotertio capite, cùm puero Danielē contigerit, ante secundum caput poni debuerat: quin Athanasius in Synopsi ab ea librum Danielis auspicatur. Historia verò Belis & Draconis descripta in vltimo capite, quia stante regno Chaldæorum accidit, præcedere debuit quintum caput. Clausula quoque illa terminans decimumtertium caput. *Rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Persis regnum eius*, poni debet ante caput decimum. Denique prophetiam Danielis, quæ capite septimo & octauo narratur, cùm ea primo & tertio anno Regis Balsasaris euenerit, collocari oportebat ante caput quintum, in quo eius Regis interitus, qui accidit anno regni eius decimoseptimo, commemoratur. Tertia causa obscuritatis oritur ex Chronologia,

*Secunda causa est præpostera rerum narratio.*

*Tertia causa est chronologiæ obscuritas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



nologia, quæ per se quidem solet esse obscura & perplexa, in Daniele autem, vt frequentissima, ita obscurissima est, maxime verò Chronologia septuaginta hebdomadũ: quarum initiũ, & exitus, atque intermedij tẽporis decursus, & plurimas, & quorundã iudicio, inexplicabiles habet difficultates. Quarta causa obscuritatis proficiscitur ex ratione prophetiæ Danielis. Nam vt cæteris libris sacris, prophetici sunt obscuriores, sic Daniel cęteros prophetas obscuritate vincit. Etenim præter illas causas obscuritatis, quas communes habet cum cæteris prophetis, etiam nonnullas habet proprias: siquidem vaticinia eius multis variarum gentium historiis conuoluta sunt, quarum per exigua nunc extat notitia, obliteratis eorum scriptis, qui eas historias olim diligenter exposuerant. Diuus Hieronymus in Præfatione suorum Commentariorum in Danielem affirmat, ad intelligẽdas Danielis prophetias, multiplicem Græcorum & Latinorũ historiam esse necessariam, veluti Suctorij, Hieronymi, Callinici, Poisidonij, Theonis, Andronici, Polybij, Diodori, Titi Liuij, & Trogi Pompeij seu Iustini. Horum autem libri vel in totum, vel, quod attinet ad historias Danielis, magna ex parte intercíderunt. Hieron. quoque in enarrandis aliis prophetis vberior cum fuisset, in hoc prolixior & iciunior fuit, multis in locis ad historias prædictorum auctorum remittens lectorem. Denique obscuram fore scripturam Danielis, indicauit ei Angelus illis verbis, quæ in capite duodecimo scripta sunt, *Tu autem Daniel, claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: plurimi pertrãsibunt, & multiplex erit scientia.* Et paulò infrà inquit Daniel *Ego audiui & nõ intellexi, & dixi Domine quid erit post hæc? & ait, vade Daniel, quia clausi sunt signatique sermones vsque ad præfinitum tempus:* Verum ne desperaremus Prophetiarum eius intelligentiam, mox subditur: *impij non intelligent, docti autem intelligent.* Dictum est hactenus de obscuritate libri, de eius præstantia deinceps dicendum est.

*Quarta est prophetiæ ratio.*

*Duplex præstantia libri Danielis, ex*

Præstantia huius libri duabus potissimum ex rebus æstimari potest: ex materia, & auctore. Ad materię præstantiam facit, quòd ea in hoc libro, per quam varia, grauis,



uis, & admirabilis. Varia est, quia partim est historica, partim Prophetica, dogmatica etiam, ac moralis, quin etiam pathetica. Etenim continet varias admodum historias Chaldæorum, Medorum, Parsarum, Græcorem, & Romanorum. Quapropter scitè D. Hieronymus in Epist. 103. ad Paulinum, omnium temporum conscium, & totius mundi philohistora Danielem appellat. Varias item continet prophetias, aut de reb. humanis, aut de futuris multorum regnorum conuersionibus, & successionibus, de transformatione Regis Nabuchodonosor in belluam, de repentino interitu Balthasaris, de persecutione Regis Antiochi aduersus Iudęos: aut de rebus diuinis, vt de regno Christi, de tempore aduentus, & necis Messię, de resurrectione mortuorũ, de sempiterna Iudęorũ ob necem Christi reiectione, ac desolatione. Est prętereà moralis huius libri materia: cõtinet quippe multa, & illustria documẽta & exempla, quibus eruditi possunt homines, & incitari ad colendam abstinentiam exemplo Danielis: ad fortitudinem, & constantiam, exemplo trium puerorum: ad fiduciam diuini auxilij, exemplo Danielis bis in lacum leonum coniecti: ad seruandam castitatem, exemplo Susannæ, ad erogandas eleemosynas, memorabili documento, & salutari consilio, quo Daniel regem Nabuchodonosor ab imminentibus ei malis seruare voluit, est item dogmatica materia: enimuerò sunt variè sparsa in hoc libro præcipua Theologiæ dogmata, vel adumbrata, vt de sancta Trinitate, de incarnatione, & morte filij Dei, de eius regno, de futuro omnium hominum iudicio, de prouidentia Dei, & de resurrectione mortuorum. Est denique admodum pathetica: dum enim varios, subitos, mireſque tam rerum euentus, quàm illustrium personarum casus enarrat Daniel, varios itidem in animis hominum ciet motus, & effectus excitat. Atque hinc apparet materiæ libri huius varietas. Grauissima porrò est eiusdem libri materia, & mirabilitatis plenissima. Quid enim grauius quàm de summorum imperiorum euersionibus, de maximorum regum casibus, de præcipuis Christianæ fidei mysteriis, de occultorum somniorum altissimis abditisſi

*materiæ eius, & ex auctore.*

misque interpretationibus, de maximarum rerum vaticinijs agere? Quid mirabilius historia trium puerorum, qui per medias flammas, non tantum illæsi intactique, sed læti, & quasi ludibundi, diuinasque laudes concinentes, deambulabant? Quid historia Abacuc capillo ex Iudæa Babylonem ferme puncto temporis ab Angelo trãslati? Quantam mouet admirationem illa Nabuchodonosor in bestiam metamorphosis? manus in pariete scribens? subitusque Balthasaris interitus, atque quã inspera tus, tam fœlix Susannæ exitus? Quid plura omnes Danielis visiones admirandis imaginibus, & similitudinibus fuerunt expressæ. His accedit, quod prophetia Danielis complectitur omnia tempora præterita, præsentia & futura: præterita, vt in primo somnio Nabuchodonosor futura; vt in expositione somniorum eius, & in omnibus alijs predictionibus: præsentia, vt in Scriptura manus quæ apparuit in pariete, & in iudicio Susannę. Continet item omnes modos, quibus visiones propheticæ fieri solent, hoc est, vel per somnia, vel per ecstasim aut raptum, vel per signa sensibilia, vel per illuminationem mentis. Et vt paucis dica, si præstãtia prophetice eò maior debet æstimari, quò, de Christo, vel plura, & maiora, vel explicatius, & apertius vaticinatur, Daniel profectò vnus de summis, & nobilissimis prophetis eo nomine censeri debet, qui, Hieronymo auctore, clarissimè omnium, de Christo vaticinatus est, non solum mysteria eius prænuncians, sed etiam tempus aduentus, & mortis eius præfinito annorum numero, determinãs. Quod si ad præstantiam doctrinę pertinet, eius vtilitas est sanè multiplex, & ingens huius libri. Primum enim ex eo apparet, sub Dei prouidentia esse omnia, eiusque voluntate, & consilio regi, contineri, mutarique terrarum regna, & imperia. Deinde, multum valuit hic liber ad consolationem, & confirmationem Hebræi populi qui eo tempore captiuitate Babylonica tenebatur oppressus. Postea vtilissimus est hic liber ad cõprobationem fidei Christianę, cuius multa mysteria à Daniele prædicta, iam nunc cernuntur impleta. Postremo maxime conducit ad prænmonitionem, & prænmunitionem Ecclesiæ aduersus

*Vtilitas prophetiæ Danielis.*



aduersus futuram Antichristi persecutionem. Amplexus est hoc libro Daniel nonaginta circiter annorum historiam, hoc est à tertio anno regni Ioacim, qui incidit in Olympiadem trigesimam secundam, & in annum à Roma condita centesimum quintum, vsque ad tertium annum regis Cyri: qui tertius Olympiadis quinquagesimæ quintę, & à Roma condita prope ducentesimus. In quo temporis tractu, & decursu multa in orbe terratum, lapidibus memorabilia litterarum consignata monumentis, contigerunt. Nam intra hoc tempus fuerunt tres Iudæorum captiuitates eorumque liberatio, & reuersio in patriam tres item insignes Prophetę floruerunt, Hieremias, Ezechiel, & Daniel: apud Romanos, Reges fuerunt, Ancus Martius, Tarquinius Priscus, & Seruius Tullius: apud Græcos clauerunt septẽ illi sapientes: apud Chaldæos Nabuchodonosor: apud Medos Cyaxares, cuius potentiam primo libro Herodotus magnificat: apud Persas Cyrus imperij eorũ fundator: in Sicilia Phalaris nobilissimus Tyrannus: in Græcia cęptũ est oli Dodonęũ Oraculũ: & nobiles fuere tres Poętę, Stesichorus, Alcæus & Sappho fœmina, tunc etiam tria regna, Iudæorũ, Chaldæorum, & Medorum destructa sunt, tres itẽ totius orbis clarissimę, & nobilissimæ ciuitates, captę euersæque, Niniue, Babylon, & Hierosolyma.

*Quæ res in orbe terrarũm signes gestæ sunt eo tempore, quo vixit Daniel.*

SED quia præstãtia libri huius, quæ spectatur ex materia, explicata est: sequitur deinceps, vt præstantiam eiusdẽ ex auctore & scriptore petitã aperiamus: neque enim claritas auctoris, parũ illustrat libri dignitatẽ. Hebræi, quorũ sententię accesit Isidorus in libro sexto Ethymologiarũ, tradũt librũ Danielis, Ezechielis, & duodecim Prophetarũ, scriptos esse à sapientibus magnæ synagogæ, quos tempore Esdræ fuisse aiũt. Veruntamen Iosephus libro decimo Antiquitatum, nec semel, nec obscurè, nec dubitanter, Danielem tradit sua vaticinia litteris mandasse. Athanasius in Synopsi, omnium, quæ continentur in hoc libro, solum Danielem agnoscit auctorem. Idẽ sentiunt Hieronymus, Eusebius, Apollinaris, Methodius, Origines, & Dorotheus in

*Quis fuerit Auctor huius libri.*

Synopsi, vitam Malachiæ describens. Et verò est id quidem admodùm probabile, possum etiam certum dicere. Hoc enim significasse videtur Dominus, cum Matthæi 24. capite dixisse traditur, *Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielem Prophetam, qui legit intelligat.* Illud, *qui legit*. Satis declarat quod præcessit, *quæ dicta est per Danielem*. Idem valere, atque si dixisset Dominus, *quæ scripta est à Daniele*. Idem quoque liquido intelligitur ex septimo capite huius libri in cuius principio legitur, Danielem somnia, & visiones suas breui sermone comprehendisse, ac summatim scripsisse: & capite duodecimo scriptum est, Angelum iussisse Danieli, vt clauderet sermones, & obsignaret librum suum. Hoc ipsum omnino deposcebat tam multiplex, & ingens vtilitas Scripturæ huius, supra commemorata, ad Synagogam, & Ecclesiam Christi peruentura. At enimuero Porphyrius, qui libros quindecim, scripsit aduersus Christianos, eorum librorum duodecimum totum contulit ad euertendam huius libri auctoritatem, contendens eum non esse à Daniele scriptum, sed ab aliquo, vel æquali regis Antiochi Epiphanis, vel etiam posteriori: quippe qui res iam gestas, & ab aliis historicis proditas commemoret. Verùm quo plus auctoritatis, & gratiæ libro adderet, simulauit esse vaticinia futurorum, eorumque auctorem mentitus est Danielem. Quam Porphyrij calumniam Apollinaris, Methodius, & Eusebius diligentissimè confutarunt. Sanè verissimum est, quod in Præfatione Danielis dixit Hieronymus, impugnationē Porphyrij certissimum esse veritatis huius libri testimoniū, cuius tanta sit in omnibus dictis veritas, & constantia, vt Porphyrius credere non potuerit Propheiam esse futurorum, sed præteritorum historiam. Impudens autem Porphyrij mendacium, manifestè redarguitur veleo argumento, quod Septuaginta interpretes, prope centum annos Antiochum Epiphanem antegressi, hunc librum, tanquam Danielis germanam Scripturam, ex Hebræo in Græcū sermonem conuerterunt. Quin Iosephus in libro vndecimo Antiquinatum refert, Iaddum Iudæorum Pontificem ostendisse Alexandro Magno, cùm

*Calumnia Porphyrij depellitur.*



cùm is venit Hierosolymam, prophetiam, quæ erat in libro Danielis de Rege quodam Græcorum olim destructuro Persarum imperium: quam de se, vt reuera erat, interpretatus Alexander, fidenter, & alacriter, ad debellandum regem Persarum Darium contendit. Id autem sexaginta annis ante regnum Antiochi Epiphanis euenit. *Descriptio vitæ Danielis.*

CÆTERVM omnem Danielis vitam cursim prænarrare, non alienum fuerit, cùm & hoc ad intelligentiam libri huius non parum conferre possit. PATRIA Danielis fuit, vt refert Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in libro de Vita & Obitu Prophetarum, Bethoron superior pertinens ad sortem Ephraim, sed postea à Leuitis assignata, propinqua Castello Emaus, nec plus nouem milliaria Hierosolymis remota, nec longè distans ab altera Bethoron, quæ dicta est inferior, & tribui Beniamin obtigit. Vtramque condidit Saria filia Ephraim, lege prioris libri Paralipomenon caput septimum. Vtramque item multis post seculis, posterior liber Paralipomenon in capite octauo, fuisse indicat à Salomone exædificatam: hoc est, vt ego interpretor, vel refectam, vel amplificatam, vel cinctam mœnibus, atque munitam: licet in tertio libro Regum, capite 9. inferioris duntaxat Bethoron ceu quę fuerit à Salomone condita, mentio fiat. GENVS Danielis, proculdubiò regale fuit: id quod non obscurè significatur initio huius libri, cùm dicitur, mandasse regem Nabuchodonosor, vt de pueris Hebræis regiæ stirpis formosiores eligerentur, electum autem cùm primis fuisse Danielē. Idem quoque declaratur in libro 4. Regum, cap. 20. eo namque loco legimus Isaiam prædixisse regi Ezechiæ, fore aliquando, vt filij eius captiui ducerentur Babylonem, & regi Babyloniorum seruirent: quod in Daniele completum esse, affirmant omnes. Iosephus libro 10. Antiquitatum, scribit Danielem fuisse ex genere, & cognitione regis Sedechiæ. Auctor historiæ Scholasticę, super libro quarto Regum, capit. 39. refert Ioacim regem Iuda, cùm captus à Nabuchodonosor, vinctus duceretur Babylonē, mutata regis sententia, dimissum esse, *Patria Danielis.* *Genus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



impositò tamen tributo, acceptisque regij generis obsidibus, in quibus fuere Daniel, & tres pueri eius socij: quod verum sit necne, infrà expendemus. Sed cur Scriptura nusquam indicat, vel Patriam, vel genealogiã Danielis, quemadmodum in libris aliorum Propherarum fieri solet? Equidem, causa satis idoneam & probabilé, nullam inuenio. Respondent tamen quidam, propterea id esse factum, quia non est hic liber Prophetiæ, sed magis historiæ modo conscriptus. Atqui ob eandem causam, nec in libro Esdræ, qui est historicus, genealogia eius adscribi debuerat. Alij respondent, id esse prætermissum: quia Danielis genus, & patria apud omnes Iudæos erant notissima, & vulgatissima. Quasi verò non idem posse dici, de Isaia, & Hieremia, quorum tamẽ genus, & patria in eorum libris prænotantur. Epiphanius contra hæresim quinquagesimam quintam disputans. Danielis, inquit, parentes in Sacris literis nequaquam nominari, sed in traditionibus tamen Hebræorum esse proditũ patri eius nomen fuisse Sabaa. DE TRIBV IVDA fuisse Danielem, apertè ponitur in exordio huius libri: idemque significatur libro quarto Regum, capite vigesimo: atque id esse sacris testatum literis cõfirmat Hieronymus. Qui tamen in præfatione commentariorum suorum in Danielem, citat translationem septuaginta interpretum: quæ in principio decimi quarti capitis huius libri habebat. Danielem fuisse de tribu Leui, & Sacerdotem. Quapropter nonnulli existimarunt, duos fuisse Daneles: & vnum quidem de tribu Iuda, fuisse auctorem huius libri, vsque ad caput decimumquartum: de altero autem, qui erat de tribu Leui, historiam, quæ in vltimo capite continetur à quodã Abacuc alio nẽpè, quam qui inter duodecim Prophetas ponitur, esse scriptam. Verùm, neque olim synagoga, neque nunc Christi Ecclesia plures vno Daneles libri huius auctores, nouit. Dionysius Carthusianus ita dirimit litem, Danielem genere paterno fuisse de tribu Leui, materno autem de tribu Iuda: frequens enim erat duarum illarum tribuum per matrimonia copulatio. Isidorus quoque in libro de vita & obitu Sanctorum Veteris

*Tribus.*

*An fuerint duo Daneles.*



Veteris Testamenti, innuit ex Sacerdotum, & Regũ prosapia ortum esse Danielem. Sed quia hæc sine auctoritate Scripturæ, vel Patrum, vel antiquæ probatæque alicuius traditionis: & sine probabili aliqua coniectura infirmè dicuntur, nullum ad persuadendum pondus habere possunt, Credibilius igitur fuerit, codicem illum septuaginta interpretum, quem citauit Hieronymus, fuisse mendosum. Nimirum, non semel Hieronymus testatur codices septuaginta interpretum fuisse suo tempore admodum vitiosos, & corruptos. Certè, quod in illo codice fuisse eo loco refert Hieronymus, id nullus Græcorum librorum, qui nunc quidem extant, habere deprehenditur. Cùm Babylonem captiuus Daniel ductus est, tenerimæ fuit ætatis: eum namque Isidorus fuisse, inquit, tunc puerum: Epiphanius pusionem, & infantem vocat. Quo fit, vt simillimum vero sit, tunc Danielem decimo anno non fuisse maiorem. Atque hoc ponatur, tamquam fundamentum Chronologiæ Danielis deinceps explicandæ. Annus igitur decimus Danielis, quo ductus est Babylonem, concurrit cũ tertio anno regni Ioacim, sicut in exordio libri huius traditur: & cum primo anno regni Nabuchodonosor, vt patet ex vigesimoquinto capite Hieremiæ. Hinc liquet, natum esse Danielem anno circiter 25. Regis Iosiæ, circa Olympiadem 29. & annum ab vrbe condita, nonagesimumquintum: videlicet, annis ante Domini nostri ortum, sexcentis, ac propè sexaginta. Ex quo palam est, quanto fuerit apud Hebræos antiquior sapiẽtia, quàm apud Græcos. Siquidem Daniel, qui septem Græciæ sapientes, hoc est, Græcorum sapientiæ parentes, circa Olympiadem quinquagesimam in Græcia claros ætate præfuit, nouissimis tamen prophetarum & sapientum populi Hebræi proximus fuit. Ergo infans erat apud Græcos sapientia, cùm apud Hebræos iam ipsa consenuisset. Cùm Daniel ab interitu Susannam liberauit, annum agebat duodecimum: hoc enim tradit Sulpitius libro secundo sacræ historiæ, & ante ipsum Beatus Ignatius Martyr in epistola ad Magnesianos scripta. Quocirca non procul vero est, quod Theodoretus,

*Tempus captiuitatis Danielis.*

dixit

dixit in præfatione suorum Commentariorum in Ezechielem, Danielis prophetiam duodecim annis Prophetia Ezechielis fuisse priorem: siquidem initium vaticinandi fecit Ezechiel, anno quinto transmigrationis Iechoniæ, vt initio libri sui prodidit ipse: hoc autem accidit vndecim annis postquam Daniel primum prophetici spiritus, in iudicio Suiannæ specimen dedit, annos, vt dixi natus duodecim. Quamquam prophetiam Danielis non aliam intelliexit Theodoretus, nisi scripturam libri huius, quæ incipit ab historia captiuitatis Regis Ioacim: quæ quidem captiuitas tertio anno eius Regis facta, duodecim annis anteiuit quintum transmigrationis Iechoniæ annum, quo nimirum anno Ezechiel vaticinari orsus est. Interpretatus est Daniel primum somnium Regis Nabuchodonosor, annum agens trigesimũ quintum. Visiones, quæ in septimo, & octauo capite libri huius narrantur, octogenarius habuit. Scripturam manus in pariete scribentis, annum natus propè centesimum explanauit. Anno, qui hunc proximè secutus est, quique primus fuit Darij Regis Medorum, tempus Messiæ aduentus, & mortis, septuaginta illis hebdomadis comprehensum & definitũ, diuinitus ei patefactũ est. Visiones, quæ memorantur in decimo, & vndecimo, & duodecimo capite, hoc est, vsque ad tertium Cyri Regis annum, iam centenario contigerunt. Ex quo apparet Danielem centesimum ætatis annum attigisse, vltrà verò, quam longè processerit, incompertum est. Nisi quod Isidorus in libro, de Vita, & Obitu sanctorum Patrum Veteris Testamenti, ait, Danielem centum ac decẽ annos, & vsque ad Darium Persarum Regem, vixisse. Verum hæc sententia seipsam euertit: siquidem à tertio anno regni Ioacim, qui fuit decimus, vt supra dictum est Danieli, vsque ad primum Darium Persarum regem, qui cognominatus est Hystapis, annos centum viginti octo fluxisse, in veris Chronologiis annotatum est: quibus annis si addas illos decem Danielis, plane conficies, eum ad centum triginta octo annos vixisse: cum ei tamen Isidorus non plus centum & decem annos assignet. De multis & admirandis prodigiis, quæ Daniel ante mortem



tem suam prædixit Babylonijs, legenda sunt quæ Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in vita Danielis scripta reliquerunt. Obiit Daniel Babylone: sepultusque est in quadam cauerna, regio honore: cuius mors in Martyrologijs, in die vigesimo primo Iulij notata est. Narrat Iosephus libro decimo Antiquitatum, Danielem apud Ecbatana Mediæ, turrim ædificasse mirando artificio, eximiaque pulchritudine: atque ob id maximè memorabilem, quod vsque ad sua tempora, speciem ea turris exhiberet recentis structuræ, quasi eo ipso die fuisset exædificata. Morem autem, inquit, vsque ad suam ætatem perduraſſe, in ea ipsa turri sepeliendorũ, Medorũ, Persarum, & Parthorum reges, eiusque turris custodia, vni de sacerdotibus gentis Iudaicæ concrederetur. Iam verò, si Daniel vsque ad tertium Cyri regis annum peruenit, necesse est fuisse eum spectatorem, & sicut credibile est, adiutorem, atque auctorem liberationis Iudæorum, & reuersionis eorum in patriam: hoc quippe accidit primo anno regni Cyri, sicut in fine posteriorís libri Paralipomenon, & in principio libri Esdræ scriptũ est. Quin Theodoretus extrema verba primi capitis huius libri explanans, non dubitanter scribit. Cyrũ edoctum à Daniele Prophetam, quę de ipso nominatim scripta est apud Isaiam capite quadragesimo quinto, ad donandam Iudęis libertatem, eosque humaniter, ac benignè tractandos, esse permotum. Idem repetit Theodoretus super caput vndecimum huius libri.

*Turris Danielis.*

Sed quęret aliquis, cur Daniel in patriam cum suis popularibus, nõ est reuersus? An quia eo tempore Daniel iam erat centenarius? quamobrem nimio confectus senio, defectusque viribus, tam lõgum & laboriosum iter commode non potuisset peragere. An potius quia eius remansio, & præsentia apud regem, apud quem gratia & auctoritate plurimum valebat iuuandis, promouendisque Iudęorum rebus, multò vtilior futura erat? An remansit, vt ait Theodoretus super decimum caput huius libri, vt Iudęorum, qui remanserant quàm plurimi doctor, protector, & defensor esset? Si quis porrò de me quęrat cur Esdras qui suã historiã ab anno primo Cyri exorsus

*Cur Daniel soluta captiuitate à Cyro, nõ una cum aliis Iudæis reuersus sit in patriã.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



exorsus est, nullum in ea de Daniele, viro multis de causis memorando, verbum fecerit? respondebo, Esdræ propositum non fuisse aliud, quàm explicare historiam Iudæorum reuersionis in patriam, simulque quarundam rerum, quæ aut sibi, aut Iudæis post reuersionem in Iudæa contigissent: & quia Daniel non est cum aliis in Iudæam reuersus, nulla erat ratio, cur mentionem eius, historiæ suæ Esdras insereret. Quantæ verò sanctitatis & sapientiæ Danieli fuerit apud Deum & homines existimatio, satis declarauit Deus per Ezechielem, apud quem capite decimoquarto sic ait, *si fuerint tres viri isti, Noe, Daniel, & Iob, in medio populi istius, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas filios autem & filias suas non liberabunt, sed terra desolabitur.* Quibus verbis, simul exaggerauit Deus impietatem Iudæorum, & sanctitatem atque gratiam, qua Daniel apud ipsum pollebat: ea namque est illorum verborum sententia, tanta est Iudæorum impietas, & vsque adeo illis infensus & iratus sum, vt etiamsi Daniel, alioqui mihi carissimus, vel pro filio suo, qui esset in isto populo, mihi supplicaret, non essem tamen eum exauditurus. Cur autem isti tres præcipuè nominentur, vide Hieronymum super illum locum Ezechielis, Augustinum item super Psalmum 132. & libro secundo Quæstionum Euangelicarum, quæstione 44. De sapientia porro Danielis, luculentissimum Dei apud eundem Ezechielem capite vigesimo octauo extat testimonium atque præconium. Increpans enim Deus arrogantiam principis Tyri de sua sapientia superbè gloriantis, dixit ei: *Ecce sapientior es tu Daniele, omne secretum non est absconditum a te,* quo satis declarauit. Danielem fuisse eo tempore sapientissimum mortalium, eique Deum secreta sua patefacere solitum. Verum hæc nos ad Danielem libro præfatos, nihil vltra remorari debet, quominus librum ipsum explanare quam primum aggrediamur.

BENE-



# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER I.

### CAPVT PRIMVM.

ANNO tertio regni Ioacim, regis Iudæ: venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioacim regem Iudæ, & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in terram Sennaar, in domum Dei sui: & vasa intulit in domum thesauri Dei sui. Et ait rex Asphenez præposito eunuchorum, vt introduceret de filijs Israel, & de semine regio, & tyrannorum, pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, et qui possent stare in palatio regis, vt doceret eos litteras, & linguam Chaldæorum. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino, vnde bibebat ipse: vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filijs Iudæ, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. Et imposuit eis præpositus eunuchorũ, nomina Danieli Baltassar: Ananiæ, Sidrach, Misaeli, Misach: & Azariæ, Abdenago. Proposuit autem Daniel in cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius, & rogauit eunuchorum præpositum ne contaminaretur: dedit autem Deus Danieli gratiam, & misericordiam in conspectu principis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo ego Dominum meum regem, qui constituit vobis cibum, & potum: qui si viderit vultus vestros macilentiores præ ceteris adolescentibus coætanis vestris, condemnabitis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malasar, quem constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiã Misaelem, & Azariam, tenta nos, obsecro, seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendũ, & aqua ad bibendum, & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, facies cum seruis tuis. Qui audito sermone huiusmodi, tentauit eos diebus decem. Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio. Porro Malasar tollebat cibaria, & vinum potus eorũ: dabatq; eis legumina. Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum, & somniorum. Completis itaque diebus, post quos dixerat rex, vt introducerentur: introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. Cumque eis locutus fuisset rex, non sunt inuenti tales de vniuersis vt Daniel, Ananias, Misael, & Azarias: & steterunt in conspectu regis. Et omne verbum sapientiæ, & intellectus, quod scisciatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos, & magos, qui erant in vniuerso regno eius. Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri regis.*

Inf. 6. §. 28.

LIBER



LIBER Danielis tripartito diuidi potest: Partim enim cõtinet nudas prophetias, & visiones, vt capite septimo, octauo, nono, decimo, vndecimo, duodecimo: partim prophetias, & visiones, simul tamẽ cũ quibusdã historiis cõsertas atq; cõtextas: vt capite secũdo, quarto, quinto, & decimotertio: partim deniq; nudas historias, velut tertio, sexto, & decimoquarto. Atq; huiusmodi est caput primũ, in quo primò quidẽ tẽpus, & occasio captiuitatis Danielis describitur: tum educatio eius, & institutio apud Chaldæos, postea mirabilis, eiusdẽ abstinẽtiæ: ad extremũ facultas interpretandi somniorum mysteria diuinitus ipsi concessa. Diuisio totius operis & capitis primi summa.

## *Anno tertio.*

TRES existunt hoc loco dubitationes ad intelligentiam horum verborum pertinentes. Tres dubitationes.

PRIMA dubitatio. Hieremias cap. 25. significat primum annum regni Nabuchodonosor, fuisse quartum annum regni Ioacim: non potuit igitur Nabuchodonosor venire Hierusalem tertio anno regni Ioacim, vt hic dicitur, siquidem eo anno nec dum regnare cœperat. At verò intelligendum est, primum annum Nabuchodonosor, cœptum esse anno tertio Ioacim inchoato, & quarto item anno eiusdem regis inchoato, esse finitum: ita vt primus annus Nabuchodonosor, tertiũ, & quartum annum Ioacim contigerit. Venit igitur Nabuchodonosor Regni sui initio quod in tertium Ioacim annum incidit. Cum autem manifestè tradat hoc loco Daniel fuisse tertium annum Ioacim, cum Nabuchodonosor primum venit Hierusalem, satis ex eo ipso existimari posset errasse Iosephum libro decimo Antiquitatum, & Iosephi vestigia sequutum Auctorem Historiæ Scholasticæ super quarto libro Regum, in capite trigesimonono, quippe qui annotarunt primum regis Nabuchodonosor in Iudæam aduentum cum octauo anno regis Ioacim concurrisse. Nicolaus etiam de Lyra, & Dionysius Charrusianus hoc loco, dissimili in errore, sed in errore tamen versantur, affirmantes hunc tertium annum Ioacim non esse numerandum à regni eius initio, sed ab octauo anno, quo videlicet anno tributa pendere regi Nabuchodonosor cœperat: quæ, cum proximo sequenti triennio soluisset, tandem vndecimo anno regni sui, ea reddere detrectans, captus, & occisus est. Pu- Errores Iosephi Historiæ Scholasticæ, Lyrani, Charrusiani.

Universidad de Deusto
Biblioteca



est. Putant enim isti sermonem hic haberi de vltima Ioacim captiuitate. Sed quàm dura ac violenta sit interpretatio, quem Daniel simpliciter, & præcisè nominat tertium annum Ioacim, eum annum interpretari, non simpliciter tertium ab initio regni, sed à principio soluendi tributum etiam me tacente, per se lector intelliget. Maneat igitur, tertio anno Ioacim primum venisse Nabuchodonosor Hierusalem, & inde vinctum Ioacim ductum esse Babylonem, id quod in lib. 2 Paral. ca. 36. secundum latinam interpretationem aperte traditur. Namq; Hebræa scriptura, si verbum verbo reddas, hanc habet sententiam (*venit eum, vt duceret Babylonem.*) Quod animaduertens Caietanus in commentario eius loci, & ante ipsum Lyranus, dixerunt regem Ioacim vinctum fuisse à Nabuchodonosor, vt duceretur Babylonem, sed postea mutato consilio esse dimissum, impositio tamen ei tributo. Idem quoque legitur in libro secũdo de Mirabilibus sacræ Scripturæ. in c. 29. quod opus etsi ponitur inter libros diui Augusti, & sub eius nomine citatur à multis, non esse tamen Augustini, apud doctos viros, & minime dubiis constat argumentis. Porrò in vndecimo anno Ioacim iterum venit Hierusalem rex Nabuchodonosor & Ioacim dolo captum atque occisum, extra vrbem proiici, & insepultum iacere iussit, quod euenturum illi prædixisse Hieremiam legimus in lib. eius cap. 22. Idémque narrat de morte Ioacim in libro decimo Antiq. Iosephus. Ergo quod in libro secundo de Mirabilibus sacræ Scripturæ, cap. 29. scriptum est, regem Ioacim in campo Babylonis esse interfectum, vt prædicto Hieremiæ vaticinio contrarium plane repudiãdum, ac reiiciendum est.

Secunda dubitatio, Quorsum memoratur hoc loco tempus captiuitatis regis Ioacim, facilis est responsio: ideò enim memoratur, quo manifestum fiat, quo tempore, & qua ex occasione Daniel captus. & Babylonem ductus fuerit: nam cùm esset Regij generis vnà cum ipso Rege Ioacim captus, & Babylonem ductus est, aut quod alijs magis placere video, dimisso rege, obsés pro eo regi Babyloniorum datus est, ex quo liquet procul vero esse, Danielé fuisse captum anno octauo Ioacim, cuius sententiæ paulò superius probatores & defensores citauimus auctorem Historiæ Scholasticæ, & Nicolaum de Lyra super primum caput Esdræ. Quanquam hoc loco & ipse, & Carthusianus captiuitatem Danielis ad vndecimum annum regis Ioacim referant. Insignior tamen fuit error Iosephi, captiuitatem Danielis cum captiuitate regis Sedechiæ coniungentis: cùm hanc illa præcesserit non minus annis decem & octo. Vereor dicere, dicendum tamen est: nam

In chronologia, quã sint faciles ac lubrici lapsus.



nam & seruiendum est veritati, & hoc tam memorabili exemplo docendus lector, quanta in tractandis chronologijs nõ modo scientia, sed etiam diligentia, intentioneque animi, ac memoriæ sit opus. Ecce tibi diuus Hieronymus omnis chronologiæ diuinæ pariter atque humanæ, quàm qui maximè, doctus ac diligens, in designando tamen captiuitatis Danielis tempore, semel memoria lapsus est. Is namque scribit super primũ caput Ezechielis, Danielem simul cum rege Iechonia, & Prophæta Ezechiele captum esse, & Babylonem adductum. Atqui constat ex hoc ipso Danielis loco, & ex Chronicis Eusebij, quę Hieronymus latinè conuertit, Danielis captiuitatem octo annis captiuitate Iechoniæ, & Ezechielis priorem fuisse.

Tertia dubitatio, Cur passus est Deus innocentem sanctumque puerum Danielem pariter cum impio rege Ioacim in seruitutem abstrahi, isdemque malis, & calamitatibus affligi: præsertim cum in libro Geneseos ca. 18. scriptum sit, nõ esse consentaneum diuinæ iustitiæ atque æquitati, vt iustum Deus perdat simul cum impio: & Dominus apud Ezechielem cap. 18. sic loquitur: *Viuo ego, quia filius non portabit iniquitatem patris, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur*. Non enim apud Deum valet, quod quidam Poëta dixit: *Quicquid delirãt reges, plectuntur Achiui*. Respondeo Deum sæpenumero viros sanctos mirabiliter præripuisse malis & supplicijs, quibus puniebat improbos. Nam Noë, seruauit ex diluuij exitio, & Lot eripuit ex incendio Sodomæ. Hebræumque populum à plagis, & calamitatibus Ægyptiorum liberauit. Nonnunquam tamen sinit bonos inuolui malis, & pœnis impiorum. Cur autẽ mala contingant bonis, cùm sit Dei prouidentia, & Seneca de hoc ipso titulo eruditum ac disertum edidit libellum, & beatus Augustinus in primo libro de Ciuitate Dei à cap. 8. vsque ad 14. copiosè doctèque disputauit. Nos autem in præsentia, captiuitatis Danielis tres causas ex ipsa Dei prouidentia petitas afferre possumus. Prima causa est, vt Daniel Hebræis, qui erant in illa captiuitate esset quasi consultor, doctor, & spiritualis medicus, eiusque auctoritate, & doctrina, exemploque continerentur illi in cultu veri Dei, ne ad impias Gentium, quibus cum versabantur superstitiones, & idololatrias dilaberentur: & esset quoque calamitatum, ac miseriarum, quibus in illa seruitute premebantur, consolator, & subleuator, necnon & soluendæ captiuitatis procurator, & adiutor. Secunda causa fuit, vt in captiuitate, Danielis nomen nobilius, atque illustrius existeret, nempè, multò maiorem dignitatem ac potestatem, gloriamque adeptus est in captiuitate Daniel apud alienos reges, gentesque barbaras, quàm liber,

Horat. in epist.

Tres causæ cur passus sit Deus innocentẽ Danielẽ in captiuitatẽ abstrahi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& apud suos cõse qui vnquam potuisset. Tertiam causam fuisse reor, vt per Danielem apud superbissimos reges, & populos tenebris idololatriæ obcæcatos, veri Dei cognitio eluceret, atque innotesceret, quod abundè factum esse per Danielem, nõ vno loco narratur in hoc libro.

## *Ioacim Regis Iuda.*

Iosiæ filiorũ nomina.

IOsias Rex Iuda quatuor filios reliquit, vt est in priori lib. Paralip. c. 3. Ionatan, & Ioachaz, qui in 3. lib. Esdræ. c. 1. vocatur Iechonias, & in prædicto loco Paralip. nominatur Sellus, quo nomine etiã vocatur à Hieremia c. 22. Tertius filius fuit Mathanias, postea nominatus Sedechias: quartus fuit hic Ioachim primus dictus Eliachim, appellatus etiam, vt refert Epiphanius To. 1. sect. a. 8. Sellus, & Amasias: denique hic ipse vocatur à Matthæo in Genealogia Christi Iechonias, cum inquit: *Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.* Nã posterior Iechonias, de quo mox subditur, *& post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel*. alius fuit videlicet filius prioris, dictus in lib. 4. Reg. cap. 24. & ab Ezechiele c. 1. Ioachim, ab ipso autem Hieremia ca. 22. Iechonias. Esse verò distinguendos in Genealogia Christi hos duos Iechonias, affirmat Epiphanius supradicto loco, & Diuus Hieronymus, tam super locum Danielis, quam super illum Matthæi. Idque ratio ipsa fateri cogit, nam nisi duo sunt Iechoniæ, non erunt in illa Genealogia Christi, nisi vna, & quadraginta generationes, reclamante ipso Matthæo, qui esse duas, quadraginta testatur. Etenim si vnus sit Iechonias, vel in secunda, vel in tertia tessera decade tredecim duntaxat generationes numerabuntur. Adijce, quod Iechonias, qui habuit fratres, fuit Ioacim, qui tres habuit fratres, & horum duos Reges: Iechonias verò, qui genuit Salathiel, non nisi vnum habuit fratrem, qui priori libro Paralipomenon cap. 3. Sedechias nominatur. Rupertus autem in libro suo, quem scripsit in Danielem c. 2. lapsus memoria est, hunc Ioacim confundens cum Ioachim eius filio, & ea scribens, quæ nec inter se, nec cum sacra historia congruunt. At enim, quæret aliquis, cur Nabuchodonosor vsque eo infensus Regi Ioacim, vt cum bello appetitum captumque, Babylonem duxerit vinctum, ac tandẽ ignominiosissima morte necauerit? Et quidem duas eius rei causas fuisse arbitror. Nam, quia Ioacim creatus fuerat Rex in locum fratris sui Ioachaz a Rege Ægypti, propterea ei Regi vehementer fauebat, & adhærebat. Erat autem Nabuchodonosor, hostis acerrimus illius Regis Ægypti, perpetuum cum eo bellum gerens. Quamobrem eius fautorem, sectatorẽque, & quasi clientem Ioacim, infensè oderat, & regno deturbare cupiebat. Altera causa, & verò principalior, referri debet ad iustitiam Dei, per Nabuchodonosor vindicantis, & punientis detestabilem impietatem, & aduersus Deum seruos crudelitatem Regis Ioacim. Is enim Vriam sanctum virum, & Dei prophetam crudelitee interfecit, sicut legimus apud Hieremiam. c. 26. quin ipsum quoque Hieremiam occidere voluit, & vaticiniorum eius librum scalpello scindi & igni cremari iussit, vt ipsemet Hieremias memorat c. 36. His addunt auctor Iustiniæ Scholasticæ, Lyranus, & Hebræi, in cadauere ipsius reperta esse insita stigmata, & impressas notas esse, quæ erant veluti insignia variorum Deorum, quos impius ille rex colebat, ac venerabatur. Atque hoc illi significari putant in 2. libr. Paralipom. c. 36. illis verbis: *Reliqua sermonũ Ioacim, & abominationes eius: quas operatus est, & quæ inuenta sunt in eo.* Illud, *& quæ inuenta sunt in eo*, id quod diximus de variorum Deorum insignibus corpori eius impressis, indicare existimant.

Iechonias binominatus in Genealogia Christi apud Matthæũ nõ vnus fuit, sed duo reges.

Rupertli lapsus.

Impietas & crudelitas Regis Ioacim.

## *Venit Nabuchodonosor Rex in Hierusalem, & obsedit eam.*

DE REGE Nabuchodonosor, tria, quæ nonnihil difficultatis simul, & curiosæ cognitionis habent, paucis expedienda sunt. Ac primo quidem cum duos legamus in Scriptura reges, vocabulo Nabuchodonosor appellatos, alterum hoc loco, cuius etiam frequens mentio fit in extremo lib. 4. Regum, & apud Hieremiam, atque Ezechielem, a quo videlicet Iudæi maximis calamitatibus obruti sunt: alterum verò in libr. Iudith, declarare breuiter in præsentia est, an vnus fuerit idemque rex, an verò diuersi. Sed fuisse diuersos, libro Iudith. quatuor argumentis probari potest. Principio, Rex Nabucho donosor nominatus in libro Iudith, æqualis fuit Arphaxad regis Medorum, qui condidit Ecbatana, cuius vrbis amplitudo & magnificentia describitur in exordio libri Iudith: hunc autem Arphaxad conditorem Ecbatanorum, Herodotus libr. 1. appellat Deiobem, quem primum fecit Medorum regem. Is verò, secundum Herodoti chronologiam annis centum quinquaginta regnauit ante Cyrum. At verò Nabuchodonosor, cuius hic fit mentio, minus nonaginta annis, ante Cyrum regnare cœpit. Deinde, in libro Iudith, scriptum est illum Nabuchodonosor regnasse in Ciuitate Niniue: hunc

An hic Nabuchodonosor alius fuerit quã is cuius mẽtio fit in

Universidad de Deusto
Biblioteca



hunc autem Nabuchodonosor, post euersam Niniuen regnasse Babylone, ex quarto cap. lib. Danielis, & ex priori libro Iosephi aduersus Appionem latis constat. Ad hoc, ille anno decimotertio sui regni misit Principem, ac Ducem militiæ suæ Holophernem cum numerosissimo, ac validissimo exercitu, vt imperio ipsius subiugaret, cum alias gentes, tum Iudæos; qui vsque ad id temporis sub eius ditione non fuerant. Huius verò Nabuchodonosor anno decimotertio, iam ter Iudæi fuerant ab ipso capti, & sub ipsius dominatum subiecti. Deniq; post annum tertium Nabuchodonosor, hoc est, post victoriam Iudith, traditur in eo libro, Iudæos longissimo tempore magna in pace, & tranquillitate esse versatos. Atqui ex sacris literis liquet, anno decimonono huius Nabuchodonosor, euersis Hierosolymis, incensoque templo, Iudæos ex patriis sedibus abstractos, Babylonem esse ductos, atque inibi acerbissimam septuaginta annorum captiuitatem pertulisse. Patet igitur, fuisse duos illos Nabuchodonosor, planè distinctos, & diuersos reges. Sed vter prior, & antiquior fuerit, secundo loco dispiciendum est. Illum Nabuchodonosor Iudith, fuisse hoc Danielis posteriorem, quidam existimarunt. Isidorus lib. 6. Etymologiarum, illum Iudith, regnasse significat durante Babylonica captiuitate. Diuus Augustinus lib. 18. de Ciu. Dei. c. 26. eundem regem regnantem fecit tempore Cyri: Eusebius in Chronicis, & Beda in libro de sex ætatibus mundi. Nabuchodonosor Iudith, putant fuisse Cambysem Cyri filiũ, & secundum Persarum regem. Verum enimuero, istos refellere videtur, tum ratio ipsa temporum, tum etiam diuinæ Scripturæ narratio. Etenim in libro Iudith narratur, eo tempore steterisse templum & vrbem Hierosolymitanam: Iudæos tũ multas tenuisse vrbes munitas, fuisseque tunc Pontificem Iudæorum Eliachim, seu Ioachim. At verò, tempore Cambysis, aut Cyri, multò que minùs durante captiuitate, nec vrbes, nec templum ædificata erant, & vsque ad Darium Hystapsis, apud Iudæos ex captiuitate reuersos, Pontifex fuit Iesu, seu Iosue filius Iosedech, vt legitur in libro Esdræ, & apud Zachariam. Nihilo magis probabile est, quod opinatur Sulpitius in libro secundo Sacræ Historiæ, illum Nabuchodonosor Iudith, fuisse Artaxerxem, seu Darium Ochum penultimum regem Persarum. Hic enim rex plus ducentos annos fuit post redditum Iudæorum ex Babylonica captiuitate: cum tamen in libro Iudith clarè significetur, fuisse eo tempore Iudæos recens ex captiuitate reuersos. Quapropter similius vero est illum Nabuchodonosor, fuisse hoc Danielis priorem: & historiam Iudith ad tempora Manassis regis Iuda pertinere.

Vter Nabuchodonosor fuerit prior hic Danielis, an ille Iudith.

Quo tempore Iconstigerit historia Iudith.

Eo namque tempore rex Manasses captus multisque cum Iudæis Babylonem ductus est: eodemque tempore Pontificem fuisse Eliachim, seu Ioachim, ex sacra historia colligi potest. Et quia tunc rex Manasses aberat captiuus Babylonem ductus, propterea in libro Iudith nullius Iudæorum regis nomen annotatur. Fuisse autem tempore Manassis, & vrbem direptam, & templum aliqua ex parte incensum ac diruium, historia regis Iosiæ qui tertio anno post obitum Manassis iniuit regnum, non obscurè demonstrat. Veruntamen non est huius loci subtilius & accuratius de tempore Iudith disputare. Est enim quæstio admodum litigiosa, longiorem ac diligentiorem tractationem deposcens.



Breuis chronologia rerũ gestarum regis Nabuchodonosor.

Restat vt tertio loco annos imperij Nabuchodonosor perconseamus, insigniora eius regis, pro vt suo quodque tempore accidit, indicantes. Anno tertio vel quarto Ioacim, Nabuchodonosor regnare exorsus, venit Hierosolymam, captumque & vinctum Ioacim vna cum Daniele, aliisque duxit Babylonem: vt traditur hic, & apud Hieremiam ca. 46. Tunc etiam regẽ Aegypti debellauit, vt prædicto loco significat Hieremias, & refert Iosephus li. 10. Anti. Anno septimo aggressus est obsidere Tyrũ, atque in ea obsidione per 13. annos perseuerauit: sicut narrat Iosephus priori lib. cõtra Appionem, idémque innuit Ezechiel a cap. 26. vsque ad 30. Anno regni sui octauo, regem Iuda Ioacim, dolo captum, ignominiosa morte necauit: in cuius locum filium eius Ioachim regẽ substituit: què tamen post tres menses regno amouit, sufficto in eius locum Sedechia: veluti scriptum est in lib. 4. Reg. c. 24. Anno vndecimo venisse ad Nabuchodonosor Babylonem, Sedechiam regẽ proditum est in c. 51. à Hieremia. Anno 10. captis deinde ac direptis Hierosolymis, incensoque atque euerso templo, Iudæos abstraxit in seruitutem Babylonicam: quemadmodum narratur in li. 4 Reg. c. 25. Anno 23. victo Ægypti rege, latéque vastata regione, Iudæos, qui illuc confugerant, Babylonem traduxit: hoc refert Iosephus libr. 10. Antiq. idémque Hieremias cap. 43. & Ezech. 32. insinuant. Anno 25. obtigit ei visum illud & somnium statuæ, quod instà cap. 2. memoratur, cuius sententiæ auctorem Iosephum in lib. 10. Antiq. sequutus est in comment. 2 cap. Hieron. Post hæc erexit sibi auream statuam inusitatæ magnitudinis, quam iussit ab omnib. adorari: tunc accidit miraculum trium puerorum. Cõsequenti tẽpore trãsformatus in belluã, vitam egit, modo ritúque ferarum, plane ferinam, per septem annos: quibus expletis, méti regnóq; restitutus, regnauit felicissimè, tribus & quadraginta annis in imperio cõpletis, atque hoc traditur à Iosepho libro decimo Antiquitatum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quot annos regnauit Nabuchodonosor.

quitatum, & priori libro aduersus Appionem, & item ab Eusebio in libro nono de Præparatione Euangelica, cap. 4. quod etiam videtur elici posse ex libro quarto Regum: in cuius libri vigesimo quarto capite traditur, regem Nabuchodonosor anno regni sui octauo Iechoniam traduxisse Babylonem: in capite autem vigesimoquinto scriptum est, primum annum regni Euilmerodach, qui proxime in regnum successit patri suo Nabuchodonosor, fuisse trigesimum septimum annum transmigrationis Iechoniæ. Obierat igitur Nabuchodonosor trigesimo sexto anno transmigrationis Iechoniæ, in cuius tamen transmigrationis exordio, octauum ipse agebat imperij annum: quapropter omne regni eius tempus tres & quadraginta plenos atque integros annos complexum est.

*Et abstulit partem vasorum domus Dei, & intulit ea in domum thesauri Dei sui.*

SATIS apparet, fuisse in hoc rege nonnihil moderationis, nonnihil item erga Deum pietatis: moderationis quidem, quod non omnia vasa, sed partem tantum abstulerit: pietatis vero, quod ea, vt sacra diuinoque cultui dicata, non prophano vsui polluerit, sed in templo Dei sui religiosè custodienda posuerit. Ter autem rex Nabuchodonosor sacra vasa ex templo Hierosolymitano sustulit, primum in captiuitate regis Ioacim: secundum in captiuitate filij eius Ioacim, seu Iechoniæ, postremum in captiuitate regis Sedechiæ. Cæterum, cur passus est Deus vasa sacra suoque obsequio, & cultui addicta, tolli é templo suo, & à rege impio in idolorum fano collocari? Quamuis eius rei causas suppeditat nobis diuina Scriptura. Primo, id fieri Deus voluit, in vindictam, & pœnam Iudæorum: magna enim populi, si verè æstimetur, pœna est, rebus sacris priuari, id quod Azarias indicauit in oratione sua, quæ in tertio capite huius libri commemoratur. Postea, eorum vasorum amissione, significauit Deus, se propter Iudæorum scelera, etiam res suas, sibique dicatas quodammodo repudiare, & abiicere: nam vt scriptum est in posteriori Machabæorum libr. cap. 5. non elegit Deus gentem propter locum sanctum, sed locum propter gentem. Infensus igitur genti, nonnunquam aduersus res sacras iram & indignationem suam ostendit, quasi res illæ sceleribus populi infectæ, & flagitiorum eius participes essent. Quapropter per Isaiam, ca. 1. dixit Dominus, nauseare se, atque abominari Iudæorũ festiuitates, & sacrificia, videlicet ob eorũ impietatis, atque

Cur permittat Deus res sacras sibique dicatas, & ab impijs plerumq; contaminari, & eũ sui nominis cõtumelia tractari.



atque improbitatis magnitudinem. Deinde voluit Deus ostendere inanem & fallacem fuisse fiduciam Iudæorum, qui sanctitate legis Mosaicæ, templique religione, ac rerum sacrarum veneratione cõfisi, stulte, tutos se, atque ab omni malo immunes fore confidebant. Ittiusmodi hominibus per Hieremiam capite septimo, dixit Deus: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, templum Domini, templum Domini, templum Domini sunt. Nam si bene direxeritis vias vestras, habitabo vobiscũ in loco isto: si autem iniquè feceritis, faciam huic loco, super quo inuocatum est nomen meum, & in quo vos fiduciam habetis, sicut feci Silo.* Ad extremum, vasa illa passus est auferri Deus, quod per ea vasa sanctissimum nomen suum atque incomparabilem potentiam & maiestatẽ apud Babylonios clarissimis, maximeq; admirandis signis declarare volebat. Etenim traditur in quinto capite huius libri, cum rex Balthasar in conuiuio, hæc Dei vasa impurè & cõmeliosè tractasset, subitò visam ipsi esse manum in pariete scribẽtem: quæ scriptura, & ipsius regis interitum, & regni excidium portendebat. Simile quid legitur in libro primo Regum capite quinto de arca Dei à Philistæis capta. Admonuit hoc loco Hieronymus, & Philosophos quosdã, & poetas hæreticos, imitatos esse quodammodo hunc regem Nabuchodonosor: Nam & ipsi sacra vasa, id est, veras sententias, sanasque dogmata, ex templo Dei, hoc est ex diuina Scriptura furati, posuerunt in templo sanctitatis sui, hoc est, posuerunt in templo suorum idolorum, id est, implis & fallacibus scriptis suis inseruerunt, sed multis tamen fabulis, erroribusque deformata & cõtaminata.

*Et ait rex Aspheneꝛ præposito eunuchorum.*

MAgno in pretio & vsu apud principes fuisse olim eunuchos, ex diuinis & humanis historijs perspicuè intelligitur. Etenim apud quosdam principes, fuere in amoribus & delicijs, turpissimo corporis obsequio. Præcipuum tamen eunuchorum munus & cura, erat custodia regiarum concubinarum. Vide librum Esther in capite secũdo. Nonulli porrò cubiculis principũ erãt præfecturali munere apud Holophernem functum esse Vagao eunuchum legimus in libro Iudith capite duodecimo. Alij præpositi erant palatio, principésque ministrantium & seruientiũ regibus: tales habuisse Assuerum septem eunuchos in primo capite libri Esther scriptum est. Eunuchis præterea mandabatur cura & custodia thesaurorum: vnde in Actis Apostolorum capite octauo, traditur, eunuchum qui baptizatus est à Philippo, super omnes gazas reginæ Candacis fuisse constitutum.

Ad quos vsus quõdam principes habuerint eunuchos.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quin etiam legimus quosdam eunuchos belli duces, & principes militiæ regum fuisse: nam & rex Sedechias principē suæ militiæ habuit eunuchum, vt Hieremias scribit ca. 52. & Pharao rex Aegypti, Putipharem dominum Ioſephi belli principem habebat, vt est in libro Geneseos. cap. 39. Apud Ochū quoque Persarum regem, plurimum auctoritate & potentia valuisse Bagoa eunuchum & Diodorus Siculus, lib. 16. & lib. 11. Ioſephus narrant. Epiphanius in Hæresi quinquagesima octaua, commemorat sectam eunuchorum, qui ad capessendum cælorum regnum, necessarium putabant quemq; fieri eunuchum: perperam fortasse intelligentes illud Domini dictum, quod est apud Matthæum, cap. 19. *Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum:* & quod est apud Isaiam cap. 56. vbi Deus eunuchis amplissima præmia pollicetur.

Hæresis eunuchorum.

An Daniel fuerit eunuchus.

Quidam, Danielem fuisse eunuchum ex hoc loco argumentantur: nam si rex, inquiunt, mandauit præpositō eunuchorū, vt de pueris Hebræis lectissimos assumeret, qui aliquandiu linguā, literis, & moribus Chaldæorum præculti, postea versarentur in palatio, ipsique regi ministrarent, horum autem puerorum vnus fuit Daniel, hinc planè conficitur, eum fuisse eunuchum: alioqui sub cura præpositi eunuchorum is non fuisset. Addunt & illud argumentum, Isaiam ca. trigesimonono prædixisse regi Ezechiæ aliquos de posteris eius, fore seruos & eunuchos regis Babylonis, quod præcipuè completum fuisse in Daniele, plerique tradiderunt. Hoc sentit Ioſephus in libro decimo Antiquitatum, idemque arbitrantur Hebræi, eandemque opinionem sequitur Origines in quarta Homilia super Ezechielem. Simon item Metaphrastes in vita Danielis, & Zonaras in primo tomo Annalium, nec non & beatus Hieronymus in primo libro aduersus Iouinianum, quanquam hoc loco dubitantur ea de re loqui videatur. Veruntamen argumentum ex nomine eunuchi sumptum, non cogit fateri Danielem fuisse re vera eunuchum, hoc est castratum. Nam, quia primùm eunuchi intima, nec nisi fidelissimis credenda, regū ministeria tractabant, propterea factum est, vt postea qui eadem munera obibant, nomen eunuchorum retinerent, & si verè non essent eunuchi: quod probari posset argumento Phutiphatis eunuchi principis militiæ Pharaonis, quem in libro Genes. cap 39. vxorem habuisse legimus. Quapropter Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in Vita Danielis, negant eum fuisse verum eunuchum, sed propter virginalem oris verecundiam atque modestiam, animumque ab omni libidine alienissimum, atque integerrimum, vulgo existimatum fuisse velut eunuchum. Huic sententiæ subscribit Lyranus, in quam etiam inclinare



inclinare videtur Carthusianus: ad eius opinionis probationē illud afferentes quod hoc loco dicatur: præpositum eunuchorū, ex mandato regis, elegisse pueros, in quibus fuit Daniel, decoros, ac formosos, & sine vlla macula & vitio: quod in eunuchos minimè quadrat. Verum neque hoc argumentum satisfirmum est: illis enim verbis non aliud significatur, quàm non quoslibet sine delectu factos esse regis eunuchos, sed eos duntaxat, qui essent prius claritate generis, robore corporis, formæ pulchritudine, ingenioque præstantia eximij. Durare vero etiā eunuchis ad aliquod tempus formæ decorem, & quendam pulchritudinis florem, eò liquet, quod in delitiis erant principibus, non nisi delicatas & exquisitas libidinum voluptates consectantibus. Verum enimero, siue Daniel fuerit eunuchus, siue non fuerit, illud certè confessione omnium constat, eum perpetuò coluisse atque illibatam conseruasse virginitatem. Quin Damascenus libro quarto de Fide orthodoxa cap. 25. affirmat propter excellentem castitatis virtutem, & Danielem à leonū sæuitia, & tres pueros ab incendio fuisse inuiolabiles. Nec officit huic sententiæ quod legitur apud Ezechielem cap. 14. dixisse Deum etiam si Noë, Daniel, & Iob pro liberatione filiorum suorum, qui essent in medio populi Hebræi, supplicarent ipsi, se tamen eos nequaquam exauditurum: quo significari videtur, Danielem habuisse filios, hoc dico, non obstare, nam quod dicitur de filiis, vel accipiendum est quasi dictum sit ex hypothesi, si illi videlicet haberent filios, constat enim filios Iob non fuisse ex populo Hebræo. Vocabulo igitur filiorum, denotatur eo loco res homini intima, & charissima, quæque illi omnium maximè cordi & curæ sit. Vel dictum illud de filijs, non est referendum ad singulos illorum trium, sed satis est vt relatum ad plures, scilicet ad Iob, & Noë, verum esse inueniatur.

Daniel fuit virgo

Explicatur locus Ezechielis cap. 14

## *Proposuit Daniel in corde suo, ne polluereretur de mensa regis.*

Cur Daniel abstinuit à cibis regijs.

PRoperat Daniel vescendo cibis regijs, tribus modis pollui. Primo, quia, vt ait Theodoretus & Lyranus, in epulis regalibus multa erant ex ijs, quæ libabantur, & immolabantur idolis & cum inuocatione illorum deorum sumebantur, ita vt qui ea comederent, illius superstitionis sectatores & participes viderentur. Deinde quia fieri non potuit, quin inter cibos illos Regios, essent aliqui Mosaica lege vetiti, velut erant porcinæ carnes. Talium autem ciborum esus

polluisset

polluisset Danielem, non per se suaque natura, sed propter legis, qua interdictus erat, violationem. Denique delicatorum ac suauium ciborum vsus, officere poterat integritati mentis & cordis munditiæ, animumque impuris libidinum oblectamentis inquinare. Eximium profecto & admirandum fuit hoc Danielis in puerili ætate, tantæ continentiæ, & legis Dei obseruantiæ exemplum, ideoque ab omnibus antiquis patribus, qui de ieiunij & abstinentiæ laudibus scripserunt, vsurpatum, summisque laudibus celebratum.

Sed intelligendum est, quatuor esse genera vitiosæ ac damnandæ abstinentiæ: vnum fuit, quorundam philosophorum, vt Pythagoræ, Empedoclis, Apollonij Tyanei, & Porphyrij, qui propterea esum animalium damnabant, quod putarent etiam in brutis inesse animam rationalem, eamque se in varia corpora induere, non hominum modo, sed cæteratum etiam animantium: lege Philostratum in vita Apollonij, Laertiũ in Pythagora, Porphyrium in libro de Abstinẽtia, & itẽ duas Plutarchi orationes de Abstinentiæ ab esu carnium. Alterum genus abstinentiæ fuit quorũdam hæreticorum, qui ob eam causam abstinendum a carnibus esse docebant, quod dicerent eas per se malas & execrandas esse, & à malo quodã principio conditas: cuius erroris auctores fuere Marcion, Tatianus, Eucratitæ, & Manichæi contra quos lege quæ scripsit D. Paulus in prima Epistola ad Timotheum cap. 4. & quæ in Canone 50. ac. 52. Apostolorum sancita sunt: Decreta item conciliorum Ancyrani, Gangrensis, primi Toletani, primique Bracharẽsis, & quę scripsit Epiphanius confutando hæresim 42. 47. 66. ad extremum, multa quæ Augustinus scripta reliquit in libris quos edidit contra Manichæos, præsertim autem contra Faustum Manichæum. Tertium genus abstinentiæ sequuti sunt quidam in exordio nascentis Ecclesiæ dicti Iudaizantes: qui arbitrabantur etiam post Christi aduentum, publicatumque Euangeliũ, abstinentiam ciborum, quos lex Mosis vetabat esse necessariã. Horum errorem, quæ scripta sunt à Diuo Paulo in Epist. ad Roman. cap. 14. & quæ prodita sunt in Actis Apostolorum c. 10. & 15. manifestam redarguunt. Quartum abstinentiæ genus coluere olim, hodieque colunt multi peruersa ratione atque animo studentes abstinentiæ. Quippe, vel errore opinionis existimant summam perfectionis Christianæ in vnius abstinentię cultu, & exercitatione contineri, vel per abstinentiam, hominum laudem, & honorem aucupantur: vel existimatione abstinentiæ, comparato sibi apud homines nomine ac fama sanctitatis, praua consilia, falsaque dogmata incautis, & simplicibus persuadere conantur: vel denique cum deficiat illos prudẽtia, sine



sine modo abstinentiam tractant, scilicet, magno rerum vtiliorum, & meliorum impedimento ac detrimento.

Perfecta igitur abstinentia, quæ laudatur in Ecclesia Catholica, quæ placet Deo, quæ homini prodest, ea censetur, quæ propter bonum finem suscipitur, & moderate, ac prudenter exercetur. Huius verò abstinentiæ suscipiendæ colendæq; octo laudabiles causæ esse possunt. Prima causa, ad mitigandam, & placandam iram Dei sceleribus hominum aduersus ipsos homines prouocatam, & incensam. Secunda, ad impetrandum aliquid à Deo. Tertia, ad imitandam Christi Domini atque sanctorum Apostolorum & aliorum abstinentiam. Quarta, ad satisfaciendum Deo pro peccatis suis atque alienis. Quinta, ad arcendas superandasque diaboli tentationes. Sexta, ad futura, & imminentia peccata malaque præcauenda. Septima, ad frangendas cupiditates, & carnis aduersus spiritum rebellantis vires contundendas, & ad appetitiones inferioris animæ partis, obsequio rationis, ac diuinæ legis subiiciendas. Octaua, quo solutior vegetior, & alacrior sit animus ad omnium virtutum exercitationem, & ad meditationem studiumque rerum cœlestiũ propensior atque incitatior. Atque ob has ipsas causas, legem abstinendi à certis ciborum generibus, & statis anni temporibus ieiunandi, sapienter, & vtiliter sanxit Ecclesia. De differentia vero quæ est inter Catholicorum, & piorum hominum, atque hæreticorum ac philosophorum abstinentiam, lege Augustinum lib. 30. contra Faustum Manich. cap. 5. & in lib. de Moribus Manichæorum cap 15. Theodoretum quoque in Epitome diuinorum decretorum cap. de Abstinentia, denique B. Bernardum super Cantic. serm. 66. Epiphanius porrò in lib. de Compendiaria doctrina Catholicæ Ecclesiæ, fuisse olim docet in Ecclesia, eorum qui profitebantur abstinentiam, diuersa genera, & quasi varios gradus. Quidam tantummodo abstinebant a carnibus quadrupedum, multi ab omni carne animali: nonnulli etiam ab ouis, nonnulli à piscibus: aliqui ab omnibus lacticiniis: nec defuerunt qui nullis rebus coctis vescerẽtur: denique erant qui etiam à pomis, & arborum fructibus abstinerent. Hæc igitur septem abstinentiarum genera, floruisse quodam in Ecclesia narrat Epiphanius.

Octo causæ laudabiles colẽdi abstinentiam

Septem gradus abstinentiæ quæ olim in Ecclesia colebatur.

Cæterum, quanta vnum quemque tempore, & apud omnes gentes, laus, honos, & admiratio fuerit eorum, qui singulari aliqua cibi potusque abstinentia excelluerunt, siue ea fuerit vera, siue falsa, & simulata abstinentia, si quis superiorum temporum memoriam repetat, facile intelliget. Proditum est à Xenophonte, & Cicerone, antiquos Persas, ad panem nihil aliud, quàm tritici vsum adhibere solitos. Cheredemus Stoicus vir eloquens, dixit

Quanta fuerit omnium tẽpore & apud omnes gẽtes, abstinentię laus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dixit priscos Ægypti sacerdotes carnibus, vino, ouis, & lacte semper abstinuisse: quin etiam ipso pane, non nisi raro vesci consueuisse: videlicet quo purius, intentius, & acrius diuinis rebus vacare, ardoremque libidinū restringere possent: cōsidē inquit, quo redundantium humorum incommoda sanarent, ac penitus tollerent, biduī ac triduī inediam sæpenumero sustinuisse. Essenos, quorum mirandos mores, & instituta narrant Philo, Iosephus, & Plinius, vini, & carnium perpetuo continentissimos fuisse legimus. Quamobrē Porphyrius in libro de Abstinentia ab esu animaliū, eos, inquit, fuisse interritos atque intrepidos ad mortē pro patriis legibus subeundā, & plerosque ipsorum diuino afflatos spiritu, vates extitisse. Eubulus narrat tria fuisse apud Persas Magorum genera: quorū primus, qui maximè sapientes, & eloquentes existimabantur præter farinam & olera, nihil esitasse. Bardesanes Babylonius tradit, apud Indos fuisse Gymnosophistarum, alios quidem Brachmanas, & alios Amanæos: hos autem tātæ cōtinentiæ, vt solis arborum pomis iuxta Gangem fluuium, & publico orizæ, & farinæ cibo alerētur. Euripides, in Greta, Iouis vates, non tantum carnibus, sed omnibus etiam quæ cōsita essent abstinuisse dicitur. Xenocrates de Triptolomæi legibus, apud Athenienses tria dūtaxat præcepta in tēplo Eleusinę māsisse dixit, venerādos Deos, honorandos parentes, abstinēdum carnibus. Longum esset de continē tia Pythagoræ, Socratis, Antisthenis, Diogenis, Apollonij Tyanei dicere. Vel ipse Epicurus patronus voluptatis, summis laudibus extulit continentiam, affirmans, etiā ad iucunde ac suauiter viuendum, tenuitatem victus conferre plurimum: & in epistolis suis testatur se aqua tantum, & pane vesci solitum: in quadam verò epistola ad amicum suum, rogat eum, vt mittat ad se paululum casei, vt cum libuerit, paulo lautius epulari possit. Dicæarchus in libro Antiquitatum, & in descriptione Græciæ, confirmat, rege Saturno, non carnibus, sed herbis, & arborum fructibus, & sponte terra nascentibus homines vesci solitos. Lege multa quæ in hanc sententiam scripsit Plutarchus in duabus de esu carnium orationibus. Sed in primis legendus est D. Hieronymus in lib. 2. aduersus Iouinianum, vnde nos magnam partem superiorum exemplorum huc transtulimus. Sed antiquitas, & nobilitas abstinentiæ, clarius elucet in sacra Scriptura: in qua legimus ante diluuium nullum fuisse apud homines vsum carnium, commendatur item Nazaræorum, & Rechabitarum abstinentia: prædicatur duplex Mosis quadragenarium ieiunium, & vnum Heliæ totidem dierum. Sacerdotibus quoad ministeria templi tractabant, vsu vini & omnium quæ possunt ebrium facere, lege diuina interdicebatur.

Epicurus laudator abstinentiæ.



tur. Iudith, Esther & Machabæi, admiranda illa, & omnium memoria seculorum dignissima facinora, virtute abstinentiæ præparati, & præmuniti patrarunt: septem pueri Machabæi mortem acerbissimis tormentis productam, esui porcinæ carnis, propter diuinæ legis obseruantiam, prætulerunt. In nouo testamento tanta fuit Ioannis Baptistæ abstinentia, vt is diceretur nihil comedere nec bibere: ea virtus, quam sibi placeret, quamque in suis sectatoribus caram esset habiturus, satis quadragenario suo ieiunio Christus Dominus declarauit. Incredibilia viderentur, quæ prodita sunt de abstinētia Pauli, Antonij, Hilarionis, Martini, & innumerabilium Monachorum, nisi his Athanasij, Hieronymi, Sulpitij, & Cassiani auctoritas fidē astruxisset. Verum hactenus dicta de excellentia continentiæ, satis in præsentia lectori esse debent.

## *Tenta nos obsecro diebus decem.*

An Daniel tenuerit Deum.

IN libr. Iudith cap. 8. Ozias princeps Berhulienſis populi, grauissimis verbis à Iudith reprehēditur, quod populatibus suis, quinque dierum tempus præfiniuisset, post quos, nisi alunde subsidium ipsis præberetur, seipsos dederent Assyriis. Reprehensus est autem à Iudith, quod imprudēter, & temerariē egisset, scilicet, tentans Deum, præscripto ipsi ad opitulandum tempore: *Et qui estis vos*, inquit, *qui tentatis dominum? nō est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius, qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus misericordiæ Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis eius.* At enimuero, Daniel nō imprudentia, vel temeritate aliqua, sed, vt hoc loco, inquit Hieronymus, fidei magnitudine, firmissimáque diuini auxilij fiducia, decem illos dies præstituit, certū habens fore, vt Deus apud illam gentem barbaram miraculo aliquo declararet, quàm sibi grata esset legis suæ obseruantia, & quàm singularem ipse curam eorum haberet, qui abstinentiam ipsius causa religiosè colerent. Circa illud quod subditur, *Apparuerunt vultus eorum meliores præ omnibus pueris, qui vescebātur cibo regis*, animaduertendum est, etiam naturali atque humana ratione fieri posse, vt qui parco ac vili vtitur victu, pinguior, robustior, & formosior sit, quàm alius lautè ac delicatè viuens: vel propter longissimam, & vsque à puero seruatam parcè ac tenuiter viuēdi consuetudinē, vel ob singularē temperamēti corporis, quā vulgus nominat cōplexionem, firmitatem, atque bonitatē: vel propter temperiem, & salubritatem cæli: vel propter frequentem, sed moderatam tamen exercitationē, vel denique propter vire hilari-

Quinque causæ propter quas posſit natura liter fieri, vt quisvi rac temi vtēs victu, sit robustior, & vegetior quā alius lautè ac delicatè viuens.

hilaritatem, & iucunditatem, atque animi tranquillitatem, omniúmque molestiarum vacuitatem. Nam vt in lib. Prouer. c. 17. scriptum est, *Gaudens animus ætatem floridam facit: spiritus autem tristis exsiccat ossa.* At verò opinor, firmior, & formosior corporis habitus, qui ex tali tantaque cibi abstinentia Danieli accidit, ad nullam prædictarum causarum verè potest referri. Etenim Daniel, intra illos decem dies, parciori ac viliori, quam anteà, cibo vtens, non tantum aliis pueris abundanter, & exquisitè epulantibus, sed etiam seipso robustior & pulchrior extitit, munitum memorando in primis exemplo, non perhorrescendi abstinentiam, quasi ea sanati robori, ac pulchritudini corporis aduersetur.

*Pueris autem his dedit Deus scientiam in omni libro, & sapientia.*

Abstinentiæ fructus.

ECCE tibi, quantus fuerit abstinentiæ fructus, quanta mercedes: illi exinaniuerunt cibis ventrem: Deus multi iugi, & quæ supra captum hominum est, doctrina eorum mentes repleuit. Enimuerò, temperantia cibi ac potus mirificè conducit ad comparandam sapientiam, eam maximè, quæ à Deo donatur. ipse enim dixit per Isaiam ca. 28. *Quem docebit scientiam? & quē intelligere faciet auditū? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus.* Et Salomon in ca. Eccle. ita reliquit scriptum, *Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnē meam, vt animum transferrem ad sapientiam, deuitareḿq; stultitiam.* Comparatio autem eius doctrinæ, quam tres illi tantissimi pueri habuerunt, intelligentes omnia, quę erant in libris Chaldæorum, omnemque ipsorum sapientiam percallentes, partim fuit naturalis, & humana, partim diuina, & supernaturalis. Humana quidem fuit, quia naturalis rationis facultate ingeníque bonitate, omnem Chaldæorum disciplinam consequi poterant: si quidē ea, vim & captum humanæ mentis nequaquam superabat. Vsi præterea sunt ad eam perdiscendam, summis Chaldæorum magistris, atque doctoribus, ex mandato enim regis, vt suprà dictum est, nobiles illi, & qui electi fuerant pueri, literas, & linguam Chaldæorum edocebantur. Nec defuit tempus ad discēdum, præfinito in id à rege integro triennio. Fuit nihilominus tamen etiam diuina eiusmodi doctrinæ adeptio: nam & plenius, atque perfectius illi pueri, quam cæteri omnes eam doctrinam perceperunt, & super ea, quæ à Chaldæis docebātur, alia quamplurima cognouerunt breuius, item, quam naturali ratione consequi potuissent, eam sunt adepti. Neque enim ad pernoscenda omnia, quæ in omnibus libris, cunctaque Chaldæorum

An scientia omnis doctrinę Chaldęorū, quam Deus Danieli, & sodalibus eius dedit fuerit naturalis an supernaturalis.



dæorum disciplina continebantur trium annorum tempus esse satis potuisset. Diuino igitur, & quod supra humanam esset facultatem auxilio, sunt adiuti. Quemadmodum vehemens lapis in locum imum delecto, partim est motus lapidi genetalis, eò nempè suo nutu, & pondere tendentis: partim est præter vel supra naturam eius, quia maiori celeritate fertur, quā sola vi sua naturali ferri posset. Hinc apparet doctrinam rerū naturalium, & humanarum, tribus modis comparari posse, vel omnino naturaliter, sic eam consequuti sunt Aristoteles, & Plato: vel omnino supernaturaliter quemadmodum eam scientiam Adamus, & Salomon habuerunt: vel partim naturaliter, partim supernaturaliter, atque hac ratione tribus illis pueris sapientiam Chaldæorum accidisse dicimus.

D. Hieronymus super illa verba, quę paulò suprà expositimus, *Proposuit Daniel in corde suo*, adnotauit, si Daniel, & tres eius socii, qui cibis regijs, ne pollierentur, vesci noluerunt, in vitio esse, & contra religionem, nosse doctrinam Chaldæorum, & libros eorum legere, existimassent nunquā profectò id facere sustinuissent. Ea igitur didicerunt illi, non vt sequerentur, sed vt ea, vanitatis, fallitatis, atque impietatis cōuincerent, & dānarent. Nā, qui aduersus Mathematicorū, quos Genethliacos vocant dogmata disputaret, eorum ignarus, risui omnium pateret. Itaque tres illi pueri sapientiam Chaldæorum ea mente didicerunt, qua Moses doctrinas Ægyptiorum didicerat. Hactenus ex Hieronymo. Quo intelligitur, lectionem auctorum Gētilium per se quidem non modo esse licitam, sed etiam laudabilem, & per quàm vtilem esse posse, tām propter vera, quę in illis traduntur, quàm propter falsa. Propter vera quidem, multis de causis. Primùm, notitia cuiuscunque veri, naturaliter ab homine expetitur: omnis enim homo vt dicit Aristoteles, naturaliter scire desiderat, non tantùm, quia cognitio veri honestissimam parit animo oblectationem, & quasi pabulum mentī noscendi veri cupidissimæ iucundissimum præbet: sed etiā quod ea pertinet ad animi nostri perfectionem, cuius bonum est ipsum verum. Deinde, quia veritas à quocunque dicatur, auctore D. Ambrosio, à Spiritu Sancto est, qui Spiritus veritatis appellatur, & Paulus in primo cap. Epist. ad Rom. affirmat, quæ Deo Philosophi vera cognouerunt, ea Deum ipsis manifestasse. Postea sunt in libris Gentilium permulta, quæ cum iis, quæ traduntur in diuina Scriptura mirè congruunt, atque cōsentiunt: hoc autem ostendere, plurimum valet ad confutationem, vel etiam conuersionem infidelium, & ad fidelium consolationem, & confirmationem. Ex eo præterea liquet, eundē

Universidad de Deusto
Biblioteca



esse Deum, & naturæ, & gratiæ conditorem: eundemque, & veræ Philosophiæ, & diuinæ Scripturæ auctorem. Adiice, quod in libris Gentilium, plurima inueniuntur, non solum vera, sed etiam humanæ vitæ vtilissima: quàm multa enim illi de virtutibus, & vitijs, de gubernatione œconomica, & politica, de medicina, agricultura, & de artibus mechanicis, vera, atque vsibus hominum commodissima tradiderint. Confirmatur præterea hoc ipsum, exemplo Mosis, & Danielis, quorum exemplum & auctoritas firmissima rationis pondus habere debet. Eorum autem ille in Ægyptiorum, hic in Chaldæorũ scriptis, & disciplinis excellenter versatus, & doctus fuit. Quin Paulus, ut quidem, & quãtus vir, vel gentilium poëtarum sententias Epistolis suis, nihil nisi sanctum, cæleste, ac diuinum spirantibus, inserere non est veritus. At extremum, ex cõparatione sacræ, & prophanæ doctrinæ, statim elucet: quanto tandem illa, quã hæc antiquior, sublimior, atque vtilior. Neque verò tantùm prodest nosse, quæ Gentiles vere scripserunt, sed etiam falsa eorum dogmata non ignorare, vtile est: tum vt ea bene refellantur: tum quod nescire, nec probari, nec improbari recte potest: tum, vt eos, qui erroribus illorum deuincti astrictiq; tenentur, exsoluamus atque liberemus, atque vt sufficientiam humanæ doctrinæ, & diuinæ Scripturæ necessariã ostendamus. Quinq; enim rerum explorata cognitio, ho mini ad instituendam regẽdamque vitam pernecessaria est. Primò quidem necesse est, vt cuique sit planè cognitum, suus cuiusque hominis animus, sit mortalis nec ne: aliter enim vitam instituet, qui crediderit nihil sibi post hanc vitam, aut sperãdum, aut timendum esse: & aliter, cui sit persuasum, post mortem superesse vitam quandã sempiternam, in qua quisque, prout hic vixerit, perpetuo vel beatus vel miser futurus sit. Postea, vt constet homini, quisnam sit vltimus eius finis, eum dico finem, in quo extremum, summumque hominis bonum, & felicitas continentur. Tum, vt manifestum sit, qua via, & ratione ad vltimum finem perueniendum, ac peruehendum sit. Deinde, vt compertum quisque habeat, an Deus omnium rerum, præsertim verò humanarum, non tantùm generatim, & inuoluere, sed etiam singulatim, propriè, & explicatè notitiam, & curã habeat. Denique, vt sit homini notũ, & certum, quemadmodum Deus ab homine honorandus, & colendus sit. De huiusmodi autẽ rebus, Gentilium sapientes, vel nihil, vel falsò, vel dubiè, vel admodum tenuiter, ac leuiter, vel mollitèr, & infirmè scripserunt.

An fassit studere liceat. Cæterum, quæ hic dicta sunt, nonnullas habent dubitationes. Prima dubitatio. In illis Chaldæorum libris & disciplinis, multa inerant, quæ ad magicæ, augurionum, incantationum, & astrologicarum prædictionum vanitatem, & falsitatem, omnino impiam superstitionem pertinebant: harum autem rerũ studio & obseruatione interdictũ fuerat Iudæis in lege Mosis, vt patet ex Leuitici 19. ca. Deutero. 18. & ex ca. 33 posteriori libri Paralip. quemadmodum idem postea grauissimis decretis, & pœnis ab Ecclesia Christiana veritum est. Non igitur licitũ fuit Danieli, legendis libris, discendisque Chaldæorum doctrinis operã dare. Sed ad hoc respondendũ est, nosse ejusmodi rerum falsitatẽ, per se quidem, & vt scholastici doctores loqui solent, speculatiuè non esse malũ, quinetiam bonum esse, siquidẽ cognitio falsitatis vera est, ideoque bona cuius rei illud est manifestum signum, quod eiusmodi rerum cognitionem, & Angeli habent, & ipse Deus. Vetatur autem ea cognitio, tribus ex causis, ex quibus accidit, vt mala, & pernitiosa existat. Primo quidẽ, ex peruerso animo, proposito, & consilio discentis, siquidem eas artes quispiam addiscere studeat, vt vel suo, vel aliorum damno, & pernicie, ipsas exerceat. Deinde, ex infirmitate, & imperitia discentis, cui, quod sit nimis simplex, rudis, & incautus, vel nimio pluspluã expedit, curiosus, aut superstitioni deditus, eiusmodi artes tractare noxiũ sit futurum. Postremo, ex discentium immoderato studio, & affectũ, si quis videlicet in earum rerũ perceptione, & tractatione plus operę curæq; ponat, quàm æquum est, vtiliorũ, ac melioru rerũ cura studioq; posthabito. Legẽdus est D. Tho. in 4. Quodl. ar. 16.

Sed quàm moderatè, & cautè tractare oportet non modo malas artes, sed etiam bonas, & liberales disciplinas, docet nos luculenter D. Bernardus in serm. 36. super Cantica: cuius verba libet hic ponere: nam cum vere Christianam, & religiosam redoleant doctrinam, & prudentiam futura lectori, vt salutaria, sic etiam iucunda, non dubito. Tractans igitur Bernardus illũ locũ Pauli ex c. 2. Epist. ad Ro. *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*, ita scribit. Nõ prohibet Paulus sapere, sed vult non sapere ad sobrietatẽ: hoc autem est vigilanter obseruare, quid scire magis primùm oporteat, est quidem per se omnis scientia bona: sed quia tempus breue est, tu qui cũ timore, & tremore, cuiũ operaris salutẽ, pro tẽporis brevitate, festines ea scire prius, & amplius, quæ senseris viciniora saluti. Nonne magna pars medicinæ corporũ est scienter eligere in sumendis cibis quid prius, quid posterius, & quẽadmodum, quidq; sumi oporteat? Nam, & si bonos cõfert esse cibos, quos Deus creauit, tu tamẽ ipsos tibi si in tuo edo modũ, & ordinem no serues, reddis planè nõ bonos. Ergo quòd dicendum de cibis, hoc sentire, & de scientiis. Audi Paulum 1. ad Cor. 8. *Qui se (inquit) esse putat aliquid, nondũ scit quemadmodo oporteat eum scire*. Videa





stinis magorũ, astrologorũ, incantatorum, &c.

Pulcherrima sentẽtia Bernardi de modo tractãdi humanas scientias.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quia non probat multa scientē, si modum sciendi nescietit? Vides quomodo frustū, & vtilitatem scientiæ in modo sciendi constituit? Modum autē sciendi dico, vt scias quo ordine, quo studio, quo fine, quæque nosse oporteat: quo ordine, vt id prius, quod maturius ad salutē: quo studio, vt id ardētius, quod vehementius proficit ad amorē: quo fine, vt non ad inanē gloriam, aut curiositatē, aut aliquid simile, sed tantum ad ædificationem tuam, vel proximi. Sunt enim, qui scire volunt, eo fine tantum, vt sciant, & turpis curiositas est, & sunt qui scire volunt, vt sciantur ipsi, & turpis vanitas est. In hos sane valet il
Persius. lud Satyrici, *Scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter*. Et sunt item qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, vel pro pecunia, vel pro honoribus: & turpis quæstus est. Sed sunt etiam, qui scire volunt, vt ædificent, & caritas est, & qui scire volunt vt ædificentur, & prudentia est. Horum omnium
¶ Iacob. 4. Luc. 12 soli vltimi duo non ab initio scientia, quippe, qui eo volunt intelligere, vt bene faciant, siquidem, *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*, & reliqui omnes, audiant: *scienti bonum, & non facienti peccatum est ei*, & rursus, *Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens digna plagis vapulabit multis*. Ac si per similitudinem dicerentur, fumenti cibum, & nō digerenti, pernitiosum est ei. Cibus namque indigestus malos generat humores, nec tantum non nutrit, sed etiam corrumpit corpus. Ita, & multa scientia ingesta stomacho animæ, quæ est memoria, si decocta igne caritatis non fuerit, & sic per quosdā artus animæ, motus videlicet, atque actus, transfusa, & digesta, quatenus ipsa, de bonis, quæ nouit, vita attestante, & moribus, bona efficiatur, nōne illa scientia reputabitur in peccatum, tāquam cibus conuersus in pravos noxiosque humores? An non malus humor, peccatum? An non mali humores praui mores? An non inflationes, & tortiones in conscientia sustinebit, sciens bonū, & non facies? Hactenus, quæ memorauimus Bernardi sunt verba. Secunda dubitatio. Videtur Christiani hominis excellētia indignū, doctrinā à Gētilibus mutuari, vel potius emēdicare? præsertim cū vero cū sacra doctrina eo cōmendetur quod sit homini sufficiēs ad omnia, id quod significasse vitum Dūs noster apud Ioā. c. 16. cum de Spiritu S. loquens, dixit: *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, & iudicet vos in omnem veritatem*. Et Ioan. ipse in sua epi. c. 2 *Vnctio* (inquit) *docebit vos omnia*. Verum hoc facile soluitur. Quemadmodū enim non est indecorum regi, nec eius præstare alienum agricolarum, coquorum, fabrorū, aliorumque humiliū, & sordidorum hominum seruitia vti: ita neque Christiano vti famulatu ac ministerio Gentilium, ad percipiendas disciplinas Diuina autem doctrina dicitur



dicitur esse sufficiens homini ad omnia non simpliciter, & absolutè, sed ad omnia, quæ propriè spectant ad salutem animæ, & consecutionem æternæ vitæ, atque optimam Ecclesiæ gubernationem.

Tertia dubitatio D. Paulus primæ ad Corin. primo, sapientiam huius mundi vocat stultitiam, & ad Coloss. secundo, magicam atque fallacem appellat Philosophiam. Ref. odeo, Paulum non loqui de Philosophia per se considerata, quæ nimirū vera est, & sacræ doctrinæ nullatenus contraria: sed loquitur D. Paulus de Philosophia Epicureorum aut Stoicorum, aliorūve, quæ multis permixta & infecta erroribus, sacræ doctrinæ aduersabatur. Atque hanc ipsam cognoscere, quo rectius & valentius ea destrui & funditus euerti posset, non damnat Paulus. Vel ipse loquitur de Philosophia, prout ea Gentiles pertractabat atque impiè aburebantur ad oppugnandam Christianæ fidei veritatem. Vel de Philosophia loquitur ea ratione, vt a Gentilibus ipsa existimabatur, tanquam prima summæque regula & mensura, ad quam quicquid homini credēdum est, redigi atq; exigi omnino deberet, ità vt quicquid ei non cōgruit, siue præter, siue supra ipsius Philosophiæ cognitionem sit, id tāquam falsum, improbabile, & incredibile adiudicetur, & reiiciatur.

Locus Pauli, ad Coloss. a explicatur.

Curolim Christiani lectionē librorum Gētilium non resuebāt: sacrificio tum autem partim explicationē aduersabatur.

Quarta dubitatio continet obiectionem Iuliani Augsti, aduersus Christianos, quam memorat, atque refellit Cyrillus libro septimo eorum decem, quos aduersus ipsum Iulianum cōscripsit. *Cur* (inquit Iulianus) *tantopere Christiani abhorrent à sacrificijs Gentilium, cum non abhorreant tamen ipsi in libris Conti lium, quin eos cupidissimè & curiosissimè legant, videtur autem vtrumque rei par esse ratio, & vtrāque similiter esse illis, vel amplectendam, vel repudiandam*. Sed profectò valde dissimilis est ratio, nam libros Gentilium innoxiè legimus, ob eas causas, quas paulò supra exposuimus: earū vero consarum nulla cōpetit & quadrat sacrificijs Gentiliū. Atque hac ipsa sacrificia, de quibus dico sacrificatas idolis, non refugimus ac perhorrescimus tanquam per se mala & execranda, sunt enim res naturales in vsus hominum à Deo conditæ, vinum dico, panem, thus, atque carnes animalium: sed aduersamur ea, vt sunt consecrata idolis & dæmonibus, quos, vt perpetuos Dei inimicos, & implacabiles hominum hostes odimus, & abominamur. Præterea a Gentiliū sacrificiis & ritibus abhorremus, ne si eorum participes essemus, similiter etiā superstitionis atque impietatis ipsorū cōsortes & participes, aut efficeremur, aut esse videremur.

*Danieli autem dedit Deus intelligentiam omnium visionum & somniorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Visio quid hoc loco sit ex plicatur.

VOcabulo *visionum* hoc loco significantur visiones, quæ singulari quadam ratione vigilantibus contingunt, expressæ signis corporalibus, quæ sensus ipsos feriunt, cuiusmodi fuit manus illa scribens in pariete vsa regi Baltasari: vel qui per similitudines imaginarias effictas, homini ab vsu sensuum exteriorum abstracto, vt fit in extasi & raptu, obiiciuntur, quales fuere aliquot Hieremiæ, plurimæ Ezechielis, omnes fermè somnia in Apocalypsi. Vocabulo autem, *Somniorum*, denotantur visiones quæ dormientibus accidunt. Intelligentia igitur somniorum diuino munere data Danieli, non aliud fuit nisi facultas quæ eam intelligendi, & interpretandi somnia, vel sibi, vel aliis diuinitus missa. Ergo donum hoc Danielis, non pertinebat ad somnia fortuita & mania, vt ferè nostra sunt quotidiana, quæ nulla obseruatione atque interpretatione digna sunt. Nec ad somnia naturalia, vel humana, quæ certis ex causis naturalibus & humanis proficiscuntur, horum quippe interpretatio ad medicos & philosophos spectat, vel ad homines rerum humanarum peritos & prouidentes. Sed pertinebat illa Danielis facultas ad somnia tantum diuinitus hominibus data, quæ scilicet, nemo, vt par est, interpretari poterit, nisi diuino afflatu edoctus. Diuus Hieronymus hunc locum in suo commentario explanans. *Daniel*, inquit, *hoc extra tres pueros habebat insigne, quod visiones & somnia, quibus per symbola quædam & ænigmata futura mouebantur, tanquam meo corpore haberi, vt quod alij videbant in phantasmate, hic oculis cordis aspiceret.*

Somniū quid.

Qualis fuerit facultas illa interpretādi somnia diuinitus donata Danieli.

Verum quæstio exsitit, an hoc donum seu facultas interpretandi somnia Danieli data, fuerit in eo ad modum cuiusdam habitus in animo eius hærentis, atque permanentis, an potius ad similitudinem cuiusdam motionis & impressionis diuinæ, ita transeuntis. Sed non est difficile hanc quæstionem dissoluere, censemus enim non fuisse donū illud in Daniele tāquam habitum permanentem, quo qui eum habet, quando vult, & vbi vult, & quo modo vult, vti potest. Hoc autem manifestè patet argumento eiusdem Danielis, qui, vt traditur infra capite secundo, tempus petit a rege Nabuchodonosor ad inueniendam somnij, quod ei contigerat, expositionem: simulque cum tribus suis sociis diu & instanter, supplicauit Deo, vt interpretationem eius somnii sibi aperiret, quam ei postea Deus in somno declarauit. Non igitur Daniel veluti habitum quendam, habebat interpretādi somnia, statim enim nullo negotio per eum habitum quodlibet somnium intelligere & interpretari potuisset, sed ad singula exponenda somnia, noua Dei reuelatione indigebat. Scriptū porro est in capite quarto huius libri, cum rex Nabuchodonosor proposuisset Danieli somnium,



somnium, quod sibi inquiete acciderat, & ab ipso eius somnii peteret intelligentiā. Danielem tacitu & vehementer cogitabundo similē, vnā fermè hora perstitisse, quo tempore declarationē eius somnij petisse eū à Deo credēdum est, qui eū impetrasset, mox significationē & interpretationem somnij, regi aperuit.

Atque hoc ipsum etiā non dubia ratione probatur. Nam quæ donum hoc Danielis, interpretandi somnia procul dubio pertinebat ad donum prophetiæ: quam non esse habitum in prophetā manentem, docet beatus Gregorius Homilia prima in semper Ezechielem. *Aliquando*, inquit, *spiritus prophetiæ deest prophetis, non semper eorum animis præsto adest, vt videlicet cum ipsum non habent, agnoscant se Deo domo habere cum habent.* Idque confirmat Gregorius exemplo Eliæi, qui, vt est in libro 4. Regum cap. 3. consultus a regibus Iuda & Israel de belli, quod ambo reges inibant euentu, iussit adduci ad se psaltē, quo psallente, afflauit eum spiritus prophetiæ, atque ita prosperum belli exitum illis regibus prænunciauit. Et ca. 4. eiusdem libri dixit Eliseus puero suo de muliere Sunamite *Dimitte eam quia anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit me, & non indicauit mihi.* Eodem spectare videtur exemplum illud Nathan relatum in lib. 2. Regum capit. 7. & quod memoratur in 3. lib. Regum cap. 11. illius prophetæ, qui cum regi Ieroboam multis post seculis, euentura prædixisset, mox à quodam pseudopropheta deceptus est. Quibus exemplis liquidò intelligitur, non fuisse in illis donum prophetiæ seu habitum quendam permanentem, quo nimirum vti possent quotiescunque vellent. Et vero, diuina Scriptura, quo significaret spiritum prophetiæ contingere prophetis per quādam motionem & afflationem diuinam, sic loqui solet. *Factum est super Oseam aut Isaiam verbum* seu *manus Domini*, vel *dicit*, seu *loquutus est ad eum Dominus*, vel *irruit in eum spiritus Domini*: vel *raptus est in spiritu*, vel *suscitauit spiritum pueri Danielis*. Ergo hunc prophetiæ donum, simile est lumini solis, non quidem ei, quod in ipso sole inhæret, idem perpetuò permanens, sed ei quod a sole inhæret, idem perpetuò permanens. Sic lei quod à sole varie infunditur aeri, & in eo mutabiliter inest, videlicet præsente duntaxat sole. Hoc autem videtur quodammodo adumbratum & præfiguratū in illa visione, & manifestatione Dei quasi per transennam, atque in trāscursu facta Moisi, Exo 33. & Heliæ, lib. 3. Reg. cap. 19. Nominatur verò aliquis propheta, cuiā tāctio prophetandi actus, vel ex deligutione & destinatione Dei, qui illum ad obeundum prophetandi munus destinauit: quemadmodum in primo cap. Hieremiæ, dicitur Hieremias ex vtero matris sanctificatus & prædestinatus à Deo propheta, vel ex

Spiritus prophetiæ non adest Prophetis.

Propheta quis dicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



frequentia prophetandi, si ei frequēter Deus assistat, & indurat eum ad prophetandum: atque hac ratione prophetæ cognoscuntur & nominantur ab hominibus. Similiter, vt quidam habere dicuntur gratiam curationum, vel donum faciendi miracula, quod tamen non esse habitum aliquem in homine manentem, sed assistentiam Dei, qui ad preces alicuius hominis, licet ne hoc quidem necessarium sit, miracula frequenter faciat, in aperto & confesso est apud Theologos.

## *Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri Regis.*

Quādiu prophetauerit.

THeodoretus existimauit his verbis determinari tempus vaticiniorum Danielis: significari enim, Danielem non desiisse vaticinari ante primum annum regis Cyri. Sed huic expositioni plane aduersatur quod in principio decimi capitis huius libri scriptum est, Danieli, prophetica visionem, quæ in eo capite narratur, anno tertio Cyri regis contigisse, nonigitur Daniel primo Cyri anno finem vaticinandi fecerat. Illud est similius vero, quod idem Theodoretus subtexuit, apposita fuisse hæc verba, vt indicaretur Danielem vidisse liberationem populi sui ex captiuitate Babylonica, eiúsque reuersionem in patriam, quippe quæ, vt scriptum est in fine lib. 2. Paralip. & in princi. lib. Esd. primo Cyri anno facta sit. Fuisse igitur Danielem tantæ populi sui lætitiæ, ac felicitatis participem: quin ad eam procurandam & consequendam, magnam ipsum nauasse operam. Cum enim regem Cyrum docuisset, quod de ipso nominatim Isaias cap. 44. & 45. ducentis ante annis prædixerat, maiorem in modum eo vaticinio Regem Cyrum ad dimittendos Iudæos & humaniter benigneque tractandos esse permotum. Veruntamen ego, cum hoc loco dicitur Danielem fuisse vsque ad annum primū Cyri: non aliud significari puto, nisi Danielē ex quo tempore propter suā sapientiā in magno honore & gratia apud regē Nabuchodonosor esse cœpit, in eadē permansisse apud cæteros omnes Chaldæorum reges, quoad fuerit regnum Chaldæorum: fuerit autem vsque ad primum annum Cyri, qui vna cum Dario Medo auunculo suo expugnata Babylone, regeque debellato, regnum omne Chaldaicum, suo, id est, Medorum & Persarum imperio subiecit. Atque hæc interpretatio etiam Diui Hieronymi est, qui exponens vltima illa verba sexti capitis. *Porro Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darij, regnumque Cyri Persæ*, ita scribit. Ergo quod supra legimus, *Fuit Daniel vsque ad primū annū Cyri, non vitæ illius tempus accipiendū est: siquidē in vltima*



*in vltima visione huius libri legimus, vir anno tertio regni Cyri, reuelatū fuisse verbū Danieli: sed hoc significatur, quod vsque ad primum annum Cyri, qui Chaldæorum destruxit imperium, Daniel potens fuerit in Chaldæa: postea verò à Dario in Medos transiatus sit.* Vide eiusdem Hieronymi commentarium in exordio capitis decimi, atque ibidem Theodoreti expositionem. Cęterum, post explanationem primi capitis, visum nobis est, in extremo huius primi libri generalem quandam de somniis disputationem lectori exponere. Nam quia sepius hoc in libro de somniis variè differendum erat, commodius ad rem ipsam facilius ac melius cognoscendam, & iucundius hæc nostra lecturis fore existimauimus, si quæ variis in locis diuulsa, ac per partes disputanda fuissent, ea nos in vnum quasi corpus doctrinæ redacta & digesta, vna item disputatione, subtilius nempe atque distinctius tractaremus.

# DISPVTATIO.

## *De varietate & veritate somniorum.*

QVoniam non vnum est genus, nec vna ratio somniorū, propterea nec par est omnium causa, vt æquè omnia vel probari, vel improbari debeant. Quo fit, vt diuina Scriptura, de somnijs variè loquatur: multa dezidet, alia damnet, quædam commendat & veneratur. Sunt enim pleraque somnia inordinata & inania: sunt non pauca, naturalia ex certis naturæ causis profecta: sunt aliqua dæmonis astu & calliditate nobis iniecta: denique sunt nonnulla diuinitus hominibus data. Diligens autem, & accurata somniorū tractatio, pulchertimam per se, ac iucundissimam parit cognitionem, regendæ verò ac moderandæ hominum vitæ vtilissima esse potest, nec non ad obscuros quosdam locos sacræ Scripturæ illustrandos plurimum valet: sed in primis huic ipsi Danielis libro explanando, maiorem in modum prodest. Magna enim eius libri pars in portentosissimis ac nobilissimis somnijs enarrandis versatur: & inter præcipua laudum Danielis insignia, vis illa singularis, & admiranda somniorum mysteria explicandi, diuino munere ei concessa, apprimè hoc in libro commendatur. His ego rebus adductus sum, vt de institutæ interpretationis quasi spacio, paulisper deflectens, de somniorum natura, varietate, ac veritate nonnullas quæstiones, & scito dignas, nec faciles tamen explicatu, hoc loco tractandas, & enodandas, susciperem. Nec sanè, quod postea nobis in hoc libro multifariam, & sparsè necessario tractandum erat, id si vno in loco diligenter, & copiosè,

Universidad de Deusto
Biblioteca



via quadam, & ratione tractetur, vel proposito nostro alienũ & ineptum, vel inucundum lectori, aut inutile censeri possit.

## *Prima quæstio, an vllis somnijs habenda sit fides.*

IN diuersa, vulgi ac sapientum super hac re distrahuntur sententiæ: quamquam vno verbo ea quæstio posset expediri facta somniorum distinctione: nonnullis enim somnijs sine dubitatione fides habenda est, plerisque tamen penitus detogandã. Nimirum, aut omnibus, aut nullis credere somniis pat est, vecordia, & videtur extremæ vtrumque vel stoliditatis, vel contumaciæ. Sed profectò, & scitum, & verum est illud Ciceronis dictum: nihil tam absurde dici posse, vt nõ ab aliquo Philosophorum dicatur. Quid enim esse potest magis ἄλογον & ἀδύνατον, quam omnia somnia vera, & credenda esse arbitrari? Ecce tibi Protagoras, vnus sane ex illo priscorum philosophorum senatu, omnibus somnijs fidem arrogat, magna auctoritate decernens, veritatem, & falsitatem non ipsa natura rerũ, sed sola existimatione hominum constare: hominũ esse mensurã omnium, & tale vnumquodque esse, quale videtur homini siue sobrio, siue vinolento: siue sano, siue insano, siue vigilanti, siue dormienti. Affines huic errori fuere quidam Stoici nimio plus superstitiosi, ac pene fanatici philosophi: qui nulla reiecisse somnia, in omnibus esse rati vim significandi, ac denotandi aliquid. Existimari tamen aiunt, quædam somnia inania & falsa, quòd sint admodũ tenuiter expressa, ob idque obscura, & ad intelligẽdũ difficilia: & quia propter ambiguitatẽ, varias ad res videntur posse applicari, propterea nihil certum ex eorum obseruatione nobis constare: præsertim verò quod ad eorũ somniorum vim dispiciendam, par hominum sobrietas, & sagacitas non facilè inueniatur. Ex aduerso hos contraria sentientes Xenophanes Colophonius, vel ipsa veritate memorabilis philosophus (nascentis enim in Græcia philosophiæ propemodum æqualis fuit) mollitiem ac delicatæ Epicureæ disciplinæ secta tores, omnium somniorum fidem, & auctoritatem sustulerũt. Non esse autem vllis credendum somnijs, sic illi argumentabantur. Vna via est, eademque natura omnium somniorum, par igitur credendi aut omnibus, aut nullis ratio esse debet. Sed plerisque somnijs non esse credendum, consectio est omnium, nihil ergo causæ est, cur plerisque reiectis, aliquibus præcipuè credere debeamus. Adiice, quòd si quædã somnia vera, & certa sunt, aliquas esse certas inijciendi affectiones causas necesse est. At quas natura, inquiũt, & Deũ, sed natura quidẽ amica est omnis,

Cic. in 2. de Diuinatione. Omnia somnia esse vera, Protagoræ Stoicorum opinio.

Xenophanis & Epicuræorũ opinio omnia somnia esse vana



dinis, & constantiæ, in somnijs nullus ordo inest, sed plena temeritatis inconstantiæ. Deos autem manifestare alienum, & indignum videtur, obire Deum lectos dormientium, concutiare grabatos, & sternentibus iniicere somnia, quæ illi expergiscentes, vel non recordentur, vel non intelligãt, vel etiam contemnãt, vel si curanda sibi putent, illusa impietate superstitione, dies noctesque animi pendeant, aut inani impendentiũ malorum metu perterriti, aut fallaci futurorum expectatione bonorum lati. At, quanto, & rationi conuenientius, & Dei præstantia dignius, atque viriati hominum consultius fuisset, visa dare non sordidis, & indoctis hominibus, sed optimis, & sapientibus viris, non dormientibus, sed vigilantibus, nempe magis ad intelligendum idoneis: nec per circuitionem, & anfractus, atque ænigmata, sed propriè, apertè, & explicatè significare Deum, quod ab homine vellet intelligi.

Hæc illi de somnijs balbutiunt, in totum ea vel approbantes, vel damnantes: videlicet per extremia, vertuti deuia, incedentes. Sed vera sententia, quasi media insilens via, varia facit somniorum genera: quorum plurima tanquam inania, & omni ratione vacua, nec vlla fide digna, planè abiudicat, & reiicit. Hoc, cum luce Solis clarius sit supernacaneum est argumentari. Id enim quotidiana docet experientia, totas quotidie noctes somniamus, quarũ igitur quodque de tot somnijs, verum euadit? Euadit quidem aliquod non inquam verum, sed quia id rarissimè ac sine ratione vita contingit, nihil asserri potest, cur non casu, & temerè accidisse credatur. Idem quoque ratio ipsa fateri cogit. Nam quæ alia est istiusmodi somniorum causa, nisi quia spiritus, sentienti animæ, præsertim autem phantasiæ, cuius est fingere somnia, determentes, in quibus insident atque inhærent, rerum in vigilia perceptarum reliquiæ, ac vestigia, quas in scholis appellamus species, eiusmodi inquam spiritus, in somno vaporibus cibi potusque caput subeuntibus agitari, & huc illuc iactari, varia reddant visa, & somnia, sed propter inordinatam eorum spirituum iactitationem, valdè incomposita, ἄτοπα etiam turbulenta, & distorta, denique talia, vt nullam vim significandi aliquid habere queãt. Sic profectò sunt somnia, vt quæ in nubibus variè figurantur, vel animantium, vel aliarum rerum similitudines, & imagines quas cernimus breuissimo tempore in alias, atque alias commutari, & mox dissolui omnes, ac penitus euanescere. Has imagines, qui certam vllius rei futuræ designificationem facere putaret, obtusus, & excors haberetur, ac vanitate non minoris videtur insciticæ, certas significandarũ rerũ notas, somnio & signa eiusmodi somnijs attribuere. Si ebriorũ, phreneticorũ

Vera sententia de somnijs.

Plerasque somnia esse vana

Causa somniorum.

Testimonia diuinitus scripturæ.

& in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



& insanorũ visa negligimus, & pro nihilo ducimus, æquè pro fectò rideda & contẽnenda sunt somnia, quin eo magis, quod plerumque magis ipsa sunt inordinata, colusa, & monstrosa. Facetè quidam, sed verè tamen, dicit si natura sic esset comparatum, vt ea dormientes agerent quæ somniant, fore omnino necessarium, vt alligarentur omnes, qui cubitum irent, quippe magis ridicula, & absurda, magisque incredibilia, quam vlli faciant insani, factutos esse somniantes. Hanc quoque sententiã confirmat diuina Scriptura, deridens leuitatem, & vanitatem eorum, qui somnijs hoc est rebus futilissimis ac mendacissimis credendo, dignos se præbent, qui omnium irrisione ludantur. Itaque in libro Ecclesiastæ cap. 5. sic est, *vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & innumeri sermones.* In libr. item Eccles. cap. 34. ita legimus, *somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad insomnia, multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis.* Denique, cum Scriptura vult significare aliquid vanũ, instabile, fugax & fallax, somniorum cõparatione, ac similitudine persæpe declarat.

Multa somnia esse vera.

Cæterum, vt plurimis somniis abesse veritatem fidemque, nõ est negandum, ita quædam esse vera, & certa somnia, fatendũ est. Nam si nullis in somnijs, quidquam veri, & certi esset, inscienter profectò, ac superstitiosè clarissimi medicorum, somnia, quæ frequenter ægris contingunt, ad eorum morbos diiudicandos curandosque tam subtiliter, & curiosè obseruarent. Stulto item labore physiologi se fatigarent, somniorum causas, vires, ac significationes tanto studio, & diligentia venando ac speculando. Mendaces præterea essent tot superiorum temporum historiæ, clarissimis testatæ consignatæque monumentis, refertæque exemplis verorum somniorum, quæ ad verbum cum rerum euentis mirificè conuenerunt. Quid in sacris literis quod memorantur somnia: non vera, & certa modo, sed etiam diuinorum mysteriorum plenissima. Repetat memoria lector somnia Abrahæ, Abimelech, Iacob, Laban, Ioseph, Pharaonis, Salomonis, regis Nabuchodonosor, Danielis, Mardochæi, Iudæ Machabæi: in nouo autem Testamento, somnia B. Ioseph, Magorum, vxoris Pilati, denique somnium D. Pauli, quod a Luca in lib. de Actis Apostolorum narratur. Hanc somniorum distinctionẽ etiam Homerus Poëtico more, fabularum integumenta velatam significauit, cum duas finxit portas, vnam corneam, per quam emitterentur ad homines vera somnia: alteram eburneam, per quam ederentur falsa. Homerum imitatus, vt fere solet, Virgilius libro sexto Æneidos, eandem sententiam expressit his versibus:

*Matth.* 1. & 27. *Actor.* 16

Homeri commentũ ad significãdũ verorum atque falsorũ somniorum distinctionẽ Homerici.

*Sunt*



*Sunt gemina somni portæ, quarum altera fertur*
*Cornea qua veris facilis datur exitus vmbris,*
*Altera candenti perfecta nitens elephanto,*
*Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes.*

Cur autem Poëta, veris somnijs corneam portam, falsis eburneam assignauerit, causam exponit Macrobius in eo commentario, quo somnium Scipionis explanauit.

## *Secunda quæstio, de causis verorum Somniorum.*

Dictum est, alia esse somnia falsa, & alia vera: reiectis igitur falsis, vera contemplemur. Verum, quia quæ sint vera somnia, & quo insigni atque nota internoscantur à falsis, planè intelligi nõ potest, nisi verorum somniorum causas omnes rimemur, & aperiamus, propterea quid ab aliis de huiusmodi causis creditum & proditum sit, hoc loco docere conuenit. Hippocrates in libro de Insomniis, duo statuit somniorum verorum genera, alterum nominat diuinum, alterum naturale. Diuina somnia, inquit, à Deo mitti, & semper memorabiles aliquos casus, insignesque, vel ad lætitiam & tristitiam, vel ad felicitatem & miseriam, siue priuatam, siue publicam, euentus portendere, horum autem somniorum interpretationem, ex vatibus, rerumque diuinarum interpretibus petendã esse. Tale fuisse dicitur somnium Cyri maioris, qui monarchiã Persarum condidit, ad cuius pedes dormientis, sol visus est, terque abillo appetitus manibus, ter se cõuoluẽs, elapsus est. Quo somnio Magi Persarum sapientes, significari respondenerunt, eũ triginta annos, & ita sanè cõtigit, imperio potiturum. Naturalia somnia, ex causis ferè intra corpus dormientis latentibus, existere putat Hippocrates, atque hisce somniis affectiones ipsius corporis aut bonas, aut malas iudicari, hoc est, vel plenitudinem ac redundantiam, vel contra inopiam atque inanitatẽ, vel aliquem eorum, qui sunt in corpore humorum, aut corruptum, aut suo loco motum, aut inordinatè & immoderatè agitatum. Horum verò somniorum obseruationem, & coniecta-tionem spectare ad medicum, eamque ad dirigendas ordinandasque curationes permagni refert arbitratur. Plato in Conuiuio, somnia vera, & prænuntia futurorum, à dæmonibus profici existimat dæmones enim esse medios inter Deum, qui est immortalis, & incorporeus, atque homines corporatos, & & mortales, quippe cum sint ipsi, & corporei, quales nos sumus, & immortales, qualis est Deus. Deum namque censet Plato non immiscere se rebus humanis, nec proximè cum hominibus

2. *Mach. cap.* 3.

Variæ de somniorum causis auctorum sententiæ.

Hippocrates.

Somniũ Cyri.

Plato.

Dæmonũ natura, & munus secundũ Platonẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nibus societatem aliquam, & consuetudinem habere, sed commercia, & colloquia inter Deum, hominesque, siue vigilantibus ipsis, siue dormientibus, per dæmones agitari, & confici. Nimirum, dæmonum munus, & officium esse inquit, preces, & vota hominum referre ad Deum, & Dei munera, & auxilia deferre ad homines: per hos, vaticinia, incantationes, magia, omnisque diuinandi ratio, & prodigiorū effectio, ad homines peruenit. Itaque dæmones esse Dei nuncios, interpretes, & administros hominum verò esse quasi patronos, aduocatos, magistros, & vt fictitio Apulei verbo dicam, salutigeculos. Atque hæc nō solùm Platonis, sed ante Platonē, etiam Empedocles, & Pythagoræ fuit sententia de qua, & contra quā in lib. 8. de Ciui. Dei cap. 20 & 21. & in lib. 9. acute docteque disputat Augusti. Aristoteles in libello quem inscripsit, De diuina ex somnijs ducta, negat vlla dari hominibus a Deo somnia. Vera autem somnia, inquit, vel esse naturalia quædam signa, & ex naturalibus causis profecta, quæ scilicet periti Philosophi, & Medici vtiliter obseruant: vel esse quodāmodo principia quædam eorum, quæ postea vigilantes acturi sumus: nonnunquam enim in quiete quædam occurrunt, quæ videntur ad aliquid agendum posse conducere, quibus post somno excitati ad bene agendum ac commodatè vtimur, & iuuamur. Stoici tres causas verorum somniorum constituunt. Primam Deum, qui cum sit rerum omnium scientissimus, & prouidentissimus, hominēque beneuolus, ac beneficus, quo sit homo cautior, dat ei somnia, quæ sint ipsi futurorū indicia, & eorum quæ agenda ipsi cauendaque sunt documenta. Alteram causam ponunt fatum, quo cuncta sunt velut æterna quadam serie, nexuque colligata: siquidem rerum omnium futurarum, putant Stoici, & antecedentes causas, & præcurrentia signa, tum aliis in rebus, tum etiam ex ipsis somniis præmittit. Tertiam causam faciunt naturam animi nostri, quæ diuina est: animus enim hominis, exterioribus sensibus per quietem consopitis, & ab omni actione vacātibus, ipseque negotiis curisque omnibus solutus, ac liber, vegetior sit, & habilior ad intelligendum: tunc enim clarius præterita meminit, præsentia sentit, futura prouidet. Porphyrius veritatem somniorum refert, partim ad innatas animis hominum notiones, & velut insignitas rerum omnium notas, quas ex altera vita detulit animus, ad hoc corpus veniens: sed eo vehementer obrutus, atque oppressus, non potest eas vigilantibus sensibus cernere: in quiete verò, clarius eiapparent, atque innotescunt. Partim refert somnia ad dæmones: ad bonos quidem bona, & veracia: ad malos autem, prauа, fœda, & fallacia. Synesius multa disputat de spiritu phantastico, quod

Aristoles

Stoici.

Porphyrius, quid de veritate somniorum.

Synesius mira sed



est vehiculum animæ, eo namque medio, ceu quodā vinculo, cum terrestri hoc corpore colligatur, & copulatur: in quo ite solutus corpore animus, ex vno loco in alium mouetur, atque in eo malificiorū pœnas persoluit apud inferos, nec sine eo dū est in corpore, quicquem potest intelligere. In hunc porro spiritum omnium quæ sunt, fuerunt, eruntque simulacra imprimuntur, & in eo lucent tanquam in speculo, præsentium quidem rerum, clariora, præteritarum autem, quo sunt vetustiores, minus perspicua, minima verò futurarum, quæ scilicet nec sunt, nec fuerunt vnquam. Sed quia futuri effectus, in potestate causarum cohibentur, quasdam habent prægressiones, & præcursiones signorum, quæ hoc minus manifesta sunt, quo illa longius absunt, atque in hoc genere, ponenda censet somnia. Quapropter, ferè obscuris imaginibus, & similitudinibus, res per somnia significantur, non æqualiter tamen, sed prout varia est illius phantastici spiritus temperies, & ratio, similiter, vt in speculis, pro varietate eorum materiæ, aut figuræ, variæ ad dissimiles redduntur imagines. Monet propterea Synesius non parum conferre ad quieta, & veracia in somno visa percipienda, bene præparare hunc spiritum phantasticū, moderato nempe victu, honestis studijs, & actionibus, fecandisque animi perturbationibus. Pythagoras certè itum cubitum, cantu, & sono lyræ somnum captabat, atque hac ratione ad bona ſcitaque somnia accipienda, se ipse comparabat: ob eandemque causam, esu fabæ suis interdicebat: quod haberet is cibus inflationem magnam tranquillitati mentis vera quærentis contrariam. Verum hæc de spiritu phantastico à Synesio prodita, nugæ sunt, & Pythagoreorum, ac Platonicorum figmenta, vel ipsis Poëtarum fabulis inaniora veritatis, atque incredibiliora.

falsa tradit de spiritu phantastico.

Mos Pythagoræ.

Sed, vt aliquid etiam ex auctoribus Ecclesiasticis deliberemus, B. Gregorius in lib. Dialogorum, cap. 49. sex causas colligit somniorum: *Aut enim* (inquit) *ex plenitudine, vel inanitate corporis somnia existunt: aut ex antecedentibus diuinis cogitationibus: & eorum aut ex illusione dæmonis, aut ex cogitatione hominis simul, & illusione dæmonis, aut ex reuelatione Dei, aut denique ex cogitatione hominis simul, & reuelatione Dei.* Easdem sex causas somniorum, cum idem Gregorius commemorasset in lib. 8. Moralium. c. 12. mox eas aptis diuinæ Scripturæ sententijs, & exēplis illustrat, atq; confirmat. *Duo* (inquit) *prima, quæ diximus somniorum genera, omnes experimento cognoscimus: quatuor autē reliqua in sacris literis inuenimus. Nisi enim somnia plerūq; ob occulto hoste per illusionē fierēt, nequaquā Scriptura diuisset. Vce his, Malisti errare fecerūt somnia, & illusiones vanæ, vel certè in Leui. c. 19. non esset scriptum*

D. Greg. sex causas somniorū tradit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*scriptum: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia, Quibus vanis, cuius sint detestationis, ostenditur, quæ augures continguntur. Rursus, nisi aliquando ex cogitatione simul, & illusione procederet, Salomon minimè dixisset, Ecclesiast. 5. cap. Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysteria reuelationis orirentur, Ioseph Genesios 31. præferendum se fratribus, per somnium non videret, nec Maria Sponsum, vt ablato puero in Ægyptum fugeret, per somnium Angelus admoneret. Rursum: nisi aliquando somnia ex cogitatione simul, & reuelatione procederēt, nequaquam Daniel visionem Nabuchodonosor edisseruit, à radice cogitationis inchoāsset, dicens: Tu Rex cogitare cœpisti in strato tuo, quid esset futurum post hæc.* Hæc ibi Gregorius. De causis igitur somniorum, sic ab aliis proditum est.

*Matth. 1. Daniel. 2.*

Quatuor causæ verorū somniorum.

Ggo causas somniorum, quæ ad significandum aliquid valēt, & dignæ sunt obseruatione, diligēter scrutatus, eas ad quatuor præcipuas reuocari posse animaduerti.

Prima causa continet aliquam corporis affectionem, quæ in ipso corpore præpollet, ac præuallet, vt si flaua, vel atra bilis, pituitosúve humor, aut sanguis redundet, aliúdve aliquid vitiatum, & corruptū immoderate iactetur in corpore. Galenus in lib. de Pæsagis, quę ducuntur ex somniis, narrat quendam somniasse, alterum crus factum esse sibi lapideum, mox autē cœpisse illum ea parte corporis fieri paralyticum. Præterea, qui instante crisi sudaturi sunt, sæpè somniant se sudare, aut in balneo calidis aspergi aquis, aut in flumine lacúve natare. Illud quoque nonnumquam vsu venit, vt quod dormientes agimus: aut patimur, etiam somniemus, vt qui in somno sudant, aut febri corripiuntur, itidem se affici somnient. Proditum est à Plinio in lib. 7. cap. 50. P. Cornelium Ruffinum dormientem ami sisse visum, idque cum accideret, etiam ipsum somniasse.

Prima causa aliqua corporis affectio.

Secunda animi vehemens perturbatio.

Altera causa somniorum spectat ad aliquem vehementem concitatumque animi affectum, & perturbationem, amorem dico, spem, metumque & odium. Nam qui ardenter amant, frequenter amores suos somniant: qui timent, minacibus, & territis in somno visis sæpè turbantur. Huc etiam pertinet vetus consuetudo, & vitæ, quam agimus, exercitatio. Piscator enim ferè somniat maria, lacus, flumina, retia, pisces: venator, nemora, saltus, montes, ferásque miles: tubarum sónitus, fragores armorum, vulnera, sanguinem, cædes. Lepide quidā apud Theocritum piscator, *omnes* (inquit) *somnia panes somniat, & ego pisces.* Continet eadem hæc causa antecedentes vigilantium curas, & solicitudines, & quæcunque nos vehementer premunt & angunt: quarum rerum sæpissimè in somno, similia visa contingunt. Quamobrē in libr. Ecclesiast. cap. 5. scriptum est, *Multas curas*



*curas sequuntur somnia.* In hoc genere somniorum, equidem reponere somnium illud Annibalis, & proditum, & creditum à multis. Ardebat Annibal insatiabili odio Romani nominis, omnique cupiditate perdendi sonditus imperium Romanum flagrabat: quo autem facilius id perficeret, bellum ex Hispania transferre in Italiam cupiebat, arcem imperij Romam petitu tus. Cū igitur variis super ea re cogitationibus ac deliberationibus æstuaret, visum habuit in somnio, mirè proposito suo, Votoque respondens. Visus ipsi est iuuenis, specie supra humanam, quise diceret à Ioue missum ducem ei ad inuadendam Italiam, iussitque ne respiceret, quid retro, & à tergo fieret. Paruit primo Annibal, non est ausus oculos ab illo quoquā deflectere. Sed, vt prout est humanū ingenium ad vetita pronū, diu rēperare oculis non quiuit, respicienſque vidit horrendū non visu modo, sed etiam dictu ostentum, belluam vastam, & immanem multis circumplicatam serpentibus, quacumque incedebat, omnia proterentem, atque peruertentem: cęlum itā nigerrimis vndequaque occæcatum nubibus, desoque, ac fulguribus mixtos percipitare nimbos. Attonito Annibali, percō tantique ex illo suo duce, quid illud monstri, & portenti esset, respondit ille, vastitatem esse Italiæ, pergeret ipse porrò ire, quò parabat, nec præterea quicquam inquireret, sineretque in oculo esse lata. Atque hoc quidem somnium ex antegestis in vigilia Annibalis cogitationibus, & curis extitit: sed eius tamen somnij veritatem, rei euentus satis superque comprobauit: plus enim mali Annibal Italiæ attulit, quā illo viso præmonstratum.

Somniū Anibalis Italiæ vastatēpro tendens.

Tertia causa somniorum, ego potestati, & callidirati dęmonis adiudico. Is enim multa dormientibus inspirat, & suggerit somnia, semper insidiosè, ac malitiosè, quo videlicet qua cumque possit ratione incommoder, ac noceat homini. Esse autem quorundā somniorum dęmonē architectum atque effectorem, eo liquet, quòd ex sacris literis plane intelligitur, obseruationem somniorum adeò exosam esse Deo, vt ea magorum, augurum, & incantatorum maleficiis aggregata, extremis damnetur supplicijs. Nimirum non aliam ob causam, vt interpretatur B. Gregorius in libr. 4. Dialogorum. ca. 48. nisi quia dæmon plerumque se somniis immiscet, ipse plens noxia superstitione hominum animos, eósque non tantum vanè deludens, sed etiam pernitiosè decipiens. Hoc genere somniorū solitū esse olim dęmonē gentibus impietate cæcis multifariam illudere, constat argumento Æsculapij, Serapidis, & Amphiaraia: nam vt apud Philostratum, Pausaniam, & Strabonem scriptum est, templa eorum adeuntibus, qui variis morbo-

Tertiadæ monum calliditas

Quædā somnia à dæmone.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rum generibus afflictabantur, fama erat tres illos vulgo existimatos, quasi Deos singulorum morborum curationes per somnia præscribere consueuisse. Ex hoc genere fuisse reor nobile illud somnium Alexandri Magni scriptorum, qui res eius prodiderunt auctoritate, apud multos fidem promeritum. Cũ enim in quodam prælio Ptolemæus, qui primus post Alexandrum Ægypti rex fuit, venenato telo ictus, summo cum dolore ex eo vulnere moreretur: assidens ei Alexãder, somnoque sopitus, vidit inquiete draconem radiculam ore ferentem, simulque commonstrantem quo illa loci nasceretur, quæ scilicet, præsentissimam vim haberet Ptolemæum, multosque miles eodem teli genere vulneratos, protinus sanandi. Quæsita est herba, inuenta, adhibita, mox consecuto qui promissus fuerat, effectu. Sunt autem duo somniorum dæmonis præcipua genera, alterum pertinens ad occultarum rerum demonstrationem & significationem. Potest enim dæmõ naturales effectus ex certis causis aliquando necessario prouenturos, potest quæcumq; ipsemet postea facturus est, potest tã præsentia quã præterita, quæ hominibus occulta sunt, cognoscere, & hominibus per somniũ indicare. Alterũ somnij genus, vim habet cõcitãdi perturbatione, animi agitatis, turbatisq;, qui sunt in corpore humoribus & spiritibus, quo nimirũ inflamentur homines, vel ad libidinẽ, vel ad odiũ, & vindictã, vel alios prauos animi affectus.

Somniũ Alexãdri Magni.

Duogenera somniorum dæmonis.

Quomodo internosci possunt somnia dæmonum ab aliis somniis.

Dupliciter porro, & quidem satis probabiliter coniectari potest, quæ somnia missa sunt à dæmone: primo quidem, si frequenter accidãt somnia significantia res futuras, aut occultas, quarum cognitio non ad vtilitatem, vel ipsius vel aliorum, sed ad inanem curiosæ scientiæ ostentationẽ, vel etiam ad aliquid mali faciendum conferat: eorum somniorum auctorem esse dæmonem, non temerè credetur: quippe qui ea ratione tentet animos hominum vana imbuere superstitione, quin etiam crimine impietatis obstringere. Deinde, si sobrijs, castis, & religiosis viris terra, obscena, plenaque crudelitatis, & impietatis somnia sæpenumero contingant, ea proficisci à dæmone, non immerito existimabitur. Dæmon enim conatur impuris somniis polluere ac fœdare dormientium corpora, vt eius fœditatis, etiã animos expergiscentium, quodãmodo participes faciat. Quod si ne hoc quidem assequi potest, illud saltem curat, vt pios homines talibus visis contristando, perturbando, & affligendo ad orationem, ad caritatis officia, ad diuinorum sacramentorum perceptionẽ, segniores, frigidioresque reddat. Cuius diabolicæ calliditatis & malitiæ, luculentissimũ in 22. Col. c 6. Cassianus narrat exemplum. Verum hac de re Iustinus Martyr in responsione ad quæstionem vigesimam primam Orthodoxorum disserte, docte-



serte, docteque sententiam suam exposuit. Nam cum hæc sibi ab illis posita esset quæstio, ad eam ipse quæstionẽ ita respõdet, vt nos hic diximus. Restat quarta & vltima somniorum causa, quam diuinam rité nominare possumus: cuius potissimũ gratia omnis hec nostra institutio est disputatio, huic enim, vel declarandæ, vel illustrandæ, adhuc prædicta deseruiũt. Somniorum autem, quæ à Deo missa sunt exempla, passim in diuinis libris sunt obuia: nos supra ex sacris libris multa protulimus, pluraque possent afferri, si quis omnia vellet colligere. Cæterum vt vis & natura diuinorum somniorum plenius planiusq; cognoscatur, quæstiones aliquod more scholastico, distinctè quidẽ, sed carptim breuiterque perstingã, multa etiã breuitati seruiens, lectoris cogitationibus integra illibataque reseruabo.

Quarta causa somniorum diuina.

## *Quæstio tertia, quibus signis cognosciqueat, sit aliquod somnium à Deo missum, nec ne.*

DVplicitet, prout nunc mihi succurrit, deprehendi potest, quodnam à Deo sit missum somnium. Primo quidem, ex præstantia rerum, quæ per somniũ significãtur, nimirum, si ea per somnium innotescant homini, quorum certa cognitio, solius Dei cõcessu ac munere potest homini cõtingere, huiusmodi sunt, quæ vocantur in scholis theologorum, futura contingentia, arcana item cordium, quæque intimis animorum inclusa recessibus, ab omni pœnitus mortalium intelligentia oblitescũt, denique præcipua fidei nostræ mysteria, nulli nisi Deo docente manifesta. Somniũ igitur quod eiusmodi rerum cognitionẽ & demonstrationem continebit, diuinũ esse existimari poterit. Deinde, hoc ipsum maximè declaratur interioti quadam animorũ illuminatione atque cõmotione, qua deus sic mentẽ illustrat, sic voluntatem afficit, sic hominẽ de fide & auctoritate eius somnij certiorem facit, vt Deum esse ipsius auctorẽ, ita perspicuè agnoscat, & liquido iudicet, vt id sine dubitatione vlla credere, & velit, & debeat. Huc spectat memorabilis illa in lib. 4. Dial. c 48 B. Greg. sententia: *Sæpe viri*, ait Gregorius, *inter illusiones, atque reuelationes ipsas visionũ voces & imagines, quodã intimo sapore discernunt, vt sciãt quid à bono spiritu percipiãt, & qui ab illusore patiãtur. Nõ si ergo hac mente hominis cauta nõ esset per deceptorẽ spiritũ, multis fæuacitatibus immergeret, qui nonnũquã solet multa vera prædicere, vt ad extremũ valeat animã ex vna aliqua falsitate laqueare.* Hactenus Gregorius: apud quem hãc ipsam sententiã, sed plenius ac luculentius tractatã in lib. 8. Moral. cap. 13. lector inueniet quemadmodum igitur naturale mẽtis nostræ lumen facit nos euidẽter cernere veritatẽ primorum principiorum, cãque statim, citra vllã

Duplex ratio cognoscendi diuina somnia.

Memorabilis sententia D. Gregorij

Universidad de Deusto
Biblioteca



argumentationem, assensu nostro complecti: sic in somniis à Deo datis, lumen diuinum animis nostris affulgens, perficit, vt ea somnia, & vera & diuina esse intelligamus, certòque credamus. Recte igitur illud traditur in libro Ecclesiastici ca. 34. *Nisi à Domino missa fuerit visitatio, ne des in somnio cor tuum.* Ex quo significatur nonnulla somnia dari hominibus à Deo, animos eorum mirabiliter visitante.

Variis modis Deus afficit homines per somnia.

Hæc autem Dei per somnia visitatio, sicut ex diuinis literis colligitur, multis & diuersis modis fieri solebat. Nonnunquã enim Deus per somnia turbabat, & terrebat hominẽ, sicut de Abimelech, & Labã narratur in 1. Genes. *Terribis me*, inquit Iob, 47. *per somnia, & per visiones horrore concutis me.* Aliquãdo in somno horratur & incutat hominẽ Deus ad magnũ quidpiam & arduum subeundum, certam spem prosperi exitus præsignificando: velut in Gedeonis & Iudæ Machabæi somniis euenit. Sæpe monet & docet, quid hominem agere, aut fugere oporteat: talia fuere beati Ioseph & Magorum somnia: huc spectant illa verba, quæ sunt in ca. 33. libri Iob. *Quando homines dormiunt in lecto, tunc aperit aures virorũ, & erudiens eos, metuit disciplina.* Quin etiam solebat olim Deus spiritum propheticum nonnullis in somno largiri: nam in libro Numerorum ca. 12. ait Deus, *si quis fuerit inter vos propheta Domini, apparebo illi in visione, aut per somnium loquar ad illum*, & apud Ioelem in cap. 2. inter alia Spiritus sancti dona, numerantur somnia. Legimus etiam in 3. Regum, Salamoni fuisse à Deo promissum in somnio prudentiæ, & sapientiæ donum. Interdum quoque futura alicuius viri excellentia, dignitatis & gloriæ, præmonstrata est per somnium, id quod adolescenti Ioseph, & Mardochæo accidisse legimus in sacris literis. Quibusdam præterea in somnio patefacta sunt diuina mysteria, cuiusmodi fuit somnium Iacob de illa mystica schala, & Danielis de regno Christi. Denique præsignificauit aliquando Deus, & prædocuit futuros rerum humanarum euentus: cuius generis fuere somnia Abrahæ, Genes. 15. Pharaonis, Genes. 41. & Nabuchodonosor, Daniel. 2. & 4.

*Iud. 7.* *2. Mac. 11.* *Matth. 2.* *1. Reg. 3.* *Genes 28* *Dan. 7.*

Variis modis diuina somnia hominibus contingunt somnia.

Variis item modis diuina somnia hominibus contigerunt: interdum cum magna corporis & animi commotione & horrore, sicut accidit Abrahæ, & Nabuchodonosor. Nonnunquãdarum est alicui somnium, sed non eius somnij intellectus: sicut in somniis Pharaonis & Nabuchodonosor animaduertere licet. Danieli tamen, ceterisque prophetis, simul cum somniis, intelligentia eorum diuinitus suggerebatur. Quamquam duorum somniorum, quibus Ioseph supra fratres ipsius futura dignitas & potestas præsignabatur, nulli tunc datus est intellectus.

*Gen. 15.* *Dan. 2.* *Gen 41.* *Gen 37.*



tellectus, sed postea ipso euentu, successuque rerum, veritas eorum somniorum cognita est, atque comprobata. Illa quoque in somnijs diuinis varietas cernitur: alia enim clara sunt, & aperta, euidenter res ipsas significantia, vt fuere somnia beati Ioseph, trium Magõũ, & Diui Pauli: alia vero sunt inuoluta & obscura, per varias similitudines recte aliquid insinuantia, huiusmodi fuere somnia Pharaonis de septem spicis, & bobus, & Nabuchodonosor de statua & arbore, nec nõ & pincernæ, atque pistoris ipsius Pharaonis. Adhæc interdũ videmus in somno loqui cũ homine, vel Deus ipse, vt in somnio Iacob, & Samuelis, vel angelus, vt in somnio beati Ioseph, vel homo aliquis, vt in somnio D. Pauli. Præterea sæpe Deus vitro mittit somnia, nonnunquam etiam rogatus, quemadmodum interpretationem somnij, quod acciderat Nabuchodonosor. Deus inquiete tradidit Danieli, qui eã ab ipso vigilans intentissima precatione postulauerat. Quin fuisse quondam apud Hebræos admirabilem quandam rationem & consuetudinẽ in rebus maximis dubiis atque grauissimis, consulendi Deum, vt quod verũ esset, aut quod facto esset opus, per somnia indicaret, ex ca. 28. primi libri Regum, intelligitur. Postremo quædam somnia diuinitus data respondent antecedentibus in vigilia hominũ cogitationibus & curis, ad hoc genus referri debet primũ somniũ Nabuchodonosor, à Daniele 2 c. narratũ, itẽq; primũ beati Ioseph, quod in capite primo narrat D. Matthæus, atq; illud Annibalis supra memoratum: illud quoque Scipionis Æmiliani, à Cicerone, vel acutè confictum, vel disertissimè narratum.

*Matth. 1.* *& 2.* *Act. 16.* *Dan. 2.*

## *Quarta quæstio, cur Deus in somno arcana suæ hominibus reseret.*

CVm animus hominis in somno, minimè docilis, minimeq; habilis ad percipiẽdas res diuinas esse videatur, cognũ sanè videtur inquisitione, cur Deus per somnia, & dormientibus mysteria rerũ cælestiũ, nõ raro obscura suæ prouidentiæ, & mysteria suæ prouidentiæ, & mysteria rerũ cælestiũ, nõ raro obscura

Universidad de Deusto
Biblioteca



Habilior animus noster in somno ad percipiendas diuinas reuelationes.

modi omnibus interpellationibus & impedimentis vacuus & liber animus sibi totus præsens & presto est, sibique attendit, in se suas omnes vires, atque facultates collectas & coniunctas habet, expeditus & acer ad intelligẽdum, atque omniũ, quę illi extrinsecus obiecta sint, amplissimẽ ac facillimẽ capax. Alterà eiusdẽ rei causam hanc ponere licet, quæ vigilãtes accipimus, ea solemus subtiliter ratiocinando discutere & examinare, reuocare ad calculos atq; humanæ rationis scrutinia diligẽter expẽdere: ad rationis enim normã exigimus omnia: cui si cõgruãt, quæ nobis oblata sunt, à nobis approbãtur, si discrepent, abiudicatur atq; reiicitur. In somno autẽ res sibi obiectas animus hominis citra examẽ accipit, patarior prõptiorque ad visis diuinitus datis credendũ, atque obsequẽduru. Constat autẽ inter omnes qui de rebus diuinis scripserũt, ad eas res nõ tantũ intellectu, sed etiã affectu, & quodã animi quasi sensu gustuq; percipiẽdas, satius esse agi & regi hominem extrinsecus, quàm ipsum agere se, & auditorem esse potius, quã arbitrũ, & existimatorẽ, denique simpliciter credere potius, quã causas credẽdi disquirere, & expẽdere: Tertia causa ex Aristotelis libello, qui inscribitur de Diuinatione, quę sit ex somniis, deliumpta est: ait

Aristoteles.

ille, *quemcunque motũ quo animus dormiẽtis extrinsecus pulsatur & cietur, quãuis leuẽ, & exiguũ magnam tamẽ habere vim cõmouẽdi animũ, vehementérque in ipsam imprimi atq; alte in eo inhærere: id autẽ fieri propter noctis silentiũ, & sensuum exteriorũ vacationẽ & quietẽ, atque omniũ quæ animi intentionẽ remittere solẽt, vacuitatẽ, tũc enim sensibus somno cõpositis, lagnescẽq; corpore, quæ extra sunt, nequaquã sentiuntur.* Quapropter opportunitime Deus eo tẽpore docet hominẽ sine vlla eius perturbatione, si ne aliorũ hominũ obseruatione, denique sine vllius rei interpellatione: præsertim autẽ, quia quo magis animus noster à sensuũ cõsociatione, & corporis cõtagione abstrahitur, tãto videtur effici vegetior, & actior ad res diuinas intelligẽdas. In somno autẽ, qui est imago quædã, & tepræsentatio mortis, videtur animus quodãmodo seiungari à cõsortio corporis, eiusque vinculis, si nõ omnino, certe aliquatenus relaxari. Quartã causam esse arbitror, vt ea re ostendatur, quanto sit Deus potentior, & efficacior ad hominem docẽdum & erudiendũ, quàm sit alius quiuis homo: quippe homo hominẽ docere, nisi vigilantẽ, audientẽ, & attẽdentẽ nõ potest: Deus autẽ etiã altissime dormientẽ, atque somniãtẽ. Quo satis declarat se in omnes humani animi vires, ac facultates summũ imperiũ, & efficacitatẽ habere. Quintã causam equidem posuerim, ne videlicet quispiã existimaret, mortẽ auferre homini omnẽ scientiã: aut nõ esse aliam viã rationemq; cõparandi scientiam, quàm per sensum, discursumque



sumq; rationis, & exantecedẽti alterũ rerũ cognitione. Auer Contra Auerroẽ.
roes quidem super libello Aristotelis de Diuinatione per somnia in commentario suo, non audet inficiari prophetiã posse homini accidere, vel in somno, vel per reuelationẽ, negat tamen ea ratione vel artes, vel scientias speculatiuas posse vllo cõ tingere. *Vna* inquit, *est natura hominis: vnus igitur dũtaxat erit intelligẽdi, & discendi modus scilicet intermittis sensibus, variis tẽ præceptis experimentis, diligentiqua ratiocinatione. Nam si præter communem, & vsitatum discendi modum esset hic alter per somnia, vel reuelationem, cum in multo sit facilior, atque præstantior, illo alter quò difficilior & laboriosior est, eo magis fuisset superuacaneus, non igitur datus esset homini. Deus namque & natura nec frustra quicquam faciunt, & de iis, quæ possunt fieri, quod melius, & præstabilius est nũquã nõ faciunt.* Sic ille. Quę sane argumẽtatio, nõ esset plane infirma, si quisquã diceret nemo tamen nõstrum id dicit, modũ illum discendi per somnia, vel per reuelationem, aut esse homini naturalem, aut esse frequentem, & vsitatum. Verum hæc Auerrois cõmenta, vt alia eiusdem de scientia, potentia, & prouidentia Dei, humani animi natura, ex infitiæ diuinarum rerum, & impietatis fonte redundantia, quam sint ineruditа, obtusa, falsaque, satis liquet vel solis exemplis, quæ memorãtur in sacris litteris. Adami, Salomonis, Danielis, multorumque prophetarum, quibus multarũ rerum scientia subito data est a Deo quin etiam Beseleel, & Oliab, quos in li. Exodi proditum est, subito diuinitus edoctos Mosaicum taberneulum simul cum omnibus eius instrumẽtis atque ornamentis, summa arte perfecisse. *Gen. 2. 3. Reg. 3. Exod. 32.*

## *Quæstio quinta cur à Deo somnia dentur obscuris, & indoctis hominibus, non autem sapientibus, & cur diuina somnia sint obscura.*

Error Aristotelis, & Ciceronis.

VEl hac vna ratione Aristoteles, & Cicero omnium somniorũ quæ diuina creduntur, fidẽ & auctoritatẽ eleuarit & eludi posse putauerũt. *Nam si quæ somnia*, inquit, *darẽtur hominibus à Deo, ea non obscuris, & indoctis hominibus, sed viris sapiẽtia prudẽtiaq; præstantibus dari par erat.* In quo lefellit eos, quod distinctionẽ diuinorũ somniorũ, eorũdico quę verè diuina sunt, ab iis quę nõ sunt, esse tamẽ falsò putãtur, plane ignotauerũt. Enimvero Dij Gentilium, quos fuisse dæmones nobis Christianis nequaquã dubium est, quẽadmodum futuros rerũ humanarum casus, & euẽtus certò prouidere, ac scire nõ poterant, id enim solius Dei est, ita nec eos certis aut verbis, aut signis temptilli prædicere, ac præmonstrare poterant. Quapropter somnia, quibus præsignificabantur futura, non dabant, viris doctis, minibus

Cur dæmones somnia olim dare soliti fuerint, non dabis, & prudentibus sed imperitis & cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca



& prudentibus, videlicet ne illi eorum somniorum vanitatē, ac falsitatem deprehendentes, auctoritatem ipsorum Deorū apud alios conterent, eorúmque oraculo tamquam diuinitatis vacua, & inanta veritatis, in publicum etiam vulgi ludibrio, & contemptui exponerent, dabant igitur ea somnia indoctis, & veri falsique discernendi imperitis, maximè verò superstitiosis ob idque ad credendum quiduis satis per se paratis atque propensis. At vero somnia, quæ à vero Deo missa sunt, ea legimus plerumque data viris sanctitate, ac sapientia eximiis, vt Abrahæ, Iacob, Salomoni, & Danieli. Data sunt tamen etiam nonnulla viris non admodum doctis, sed pietatis tamen, ac innocentiæ præstantia clarissimis excellens autem virtus, & pietas, docciliorem reddit hominis animum, aptioremque ad rerū diuinarum perceptionem, quàm humana vel prudentia, vel sapientia. Qui enim mundana excellunt potētia, vel sapientia, hi ferè sunt aut impij, aut superbi, aut turpissimis inquinati flagitijs: quę res cœlestibus doctrinis, diuinisque illustrationibus, aditum ad animos hominum, penitus occludunt. Nec me fugit, etiam quibusdam sceleratis atque impijs hominibus, vt Pharaoni, & Nabuchodonosor, quædam diuinitus somnia contigisse, sed hæc illis, nec ipsorum præcipuè causa, neque cum intelligentia eorum somniorum data sunt: quo scilicet illi, eorū interpretationem, cum apud suos sapientes inuenire non possent, à veri Dei cultoribus eam petere cogerentur, atque ea ratione verum Deum agnoscerent, ac venerarentur, eúmque seruos in admiratione, & honore haberent: id quod somnia Pharaonis, & Nabuchodonosor à Ioseph, & Daniele interpreta, manifestè declarant.

Cur quædā somnia etiā impijsho minibus à Deo sint data.

Cur non pauca diuinorum somniorum fuerint obscura, & perplexa.

Sed cur diuina somnia non semper sint clara, & aperta, sed obscura, & perplexa, & aliarum rerum imaginibus, ac similitudinibus inumbrata, & offuscata, nec aliis tantum occulta, sed etiā iis, quibus dātur, minimè cōspicua, causas rimemur, & aperiamus. Dij Gētilium, hoc est dæmones, quia certā futurorum euētuum scientiā habere non poterāt, ad significāda futura, dabant illi quidem nō raro somnia, sed obscura tamen, & ambigua, quæque ad diuersos etiam contrarios euentus facilè detorqueri, & applicari possent, vt ad quodcunque cecidisset, somnium quadrare videretur. Quod si somnia euentis minimè responderent, id nō falsitati somniorum, sed interpretū inscitiæ, qui somnia propter obscuritatem, & ambiguitatem non ritè essent interpretati, adscriberetur. At verò somnia, quorum auctorem fuisse Deum ex sacris literis cognominus, sæpenumerò distinctè, & explicate tradita sunt, qualia legimus fuisse Abimelech, Laban, Iudæ Machabæi, Salomonis, beati Ioseph,

Assuria dæmonū in dandis somniis futura significantibus.



ti Ioseph, & trium Magorum. Non est tamen negandum quædam somnia esse data tecte, & obscure, sed hominibus gentilibus ad eum nempe finem, vt intelligentiam eorum somniorū, cùm non ab aliis, quamà viris sanctis accipere possent, & ipsos Dei seruos honorarent, & summa Deum reuerentia, ac veneratio prosequerentur. Si quæ verò somnia etiam seruis Dei obscura data sunt, propterea id factum est, vt eorum sensum atque intellectum, summo illi studio assiduis precibus, multisque lachrymis à Deo flagitantes, tandem impetrarent, & propter difficultatem impetrandi, pluris facerent, & cariorem haberent. Denotatur præterea obscuritate somniorum, earum rerum, quæ significātur somniis obscuritas. Adde quod per imagines, & similitudines, breuissimè plura, & sublimiora mysteria significātur, quam si aperte, & propriis essent expressa vocabulis. Nam quàm multa, quàm varia, quàm profunda mysteria, vna illa statua Nabuchodonosor in quiete visa, adumbrauit, quę si essent propriis verbis efferenda, vix longissima oratione declarari potuissent. Denique vult Deus nonnunquam somnia esse ad aliquod tempus occulta, & incognita, quoad ni mirum, ipso euentu, rerū que successu, eorū veritas agnoscatur, & comprobetur quod in duobus illis Ioseph somniis, promotionem eius ad summam potentiam, & dignitatem præsignantibus, liquido cernitur.

Quatuor causæ cur inter diuina somnia sint valde obscura.

## *Quæstio sexta, an licitum sit Christiano homini, obseruare somnia: & cuius hominis sit somnia interpretari.*

DVæ tanguntur his verbis difficultates, & prior quidem est, an sit fas Christianis, curiosè somnia obseruare: ad quam facilis est, & in promptu responsio. Etenim quædam somnia licitum est obseruare, in quædam verò minimè. Principio, somnia quæ bonam, vel malam corporis affectionem aliquam, morbosque tam animi, quàm corporis significant, vtiliter à medicis tam animi, quàm corporis obseruantur & expenduntur. Tum somnia, quæ nos crebrò infestant, territant, conturbant, & vexant animaduertere quibus ex causis accidāt, vt vel noti effectus signotas nobis causas fetuemur, ac teneamus: vel vt rationem aliquam ineamus, eam à nobis molestiā depellendi, licitum est, & à sanctis viris sæpè vsurpatum. Legimus enim apud Cassianum in Collat. 22. veteres illos monachorum magistros, & rectores, in perquirendis & excutiendis quorundam somniorum causis diligenter esse versatos. Postea obseruare somnia, quatenus in illis pernotescit homini veritas

Quatuor genera somniorum, sine vllo pol sunt obseruari, & curari,

aliqua pertinens ad scientias speculatiuas, vel ad res gerendas conferẽs, nec vt superstitiosum, nec vt vanum damnari debet. Denique, somnia quæ nos sæpe commonent, & incitant ad flagitia, cõsiderare nũ à dæmone nobis subiiciebãtur, sicut cõtra, quibus ad bona prouocamur, & instigamur veluti ad cælibatũ largitionẽ eleemosynarum, & ingressum in religionem, ea põderate num à Deo nobis missa sint, non est superstitiosi animi, sed religiosi prudentis, ac salutis suæ sagacis, atque sollicitiAt verò, cuiuscunque somnij, quoquo modo nobis contingat, etiam si rarò, si temerè, si fortuito eueniat, putare habẽdam esse rationem, curamque suscipiendam, stolidi hominis est, ne dicam stulti. Supra enim ostensum est, maximam partem somniorũ nihil veri, & certi habere, sed vanitatis, ac temeritatis esse plenissimam. Præterea obseruare somnia quasi esset in ipsis aliquid diuinum, scilicet quale Gentiles existimabant esse in garritu, volatu, cibatuque auium, & in extis animantiũ atque ex illis prænosse, ac diuinare velle futura, non modo non est licitum, sed est in scriptura grauissimè reprehensum, damnatum, & interdictum, nõ minus sanè quam magorum, & incantatorum maleficia, quod ex c. 19. Leuit. ex 18. Deut. ex 33. posterioris libri Paralip. aliisque sacrorum voluminum locis perspicuè intelligitur. Et verò, scire vellè futura, quæ Deus in sua solius potestate posuit, arrogans, & impia est curiositas. Putare autem certa futurorum signa, contineri in somniis, quæ nullam cum rebus futuris cõnexionem, & conuenientiam habent, sanum est: parum dixi, planè impium, & stultum est: hoc enim arguit eiusmodi somniorum obseruatores, stultis, impiis, & absurdis opinionibus esse infectos, atque deprauatos. Nam, vel isti putant res omnes futuras, ex naturalibus causis pendere, & hoc falsum est: vel eas res quibuslibet somniis significari posse, quod planè stultũ est: vel futura omnia certò prouideri, & sciri à dæmone, quod est perquam impium: vel denique à Deo promiscuè, atque indiscretè per quælibet somnia, & quibuslibet hominibus præmonstrari futura, quod esse absurdum nemo non videt. Ad extremum, tanti facere somnia, & vsque adeo pendere ex illis, vt ad eorum quasi normam dirigat quis omnem vitæ suæ rationem, & respectu habito ad somnia, actiones, & negotia, vel suscipiat, vel omittat, non modo præstantis hominis indignum est, sed oleret etiã fatalem illam Stoicorum, toties in Ecclesia damnatam, & à melioribus Philosophis explosam reiectamque necessitatem. Quod si meritò vituperantur, & à sapientibus redarguuntur astrologi, qui res humanas ex astris, quasi suspensas, & religatas omnino pendere arbitrãtur: eò magis profectò, reprehendendi sunt superstitiosi somniorũ obseruatores, quo magis astra dignitatem naturæ, æquabilitate motus, constantia ordinis, amplitudine potestatis, & præstãtia efficacitatis somniis antecellunt.

Maiorvanitas est obseruantiũ somniorum.



Ad posteriorem quæstionem, qua quæritur, cuius hominis sit bene interpretari somnia, hunc in modũ respondemus. Somniorũ, quæ vim habent ad aliquid significandũ, & obseruatione, atque interpretatione digna sunt, ea non cuiuslibet hominis est interpretari. Tria enim huiusmodi somniorũ genera distingui possunt, nam multa sunt naturalia, quædam humana, nonnulla etiam diuina. Naturalium somniorum interpretatio, nõ est dubium, quin solertium, & doctorum physicorum sit, ac medicorum sit propria: eorum maximè quia norunt similitudines in somniis ostensas comparare inter se, & quarum rerum similitudines esse, & ex quibus causis proficisci soleant, discernere: similiter, vt qui figuras aliquas, & imagines dilaceratas sumens in manus, earumque partes dissipatas, bene componens inuicem, aptèque conformans, cuius rei fuerint similitudines hominis ne an equi, an aliarum rerum, acutè dispicit, vereque iudicat. Humanorum autem somniorum, ita erit quisque sagacissimus coniector, & idoneus, ac veridicus interpres, vt fuerit tetũ humanarum peritissimus, & callidissimus, ingeniorum item, studiorum, morum, & propensionum, quæ in variis hominibus magnam quoque varietatem habent, exquisitam, multisque confirmatam experimentis notitiam sit adeptus, quasi venas omnes rerum ciuilium, & humanarum tenent. Cuius autem sit exponere diuina somnia, in promptu est intelligere: patet enim neminẽ interpretari ea posse, nisi diuinitus afflatũ, & edoctũ. *Nemo enim nouit*, inquit Paul. 1. ad Cor. 2. *quæ Dei sunt, nisi spiritus Dei.* Præsertim verò cum diuinorum somniorum significationes, ex solius Dei consilio, & voluntate sint institutæ, ob idque solius Dei reuelatione, notæ hominibus esse possint. Quocirca regem Nabuchodonosor somnij sui, quo maximè territus fuerat, sollicitum, & anxium, quod eius somnij rationem ex nullo suorum sapientum cognoscere potuisset, sic afflatus est Daniel: *Mysteriũ, quod rex interrogat, magi, arioli, aruspices, & sapientes, nequeunt inuitare regi: sed est Deus in cœlis reuelans mysteria.* Daniel. 2

Iamblicus existimat diuina somnia ferè non cõtingere hominibus, nisi aut primo, aut extremo somni tempore: videlicet, quia tunc animus hominis, aut nõdum est cibi potũsque vaporibus occupatus, & oppressus, aut iam euanescente somno, vaporumque discussa caligine, ex illis sordibus emersus animus, purior & acrior est ad diuinas illustrationes accipiendas. Quapropter vates, ac somniorum interpretes, in more habebant, ex

Quisnã sit idoneus, ac veridicus cõiector atque interpres verorũ somniorum, tã naturaliũ, & humanorũ quã diuinorũ

Iamblici opinio, de tẽpore quo diuina somnia cõtingãt hominibus tempore futurũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ex deferentibus ad ipsos somnia scisciari, quo ea tempore ipsis cõtigissent: nã si profundo somno accidissent, ea planè abiiciebãt, rati nó esse cõsentaneum, animo tunc obtuto, & demerso, dari cælitus somnia: sin autem somnia illis accidissent, exeunte somno & animo ad suas functiones propè iam expergiscente, tunc ea somnia diuinitus missa, Deoque auctore digna iudicantes, ponderanda sibi, & interpretanda suscipiebant. Legendus etiam est Philostratus in cap. 14. lib. 2. de Vita Apollonij. Veruntamen hæc Iamblici documenta ex superstitiosis Ægyptiorum sacerdotum obseruationibus, vel dicam verius, figmentis, quorum fuit ille studiosissimus, exprompta sunt. Deus nempe illiusmodi temporum legibus non est alligatus, nec opportunitate temporum eget ad operandum, vbicũque enim vult, quandocumque & quibuscumque vult, sua inspirat somnia: potest enim quouis tempore, imò etiam sine tempore, sedare subito agitationem humanorum, tranquillare spirituum animalium iactationem, purgare phantasiam, mentem illustrare, animumque ad percipiẽda diuina somnia idoneè cõparare.

## *Quæstio septima, an in somno, liber vsus rationis, & voluntatis esse queat.*

Sæpe in somnio liber est rationis vsus.

SÆpenumero in somniis, præsertim, quæ doctis, prudentibus, & sanctis vitis contingunt, animus hominis, quod pertinet ad vsum rationis, & agitationem mentis, solutus, expeditus, ac liber est. Etenim nonnunquam ratio dormientis planè cognoscit res simplices, easque, vel componit inuicem, vel diuungit, ratiocinatur, iudicat, miratur, noua quædam inuenit: quin etiam ad se ipse animus conuertitur, & ad suas actiones considerandas, & diiudicandas aciem suam, vimque reflectit, cunctatur, hæret, dubitat, secum ipse disceptat, an tunc homo dormiat nec ne. Hæc autem liberum esse tunc rationis vsum, manifestè demonstrant. Non propterea tamen existimandum est, quia in somno interdum soluta est vis rationis, esse itidem perfectum liberi arbitrij vsum. Nam ad plenum, & perfectum liberi arbitrij vsum, opus est perfecta hominis libertate, hoc est, solutione omnium sensuum, & potentiarum, ita vt sit ipse homo, qui tunc agat, nec aliundè agatur, sitque Dominus sui, atque suarum omnium actionum, & in potestate eius sit tũc hoc vel illo modo agere, aut etiam nihil agere: id quod in somno nequaquam euenit.

Nunquã in somno est perfectus liberi arbitrij vsus.

Ardua quæstio de somno Salomonis.

Cæterum non nihil habet difficultatis, quod legitur in 3. lib. Reg. ca. 3. Deum in somno visum esse Salomoni, iussisseque, vt peteret ab ipso quæcumque omnium maximè optaret: ipsum autem petiisse sapientiam, & prudentiam bene regendi populum, cui præerat, posthabitis omnibus aliis bonis, quæ tamen principibus huius mundi, super omnia, concupiscenda, & expetenda videntur: eam porrò petitionem vsque adeo placuisse Deo, vt summam ei se daturum sapientiam, & præterea, quæ non postulasset, bona, cumulatissimè largiturum polliceatur. Ex qua narratione ipsius Scripturæ, satis intelligi videtur, Salomonem in illo somnio soluté, ac liberè, non tantùm ratione, sed etiam voluntate esse vsum: neque enim illa eius petitio facta in somno, tantopere Deo placere, tantumque sapientiæ munus promereri potuisset, nisi esset ex libera voluntate profecta. Hæc difficultas tribus modis posset discuti, ac dissolui. Nam primò quidem respõderi posset, illam Salomonis in somno petitionem placuisse Deo, non per se, sed propter antegressam eiusdem in vigilia similem quandam petitionem, ex qua scilicet illa in somno extitit. Salomon enim ardentissimè expetierat, & à Deo postulauerat donum sapientiæ, ac prudentiæ: hanc eius petitionẽ, Deus illo somnio declarauit fuisse sibi gratissimã, & optatum habituram effectum. Sed hæc fortasse cuipiam videbitur nonnihil dura, & contorta responsio. Quocirca subiiciam alterum responsum: posset enim dici, à principio fuisse illud quidem somnium, sed postea Deo mirabiliter operante, conuersum esse in ecstasim, seu raptũ, qualis nempè D. Paulo, & Prophetis sæpè contingit: in quo animus Salomonis licet à corporis, & rerum externarum sensu abstractus, & similis dormientium esset, per Dei tamen potẽtiam factum est, vt solutus, & libet tunc fuerit ad exercẽdas actiones, tum rationis, tum liberi arbitrij, ita vt liberè peteret à Deo Salomon quod vellet, & petendo quæ grata erant Deo, ea quoque meteretur ab ipso consequi. Sed non placet hoc responsum. Mitto nunc examinare, an in raptu, & ecstasi, perfectus liberi arbitrij vsus esse queat: tantùm dico, huic responso minimè suffragari diuinam Scripturam, quippè, suprà dicto loco narratura visionem illam Salomonis, præfatur, Deum apparuisse Salomoni per somnium, & narrata iam visione, subiungit. *Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quod esset somnium*, quo perspicue significatur, illam visionem nullatenus fuisse raptum, vel ecstasim, sed totam fuisse somnium, diuinum tamen somnium, scilicet à Deo ad erudiendum docendumque Salomonem datum. Atque deas hasce solutiones propositæ quæst. tradit D. Tho. in 1. 2. quæst. 113 ar. 3. ad 2.

Solutio triplex.

Erit igitur, nisi fallor, similius, & propius vero tertium responsum, quod etiam Tostado super 3. cap. lib. 3. Reg. in quæst. 12. maximè probatum est. Diximus, cum Salomon tunc veriſi

mè

Universidad de Deusto
Biblioteca



mè dormierit, & illa eius visio fuerit somnium, quemadmodum Scriptura testatur, hinc necessario effici, quidquid ibi factum esse dicitur, nō reuera, sed per imaginatiam tantù dormiētis visionem esse factum. Videbatur igitur tunc sibi Salomon petere sapientiam à Deo, videbatur etiam ei Deus petitionem ipsius approbare, cum reuera tamen nulla fuerit tunc petitio, nullum meritum Salomonis, nullū item responsum, nullumque Dei promissum. Cur igitur, inquies somnium illud à Deo datum est Salomoni? Videlicet, nisi mea erret coniectura, tres ob causas. Primo, vt intelligeretur omnium bonorum auctorem, & largitorem esse Deum, & ab eo esse omnia bona expetēda, & postulanda. Deindè vt manifestum fieret, quę bonorum electio, & petitio, grata esset & accepta Deo: ea nimirum, quæ spiritualia bona corporalibus, cælestia, terrenis, deniq; ad communem aliorū vtilitatem, & salutem pertinentia, inanibus, & infructuosis præoptantur, atque præferuntur. Ad extremum, vt exemplo Salomonis appareret, & extaret, quanta sit Dei benignitas, & munificētia erga seruos suos quotū optata, & postulata nō solū impleat, sed etiā longè superet, & abūdanter excedat. Ecce Salamon solam à Deo sapientiam postulauerat, præ hac cæteris bonis, quæ hominibus pretiosissima, & carissima sunt contemptis: cui tamen Deus & sapientiam supra ipsius votum & reliqua bona, præter votum ipsius, largissimè donauit. Verum hæc nostra de somnijs digressio & disputatio, hunc habeat terminum: vereor enim ne si longius producta sit, molestia & odiosa lectori esse incipiat. Quemadmodū enim somnus, quoad quietus & placidus est, membra dulcissime refouet ac recreat, viresque reficit, ac redintegrat, si tamen in eo nimis longa, nimisque seria, & grauia cōtingant somnia, corpus pariter atque animum languefacit, & debilitat, sic omnino cauendum nobis fuit, ne nostra hæc de somniis disputatio, præter modum longa gratiam perderet legentium, & quam ipsa fortasse voluptatem ceperant, in fastidium, odiumque conuerteret.

Cur somnium illud datum fuerit Salomoni

BENE-



# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER II.

### CAPVT SECVNDVM.

IN anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. Præcepitque tantem rex, vt conuocarentur arioli & magi, & malefici, & Chaldæi, vt indicarent regi somnia sua: qui cum venissent steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex: Vidi somnium & mente confusus ignoro, quid viderim. Responderuntque Chaldæi regi Syriace, Rex in sempiternum viue: dic somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Et respondens rex ait Chaldæis, sermo recessit à me nisi indicaueritis mihi somnium, & coniecturam eius, peribitis vos, & domus vestra publicabuntur. Si autem somnium, & cōiecturam eius narraueritis, præmia, & dona, & honorem multum accipietis à me. Somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi. Respondent secundò, atque dixerunt, rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem illius indicabimus. Respondit rex, & ait, certe noui, quod tempus redimitis, scientes, quod recesserit à me sermo. Si ergo somnium non indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quod interpretationem quoque fallacē, & deceptione plenam cōposueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, vt sciam, quod interpretationē quoque eius verā loquamini. Respondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt, non est homo super terrā qui sermonem tuum, rex, possit implere: sed neque regū quisquā magnus, & potens, verbum huiusmodi scisciatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo. Sermo enim, quem tu quæris, rex, grauis est: nec reperietur quisquam, qui indicet illum in conspectu regis: exceptis diis, quorum nō est cum hominibus cōuersatio. Quo audito rex, in furore, &

† Ergo 15 M. S. Hier.

in

in iram magna, præcepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis. Et egressa sententia sapientes interficiebantur: quærebanturque Daniel, & socij eius vt perirent. Tunc Daniel requisiuit de lege, atque sententia ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. Et interrogauit eum, qui à rege potestate acceperat, quia ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Cùm ergo ei indicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit regem, vt ei spatium daret, sibi ad solutionem indicandã regi. Et ingressus est domum suam, Ananiamque, & Misaeli & Azariæ sociis suis indicauit negocium, vt quærerent misericordiã à facie Dei cæli super sacramento isto, & non perirent Daniel, & socij eius cum cæteris sapientibus Babylonis. Tunc Danieli mysterium per visionẽ nocte reuelatum est: & benedixit Daniel Deum cæli, & loquutus

Psal. 112 ait: sit nomen Domini benedictum à seculo, & vsque in seculum: quia sapientia, & fortitudo eius sunt. Et ipse mutat tempora & ætates: transfert regna atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam: ipse reuelat profunda & abscondita: & nouit in tenebris constituta: & lux cum eo est. Tibi

† nostro rũ M.S.R. G. quædam habent: pro ex tu faciunt C, & G. Deus patrum meorum confiteor, teque laudo, quia sapientiam & fortitudinẽ dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi, quæ rogauimus te, quia sermonem regis operuisti nobis. Post hæc Daniel ingressus ad Arioch, quem constituerat rex vt perderet sapientes Babylonis, sic ei loquutus est. Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei: Inuenì hominem de filiis transmigrationis Iudæ, qui solutionem regi annuntiet. Respondit rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat Baltasar, Putasne vere potes mihi indicare somnium, quod vidi, & interpretationem eius? Et respondens Daniel coram rege, ait, mysterium quod rex interrogat, sapientes, magi, & arioli, & aruspices, nequeunt indicare regi. Sed est Deus in cælo reuelans mysteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor, quæ uentura sunt in nouissimis temporibus. Somnium tuum, & visiones capitis tui in cubili tuo, huiusce modi sunt. Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo, quid esset futurum post hæc: & qui revelat mysteria, ostendit tibi, quæ uentura sunt. Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me plus quam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est: sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires. Tu rex videbas, & ecce quasi statua una grandis: statua illa magna, & statua sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem, & brachia de argento, porrò venter, & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea,

† 6. M.S. R.C. nõ quædam autem fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & comminuit



minuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiui areæ, quæ rapta est auẽ hoc loco a Greg. quod vers. 45. omnes habent. vento: nullusque locus inuentus est eis. Lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & implens vniuersam terram. Interpretatione quoque eius dicemus coram te, rex. Tu rex regum es: & Deus cæli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi: & omnia in quibus habitant filij hominum, & bestiæ agri, volucres quoque cæli dedit in manu tua, & sub ditione tua † t. Testa. M.S. vniuersa cõstituit, tu es ergo caput aureum. Et post te consurget regnum aliquid minus te: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ. Et regnum quartum erit velut ferrum: quomodo ferrum comminuit & domat omnia, sic comminuet & conteret omnia hæc. Porro quia vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli, & partem ferreum, regnum diuisum erit; quod tamen de plantario ferri erit, secundum quod vidisti ferrum mistum testæ ex luto. Et digitos pedum ex parte terreos, & ex parte ferreos, ex parte regnum erit solidũ, & ex parte contritum. Quod autem vidisti ferrum mistum testa ex luto, cõmisebuntur quidẽ humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli, regnũ, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: cõminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternum. Secundum quod vidisti, quòd de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea: & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit: & hostias & incensum præcepit, vt sacrificarent ei. Loquens ergo rex, ait Danieli: Verè Deus vester, Deus deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa, & magna dedit ei: & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis: & præfectum magistratuũ super cunctos sapientes Babylonis. Daniel autem postulauit a rege, & constituit super opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: ipse autem Daniel erat in foribus regis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Capitis secundi summa.

DAtam fuisse Danieli à Deo somniorum intelligentiam, quod supra capitis primi extremis pene verbis dictum est, probatur hoc capite, insigni quodam exemplo & argumento regis Nabuchodonosor qui mirabile quoddã in quiete visum habuit, sed eius postea, somno excitus, memoriam perdidit. Cum igitur eius somnij nosse significationem maximè cuperet, nec eam à suis sapientibus percipere posset, solus Daniel inuentus est, qui & quale fuisset somniũ, iudicauit regi, & quidnã portenderet, verissimè declarauit, quam obrem summã apud regẽ veneratione, summosque honores, & dignitates cõsecutus est.

*Anno secundo regni Nabuchodonosor.*

Quis fuerit ille secundus annus Nabuchodonosor, quo anno acciderit eius somniũ, quod narratur hoc capite.

OBscurum est quemadmodum computãdus sit hic secundus annus regni Nabuchodonosor. Theodoretus significat esse intelligẽdum secundum annum ab exordio regni eius: sed falsam esse hanc intelligentiam, patet duobus argumentis, tum quia, postquam primo anno regni Nabuchodonosor, Daniel ductus est Babylonem, totum triennium consumpsit in addiscendis literis, & disciplinis Chaldæorum, priusquã in conspectum regis veniret, vt primo capite dictum est. Tum etiam quia primo anno regni Nabuchodonosor, quo Daniel ductus est Babylonem, erat ipse Daniel annorum, duntaxat decem, vt supra docuimus, quo circa anno secundo regni Nabuchodonosor fuit vndecim annorum, in quam etatem nullo modo conueniunt, quæ de Daniele narrantur hoc capite, ipsum videlicet fuisse eo tempore in numero sapientum, & propter interpretationem somnij fuisse constitutum à rege principem super omnes prouincias Babylonis, & præfectũ atq; magistrũ super sapientes Babylonis. Est igitur dictu verius, quod tradit Iosephus lib. 10. Antiquitatum, eumque secutus hoc loco Hieronymus, secundũ annum hic memoratum, esse computandum, non ab exordio regni Nabuchodonosor, sed ab insigni quadã, & admodũ memorabili victoria, qua ille deoctauam iubactiq; Moabitis, Ammonitis, Syrisq; atq; Ægyptijs latissimè imperiũ suũ protulit, adeo vt quodammodo Monarcha esse cœperit. Hæc victoria parta est anno regni eius vigesimo tertio, vt ibi. 10. Antiquitatũ annotauit Iosephus. Quapropter hic secundus annus fuit vigesimus quintus regni ipsius, & septimus Babylonica Iudæorũ captiuitatis, scilicet post excidiũ vrbis, & templi Hierosolymitani. Nec est satis aut ratio hæc computandi videatur cuipiã, vel insolens, vel improbabilis, nam etiam Latini scriptores hac computandi ratione vtuntur, etenim quidam annos principatus Augusti Cæsaris numerant ab eo tempore, quo imperare cœpit, hoc est vel à primo eius consulatu, vel à triumuiratu, secundum quam computationem, imperasse dicitur quinquaginta sex annos. Alij recensent annos imperij eius, ab Actiaca victoria, cum deuicto Antonio, solus Romanum imperium, & monarchiã tenuit, atque hoc modo quatuor & quadraginta annos imperasse eum traditur. Ortum igitur Domini nostri, secundum priorem computationem sub quadragesimo secundo anno principatus Augusti, secundum autem posteriorem chronologiam, sub trigesimo anno imperij eius fuisse dicimus. Simili igitur computandi ratione, hoc loco secundus annus regis Nabuchodonosor, ab illa memorabili, & insigni totgentium victoria, computandus est.

*Præcepit rex, vt conuocarentur ariioli, magi, malefici & Chaldæi,*

Qualis fuerit antiquitus sapientia Chaldæorum.

HIs quatuor generibus sapientum, infra c. 4. & 5. additur quintum genus, scilicet, auspicum vel augurum. Quãquam Lyranus, & Carthusianus eosdem esse putant, qui primo, & secundo capite nominantur ariioli, & qui cap. 4. & 5. appellantur auspices. Verum secus res habet, vt mox ostendemus. In his autem quinque artibus, omnis Chaldæorum sapientia, in qua Daniel excellenter versatus fuit, continebatur. Ariolos, vetus translatio Latina teste Hieronymo appellauit sophistas: sed Græca versio nominat ἐπαοιδούς, hoc est incantatores, *qui*, vt Hieronymus exponit, *verbis rem perficiunt*. Hi tamen sunt, qui certis verborum, carminum, characterum, seu figurarum incantamentis plantas, animalia, etiam homines excantant, dæmones item aduocant, per quos futura diuinant, miraque patrant: lege quæ Plinius de istorum potentia, lib. 28. capite. 2. scribit. *magos*, *vetus translatio* Latina, vt refert Hieronymus, *nominauit philosophos, nempe sunt magi apud Barbaros quod philosophi apud Græcos scilicet humanarum diuinarumque rerum scientiam profitentes*. Horum tanta fuit olim apud reges auctoritas, vt nemo Persarum rex esse posset, vt ait Cicero lib. 1. de Diuinatione, qui non ante magorum disciplinam percepisset: & vt tradit Plinius initio 30. libri, Magi toto Oriente regum regibus imperabant: auctore item Hieronymo, omnia Reges de Magorum concilio, & sententia faciebant: de quorum numero existimat ipse,

Ariioli qui fuerint.

Magi qui fuerint.

fuisse tres illos magos, qui ad Christum Dominum adorandum duce stella Bethlecm venerunt. De magorum autem origine, disciplina & decretis, lege quæ scribit Laertius in prooemio suo operis, & Plinius primo capite libri 30. Eusebius item libro primo de præparatione Euangelica: licet apud illos autores vetabulum Magi latissime pateat, supra dictas quinque sapientiæ illi scientias etiam complexum: Malefici, quos Græca versio vocat φαρμακους; id est veneficos seu maleficos, Hieronymo interprete sunt qui sanguine, & victimis vruntur, ac sæpe corpora mortuorum contingunt, vulgo negromantici appellantur. Lyranus, & Carthusianus maleficos esse dicunt, qui hominem à sensibus alienant, aliquid circa ipsos vel loquentes, vel operantes, quibus sic alienatis multa reuelantur à dæmonibus: à quibus etiam ludificati, per varia visa phantasiæ impressa, putant illi, & dicunt postea se longinqua terrarum spatia peregrasse, conuiuatos esse cum Diana & aliis, mira vidisse, audisse, & gustasse, talia scilicet, qualia hodieque strigibus contingere legimus. Aruspices sunt, qui inspectis animantium extis, futura prænoscere, ac prædicere posse putant. Augures, qui ex auium volatu, cantu, pastuque, futurarum rerum prænotionem, & diuinationem aucupantur.

Malefici qui fuerint.

Aruspices & Augures qui.

Chaldæi principem locum tenebant apud Babylonios, inter omnes sapientes: quamobrem conuocatis aliis sapientibus, inter solos tamen Chaldæos, & regem, sermonem esse habitū, legimus in hoc capite: erant autem Chaldæi professione astrologi, potissimum autem genethliaci, qui ex inspectione, & obseruatione siderum futuros rerum omnium, non modò naturalium, sed etiam rerum humanarum euentus se, prouidere ac prædicere posse iactabant: enim disciplinæ habere se obseruationes per quadringenta, & septuaginta millia annorum, collectas & rebus ipsis comprobatas, vt tradit Cicero in libris de Diuinatione, gloriabantur. Verum Chaldæorum doctrina, & decretis, ac diuinationibus, multa cognitu digna tradit Diodorus Siculus cap. octauo, libr. 2. de quibus pauca, scilicet memorabilia ex multa oratione, hic adscribam. *Chaldæi (inquit) Babyloniorum egregiissimi, eo loco sunt apud Babylonios, quo in Ægypto sacerdotes, cultui Deorum deputati, per omnem vitam philosophantes, augurijs sacris, & quibusdam incantationibus, mala auertere ab hominibus, & bona afferre existimabantur, auguria inspexere somnia, & prodigia interpretari soliti, nec non & quæ ad sacra spectabant pertinet peritissime tenentes, quorum decreta erant: mundum esse sempiternum, principio, fineque carentem. Nec potest fato ac sapientia factum, eiusdem quæ summa ratione consilioque gubernari, de diuinis erant sideralibus scientia: ex astrorum*

Qualis fuerit professio eorum qui propriè vocabantur Chaldæi.



*rum animaduersione, quæ cuique hominum in vita aliquando essent euentura diuinantes: quam Alexandro Magno, & cæteris Darij, & mortem quæ ipsum manebat Babylone præsentiuerint, similiaque deinde Antigono, Nicanori, & Seleuco prædixerint. Quin etiam ædificijs futura, non euidenter vaticinabantur, sed tantum & supra ingenia hominum esse videretur. Genus certè reperiebant Chaldæi supra cæteros mortalium scientiam assequutum, qui illi se per quadringenta tria annorum millia vsque ad Alexandrum magnum observationes astrorum collegisse prodiderunt.* Hactenus de Chaldæis, ex Diodoro.

Sed quæret aliquis cur rex Danielem simul cum aliis sapientibus non conuocauerit, Respondemus: eli regem non iussisse vllum sapientem nominatim accersiri, sed mandasse tantum, vt qui in vnaquaque supra dictarum quinque artium sapientissimi essent, ad se adducerentur. Sed alij sapientes mandatum hoc regis cel aucrunt Danielem, nec videlicet præferretur ipsis sapientia, & quæ à rege sperabant præmia, solos auferret. Ac licet rex proprio experimento compertum habuisset, Danielem omni sapientia cæteris esse longe præstantiore, vt extremo capite primo dictum est, attamen facile fuit post viginti duos annos, tantum enim temporis interea præterierat, Danielis obliuionem animo regis obrepsisse: præterea, vero cum Daniel non ambitiose iactaret & in publico ostentaret sapientiam suam, vt faciebant alij, nec aures illas Chaldæorum exterreret, quin omnem eorum sapientiam parui penderet. Et etiam credibile, quia Daniel non veneratur cum aliis sapientibus ad regem, ipsum exultimasse, Danielem sapientia sua dissimilem, venire in conspectum suum non esse ausum.

Cur Daniel non vna cum aliis sapientibus accersitus fuerit à rege.

## *Responderunt Chaldæi regi Syriacè.*

ERant quidem illi sapientes ex diuersis prouincijs, quarum natiuæ linguæ diuersæ erant, sed quia Chaldaica seu Syriaca lingua, vel erat communiter omnibus nota, vel erat, qua rex vtebatur, propterea illi ea sunt vsi: sic fortè fuit Chaldæi fuerunt, qui suo, [illegible] sapientum nomine, quæ hic narrantur, propria lingua dixerint regi. Sed vtcunque sit illud certe constat ex hucusque, Chaldaicā vel Syriacā linguā diuersam esse à pura Hebræa. Nam ab exordio huius libri, vsq; ad hunc locum, & lingua & scriptura fuit Hebræa: hinc vsque ad finem septimi capitis, Scriptura quidem Hebræa est, sed sermo Chaldaicus: inde vsque ad finem duodecimi capitis, tum sermo & scriptura Chaldaica est: Hebræa residuum libri, Græce tantummodo & chaldaice extat. Hebræa residuum libri, Græce tantummodo & chaldaice extat. Hoc ipsum argumentatur Hieronymus scriptum inuenitur, Hoc ipsum argumentatur Hieronymus

Refellitur Philo, tatus linguam Hebræã non fuisse diuersam à Chaldaica.

mus contra Philonẽ, qui dixit, eandẽ fuisse linguã Chaldæã, & Hebraicã, quoniã Abrahã Pater Hebræorũ fuerit Chaldæus, ex eo quod supra dictũ est, Danielem, & eius socios, literas, & linguã Chaldæorũ didicisse: erat qui eam callebant ipsi linguã Hebræã, vt nativã ipsis, cui si eadẽ fuisset: haldaica, quid attinebat eam discere? hinc colligi potest eo quod scriptũ est in 4. lib. regũ c. 18. Rapsacen missum a rege Senna cherib Hierosolymã, vt Iudæos ad deditionẽ sollicitaret, rogatũ esse ab Eliachim pontifice, ne loqueretur coram populo Hebraice, sed suo sermone Syriaco vtpote cum. Adijce, quod per Hieremiã c. 5. sic ait dominus: *Addu cã contra te gentem Israel, de longinqua gentẽ antiquã & robustã, cuius tu linguã ignorabis, nec intelliges quæ loquatur intelliges*: significat autẽ Deus his verbis gentẽ Chaldæorũ, quæ vrbem, & templum Hierosolymitanum destructura erat, & ipsos Iudæos in longam duramque seruitutẽ abitura. Fatendum tamẽ est, post captiuitatem Babylonicã, propter diuturnam Iudæorum cum Chaldæis conuersationem, vulgarem Hebræorum linguam, quæ vulgo erat in vsu, peruersione sermonis Chaldaici infectã, & vitiatã esse, ita vt ab eo tempore vsque ad tempus Domini nostri, vulgaris lingua Iudæorũ mixta esset ex Hebraico & Chaldaico sermone, puta vero lingua Hebraica in sacris libris conseruata est eiusque scientia penes Rabinos erat.

*Responderunt Chaldei Regi, non est homo super terram qui sermonem tuum, Rex, possit implere.*

Quale esse necesse sit, quod ab homine naturali, & certa scientia comprehẽdi possit.

Alia somnia non posse ab vllo certò cognosci

IN hoc est, quod Chaldæum, quatuor sunt ab illis dicta, quæ cõsideratione digna sunt, nec tacita pretereunt cõsentit. Primũ autem, de somniorum vsu, & somnia nulli mortalium nota esse posse. Hoc verũ est si de naturali, & certa cognitione accipiantur. Siquidẽ, vt aliquid sit naturaliter homini cognitum, nõ satis est ipsum esse rẽ quandã corporale, vel materiale, aut nũ excedere vim & potestatẽ humanæ intelligentiæ: sed præterea necessarium est, vt sit rerũ singulare, & extra situm, à quo intelligendi sit, eiusmodi sit vt mouere sensus exteriores, per quos omnis cognitio humana intrat, & peruenire vsq; ad mentẽ, aut per se, vt sunt obiecta sensuum exteriorum, aut per aliud, quod sit cum re sensibili aliqua ex parte necessario cõnexũ, sitq; certũ eius signum, qua ratione intelligentia, quæ mouet cælum cognoscimus per motũ cæleste, & animã per operationes corporis externas, & sensibus manifestas. Somnia verò, si præterita sint, vel futura, nec per se possunt mouere sensus, quia non existũt actu nec per aliud, quod sit certũ eorũ indicium, non enim talia erãt eorũ signa. Præsentia verò somnia alicuius hominũ, cũ sint interiores affectiones phãtasiæ, sensus nostros latẽt, non minus, quàm phãtasmata, & vita brutorũ, possunt tamẽ qualia sunt, ea somnia, cõsci, aut ex verbis dormientiũ, si quid loquãtur: aut ex aliquo gestu, vel motu corporis, quem dormientes edant.



Alterũ dictũ Chaldæorũ, fuit eiusmodi: somnia esse Dei nota: quod quidẽ verũ est, intelligẽdo nomine Deorũ, non modo verũ, & vnicum Deũ, sed etiã Angelos, quos etiã Deos appellabat gẽtilitas. Nã cũ somnium sit corporalis quædam affectio, & in corporali subiecto inhæres, ex se quidẽ subiacet naturali cognitioni Angelorum. Quatuor tamẽ ex causis accidere potest, vt somnium aliquod etiã Angelũ lateat, primũ, si ad ipsũ Angelus non aduertat intelligẽtia, deinde, si à Deo prohibeatur aduertere, tũ, quatenus somnio etiã miscetur operatio intellectus, quæ latet Angelũ, postremò si fuerit somnium à Deo missum, significãs res futuras: cum enim huiusmodi somnii, ipsum quidẽ per se manifestũ esse possit Angelo: vt verò significatiuũ est futurorum, nisi Deo reuelãte, neq; quã. Tertio loco aiunt Chaldæi, Deos nõ cõuersari cũ hominibus, de quo varia fuit veterũ Philosophorũ sententia: Epicurei nanq; Deos cælestes faciebãt, sed nullius rei curiosos, planeq; otiosos, quippe nihil, quod extra ipsos esset, agẽtes aut curates. Veteres quidẽ Peripatetici, Aristotelis, vt putabant, vestigia secuti, totidẽ facere Deos cælestes, quot sunt cæli, nec alia in re, quã in perpetua cælorum cõuersione occupatos, nullumq; cum rebus sublunaribus habentes commercium, nisi per lumen motumq; cæli. Platonici, quorũ sententiæ adscribi possunt etiam Stoici, præter Deos cælestes, faciunt alios in aere habitantes, quos communi vocabulo dæmones appellant, sed horum, alios suapte natura bonos, & humano generi benevolos, ac beneficos, à quibus scilicet vera somnia, & oracula, omnisq; magia naturalis, in pertinent ad homines: alteros autem dæmones sua natura malos, subdolos, fallaces, & deceptores hominum. Atque hi ecclesiastico genere dæmonum consuetudinem, & commercium habere cum hominibus: Deum autem proximè nõ immiscere cælestibus rebus humanis, nec societatem, & consuetudinem inire cum hominibus, sed commercia, & colloquia inter Deum, & homines, siue vigilantibus ipsis, siue dormientibus per dæmones, tanquam interpretes, & internuncios, & interpretes, agitari, & confici. Lege, quæ contra hanc opinionem Augustinus li. 1. de Ciui. Dei. ca. 20. & 21. & lib. 9. cap 9 copiosè, & acutè disputauit.

Hominũ somnia, per sequidem patent cognitioni Angelorum, sed ex quatuor causis potest accidere, vt ab illis non cognoscantur.

Deconfiguratione atque cõuersatione Deorum cum hominibus variæ philosophorũ opiniones

Veritissimi semẽtia Christianorũ de Angelis, tam bonis, quam malis.

Ac enimuerò, Christiana, & diuina philosophia, sicut vnum duntaxat Deum in tribus personis diuinis agnoscit, & veneratur, ita sentit, omnes Angelos à Deo factos, initio quidem bonos, sed libera voluntate in bonũ æque, ac malum mutabiles,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& eorum quosdam in accepta bonitate perstitisse, alios vitio suo, ea priuatos, euasisse in perpetuum malos. Illos, partim Deo semper assistere, partim in conuersandis orbibus cælestibus, vt ferè Theologi arbitrantur, ad diem vsque iudicij occupari, multos item in terras dimitti ad exequenda Dei ministeria circa homines, vel singulorum hominum tutelam, vel regnorum, atque prouinciarum curam gerentes. Hos autem conuersari cum hominibus, erãq; nonnullis familiarissimè, plurimis diuinæ Scripturæ sententiis, & exemplis manifestum est. Malos porrò Angelos docet Scriptura, vel in hoc aëre ad exercendos, probandosque homines versari. His multiplex, & frequens cum hominibus esse commercium, satis superque compertum est duplici experimẽto, altero energumenorum, quorum quidam planè idiotæ, vtpote Latinè, Græcè, & Hebraicè loqui, & de rebus Philosophicis, ac Theologicis eruditè disputare: quædam etiam humana ratione ipsis incognita, enuntiare. Item constat experimento magorum, quorum nonnulli faciũt subito apparere varias animantium species, statuas lignea ambulare, & more humano loqui, & quæ disiunctissimis in regionibus agũtur, declarare. Mira hæc opera, tam energumenorum, quam magorum, reuocare ad humorem melancholicum, vt placet medicis, & Aristoteles innuit in 30. sect. Problematum, vel referre ad vim, & potentiam astrorum, vt nugantur Astrologi, est profectò percuam ineruditum, & insulsum. Negare verò prædicta experimenta extremæ impudẽtiæ, & cõtumaciæ videtur. Necesse igitur est, ea opera referre ad substantias quasdam incorporeas, & intelligentes, naturali potentia, & scientia, hominibus superiores, ac præstantiores. Lege quæ in hanc sententiam fusè disputat B. Thom. lib. 3. aduersus Gentes. c. 104. & 105.

Duplex experimentum, quo non dubie cõstat esse dæmones.

An comperto somnio, sciri possit ab homine, eius somnii significatio.

Quarta & extrema istorum Chaldæorum sententia fuit, si rex indicaret eis suum somnium, sequi significaret, & protenderet id somnium, explicarunt. Hinc præcisè dictum est, non verum tantùm esse quod exciderat rex, nisi & noverant scire somnium ipsius regis iam præteritum, & quod iã actu fuerat, nec poterat nõ ipsis qua ratione scire potuissent res futuras, quæ illo somnio præsignificabantur? Etenim futura, nec sunt actu, nec fuere vnquam, & ex se incerta sunt, casualisque habent indeterminatas. Præterea idem ferè, vt narratur infra c. 4. proprio experimento deprehendit, istorum professionem, & promissionem esse inanem, & falsam, cum enim alterum quoddam somnium illis explicasset, nulla illi significationẽ & interpretationem eius somnii adinuenire potuerãt. Et verò si somnia fuerint diuina, atque sit eorũ significatio, nisi diuinitus sciri



sciri non potest: nec diabolica, nisi docente demone nota sunt: & illi negarunt dæmones, siue Deus, conuentionem habere cum hominibus. Quotidiana somnia, quia inordinate, inconstanter, ac temerè cõfingunt, certam habere cognitionem, aut interpretationem non possunt. Naturalia verò somnia ex certis, & naturalibus causis profecta significatione faciunt, & signa continent aliquorum rerum, sed eorum cognitio, & interpretatio, ad medicos, & physicos pertinet, nec Chaldæorum, aut olorum, maleficorum artibus continetur.

*Ipse mutat tempora, & ætates: transfert regna, & constituit: ipse revelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris constituta.*

Quomodo Deus mutet, tẽpora, & ætates.

MVtat Deus tempora, vel naturaliter, vicissitudines faciens dierum, & noctium, æstatis, atque hyemis, temporis sereni, ac nubili, salubris, & pestilentis. Vel modo supernaturali, aut longius producendo diem, quàm natura ferat, sicut euenit tempore Iosue, ac regis Ezechiæ aut mutando naturalem rerum ordinem atque processum, sicut accidit in eclypsi Solis tempore passionis Domini nostri. Mutat ætates, vel minuendo in communi vitam hominum, quemadmodum post diluuium factum est: vel priuatim minuendo vitam alicuius hominis, vel in pœnã eius. Vel contigit Moysi, & Aaron, vel in eius bonum, & vtilitatem. Nam de quodam homine electo, & Deo grato scriptum est in libro Sapientiæ. cap. 4. raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Contra verò quibusdam prorogat vitam, vt regi Ezechiæ, annos quindecim, vltra naturaliter ei vitæ spacium præfinitum, adiiciens.

Deus trãsfert regna, & cur

Dicitur Deus transferre regna, vt intelligatur in manu Dei esse omnem potestatem, & dominationem, quæ est in terris, sicut in lib. Ecclesiast. cap. 10. scriptum est: *In manu Dei, est potestas terræ,* & Dominus dixit Pilato: *Non haberes potestatem aduersum me, nisi esset tibi data desuper.* Arguit præterea translatio regnorum, breuitatem, & instabilitatem humanarum rerum, ne videlicet principes viribus suis, bonisque consilij, secutos se, ac beatos putent. Transfert etiam Deus regna ex vna gente in alias, propter impietatem, & iniquitatem. Nam à Chanaanæis regnum transtulit ad Iudæos, à Saule ad Dauidem, à Salomone ad Ieroboam: scriptum enim est in cap. 10. libr. Ecclesiast. *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.* & paulò infrà *Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.* Constituit autem Deus reges variis modis, & variis de causis: aliquando

Universidad de Deusto
Biblioteca



enim homines improbos eruit ad regnū, quia hoc populi improbitas commeruit, ipse enim vt ait Iob. 34. *Regnare facit hypocritam propter peccata populi*: & per Isaiam cap. 3. Dominus inquit, *Dabo eis pueros principes, & effeminati dominabuntur eis.*

Cur sinit Deus barbaros, & impios regnare, & populo suo dominari. *Isa.* 10. *Ezech.* 29.

Interdum sinit barbaros, & crudeles homines dominari populo suo, quo grauissima eius scelera puniat: quemadmodum per regem Assyriorum punuit decem tribus Israel, quamobrem per Isaiam appellat eum virgam furoris sui: & per regem Nabuchodonosor castigauit peccata tribus Iuda, quam ob causam per Ezechielem nominat eum seruum suum, sicut etiã rex Attila nominabat se flagellum Dei. Nonnunquam Deus creat aliquem regem, vt per eum animadvertat in alium regem. A quo grauiter est offensus, hanc ob causam iussit Deus Iehu regem Israel vngi, ad delendam posteritatem impij regis Achab. Denique quosdam efferri Deus ad regalem dignitatem, & potentiam, propter populi sui, & seruorum suorum vtilitatem, & consolationem. Legimus apud Isaiam cap. 45 & in principio libri Esdræ, Cyrum euectum esse à Deo ad amplissimum imperium, vt ipse populum Hebræum seruitute liberatum, in patriam dimitteret, ad instaurandum templum suum. Constantinus quoque, propter vtilitatem Ecclesiæ, diuina ope debellatis omnibus suis hostibus, solus amplissimum à Deo consecutus est imperium. Potro illis verbis: *Ipse reuelat profunda, & abscondita, & in tenebris constituta*, significari possent tria genera rerum, quæ super omnem sunt naturæ creatæ cognitionem. Vnum est rerum supernaturalium, cuiusmodi sunt mysteria nostræ fidei, vt Trinitatis, Incarnationis, & eucharistiæ, quæ dicuntur hic profunda. Alterum eorum, quæ vocantur arcana cordium, vti sunt propriæ voluntatis, & intellectus actiones, nominantur autem hoc loco abscondita. Tertium est eorum, quæ in scholis appellantur futura contingentia, quæ nec sunt actu, nec fuere vnquam, nec in causis suis determinatè continentur, obidque certam cognitionem parere non possunt: hæc nominantur in præsentia in tenebris constituta. Vt enim se habet ad sensum oculorum lux, & tenebræ, sic ad cognitionẽ intellectus, potentia, & actus. Atque huius triplicis difficultatis intelligendæ similitudinem quandam in visu licet cernere minimè alienam, cui quædam ignota sunt, quia longè distant, alia quia sunt in tenebris: nonnulla, quod aliquo impedimento ab ipso visu obliteruntur. Circa illa verba: *Innuit hominem de filijs transmigrationis Iuda*, breuiter admonendum duxi, tres fuisse intra viginti annos captiuitates Babylonicas Iudæorum, sub eodẽ rege Nabuchodonosor, easque omnes in Scriptura nominari transmigrationes. Prima fuit

Tria genera rerum quæ omnem creatæ naturæ intelligẽtiam excedunt.

Similitudo.

Nomen transmigrationis in triplicem captiuitatem Babylonica dictum inuenitur.



sub rege Ioacim, quam vocat transmigrationem Scriptura hoc loco, alias enim captiuitatis particeps fuit Daniel. Altera sub rege Ioachim seu Iechonia, quæ dicitur transmigratio ab Ezechiele cap. 1. & 40. & Hieremi. cap. 24. & diuo etiam Matthæo cap. 1. Tertia sub rege Sedechia, quam Hieremias cap. 1. etiam transmigrationis vocabulo appellat, licet hoc nomen magis in secunda captiuitate vsurpatum, & creatum sit.

*Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc.*

HVnc locum exponit Gregorius in prima Homilia super Ezechielem: cum enim docuisset prophetiam non tantum esse futurorum, sed etiam præteritorum & præsentium, ea ratione vt sunt illa homini occulta, & incomprehensibilia, subdit, prophetiæ tempora præterita, & futura, inuicem sibi concinere ad probationem, vt aliquando ex futuris præteritis, aliquando verò ex præteritis probentur futura: & cum prius illud, exemplo Moïs ostendisset, de hoc posteriori quod ad rem nostram facit, quemadmodum in ipso prophetię spiritu ex præteritis probentur futura, exemplum ponit huius somnii, quod Daniel est interpretatus. Petuit rex Babylonicus, inquit Gregorius, ex suis sapientibus, non tantum somnij interpretationem, sed etiam quale fuisset somnium, quod ei acciderat, & ex memoria effluxerat, vt nimirum ex præterito colligeret, si quid in eorum responsionibus certum teneret: quibus negantibus id scire se posse, adductus est Daniel, qui non solum hoc respondit quod interrogatus est, sed etiam ipsam somnij originem explicuit, dicens: *Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo, quid esset futurum post hæc*, & paulò post: *Tu rex videbas, & ecce statua vna grãdis*, cuius somnij mox vt ordinem dixit, quic quid ex eodem futurum sequebatur, aperuit. Pentemus ergo ordinem prophetiæ: à cogitationibus venit ad somnium, à somnio peruenit ad futura. Qui ergo ipsam, vt ita dicam, radicem somnij protulit, profecto ex præteritis probauit, quod vera essent, quæ de futuris diceret. Prophetia autem præsentis temporis, nec præteriti attestatione indiget, nec futuri, quia cum res occulta per prophetię verba detegitur, veritati illius, res ipsa, quæ ostenditur, attestatur. Hæc ibi Gregorius. Idem in 4. libr. Dialogorum, cap. 48. sex causas memorat somniorum, aut enim, inquit, ex plenitudine, vel inanitate corporis somnia exstiunt, aut ex præcedentibus in vigilia cogitationibus & curis, aut ex illusione dæmonis, aut ex cogitatione hominis simul & dæmonis illusione, aut ex reuelatione Dei. aut denique ex cogitatione & reuelatione Dei. In hoc autem

D. Greg. sentẽtia, de latitudine & efficacia prophetiæ.

postremo

postremo genere somniorum reponendum est somnium hoc Nabuchodonosor.

An somnium regis Nabuchodonosor ex causis naturalibus ei accedere poterit.

Ne quem autem subeat suspicari, propterea somnium hoc naturaliter illi regi potuisse accidere, quod somnium fuerit cõgruens cum antecedentibus eius cogitationibus & curis: naturale autem sit, vt qualia quisque vigilans diu multumque cogitauerit, talia frequenter dormiens somniet: frequentes enim, aut vehemens in vigilia phantasiæ commotio, naturaliter similes in somno eiusdem phantasiæ motus & phantasmata excitat: ne quis, inquã, id forte de hoc somnio suspicetur, sicut euenit, cogitationem & curam vigilantis, aliquando esse causam subsequentis somnij, cum illud ipsum somniatur, quod in vigilia fuerat animo agitatum: tunc autem somnium est signum, non quidem sui naturalis præteriti, sicuti ex effectu naturaliter signum quoddam est suæ causæ. Nonnunquam vero præcedens in vigilia cogitatio, non est causa consequentis somnij, sed tantum præparatio quædam animi ad illud accipiendũ, vel potius idonea quædam occasio atque opportunitas, vt somnium tunc homini detur, sic beato Iosepho deliberãti sponsam suam beatissimam Mariam dimittere, dormienti somnium à Deo datum est, ad eius cogitationes pertinens, quo scilicet vetabatur dimittere sponsam, & vnde illa prægnans esset, docebatur. Simili ratione huic regi, de futuro regni sui statu anxiè cogitanti, aptè & opportunè missum est somnium, & fuit, & aliorum regnorũ conuersiones significans, scilicet, vt ex cõuenientia significationis somnij cum prægressa cogitatione sua, agnosceret rex interpretationem Danielis, non esse coniecturam, sed veram, hinc quæ dignam.

Quid sentiendum de somniis, quæ Gentiles, vt vera & diuina tradiderunt.

Verum quid dicturi sumus de multis somniis futura hominum euẽta significantibus, hominibus etiã malis, atque impijs, nec à Deo, vt credere par est, datis, in quibus colligendis Cicero in libro de Diuinatione, & Valerius Maximus lib. 1. cap. 7. copiosi ac diligentes fuerunt? Respondebimus, pleraque illiusmodi somniorum coniecta esse, vel ab ipsismet, quibus accidit effectu, quo maiorem illi apud homines sibi obseruantiam & venerationẽ acquirerent, vel ab vigilis scriptoribus, quos mirabiliora essent, quæ narrabant, ex supra verum insignificantibus. Sed esto, talia somnia nonnunquam accidere int, & vera euaserint, id tamen quia rarissime contigit, casu ac fortuito accidisse putãdum est. Quid enim mirum, ex innumerabilibus somniis falsis, vnum aut alterum cecidisse? Quod si nos vrgere insistant, multa eiusgeneris contigisse, etiam id facile expediemus, affirmantes ea somnia potuisse a dæmone mitti, & ingeri dormientibus, quo videlicet homines in superstitiosam omnium somniorum obseruationem inducerentur. Potest autem dæmon in dormientibus exprimere somnia præsignificantia res futuras, eas dico, quæ, vel ex certis causis naturaliter euenturæ sunt, vel quas dæmon ipse aliquãdo post tempore facturus est, vel quas, si non certis argumentis, probabilibus tamen signis futuras coniectat.

## *Qui revelat mysteria, ostendit tibi rex, quæ ventura sunt.*

ILlud quod in Euangelio legimus, ait hoc loco Hieronymus, *qui solem suum oriri facit super bonos & malos*, etiam super Nabuchodonosor intelligamus esse completum. Tã est enim clementia Dei, vt etiam regi impio & barbaro, dissensionis suæ, qua mundum regit, mysteria reuelaret. Sed huius rei tres possumus asserre causas, præter alias suprà positas. Primo quidem id fecit Deus, vt rex superbus & crudelis, agnoscens instabilitatem & breuitatem regni sui, non multo post ad aliam gentem transferendi spiritus suos deponeret, seque submitteret vero Deo, in cuius potestate esse disceret, regna quibuscunque vellet dare, vel auferre: nec superbe insultaret Hebræis, tunc sub ipso captiuis, eósque inhumaniter tractaret, sed animo suo reputans, eandem, quæ illis cõtigerat, sibi quoque paratam esse regni mutationem, & euersionem. Deinde, vt sciret homines, qui tetrenotum regnorum amplitudine & pompa subnixi, se in summa felicitate esse putãt, esse aliud quod dicam regnum diuinum, & æternum Christi Domini & seruatoris eius, tantò cæteris omnibus præstantius, quanto cælũ terræ, æternitas tempori, Deus homini præstat: & sic iam ex eo tempore cognitio quædam venturi Christi, & regni eius, in animis mortalium seteretur. Postremo, vt cunctis mundi huius principibus manifestum fieret, omnem eorum potentiam & gloriã, caducam, fluxam, & instar somnij atque imaginis esse. Lege Psal. 36. & 72. & cap. 20. Iob.

Matt. 5.

Tres causæ cur Deus misericors somnio dignatus sit regem Nabuchodonosor.

Sed quia locum hunc Philo Iudæus disertissimè grauissimèque tractauit, verba eius ex libro qui inscribitur, Quod Deus sit immutabilis, nec me piguit hic adscribere, nec lectorem tædebit legere. Sic autem scribit. An putas tem vllam mortalem vere esse, & non tanquam in suggestu quodam, ab inani & incerta opinione sustineri, non aliter quam somniorum ludum? Quod si nõ libet singulorum fortunas perquirere, vide regionum integrarum, & gentium mutationes. Floruit quondam Græcia, sed Macedones potentiam ei abstulerunt. Postea Macedonia præualuit opibus, sed diuisa in plures portiones, sic debilitata est, vt tandem omnino interiret. Ante Macedonium imperium,

Præclara Philonis sententia de volubilitate, atque instabilitate regnorũ huius mundi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



imperium, inclyta fuerat Persarum felicitas, sed vna dies tam ingenti regno finem attulit & nunc Persæ, penes quos paulò ante fuerat imperium, sunt Parthorum provincia. Fuit Ægypti olim perampla, & magnifica potentia, sed nubis in modum præteriit eius felicitas. Quid Æthiopes, quid Carthago in Africa, Quid Pontici reges, quid Europa, Asiaque, vt compendio dicam, totusque orbis habitabilis? nonne more nauis fulsque deque iactatæ marinis fluctibus, nunc secundis ventis, nunc aduersis vtitur? Nam verbum diuinum choreas in orbem ducit, quod vulgus hominum fortunam nominat, & omnes gentes circumlustrando, nunc his, nunc illis imperia vel tribuit, vel adimit. Nihil igitur est in humanis rebus præter vmbram, auramque tenuissimam, sine mota præteruolantem: eunt enim vltrò citroque, tanquam æstuaria. Nam & matini æstus, nunc cum magno impetu sonituque accedunt, & longè lateque per littora diffunduntur, vndis stagnantibus: nunc refluunt retrò, nec solùm terram, sed maris etiam partem aquis nudatam, in similitudinem continentis redigunt. Simile quiddam accidit, quando fortuna, postquam populosam aliquam gentem inundauit magnis felicitatibus, etiam fluxu auerso, ne guttam quidem sinit reliquam, deletis prisinæ opulentiæ vestigiis. Hactenus sunt Philonis verba.

*Mihi quoque, non in sapientia, quæ est in me plusquam in cunctis viuentibus, hoc sacramentum reuelatum est.*

An somnium Nabuchodonosor, potuerit Daniel naturali solertia & sapientia verè interpretari.

SVpra etiam dixerat Daniel, *mysterium quod rex interrogat, sapientes, arioli, magi, & aruspices vrgiuum indicare regi, sed est Deus in cœlo reuelans mysteria.* Ex vtroque loco satis apparet, significationem & interpretationem huius somnii, nulla hominum ratione, & artificio cognosci, & adinueniri potuisse. Et rectè sanè: nam si Deus voluit persuasum, & certum esse regi, illud somnium non naturaliter, aut humanitus, sed diuinitus ipsi accidisse, conueniens profectò fuit, vt eiusmodi daretur eius intelligentia non pollet a quoquam mortalium humana ratione comprehendi. Deinde, somnium illud significabat futura hominum cuncta, quin etiam Dei consilia, & decreta, quarum rerum certa cognitio, humanæ mentis, vim & captum exuperat. Ad hoc somnium illud, cum esset signum futurorum, aut erat signum naturale, aut voluntarium. Non naturale, nam quod naturale signum est alicuius rei vel causa est eius rei, vel effectus, vel eum causa effectuve naturaliter & necessario coniunctum, denique naturale signum connexionem



ne quandam naturalem & conuenientiã cum re significata habeat necesse est. Horum autem nihil conuenit in illud somnium comparatione earum rerũ, quas significabat. Neq; enim statua illa, vel secundùm materiam, vel secundum figuram, habebat naturalem conuenientiam regnorum, conuersionibus & euersionibus, quas significabat. Si autem erat signum voluntarium, & vt patet, non ex voluntate hominum, sed ex sola Dei voluntate profectum, constat nemini potuisse significationem eius esse notam, nisi cum voluntas Dei esset patefacta. Adice, quod illa statua per se considerata, remotaque Dei reuelatione, multa & varia significare poterat, scilicet, vel variam mutationem euentuum circa personam ipsius regis, vel circa successores ipsius, vel circa regna, & reges alios, quam qui tuera significati sunt. Patet hoc ipsum argumento nostrorum concionatorum, qui illam statuam & imaginem varie vsurpant, & ad innumeras propemodum res significandas applicare, & accommodare solent. Sed enim, obiiciet aliquis, fuisse olim apud Gentiles, somniorum coniectores & interpretes, qui multa somnia significantia res futuras, vere interpretabantur. Atqui, tanto plura illos falsò interpretatos esse constat, vt quorum veridici interpretes fuerunt, aut casu & temere, aut sagacitate quadam, & solertia humanæ mentis fuisse existimãdum sit. Quin sæpenumerò illi, idem somnium contrariè interpretabantur. Narrat Qu. Curtius lib. 3. somnium quod Dario regi, paulo ante prælium, quo primum ab Alexandro superatus est, accíderat, vates contrarias in partes esse interpretatos: alios enim, id somnij victoriam Dario, alios cõtra, Alexãdro portendere, respondisse. Accipe aliud exemplum a Cicerone in libro secundo de Diuinatione positum: cum sor ad Olympia proficisci cogitans, vidit in somnio aquilam esse factum, cõsulunt vates: vnus dixit, ipsum procul dubio victurum, aquila enim cunctas aues sublimitate antecellit: alter contra, victũ iri respondit, aquila namque ceteras aues infectans & agitans, sempter postrema est. Videsne futilitatem & vanitatem huiusce diuinationis.

An apud Gentiles fuerint veri interpretes somniorum.

*Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis, & intuitus eius erat terribilis.*

QVi Deus sub specie statuæ, vel imaginis humanæ, somnium illud significans futurã regnorum, & euersionẽ figurari & exprimi voluerit, quo planius intelligatur, sciendum est quatuor esse genera signorum, quibus Deus ad significãdas res futuras vti solet. Primum est eorũ, quæ tãtummodo sunt signa, nec aliud quã ad significandum a Deo institura: huiusmodi

Quatuor generadiuinorum signorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



insmodi sunt omnia signa quæ prophetis, vel dormientibus per somnia, vel vigilantibus per imaginarias similitudines, sine in raptu, siue in ecstali dabantur. Alterum genus fuit eorum, quæ & res quædam erant ad aliquem certum vsum comparatæ, & præterea erant signa ad aliud quidpiam significandum constituta. Huius generis fuere Mosaicæ legis cæremoniæ, tũ propter Dei cultum illo tempore ab Hebræis custodiendus, tum propter significationem mysteriorum nouæ legis à Deo mandatæ. Tertium eorum fuit, quæ significabant id, quod fiebat, quemadmodum septuplex lotio Naaman Syri in Iordane, significabat lotionem eius a lepra, quam tunc in eo diuina virtus operabatur. In hoc item genere signorum reponenda sunt sacramenta nouæ legis, quæ faciunt, id quod significant. Quartum, & vltimũ genus signorum eorum est, quæ significabant non tam id quod tunc fiebat, quam aliud quiddam multo præstantius, olim futurum: exempli causa iussit Deus ad euertendos muros Iericho, sacerdotes septies vbè circumire tubis clãgentes: quod non tam euersionem illius vrbis significabat, quam omnẽ idololatriæ potentiam per Euangelij prædicationem toto orbe personantem, omnino dissipatam iri portendebat. Ad hoc genus signorum pertinebat etiam serpens ille æneus in deserto erectus a Mose, quem aspicientes sanabantur à morsibus serpentium: ille enim non tam signum fuit illius corporalis, & temporariæ sanitatis, quam spiritualis, & æternæ salutis, quam Deus per crucem filij sui humano generi daturus erat: sicut ipse inter Christum apud Ioannem capite tertio, interpretatus est. In primo autem signorum genere, cõtinetur somnium hoc, quod propterea sub similitudine imaginis & statuæ hominis est figuratum, quia significabat cõuersiones regnorũ: ratio autẽ regni potissimũ in hominibus consistit, hoc est, in rege, & subditis, regni quoque splendor, nobilitas, potentia, antiquitas, magnificentia, & fortitudo, præcipuè in hominibus posita est, quin communitatio regnorum ob imperij ex vna gente in aliam translationem maximè fieri solet.

Sacramẽta nouæ legis ideo quod significãt *Ios. 6.*

*Num. 21.*

Cur statua ex auro, argẽto, ære, ferro, & luto.

Cur statua erat terrifica.

Erat autem intuitu illius statuæ terribilis: primo quidem, ob infinitam corporis molem, & procerit atem, & quia minaci, & terrifico vultu regem aspiciebat, ei quodammodo imminentiam gebat etiam terrorem, tam multiplex, & diuersa statuæ materia, insignem aliquã rerum variationem portendẽs: maxime vero tanta dissimilitudo, & discrepãtia inter caput aureum, & digitos ferreos, quo significari videbatur lapsus ex optimo & felicissimo statu in vilissimum & miserrimum. Super omnia verò terribilis erat tantæ imaginis cõstructio, & vsque in puluerem resolutio, facta ab illo lapide, in quo tria erant valde mira,



mira, & portentosa, quod sine manibus abscissus esset ex monte, quod primo paruulus, mox instar magni montis vniuersam terram occupasset, denique quod illius & impactus illi statuæ eam contriuisset: & vsque ad puluerem comminuisset. Sed in primis terrifica erat eius imaginis significatio. Erexim magnorũ imperiorũ commutatio, fieri non potest sine magno terrore bellorum, sine fœda principum cæde, sine depopulatione, & vastatione regionum, & populorum, sine multa hominum interneccione.

*Huius statuæ caput, ex auro optimo erat: pectus & brachia de argento: venter, & fœmora, ex ære, tibiæ ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, & quædam fictilis.*

DEscribitur his verbis quadruplex illius statuæ materia, aurum, argentum, æs, ferrum: nam fictilem seu testaceam materiam, bene monet Theodoretus non esse hic positam, quasi principalem statuæ materiam, sed tanquã ferro commixtam. Sicut enim quatuor regnorum mutationes significantur, ita quatuor sunt principales materiæ, quarum vna quæque naturali sua qualitate, & proprietate, eius regni, cuius est signum, conditionem, & proprietatem mirificè declarat. Quatuor autem regna, quæ quadruplicis materiæ varietate significantur, confessione fere omnium, manifestum est esse regnum Chaldæorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum. Cur autem hæc quatuor potissimum fuerint significata præ tertiis aliis quam plurimis, in promptu est causam reddere, per hanc enim statuam significatur regna, vel tunc præsentia, vel futura, non autem præterita, & iam extincta. Quam obrem hic non comprehenditur monarchia Assyriorum, quippe quæ ducentis circiter annis, ante huius somnij tempus destructa, & euersa fuerat. Quamquam dici posset, eam esse comprehensam in regno Chaldæorum, quod nihil fuit aliud, nisi pars quædam, & quasi propago monarchiæ Assyriorum. Deinde, significantur quatuor regna totius terræ floretissima, potentissima, & amplissima, præteritis compluribus aliis regnis tunc humilibus, & obscuris, & angustis, sicut erat regnum Sicyoniorũ, Atheniensium, Lacedæmoniorum, & Lydorum. Nec significantur hac imagine omnia regna post futura simpliciter, sed tantum futura vsque ad aduentum & regnum Christi. Quocirca, quæ post exorta sunt imperia, Gothorum, Saracenorum, & Turcarum, ad huius figuræ significationem minimè pertinent. Denique, imago hæc significabat cõuersionem

Cur per illam statuam significata fuerint quatuor tantum imperia, Chaldæorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum, alijs quamplurimis regnis prætermissis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



non quorumlibet regnorum, sed eorum, quorum vnum ita proximè succesit, alteri vt posteriùs euerteret prius, & prioris ruina, posterioris imperij origo, & dilatatio esset. Idquod in his quatuor regnis Chaldæorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum euenisse, liquidum certumque est vt extra huius imaginis significationem sint, antiqua Ægyptiorum, Scytharum, & Charragmensium imperia quæ nec inter se: nec cũ his quatuor regnis prædictum ordinem, & seriem successionis habuerunt. Non recte igitur Prosper in libr. de Promission, & Prædictionibus Dei, par. 2. c. 31. sequutus Paulũ Orosium, interpretatus est per ventrẽ & fœmora ærea, figuratum esse Punicum seu Charragineuse imperium. Sed quid de Medorum imperio, quod eo tempore stabat, dicemus? respondebimus, vel esse inclusum in monarchia Persarum, cuius conditor Cyrus, eiusque deinceps successores, Persarum simul ac Medorum reges fuere, qua nobis rem Persicum imperium figuratur hic per pectus cum duobus brachiis: vel esse omissum, quia tunc principatus Medorum valde angustus, & restrictus erat, vt paulò infra ostendemus.

An visio huius statuæ differat ab alia simili visione Danielis, quæ infra narratur cap. 7.

Sed quia visio quam habuit Daniel anno primo regis Balthasaris, vt infrà narratur capite septimo, eandem significat eorundem quatuor regnorum commutationem, declarandũ est, quid inter hanc & illam visionem conueniat, & differat. Conueniunt dupliciter, tum in re figurata & significata, quæ est mutatio illorum quatuor regnorum, tum in modo visionis, vtraque namque accidit dormientibus per somnium. Sed pluribus modis differunt, primùm tempore: nam illa visio captis septimi euenit post hanc quadraginta annis, tot enim annos reperies à vigesimo quinto anno Nabuchodonosor, quo anno somnium hoc ei contigit, vsque ad primum annum regni Balthasaris. Posteà ratione personæ: nam illa soli Danieli, hæc primùm regi Nabuchodonosor, tum Danieli etiam obuenit. Deinde, in qualitate figuræ, ac similitudinis. Nam hæc sub specie vnius statuæ expressa est, illa sub similitudine quatuor animalium, leænæ, vrsi, pardi, & quartæ bestiæ, cuius nomen tacetur. Ad hoc, in illa visione quæ ad singula prædictorum quatuor regnorum pertinent, subtilius, vberius, & distinctius explicantur. Denique in hac visione pauca de regno Christi, nihil de regno Antiochi Epiphanis, vel Antichristi: illa de Christi regno plura & sublimiora, multa etiam de Rege Antiocho, & sub eius figura de ipso Antichristo insinuantur.

Tu es rex



*Tu es rex regum, & sub ditione tua vniuersa constituit Deus, tu es ego caput aureum.*

De potentia regis Nabucho donosor.

DEinceps particulatim interpretatur Daniel, quid singulæ illius statuæ partes propriè significarent. His autem verbis describitur primò regnum Chaldæorum. Dicitur autem Nabuchodonosor rex regum, quia maximus erat omnium regũ sui temporis, vel quia multis & magnis regibus imperabat. Etenim per Hieremiã c. 27. prædixit Deus hunc regi, multas gentes, magnosque reges seruituros: & Abac. c. 1. vaticinatus, cum de regibus triumphaturũ: quin ipse Isai. c. 47. Babylon regnum domina vocabatur. Multa sunt autem quæ de huius regis magnitudine, potentia, & ditionis amplitudine, tum hoc, tum aliis locis diuina prædicat Scriptura. Nam infra c. 4. huic ipsi regi dicit Daniel, *Tu rex magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua peruenit vsque ad cælum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ:* idem cap. 5. propter magnificentiã huius regis, ait omnes linguas timuisse ipsum, quàs quos volebat, percutiebat, interficiebat, & quos volebat, exaltabat aut humiliabat. Per Hieremiam c. 27. ait dominus de hoc rege, *seruient ei gentes multæ, & reges magni: gens autem & regnum quod non seruierit ei, & non posuerit collum suum sub iugo eius, ego dominum in gladio, fame, & peste visitabo ipsum.* De eodem rege Nabuchodonosor, cap. 1. sic vaticinatus est Abacuc, *congregabit quasi arenam captiuitatem: ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.* Ne his quidem minora, de hoc rege ab ethnicis scriptoribus prodita sunt, velut a Beroso, Megasthene, Philostrato, Abydeno, Alphæo, & Alexãdro Polyhistore, quos Iosephus primo lib. contra Appionẽ, & Eusebius lib. 9. de præparatione Euangelica, capite vltimo commemorant. Berosus certè in historia de rebus Chaldaicis, cunctis superioribus regibus, imperij & gloriæ magnitudine, cum anteponit: Megasthenes lib. 4. de rebus Indicis, tradit hunc præter Orientis prouincias, Ægyptum quoque & Africam, Hispaniamque subiugasse, eumque confirmat virtute animi, & rerum gestarum præstantia Herculem superasse, Strabo libro decimoquinto suæ Geographiæ scribit hunc regem omnium potentissimum, & ipso Hercule præstantiorem fuisse à Chaldæis existimatum. Tertul. in lib. aduersus Iudæos, vbi agit de regno Christi, ait hunc regem imperij sui terminos habuisse ab India vsque ad Æthiopiam.

Omnia fuisse sub imperio Nabuchodonosor, quatuormodis intelligi posse

Sed nihilominus tamen, videtur supra veritatem esse, quod dicitur, vniuersa quæ homines & bestiæ inhabitabant, sub

Universidad de Deusto
Biblioteca



regnis imperio fuisse subiecta. Constat enim, Europam totam, nec non Indiam, et alias complures prouincias, & gentes vsque ad Oceanum, eius regi dominationi fuisse subiectas. Conuenit igitur, vt prædicta verba veram habeant sententiam, aliquo modo intelligantur. Nam, vel hoc dictum fuit per synecdochē, qua totum ponitur pro magna, & principali parte. Etenim qui talis rex debellauerat magnam, & principalem partem orbis, tunc Chaldæis cogniti, & famosi, ideo dicitur habuisse imperium in vniuersum terram. Vel in his verbis est hyperbole figura, sacris literis perfrequens, qua, vt magnitudo rei exprimatur, ea ipsa veritatem extollitur: quomodo Genes. 22. dicitur semen Abrahæ, tanquam arenam maris multiplicandum: & in 2. Reg. c. 2. Saul, & Ionatas dicuntur aquilis velociores: & in 3. Reg. cap. 10. dicitur tempore Salomonis fuisse tanta copia argenti, quanta erat lapidum. Vel Hebraïca est hæc, peculiaris diuinæ Scripturæ ponere omnes pro multis, sicut contra multos pro omnibus. Prioris exemplum habes Genes. 22. in Abraham, in quo dicuntur benedicendæ omnes gentes, pro eo, quod ei, multæ gentes. Nam capite 17. dixerat ei Deus, patrem multarum gentium constituere. Posteriores exemplum reperies in cap. 5. Epist. ad Rom. quo loco Paulus ait propter inobedientiam Adami constitutos esse peccatores multos, id est, omnes: nam ibi dixerat, omnes peccasse in Adamo. Vel denique Daniel hæc dixit secundum existimationem, & modum loquendi Chaldæorum, qui regem suum, quo magnitudinem imperij eius extollerent, vel quo terræ appellare ipsum solebant. Sic beatus Ioseph in Euangelio simpliciter dicitur pater Christi, quia sic vulgo existimabatur, & appellabatur. & apud Hieremiam c. 28 Hananias pseudo propheta, vocatur simpliciter propheta, quia vulgi existimatione, & appellatione, propheta erat.

Quomodo caput aureum statuæ significabat regnum Chaldæorum.

In illis porro verbis *tu es caput aureum*, triplex latet figura. Nā primo ponitur rex pro regno, *tu es caput aureum*, i. tuum regnum es: caput aureum: non enim hic agitur de regibus, sed de regnis: id quod patet ex eo, quod proximè sequitur, *post te surget alium regnum*, quibus verbis non significatur regnum Persarum fuisse futurum post obitum Nabuchodonosor, sed post regnum Chaldæorum, cui tunc ipse præerat. Altera figura est in eo, quod rex, seu regnum Chaldæorum dicatur esse caput aureum, pro eo, quod eis significari, seu figurari capite aureo. res enim significata, & figurata, nominatur vocabulo signi, & figuræ: qua figura orationis vtitur scriptura, cum Ecclesiam Christi appellat Syon, vel Hierusalem, & ipsum Christum nominat



nabat Dauidem: sicut interdum contrariū, vt quod est figura, appelletur vocabulo rei figuratæ: quemadmodum Paulus 1. ad Cor. 10 dixit: *Petra autem erat Christus*, id est, petra figurabat Christum: & in Scriptura veteris testamenti imagines bouum, leonum, & cherubin, & serpentium. Lege Augustinum in quæstionibus super Leuitic. q. 57. Tertia figura est in illis verbis: *caput aureum*, continens duplicem metaphoram, alteram capitis, qua significatur principatus antiquitatis, & sapientiæ: quo duplici nomine, Chaldæos olim gloriati fuisse, facris literis relatum est, erat enim regnum Chaldæorum antiquissimum, & primum omnium, vt liquet ex 10. cap. lib. Geneseos. Apud Chaldæos item diu multumque viguit studium sapientiæ, vnde per Isaiam c. 47. dixit Dominus Babyloni, *Scientia & sapientia tua decepit te*. Altera metaphora continetur in vocabulo, *aureum*, quo denotatur maxima huius regis opulentia. Ex mira fecerat, quippe brevissimo tempore amplissimum imperium adeptus est. Non tamen quærendum est, quia regnum Chaldæorum comparatur auro, Persarum autem argento, & Alexandri Magni, atque Græcorum ære, denique Romanorum ferro, propterea regnum Chaldæorum in tribus regnis fuisse floruisse, ac magnificentius: non enim appellatur auro cum comparatione sequentium regnorum, sed comparatione eorum, quæ tunc erant, regnante Nabuchodonosor. Quamobrem Hieremias cap. 5. Babylonē appellat aureum calicem inebriantē omnes gentes.

Res figurata nomine signi appellantur.

Antequā te Nabuchodonosor monarchia Medorū inuaderet esset imperio Chaldæorum.

Sed enim contra ea, quæ de huius regis magnitudine imperij, & potentia dicta sunt, quispiam forsitan illud obiicere nobis posset, quo tempore regnabat Nabuchodonosor, eo tempore fuisse monarchiam Medorum, multis annis ante eum regem Iosiam, multisque item post eum annis, tempore Cyri extitisse. Erat igitur tunc maior Medorum, quam Chaldæorum potentia. Quin hoc ipsum confirmari posset auctoritate Herodoti, qui primo libro, Cyaxarem Medorum regem affirmat fuisse potentissimum, eum namque ait toti Asiæ dominatum et omnesque Assyrios, exceptis Babyloniis: sub imperium tum subiunxisse, Cyaxarem autem, cuius nepotis Herodotum demonstras æqualem fuisse regis Nabuchodonosor: cum enim ab exordio regni Cyaxaris, vsque ad primum annum Cyri recenseat ipse annos septuaginta quinque, scilicet quadraginta ipsius Cyaxaris, & triginta quinque Astyagis, cuius imperium Cyrus bello obtinuit: ex sacris autem literis, ab anno xxx. Nabuchodonosor vsque ad primum annum Cyri, septuaginta anni captiuitatis Iudæorum colligantur, necesse profecto est, principium regni Cyaxaris, in decimum quartum regni Na-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ni Nabuchodonosor annum incidisse. Ex his videbitur conclu-
di, Medos eo tempore Chaldæis fuisse potentiores. Verum
hanc obiectionem diluere non est difficile, si animaduertamus
eo tempore fuisse monarchiam Medorum valde coangustatam,
depressam, & afflictam: tum ob insignem eadem qua aliquod
ante annis, superbi Nabuchodonosor, cuius mentio fit in li-
bro Iudith, Medos afflixerat, victo rege Medorum Arphaxad,
profligatoque omni exercitu, & capta Ecbatanis regia Medo-
rum ciuitate: cum etiam ob immensam vim Scytarum, qui
vniuersam Asiam tanquam inundantes, & per viginti octo an-
nos prædati, ac depopulati, Medos intra suam regionem ma-
nere compulerunt. Quapropter Cyaxares, qui vt diximus an-
no decimo quarto Nabuchodonosor regnare cœperat, per illos
viginti octo annos, scilicet, dominantibus Asiæ Scytis in regno
sum se continuit, hoc est, vsque ad mortem Nabuchodono-
sor, quem supra ostendimus, tres, & quadraginta regnasse an-
nos. Postremis igitur xij. annis, quibus Cyaxare superstes Na
buchodonosor, regnauit: dolo interfecto fere Scytis, imperium
præferre, atque, vt narrat Herodotus, florere cœpit. Quocirca
Daniel, qui somnium hoc inter pretatus est, anno xxv. regni
Nabuchodonosor, vt supra diximus, recissime dixit, fuisse eum
tunc potentissimum, & maximum regem.

*Post te, consurget aliud regnum minus te.*

Quomodo dicatur regnū Persarū minus regno Chaldæorum.

His verbis significatur, regnum Persarum, quod proxime post regnum Chaldæorum attollerit. De quo, quæ hic dicuntur, tres habent quæstiones. Prima quæstio est, cur regnum Persarum dicatur minus regno Chaldæorum, cum ex Scriptura constet ditionem Persarum multo fuisse ampliorem, quam Chaldæorum: liquidem in libro Esther 1. & 10. c. Assuerus ille Persarum rex, imperium habuisse dicitur ab India vsque ad Æthiopiam super centum viginti septem prouincias, cumctasque maris insulas: tantum autem non fuisse Chaldæorum imperium, per se manifestum est. Quid? si Cyrus primus Persarum rex, regnum Chaldæorum bello captum adiuxit suo, nonne quod ex vtroque conflatum est imperium, maius fuisse necesse est? Responderi potest, dictum esse regnum Persarum minus regno Chaldæorum, non potentia, vel opulentia, sed antiquitate, ac diuturnitate: stetit enim regnum Chaldæorum, vel Assyriorum, ab ortu suo sub primo rege Nino, vsque ad interitum sub Baltha'are, vltimo rege, quingentos, & mille annos: cum monarchia Persarum intra ducentos, & quadraginta annos, & condita & euersa fuerit, sed illud dictum verius est,



verius est, Danielem hoc dixisse de regno Persarum, non pro-
pter postea futurum erat, sed prout erat tunc regnante Nabucho
donosor, quo tempore multo angustius & obscurius erat, quàm
tunc erat regnum Chaldæorum: vt hæc sit eorum sententia.
Post te, consurget aliud regnum, quod tunc est minus. Hoc
autem ideo dixit Daniel, vt rex ille præsenti felicitate nimis ela
tus ac superbus, agnosceret miram regnorum vicissitudinem,
quæ fit, vt regna, quæ multo tempore latissimè, & gloriosis-
simè imperauerãt, postea exiguis restricta finibus, magnã in ob
scuritate & humilitate iaceant: contra verò, quæ diu parua, &
ignobilia fuerant, deinde amplissimum, & nobilissimum im-
perium consequantur: tam instabili, & præcipiti gradu est re-
gnum felicitas, quæ vulgò maxima æstimatur, tamque volu-
bili orbe, imperiorum vices circumaguntur.

Mira vicissitudo regnorũ.

Altera quæstio est, cur regnum Persarum compatatum sit argento: siquidem in illa statua, per pectus & brachia argeã tea præfiguratum est. Respondeo, comparatum fuisse argẽto, propter immensam Persici imperij opulentiam, atque meredi bilem vim, & copiam diuitiarum: huius opulentiæ multa, & illustria exant argumenta. Primo Cyrus conditor imperij, & Persarum, victo Crœso Lydorum rege, totius Asiæ ditissimo, adeo vt prouerbij loco diceretur, ditior Græco, superato item rege Chaldæorum, omnes Lydorum & Chaldæorum opes in suam potestatem redegit. Quantum verò auri & argẽti Cyrus debellata Asia reportauerit ostendit Plinius lib. 33. c. 3. his verbis: *Cyrus deuicta Asia tondo auri xxcclij. millia inuenit præter ba sa aurea, aurumque factũ, & in eo fólia, ac platanum, vitesque. Qua victoria, argenti quingenta millia talentorum reperiuntur.* Hoc est si ad rationẽ Atticorum talentorum, & ad vulgarem nostram computationem redigantur, trecenti octuaginta millions, *& in super craterem Semiramidis, cuius pondus xv. talenta Ægyptiaca collegerat. Talentũ autẽ Ægyptiũ fóla lx. capere, Varro tradit.* Tã 6.45. Deus promittit se datum Cyro, thesaurros absconditos: qua si diceret, manifestos, & parabiles thesauros, ipse sibi comparabit, sed præter hos, ego illi absconditos, & obtrusos eruã, & dabo. Eandem Persarum opulentiam fama declarauit Assuerus ille ma gnus Esther in illo sumptuosissimo conuiuio, quod in exordio libri Esther describitur: sed multò magis, ante illum Xerxes in illo suo innumerabili exercitu, quo vniuersam Græciam debellare voluit. Narrat Athenæus sub initium lib. 12. de opulentia, & luxu Darij regis Persarum scribens, tempore Darij vltimi Persarum Regis, in eas tam delitiæ & luxum Persarum reges esse prolapsos, vt ad caput cubilis regij, conclaue

Cur Persarũ imperium compare tur argẽto, & de opulẽtia Persarũ.

Opulẽtia Cyri ex Asia.

Alij legũt folia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



esset parietevno intertitium, ea magnitudine, quæ quinque lectos caperet in quo semper silent coacta talenta auri quinque millia, quæ trecentis centenis millibus coronatorum æstimantur, hocque conclave cervical regis appellabant. E regione vero huius aliud erat conclave, ad quod cubitu ejus pedes vergebant, capax trium dumtaxat lectorum, in quo talenta argenti tria millia condebantur, & scamnum suppedaneum dicebatur. In ipso autem cubiculo recto vnius erat auceæ gemmis inclusis locupletata, quæ velut pergula regio cubili obædebant, quam vitem Amyntas in libro de mansionibus regum prodidit, racemos etiam pensiles habuisse ex lapillis pretiosissimis. Ad extremum, demonstrat hoc, præda gazæ Persicæ, qua potitus est Alexander Magnus, quam Curtius fuisse ait ad centum & quinquaginta septiem millia talentorum, absque Babylonica pecunia. Strabo autem omnia complexus, centum & octoginta millia putat. Quæ summa ad rationem nostratis pecuniæ redacta, conficit millies & octies sexcenta millia aureorum, vel, vt Italice dicam, *seicto & otto millioni*. Ergo, opulentia Persarum imperium, propter minimam eius opulentiam, fuit argento comparatum.

Cervical Arabellū Pergula regum Persarū.

Præda Persica Alexandri Magni cento & otto millioni. Persicū regnum, pecturi & brachia cur licco paratum

Tertia quæstio cur comparatum fuerit Persicum imperium pectori & brachiis? Multæ po causæ, Principio, licet pectus & brachia proxime cohærent collo & capiti, tut regnum Persarum, regno Chaldæorum proxime succesit. Deinde regnum Chaldæorum à duobus velut brachiis, id est, à Dario Medo, & Cyro auunculo, & ab ipso Cyro dilatatum est. Præterea, per pectus, & brachia significatur Cyrus similatus imperij Persici: nam, vt in pectore coniunguntur duo brachia, sic primum in Cyro, duo regna, Medorum, & Persarum, quæ ante alterata diuisa, sunt coniuncta. Ad hoc, significatum Cyrum pectore id est, singulari prudentia, & animi magnitudine, ac vigore: hæc enim impigrè est, tota vita laborando, & bellando, tantum sibi imperium comparasse. Pinxit autem secundum moralem sensum, pectus & brachia argentea, designans ingenium auri, animo pectoreq; omni solertia scientiarum, studio, animique ad cetera omnia brachio prædi, omni labore, & industria ad eam tuendam, augendam, & conservandam pertinaci incumbi. Nec alienum fuisse abhorret, quod auaritia pro idolorum & statuarum seruitute ignarus, cum D. Paulus auaritiam appellet idolorum seruitutem.

Morallis sensus.

Colos. 3.

*Et regnum tertium æreum: quod imperabit vniuersæ terræ.*

Duo sunt



DVo sunt in his verbis explicanda: vnum est, cur regnum Alexandri & Græcorum, quod his verbis significatur, figuratum sit in illa statua, ventre & femoribus; & alterum est, cur compactum sit æri. Ac primo quidem, comparatum est ventrium, quia sicut venter subest pectori, sic regnum Alexandri & Græcorum proximè successit regno Persarum. Et sicut venter ad se trahit omnem cibum, eumque subigit, atque conficit, nec diu tamen in se retinet, sed ad alia membra transmittit: sic Alexander plurima regna sibi vendicauit, & tuo imperio subiecit, diu tamen illis potiri non potuit, sed ea ducibus suis possidenda, & fruenda reliquit. Denique, figura vetus significat immodicæ vini cupiditas, & intemperantia, qua infamis fuit Alexander: hoc enim vitium in eo admodum insigne, & notabile fuisse, qui res eius scripserunt, non infitiantur. Curtius libro quinto, ita scribit, *Cæterum ingentia animi bona ciuilem, qua ornatus regem antecessit, illam ab subeundis periculis exercitum, ab vrbes mollendis efficiendisque ciuitatem, in deditis feris, ac per omnis elementiam, in voluptatibus, permissis quoque, & vsitatis, temperantiam, inuolauit illi vini expulit, ac fœdauit.* Saepissime totas noctes comessebatur, ac potabat, noctibusque dies iungebat, quin nonnunquam tantum vini hausit, vt totum triduum, mero somnoque sepultus iaceret, donec vinū edormisceret. Instituebat etiam in exercitu, potationum certamina, amplo ceretos vincenti constituto præmio. Certe Plutarchus qui quatuor congios ebiberat, tanquam victor talentum ab eo tulit: sed intra triduum ex ebrietate extinctus est, aliique vnus & quadraginta, eandem ob causam examinat. In conuiuio temulentus, suasu Thaidis procacissimæ meretricis, vt refert Curtius libro quinto, incendio consumpsit clarissimam & nobilissimam Orientis vrbem, ob id a Persis nominatam Persepolim. Iterum ex temulentia in furorem versus, Clytum sibi familiarissimum, ducem strenuum, fratrem ejus, à quo fuerat nutritus & educatus, denique vitæ suæ conseruatorem, quod res gestas Philippi patris rebus ab ipso gestis, petulanter anteponeret, lancea transfodit: cuius facti adeo mox eum pœnituit, vt ægrè, ne sibi morte consciscceret, ab amicis prohiberi potuerit. Hinc vulgatum fuit, Alexandrum mitiorem fuisse in bellis aduersus hostes, quam in conuiuiis erga amicos. Ne multa: tandem ob intemperiem ebrietatis, interiit: licet multi veneno eum occidisse prodiderint. Scite igitur Velleius Paterculus libr. 2. dixit Iulium Cæsarem alterum fuisse Alexandrum, sobrium tamen, nec trauundum. Arbitratur Plutarchus in Vita Alexandri, sinistrum eum auidissimum vini, propterea quod erat temperamento corporis præfrigido & igneo. Ex eadē causa Plutarchus existimat

Cur imperium Alexandri Magni & Græcorum conjuratū fuerit vētri, & femoribus.

In regnantia Alexandri Magni.

Alexander temulentus ciuit Clytum.

Iulius Cæsar alter Alexander, sed sobrius, nec trauundus.



mat

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cur corpus Alexandri effluat suauem odorem.

mat euenisse, vt ex eare & membris Alexandri, iucundissimus efflaret odor. Gignitur enim suauitas odoris, vt Theophrasti opinio est, concoctis à calore humoribus: vnde aridi & fermoi tractus terrarum optimorum odorum sunt feracissimi. Permora vero eius statuæ, significatur lasciuia & veneris intempe rantia, non tam Alexandri, qui, vt in illa ætate & potentia, cui voluptatis satis continena fuisse dicitur, sed suæ cessorum eius, præsertim autem regum Ægypti. Cur autem imperium Alexãdri & Græcorum ære figuratum sit, causã quam reddit beatus Hieronymus, mihi quidem valde probatur. Est, inquit, æs vocalissimum, & sonantissimum, edit sonitor magnum, & clarum, eumque longe lateque diffundit: qua re denotatur magna imperij Græcorum fama & gloria, non solum ob potentiã, sed etiam ob sapientiam, & eloquentiam, quæ apud Græcos maximè florui. Præcipuè verò significatur, famam Alexandri Magni super omnes reges, atque imperatores omni quotore clarissimam, ac celebratissimam.

Quid significet persemora statuæ

Decem res, quæ celeberrimum fecerunt Alexandrum, & primum ætas eius tantis rebus agendis immatura.

Cæterum, decem res nomen Alexandri omnibus seculis, cunctisque gentibus admodũ memorabile, & mirabile reddiderunt. Quas res nos hic paulò longius solita brevitate tractabimus, ob eas causas, quas infrà reddemus. Prima res, fuit ætas qua res tantas gessit: suscepit enim regnum defuncto patre Philippo, annum agens 20. & anno ætatis trigesimo tertio extinctus est. Quæ ætas, cũ per se soleat esse consilij, prudentiæ, experientiæ, auctoritatis, patientiæ, constantiæ, calliditatis, & malitiæ expers, tantis rebus gerendis intempestiua, & infirma esse videbatur. Narrat Suetonius, Iulium Cæsarem, Gadibus, cum in templo Herculis simulacrum Alexandri Magni aspexisset, quasi ignauiam suam pertædum ingemuisse, quod, qua ætate Alexander totum orbem subegerat, ea ipse ætate nihil dũ memorabile gessisset. Secunda, tenuitas apparatus, & parsimitas exercitus, quo vniuersum orbem subiugare aggressus est: numerus enim copiarum, quas in Asiam transmisit ad debellandum Orientem, vt Plutarchus optimis auctoribus confirmat, minus quadraginta millia militum habuit, nec in stipendium amplius septuaginta talenta, nec nisi ad triginta dies commeatus tulit. Tanta apparatus exiguitate, incertum est, inquit Iustinus, vtrũ sit admirabilius, Alexandrum vicisse orbem, an vincere aggressum esse. Tertia, felicitas eius in præliis: quæ tanta fuit, vt tribus præliis victor, vna ad Granicum flumen, altero ad Issum Ciliciæ, tertio ad Arbella, vt tradunt multi, vel secundũ Plutarchum, & Strabonem initio libri decimi sexti ad Gaugamela vel Gangamela, imperium Asiæ rapuerit, cum tantæ essent hostium copiæ, vt Darius decies centena millia militum haberet, ideoque

Apparatus eius bellicus tãto negotio impar.

Felicitas eius in rebus gerendis.



ideoque iactaret, se pro vno milite Alexandri, denos in suo exercitu habere. His addit Iustinus, tantam fuisse Alexandri felicitatem, vt nullo vnquam cum hoste congressus sit, quin eum deuicerit, nullam ciuitatem obsederit, quin eã expugnauerit, nullam gentem adierit, quin eam calcauerit, denique, præsente Alexandro tantam fuisse militum eius fiduciam, vt armatos hostes, vel inermes ipsi adoriri non dubitarent, semperque certam animo præsumerent victoriam. Quarta, fortuna eius, vt more Gentilium loquar, quæ plurimis in rebus secundissima ei affuit, maximè verò in euadendo ex innumeris periculis, in quibus sæpissime præcentissimo vitæ discrimine versatus, intrepidus tamen est seruatus. Quocirca cum extincto Alexandro, mors eius deuictis gentibus nuntiata est, primum illæ fidẽ nuntio nõ habuere, vt narrat Iustinus initio lib. 13. quod vt immortalem regem, sic immortalem eum credidere, recordantes quoties præsenti morti ereptus esset, quãm sæpè ferro emisso, repentè & non sopitem tãtum suis, verumetiam victoriam obtulisset. Curtius verò lib. 10 de fortuna Alexãdri ita scribit: *Fatendum est, eum plurimum virtuti debuerit Alexander, plus tamẽ eum debuisse fortunæ, quam solus omnium mortalium in potestate habuit. Quoties illum à morte reuocauit? quoties temerè in periculum venientem perpetua felicitate protexit? Vita quoque finem eundem illi, quem gloriæ fecit. Expectauere eum fata, dum Oriente perlustrato, adiecto Oceano, quicquid mortalitas capiebat, implesset.* Hæc Curtius, cui tamen dissentiens Plutarchus in duobus Orationibus, quas scripsit de ea controuersia, vtrum plus fortunæ Alexander debuerit, quam virtuti, multis argumentis probare contendit, magnitudinem rerum Alexandri, virtutibus eius potius quàm fortunæ acceptam ferre oportere. Qui inter amplitudo imperij quod acquisiuit quod quidem quantum fuerit, satis indicauit hoc loco Scriptura, cum prædixit eũ vniuersæ terræ imperaturum: & initio prioris libri Machabæorum, iam præterita & transacta commemorans, ait eũ pertransisse vsque in fines terræ, & in cõspectu eius siluisse omnẽ terrã. Subiecit autẽ imperio suo celatitẽ, ac nobilitatẽ Europæ partẽ, tũ omnem Syriã & Ægyptũ, ad hæc, vniuersam Asiã, denique Indiam vsque ad Gangẽ & Oceanum. Plinius li. 6. c. 16. ait in vltimis Sogdianorum finibus, ab Alexandro condium esse Alexandriã: aras ibi esse ab Hercule ac Libero patre constitutas. Item à Cyro & Semiramide atque Alexandro: hunc esse finem omnium eorum ductum ab illa parte terrarum includente flumine Laxarte, quod Scythiæ Sylin vocant, Alexander militesque eius Tanain putauere. In cap. 17. eiusdem libri ait Hypasin clarum fluuium, Alexãdri itinerum fuisse terminum, exuperato tamẽ eo

Eius secũdissima fortuna.

Amplitudo imperij quod acquisiuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



eo amne, arisque in aduersa ripa dicatis. Verum de Plinij lib. 4. cap. 10. subtiliter & enucleate recenset prouincias omnes Alexandri subiectas imperio: nam describens Macedoniam, *Hæc est, inquit, Macedonia terrarum imperio potita quondam: hæc Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucasum transgressa ad hostes, Medos, Persas, dominata, toto Oriente possesso, hac etiam tenus ultra vestigia Liberi patris, atque Herculis vagata. Hæc eadem est Macedonia, cuius vno die Paulus Æmilius imperator noster, septuaginta duas vrbes direptas vendidit. Tantam differentiam sortis præstitere duo homines.* Sic Plinius. Lysippus, quo amplitudinem imperij Alexandri exprimeret, finxit ex ære Alexandrum supina facie cælum suspicientem, subiectis his versibus. *Æreus in cælum suspectans fare quid aut: Iuppiter, asserui terram mihi, tu asserere cælum*, quo inuento Lysippi arte delectatus est Alexander, vt se fingi ab alio quam ab vno Lysippo, publico edicto vetuerit. Sexta, celeritas victoriarum eius. & brevitas temporis, quo tantum imperium consecutus est, scilicet tredecim annorum spatio: quod tempus vix satis esse videbatur ad obeundas & perlustrandas tot, tam varias, tam longinquas, tam inter se dissitas regiones, & gentes, quas ille belligerando deuicit. Quo obtem Appelles pinxit Alexandrum fulminiferum, & quidem tam ad vnum, vt vulgo dicerentur duos esse Alexandros, vnum Philippi filium nullis viribus superabilem: alterum, opus Apellis nulla arte imitabilem. Recte autem Alexander comparatur fulmini, non solum propter celeritatem & impetum, quam ob causam in visione Danielis, quæ narratur infra capite octauo, figuratus & significatus est, hirco maximo impetu currente nec præ velocitate terram tangente, sed etiam quia fulmen magnum quidem splendorem ostendit, magnamque vim, & efficacitatem habet, sed ad brevissimum tamen tempus, sic Alexandri imperij gloria, maxima quidem illa, sed diuturna tamen non fuit. Septima, nominis eius fama & terror, quo plura subiecit sibi, quam bello. Post primas enim illius victorias, tantos pauor eius, hominum animos occupauit, vt omnes se illi certatim dederent. Quapropter domito iam Oriente tenebras Babylonem, reperit ibi legationes omnium gentium, non tantum earum quas vicerat, sed etiã ex Africa, Carthagine, Hispania, Gallia, Italia, Cicilia & Sardinia. Quin etiã Plinius lib. 5. c. 5. Clitarchum laudat auctorem, à quo prolatum sit etiam tunc à Romanis venisse legatos ad Alexandrum, scilicet, vniuersum orbem, vt Curtij, & Iustini verbis vtar tãtus nominis eius terror inuaserat, vt cunctæ gentes, velut iam destinato sibi regi adulantur. Nec dubium est, quin si vel paucos superuixisset annos,

Victoriarum eius celeritas.

Nominis eius fama



nos, quemadmodum Orienté sibi subiecerat, ita totum Occidentem debellaturus fuisset: quod & ipse iam animo agitabat, & moliri cœperat. Iusserat enim amplissimam parari classem, qua per Euphratem in mare rubrum permectus, indeque Arabiam & Africam circumuectus, per Gaditanum fretum ingressus, Hispaniam, Africam, & Italiam bello adoriri, & subiugare posset. Nec temerè Plutarchus in magna parte Romanæ felicitatis ponit, tam præcocem Alexandri mortem, ob eam, Romanis tam imminenti certoque periculo præreptis: neque enim illi tunc tantas Alexandri vires sustinere potuissent, qui Pyrrho, tanto minori, & multos post annos, ægrè resistere potuerunt. Octauus, monumenta Alexandri quorum duo sunt genera, vnum, ciuitatum quas ipse condidit, quas Plutarchus in priori Oratione de virtute, vel fortuna Alexandri, amplius septuaginta fuisse affirmat. Ipse præterea barbarum gentium, quas deuicerat agrestem vitam, ferinam ingenia, & immanes mores correxit, expoliit, & optimis imbuit institutis. Ipse, ait Plutarchus, Hyrcanos docuit vti coniugiis: ipse Arbelios docuit agriculturam: Sogdianis persuasit, ne occiderent, sed alerent parentes suos: Persas induxit, vt matres honorarent, nec vxorum loco haberent: Scythasque ne mortuos suos comederent, sed ebs sepelirent. Alterum genus fuit principum & ducum, quos militiæ suæ alumnos reliquit, ea prudentia, fortitudine, auctoritate, rerum gestarum gloria, & corporis forma, vt singulos putares reges, & vero, plerique reges fuerunt, & in primis tres qui regalem potentiam, & dignitatem etiam posteris suis in plurimos annos reliquerunt. Hi fuere Seleucus in Syria, Antigonus in Macedonia, Ptolomæus in Ægypto. Nec successores Alexandri, vt inquit Iustinus lib. 13. quam sibi reperissent pares, si non inter se concurrissent multosque Macedonia pro vno, Alexandros habuisset, nisi fortuna eos ex æmulatione virtutis, in perniciem mutuam armasset. Horum tamen clarissimi sunt habiti, vt ait Curtius lib. 10. qui etiam minimæ partis fortunæ Alexandri adhæserunt. Nona, eximiæ naturæ dotes & insignes virtutes planè regales, quas Curtius lib. 10. commemorat. Fuit enim in illo incredibilis animi vigor, & celeritas ingenij, quod etiam de Iulio Cæsare lib. 7. scripsit Plinius, velut quodam igne volucris. Fuit in eo parabilis fortitudo in aggrediendis rebus maximis arduis, & in perueniendis constantia, mortisque, cuius metus ceteros exanimat, perpetua contemptio. Fuit erga victos, & captiuos admirabilis clementia, continentia, & munificentia. Matrem Darij à se captam, vt reginam ab alio honorari voluit, ipse vt matrem eam coluit: Darij vxorem & filias formosissimas, honorificè tractari voluit, sed eas tamẽ non,

Monumenta Alexandri.

Eximiæ naturæ eiusdotis

Universidad de Deusto
Biblioteca



non visit, nec formam earum sibi laudari ab aliis æquo animo sustinuit. Porro Indorum regi, quem bello vicerat, qua die regnum abstulit, eadem die restituit. Magnificentia vero eius, & liberalitas videtur transisse modum, & finem excedere: ad dissoluendum æs alienum omnium militum ipse talenta viginti tria millia largitus est. Ad quoddam conuiuium, nouem millia conuiuarum adhibuit, & singulis pateram auream ad libandum donauit. Cuidam petenti munus aliquod, ciuitatem donauit, refugientique tantum munus accipere, quasi non deceret ipsum, dixit, non quæro quid te decet accipere, sed quid me dare deceat. Narrat Plutarchus, cuidam Archelitrato poëtæ elegantissimo, sed paupere tamen, & inglorio, dixisse quendam, si tu Alexandri ætate vixisses, is tibi pro quouis versu Cyprum aut Phœnicen dedisset. Nempe, tanta illius erat in viros egregiè doctos, aut nobilis cuiuspiam artis excellenter peritos, liberalitas. Denique Plutarchus in secunda Oratione de virtute seu fortuna Alexandri scribit fuisse in eo coniunctas eas virtutes, quarum singulæ, multos quondam illustrarant, ac nobilitarant, fuisse namque in eo fortitudinem Achillis, castimoniã Agamenonis, pietatem Diomedis, magnanimitatem Cyri, sagacitatem & solertiam Themistoclis, Brasidæ audaciam, & Philippi patris peritiam, aptitudinem militarem. Et vero, iustè æstimantibus regem, inquit Curtius libro. 10. liquet bona naturæ eius fuisse: vitia, vel fortunæ, vel ætatis. Decima, ad maximam quoque Alexandri nominis famam, & gloriam contulit, quod rerum suarum scriptores habuit, & multitudine plurimos, & auctoritate grauissimos, & in dicendo disertissimos, Ptolomæum regem Ægypti, Hecatæum, Aristobulum, Callisthenem, Durim, Ozeficratum, Diodotum Siculum, Trogum Pompeium, seu Iustinum, Q. Curtium, Plutarchum, Arrianum, aliosque, qui virtutes, & res gestas Alexandri, non modo pro earum magnitudine vere ac digne literis prodiderunt, sed etiam in maiorem quam & supra verum extulerunt. Quod igitur ipse prædicauit de Achille, cum fuisse fortunatum, quod rerum suarum præconem Homerum habuisset, id sane verius de ipso dici potest: quippe non vnum Homerum, sed plurimos scriptores clarissimos, suarum rerum præconem habuit. Hæc de Alexandro, propterea tam copiosè dicta, expressèque differuimus, quod de eius bellis, victoriis, potentia, gloria, felicitateque multa, & præclara extant in hoc libro, velut in 7. 8. & 11. cap. Danielis vaticinia quibus dilucidè interpretandis, planeque intelligendis, quæ hic à nobis de eo, vno loco dicta sunt, multum lucis afferre possunt. Præterea, quæ de Alexandro variis locis sparsè dimineque necessario tractanda

Scriptores rerũ ipsius.

Cur tam multa de Alexandro hic dicta sint



tractanda erant, ea semel, vnaque narratione comprehendere, & ad voluptatem lectoris iucundius, & ad cognitionem rerum plenius, atque vtilius putauimus.

Sed quæret aliquis, quidnam significet secũdum sensum mysticũ, venter, & femora ærea: Respondeo, quia vsus eris ad res bellicas maximè pertinet, significari ea similitudine, ex ventris, & femorũ, hoc est, ex gulæ, & veneris intemperantia, sæpissimè bella atrocissima, cædissimaque principum, & populorum clades extitisse. Cuius rei multa, & illustria sunt exempla, apud Græcos in Helena, apud Romanos in Lucretia, & Virginia, apud Ægyptios in Cleopatra apud Hebræos in Dina filia Iacob, in tribu Beniamin propter nefariè violatam, cuiusdam Leuitæ vxorem, tota prope modum ad internecionem redacta, denique in adulterio Bethsabee, & incestu Thamar sororis Absalon.

Mystica interpretatio.

*Gen. 34. Iud. 20. 2. Reg. 11. & 13.*

## *Et regnum quartum erit velut ferreum.*

CVm Romanorum imperium, his verbis significatum, comparetur ferro, Scriptura ipsa declarat, subiiciens hoc loco. *Quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, sic comminuet, & conteret omnia hæc*: Infra vero cap. 7. hoc ipsum Romanum imperium figuratum est similitudine cuiusdam bestiæ terribilis, ac fortis nimis, & habentis dentes magnos ferreos, & vngues, comedentis, atque comminuentis, & reliqua pedibus suis conculcantis. Et sane Romani domuerunt omnes gentes, vel robore corporis, & viribus præualidas, & feroces, vt Germanos, Gallos, Hispanos, vel imperio tunc potentes, vt Carthaginenses: vel maiorum gloria, sapientia, & prudentia præstantes, vt Græcos: vel diuitiis, & militum copiis abundantes, vt Asiaticos, vel terrarum longinquitate remotas, vt Cappadoces, Ponticos, Armenios, Iberos, Albanos, Scythas: vel interfuso Oceano à nostro orbe disiunctas, vt Britannos, vgl patrum suorum sanctitate, & suæ legis religione confisos, vt Iudæos, qui post mortem Domini nostri à Deo derelicti & abiecti sunt, eorumque religio inanis, Deoque inuisa fuit, & superstitio magis quam religio nominanda. Ergo Romani pendominere omnes gentes, ipsi verò à nullo subacti, nulliusque sub dominatum subiecti sunt. Quinquam bis in summum discrimen venere, non modo imperium, sed etiam libertatem amittendi: primum quidem Romano exercitu à Gallis ex sola Vrbeque capta, & Capitolio per septem mẽses obsesso: iterũ autem; post Cannensem cladem, Annibale prope Romana mœnia exercitum admouente, qui solus omnium hostium, vt inquit

Romanos domuisse & subiugasse omnes gentes.

Bis Romanos vel nisse in summũ discrimẽ amittẽdi non modo imperiũ, sed etiam libertatẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cur Romanum imperiū comparatur tibiis

buit Plinius lib. 34. c. 7. intra muros Romanos immisit hastam.

Cur autem Romanum imperium in hac statua simile factū sit tibiis, varias rationes afferre possumus. Principio, tibiæ humani corporis infirma, & vltima pars est: sic Romanum imperium posterorum fuit, & vt infra dicetur, vsque ad tempora Antichristi & consummationem mundi aliquo modo perdurabit. Deinde, tibiis ingredimur, & currimus, sic Romani belligerando, & vincendo, vniuersum orbem peragrarunt. In tibiis, magnum est robur, & firmitas, quippe omne corporis pondus tibiis sustinetur, ac sustinetur, quare significatur firmitudo, & robur animi Romanorum, sufficiens ad tantam imperij molem subeundam, & sustinendam. Adhæc tibiæ portant omnia superiora corporis membra, sic Romani priora regna & imperia, sua dominatione complexi sunt, eaque præclarè sustentauerūt. Postremo, in tibiis multum est carnis, & nihil, in carne tenuitudo, & mollitudo est, in osse duritia, & firmitudo: sic in Romanis magna fuit vis, & fortitudo ad eos qui repugnabant ipsis, frangendos, ac debellandos: magna item humanitas, clementia, & fides erga sibi dedites, & subiectos: quibus de rebus valde Romanos laudat diuina Scriptura in capite octauo prioris libri Machabæorum, & Virgilius libro. 6. de Romanis cecinit.

*Tu regere imperio populos Romane memento,*
*Hæ tibi erunt artes: pacisque imponere morem*
*Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Romanorum principatus fuit penes multos

Similitudo autem duarum tibiarum, significat regimen, & administrationem Romani imperij fere penes multos futurā. Nam post exactos reges, primò fuit imperium penes duos consules: postea penes consules, & tribunos plebis: tum penes decemviros: deinde iterum penes consules, & tribunos: nonnunquam, licet ad breue tempus, penes dictatores: aliquando penes triumuiros, vel duumuiros, hoc est M. Antonium, Lepidum, & Octauium: & abdicato Lepido, penes reliquos duos tātum: interdum penes vnum, & per totam vitam, vt in Augusto, & successoribus eius factum est. Ad hoc, penes multos imperatores, id quod auctore Eutropio in libro octauo, fieri cœptū est, sub Matco Antonino Vero, & sub Lucio Annio Antonino Vero. Ad extremum, ex vno duplex factum est imperium Romanum, alterum Latinorum seu Occidentis, alterum verò Constantinopolitanum Græcorum, seu Orientis. Adiice, quod omnia regna, quæ nunc sunt apud Christianos, & sub impetio Turcarum, partes sunt imperij Romani, tanquam rami ex vna illa imperij arbore decisi.

*Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles.*

Hæc



HAc similitudine, inquit Hieronymus, significatur, sicut pes ferreus desinebat in digitos partim ferreos, partim testeos: sic imperium Romanum, prius quidem fore robustissimum, & validissimum, posterius autem infirmū, & inualidum: quod suo tempore, inquit Hieronymus, perspicue cerni quoad defensionem, Romani imperij, barbarorum nationum auxiliis opus erat. Fuit igitur ferreū, fere vsque ad irruptionem Gothorum, & aliarum gentium barbararum in Romanam ditionē, post hæc autem factum est testeum, quippe tunc maiorem in modum Romani imperij maiestas deformari, diminui amplitudo, potentia debilitari cœpta est. Vel per decem digitos partim ferreos, partim testeos, significatur Romanum imperium nouissimè diuisum iri in multa regna, multosque reges, quorum alij maiores, & potentiores, alij minores, & imbecilliores futuri sint. Vel idem hoc loco per decem digitos figuratur, quod infra ca 7. significatur, per x. cornua eius bestiæ, quæ imaginem gerebat Romani imperij. Illa namque x. cornua significare putantur multos reges in Romano imperio futuros circa tempora Antichristi, quibus ille debellatis, sibique subiectis, magnam adepturus est potentiam. Vel denique diuisio tibiarum, & digitorum, prænotat multiplicem dissentionem, & discordiam futuram sub imperio Romano. Etenim quadruplex insignis discordia diuersis temporibus fuit inter plebem, & patres, quā discordias breuiter enarrat Florus in lib. 3. historiæ Romanæ, à ca. 23. vsque ad 26. Primo orta est discordia inter Senatorum, & Equestrē ordinem, propter iudiciorum potestatem. Deinde, consecuta est quadruplex seditio, prima à Tiberio Gracco concitata, secunda à fratre eius Caio Graccho, tertia à Lucio Apulcio Saturnino, quarta fuit bellum sociale, cuius incendendi per imprudentiam Drusus auctor fuit. Consecuta sunt deinceps quatuor illa Romanis exitialia inter patres dissidia, seu bella ciuilia, primum inter Syllam, & Marium, secundum, inter Pompeium, & Cæsarem, tertium inter Octauium simul cum Marco Antonio, & Brutum, atque Cassium, quartum inter Octauium, & M. Antonium. Taceo atrocissima bella inter ipsos imperatores de imperij possessione dimicantes. Quod autem hoc loco dicitur: *commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicut ferrum misceri non potest testæ*: hanc habet sententiam, ad tollendas discordias inter Romani imperij Principes, & ad mutuam eorum concordiam conglutinandam firmandamque fore, vt illi per connubia inuicem misceantur, atque copulentur: eam tamen coniunctionem, stabilem & diuturnam nequaquam fore. Patet autem hoc duobus luculentissimis exemplis,

Cur imperium Romanum primo ferreum, postea testeum significatū sit.

Discordia Romanorū insignis quadruplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mis exẽplis, altero Pompeij, & Iulij Cæsaris. Pompeius enim vxorem duxit Iuliam Cæsaris filiam: altero Antonij, & Octauij, cuius soror Octauia in matrimonium M. Antonio data est: ea tamen illorum coniunctio, & amicitia, breui tempore dissolata est, quin etiam in atrocissimũ, odiũ, & dissidiũ conuertit.

Sed paucis doceamus, quidnam pes ferreus in digitos ferreos, & terreos definens, mysticè, ad secundum moralem sensum denotare possit. Ad varias profectò res significandas, ea figura applicari, & accommodari potest, principio significat, vbi est multitudo regnorum, & regum, vbi esse inæqualitatẽ, altos enim reges esse velut ferreos, i. potentiores, alios verò velut terreos, id est, imbecilliores: vbi autem est huiusmodi inæqualitas, necesse item est dissensionem, & discordiam inibi esse. Potentiores enim insidiantur infirmioribus, eosque opprimendo, partem imperij sui facere cupiunt. Minores autem, & infirmiores, potentioribus inuident, & diffidunt, sibique ab illis perpetuo cauendum putãt. Posteà, exprimitur imago quædam tyrannici imperij, quod partim est ferreum propter violentiam, & crudelitatem, partim terreum. Cum enim timore, & odio subditorum sit obnoxium, stabile, ac diuturnum esse non potest: malus enim imperij custos est metus. Nam quem metuunt, oderunt, quem autem oderunt regnare nolunt, regnoque deturbare quoquo modo conantur. Præterea significatur qualis sit gloria, & felicitas regum. Etenim, quamuis ea videatur ferrea, propter imperij robur, & potentiam: est tamen eadem etiam terrea, propter naturæ hominum fragilitatem, & mortalitatem. Æquè enim reges, quàm alij infimæ sortis homines, & mortis lege tenentur, & in terram dissoluuntur. Quod diuina Scriptura in exordio prioris libri Machabæorum exemplo Alexandri Magni expressissimè declarauit: cuius cum amplissimam potentiam & imperium vsque ad fines terræ prolatum enarrasset, subdit: *Et post hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur.* His adde, quod in vno quoque prædictorum quatuor regnorum, qui fuere potentissimi, & florentissimi, & tamquam ferrei, hi tandem in terram desierunt, hoc est, miserabiles, infelices, & horrendos exitus habuerunt. Hoc liquidò cernitur in Balthasare vltimo Chaldæorum rege, cuius subitus, & miserrimus interitus, infra cap. 5. describitur. In Cyro monarchiæ Persarum auctore in Alexandro Magno, qui amplissimum Græcorum imperium ebib tuit, in Crasso, Pompeio, & Cæsare, omnium sui temporis Romanorum potentissimis, & gloriosissimis. Postremò statua hæc mysticè refert, & repræsentat imaginem gloriæ, ac felicitatis huius mundi: cuius caput est aureum: sunt enim lausta, & lætæ principia: digiti verò sunt

Regnum exitus infelicissimi.



tò sunt terrei. i. extrema tristia, luctuosa, & funesta. Contra regnum Christi, initio triste & laboriosum, & asperum videtur, veruntamen omnis labor, & tristitia incomparabili æternaque mercede, atque gaudio compensatur: id quod adumbrauit lapis ille, cuius hic fit mentio, primo paruulus, deinde paulatim crescens, & in monte vniuersæ terræ æqualẽ quadẽs.

De ortu, occasu, & duratione prædictorũ quatuor regnorũ.

Non erit alienũ hoc loco indicare, quando vnumquodq; prædictorũ, regnorũ ortũ, & occasum habuerit, quàmq; tẽpore per duraverit. Regnum Babylonicũ, seu Chaldaicũ, ex quo cœpit sub rege Nabuchodonosor, longè lateq; proferri, initium habuit, vt suprà ostẽdimus, anno regni eius xxiij. tũc videlicet deuicta, & subacta Syria, Phœnice, Moabitide, Ammonitide, Idumæa, Iudæa, Ægypto, & Libya, armis etiam vsque in Africã, & Hispaniã illatis. Quod tempus incidit in Olympiadem trigesimam octauã, & annũ vrbis conditæ circiter centesimũ trigesimũ. Stetit autẽ vsque ad primũ annũ Cyri, hoc est vsque ad Olympiadẽ quinquagesimã quartã, & annũ vrbis conditæ centesimũ nonagesimũ, scilicet, per annos lx. Cyrũ imperij Persarũ conditorẽ, regnare cœpisse inijo Olympiadis quinquagesimæ quintæ Eusebius lib. 10. de Præparatione Euangelica. c. vl. plurimis, & grauissimis auctoribus confirmat. Id autẽ tempotis concurrit cum anno vrbis conditæ clxxxx. Est autem monarchia hæc ab Alexandro Magno destructa, Olympiade centesima duodecima, & anno vrbis conditæ circiter quadringentesimo vigesimo: stetitque annos circiter ccxxx. Imperiũ Græcorũ, penes vnũ fuit viuente tantùm Alexandro, per sex duntaxat annos: post eius verò mortẽ, diuisum est in multa regna: quæ tamen breui redacta sunt ad tria: ad regnũ Asiaticum, & Syriacum, quod fuit penes Seleucũ, & successores eius Seleucidas, vsque ad Olympiadẽ centesimã septuagesimã quintã: deinde penes Tygranẽ Armenię regẽ per xv. annos: postea Olympiade lxxix. subiectũ est ditioni Romanæ a Pompeio Magno. Alterum regnũ fuit Græcũ, seu Macedonicum, quod perduravit vsque ad Olympiadem centesimam quinquagesimam: tunc enim victo caproque Perseo Macedonum rege, Macedonia sub Romanorum imperium redacta est. Tertium fuit regnum Ægypti, quod vsque ad Olympiadem clxxxvij. floruit: tunc Augustus, debellato mortuoque M. Antonio, & Cleopatra regina Ægypti, ex regno fecit Romanorum prouinciam.

Romanorum imperium quamdiu steterit.

Romanorum autem regnum, simpliciter quidem initium habuit simul cum vrbe Roma, primo anno Olympiadis septimæ: monarchiæ tamen dignitatem, & potentiam habere cœpit post Olympiadem centesimam quadragesimam quartã, finito secundo bello Punico, tunc enim omnẽ Italiã, vniuersam

Universidad de Deusto
Biblioteca



que Hispaniam, Sardiniam quoque & Siciliam sub ditione sua habebant Romani, & Carthaginienses, adempto illis imperio subiugauerant. Deinde, magna accepit incremẽta circa Olympiadem cxlvij. victo in Asia Magno Antiocho: & circa Olympiadem clx. exesa Carthagine, deleta Numancia, euersa Corintho, multisque aliis Prouinciis adiectis. Summam verò amplitudinem, & potentiam habuit Romanum imperium, circa Olympiadem clxxix. subiugato per Pompeium Magnum, Oriente: cuius victoriis vsque adeò dilatatum est Romanum imperium, vt Asiam minorem, quæ Orientem versus, extrema erat Romanarum prouinciarum, ipse fecerit mediam. Lege Plinium l. 7. c. 26. Videtur autẽ huius monarchiæ Romanorum potentia, & gloria viguisse per annos circiter quingentos, hoc est, post secundum bellum Punicum vsque ad id temporis, quo Roma capta est à Gothis Vectius Augur, vt scribit Varro libr. 18. Antiquitatum, referente Censorino in libro de Die Natali Romanorum, ex illis duodecim vulturibus, quorum auspicio Romulus Romam condidit, auguratus est, Romanum imperium in dies magis ac magis gloria & potentia crescens, mille & ducentos annos perduraturum. Singuli enim vultures, secundum antiquam & recenditam auguran di disciplinam, centenos annos significabant. Ego quamuis, & illud figmentum esse non temerè existimare possim, & omnem augurandi diuinationem futilem, mendacem, denique pro nihilo habeam: non possum tamen inficiari tanto serẽtempore, quantum ab illo, vel vsu, vel instinctu diaboli prædictũ fuisse traditum est, incrementa imperij Romani durasse. Siquidem ex probatissimis historijs constat, Romam annis postquã condita fuerat mille centum sexaginta quatuor, à Gotis esse captam, regẽ Gothorum Alarico, Romanorum imperatore Honorio, summoque Pontifice Innocentio primo, deinceps autem sequentibus annis, multis magnisque cladibus, & calamitatibus Romanum imperium à Barbaris gentibus afflictum, prostratum, & contritum est. Lege Paulum Orosium libro septimo capite 40.

Augurijs Vectij de duratione Romani imperij.

*In diebus autem regnorum illorum: suscitabit Deus regnum: quod in æternum non dissipabitur.*

Opinio Porphyrij, Iosephi, & Hebræorum.

POrphyrius & Hebræi, vt refert hoc loco diuus Hieronymus, interpretantur hæc verba de regno Iudæorum, quod in fine mundi erepti fuerint, erit potentissimum, & cætera regna subuerter. Credo equidẽ id sensisse Iosephum. Nam cum peruenit ad huius loci interpretationem in lib. 10. Antiquit.



Antiquit. tacitum eum prætermisit, scilicet, timens offensionem Romanorum, à quibus ipse honoratus, & locupletatus fuerat. Non enim sine offensione audire potuissent Romani imperium suum iri destructum à regno Iudæorum. Propterea verò Iosephus excusat se, quod huius loci expositionem prætermittat, quia non diuinate futura, sed prætérita interpretari, illis libris fuscepisset. Hæretici porrò, qui dicti sunt Chiliastæ, hoc est, Millenarij, arbitrati transactis ab exordio huius mũdi sex annorum millibus, futuram iustorum hominum resurrectionem, post quam sancti omnes vnà cum Christo in terris per mille annos cum magna potẽtia, gloria & felicitate regnaturi sunt: illi igitur Chiliastæ, quæ hoc loco de regno Christi vaticinatur Daniel, ea ipsi ad illud suum millenarium tegnum pertinere existimant. Sed profectò hæc sunt Iudæorum ac hæreticorum nugæ, atque figmenta: & extra controuersiam est, vaticinium hoc Danielis non ad aliud quàm ad Christi regnum referri posse.

Opinio Chiliastarum.

Illud tamen dubitationem habet, & inter doctores controuertitur, an Daniel loquatur de regno Christi, quod cœpit post primum eius aduentum, & quod ex eo tempore viget adhuc, & vsque ad finem seculi vigebit, an verò de eo quod erit post secundum Christi aduentum, perfectissimam Christi dominationem continens, super cœlum & vniuersum orbem. Tertullianus, extremo eo libro quem aduersus Iudæos scripsit, verba hæc Danielis interpretatur de regno Christi, quod erit post secundum eius aduentum. Idem hoc loco Theodoretus, & sentit, & confirmat eo argumento, quod Daniel ait aduenie nte illo regno Christi, destructum iri omnia regna terrena: hoc autem non esse factum in primo Christi aduentu, manifestum est: quin imperante Augusto, quo tempore Dominus noster natus est, maxime floruit Romanum imperium, itemque deinceps per quadraginta fermè annos, quoad videlicet Roma capta est à Gothis, summam in orbe potentiam obtinuit. Contraria tamen sententia, quæ verba Danielis referet ad regnum Christi, quod post primum eius aduentum cœpit exordium, & verisimilior est, & sententiæ verborum Danielis aptior atque conueniẽtior. Hoc enim significat illud, quod ait Daniel, *in diebus regnorum illorum suscitabit Deus regnum*, hoc est, tempore quo regna terræ vigent & pollent, videlicet vsque ad finem mundi: nam post secundum Christi aduentum, non erunt dies vel tempora illorum regnorum. Quapropter his verbis satis perspicuè significatur, excitatum iri regnum Christi ante secundum eius aduentum. Deinde, absciſſio lapidis ex monte sine manibus, quid aliud significat, quàm generationem

An Daniel loquatur de Christi regno post secundum aduentum eius, an de futuro.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rationem Christi ex beatissima virgine sine viri interuentu. Hoc autem ad primum eius aduentum spectat. Posteà, Daniel ait, lapidem qui percussit statuam, fuisse parvum, deinde verò mirabiliter crevisse, lapis autem ille, sine dubio significauit Christum, vel eius regnum: at paruitas Christi, vel regni eius, in primo aduentu vere dicitur & intelligitur: in secundo autē aduentu minimè, quippe veniet tunc Christus, vt ipsemet nos docuit eō virtute, potestate, & maiestate magna. Denique, lapidis illius ex parvo in amplissimum montem incrementa & processus, haud dubiè ad Christum & regnum eius, quod primo eius aduentu cœpturn est, tantum referri possunt. Manet igitur, verba Danielis ad regnum Christi post primum eius aduentum pertinere.

Quomodo Christi regnū destruxit omnia regna mundi.

Quemadmodum autem Christus post primum aduentum, imperium Romanorum, & aliorum regum regna destruxerit, hoc enim difficultatem affert, & pro cōfirmatione suæ opinionis sumebat Theodoretus, sic est intelligendum. Destructa sunt omnia regna à Christo, non euersa temporali eorum dominatione, sed sublata idololatria, quæ in omnibus illis regnabat, exciloque dæmonis imperio, cui illa erant subiecta, nec putandum est, hoc esse factum in omnibus regnis simul & vno tempore: sed paulatim, & per vario temporum interuallo, nunc his, nunc illis regnis ad fidem Christi conuersis, & dominationi Christi, potestatique ipsius Ecclesiæ, in his quæ ad spiritualem eorum gubernationem faciebant, omnino subiectis. Ex quo factum est, vt post conuersionem Magni Constantini imperatores Romani & alij reges, se, suaque regna Christo Domino, & ipsius Ecclesiæ subderent, summumque Pontificem totius Ecclesiæ pastorem, Christique vicarium in terris, tanquam suum patrem, principem, & monarcham in his, quæ ad Deum & salutem animæ pertinent, humiliter adorarent, religiosè venerarentur, & libenter atque obedienter eius salutaria iussa & decreta amplecterentur. De hoc regno Christi, quod in hac Ecclesia terrestri, & militante versatur, apud Isaiam c. 49. & 60. prædixit Deus: *Erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & lingent pulueren pedum tuorum: gens & regnum quod non seruiet tibi, peribit.* Quamuis autem, quæ Daniel hoc loco vaticinatur, ea quatenus in regnum Christi, post primum eius aduentum inchoatum, & per varia incrementa, & decrementa processuum vsque ad finem mundi: non est tamen negandum eadem, magna ex parte regno Christi quod post secundum aduentum erit, perfectissimè conuenire. Ergo vaticinium Danielis de regno Christi, conuenit ei post primum aduentum,



tum, inchoatè & aliquatenus, post secundum autem adventum, consummatè, ac secundum omnes numeros absolutè. Verum quæ nunc carptim dicta sunt de regno Christi, eadem in explanando septimum caput Danielis, latius & accuratius à nobis tractabuntur.

## *Donec abscissus est lapis de monte, sine manibus.*

Christus lapis in Scripturis sæpe dicitur.

NOn dubium est, quin lapis ille significauerit Christum & eius regnum. Etenim frequentissimè in sacris literis vocabulo & similitudine lapidis, Christus significatur, quod pluribus Scripturæ testimoniis, in libro secundo aduersus Iudæos confirmat Cyprianus. Vocatur lapis fundamentalis. *Ecce ego, inquit Dominus per Isaiam cap. 28. mitto in fundamentis Sion lapidem probatum, pretiosum, in fundamento fundatum.* Nominatur lapis angularis in Psal. 117. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* De quo lapide dixit Dominus per Zacharium cap. 3. *super lapidem vnum septem oculi sunt, ecce ego celabo sculpturam eius ait Dominus: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna.* Oculus in Scriptura significat scientiam: septenarius autem numerus, vniuersitatem, & perfectionem: in Christo autem absconditos fuisse thesauros omnes scientiæ & sapientiæ Dei, testante Paulo, cognouimus. Dicitur autem Deus celasse sculpturam huius lapidis, quia solus ipse formauit, figurauit, & absoluit eorpus Christi in vtero Virginis. Et in vna illa die veneris, qua Christus Christus seipsum obtulit hosti à se vitiam Deo pro remissione omnium humani generis delictorum, dicitur Deus omnem terræ iniquitatem abstulisse. Et, vt in eadem similitudine lapidis permanentes, diuina scrutemur mysteria, figura Christi fuit lapis ille, super quo dormiens Iacob, admirandam illam scalam in somno vidit. Genes. 28. & ille lapis, super quo Moses lassa brachia, & manus reponens, ac sustentans, perseuerauit in oratione quoad Amalechitarum victoriam obtinuit, Exod. 17. lapis etiam ille, ex quo virga percusso, largissima aquarum copia emanauit ad potandum populum Hebræum, Num. 20. nec non & ille lapis, super quo Moses à Deo positus, Dei transeuntis posteriora videre potuit, Exod. 33. Denique lapis, quo Dauid superbum illum gigantem Goliath percussit, prostrauit, interemit, 1. Reg. c. 17.

Locus Zachariæ ex cap. 3. Collo. 3.

Quilapides in Veteri Testamento figuræ Christi fuerunt.

Similitudo autem, & appellatio lapidis, pulchrè conuenit Christo. Primò, propter solidatem & firmitatem, tum ob humilitatem: lapis enim ad humilia loca naturaliter descendit,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cur Christus dicatur lapis.

& in illis conquieſſet. Poſtea, quia Chriſtus dæmonem ſua morte percuſſit, & imperio, quod in homines habebat, ſpoliauit. Deinde, quia Chriſtus eſt petra ſuper quam fundata eſt, & ſuſtentatur Eccleſia, ideoque nullo vnquam tempore, nullaque vi labefactati & euerti poterit: quinimo nec portæ inferi aduerſus eam præualebunt. Ad extremum Chriſtus petra eſt refugij & præſidij bonis, de qua intelligi poteſt illud Pſalmi centeſimi tertij, *& petra refugium hericiis*, vnde Dauid lætus & exultans exclamat *in petra exaltaſti caput meum, & poſuiſti ſuper petram pedes meos.* Huc etiam referri poteſt illud, quod eſt in Pſal. 20. *poſuiſti ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo*. Contra verò, perfidis ac reprobis fuit lapis offenſionis & petra ſcandali, ſicut ab Iſaia capite octauo fuerat prædictum, & Simeon dixerat de Chriſto, futurum eum in ruinam & reſurrectionem multorum. Percuſſit autem hic lapis ſtatuam, quia diſſipauit ac pœnitus deſtruxit idololatriã, diſſoluit errores hominum, & vitia deleuit: idque tripliciter, veritate doctrinæ, ſanctitate vitæ, multitudine, ac magnitudine miraculorum, tam per ſe, quam per ſui cultores, atque ſectatores. Hic eſt funiculus ille triplex Salomonis, qui difficile rompitur. Ad cuius rei intelligentiam ſpectat, quod vaticinatus eſt Iſaias cap. vndecimo, *percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium.*

Matth. 16 Luc. 2.

Eccle. 4.

Quid ſignificetur per ſciſſio lapidis è monte ſine manibus, variæ interpretationes.

Sed quid ſibi vult exciſio lapidis de monte ſine manibus? Haud dubiè ſignificabat admirandam Chriſti generationem ex matre virgine, ſine vllo virilis ſeminis concurſu. Neque eſt inſolens in Scriptura generationem alicuius ex aliquo præſertim mirabilem ac ſupernaturalem, appellare exciſionem ex petra. Namque apud Iſaiam capite quinquageſimo primo, ſic legimus, *attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam lacci, ex qua præciſi eſtis*: quam metaphoricam locutionem mox declarans ſubiungit, *attendite ad patrem veſtrum Abraham, & ad Sarram, quæ peperit vos.* Significat autem propheta, Iſaac, ex quo progenerati ſunt Hebræi ex parentibus infœcundis, & admodum petræ ſterilibus, mirabiliter eſſe generatu. Quamquam autem vocabulum montis, figurate ſumptum admodũ multas & varias in Scriptura ſignificationes habeat, quas beatus Gregorius lib. 33 Moraliũ, c. 1 diſertè ac luculẽter expoſuit, attamen hoc loco per montẽ ſignificari beatiſſimã virginẽ, & auctoritas Patrũ, & ratio ſententiæ Danielis, & propoſitæ figuræ coguit credere nos cogit. Nõ eſt in præteritis relinquẽdũ, quod Iuſtinus in Dialogo, quem habuit cum Tryphone Iudæo admonuit, vt multa alia, quæ traduntur in ſacris literis, ita hoc de abſciſſione lapidis ex monte, priſcos illos Gentiles, vel ex Sacris libris furatos, vel à dæmone doctos, & impulſos, ad impias Deorum ſuorum ſuperſtitiones tranſtuliſſe. Sic antẽ Iuſtinus eo loci ſcribit. *Iam, quando Mithrazytæ ſuũ Mithrũ aiunt ſaxo progenitum, & ſpeluncam vocant, locum vbi diſcipulos initiant, nonne hic licet agnoſcere factum illud, quod Daniel dicit exciſum ſine manibus montem? hi quoque oracula effingere conantibus.* Mons autem meritò dicitur beata virgo propter ſingularem omniũ virtutum excellentiam: quarum tanta eſt ſublimitas, vt quod eſt ſummum & celſiſſimum in virtutibus aliorum ſanctorum, id comparatione virtutum beatæ virginis, ſit infimum. Quapropter non incõgruè de beata virgine dici poſſet, quod eſt in Pſalmo octogeſimo ſexto, *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Etenim Deipara virgo verticem & culmen perfectionis ſanctorũ habet, tanquam fundamentum perfectionis & ſanctitatis ſuæ. Conſidera igitur quã ſublime ſit faſtigium huius virginis, cuius fundamenta, ſuper culmina ſanctorũ locata ſunt. Hic eſt ille mons, de quo figuratè cecinit Dauid Pſal. 67. *Mons pinguis, mõs coagulatus, mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo etiam Dominus habitabit in finem.* Diuus Auguſtinus morem de quo abſciſſus eſt lapis interpretur Populum Iudaicum, de quo Chriſtus ſecundum carnem, ſed ſine manibus, hoc eſt, ſine carnali copula generatus eſt. Cùm enim in Tractatu nono ſuper Euangelium Ioannis citaſſet hunc locũ Danielis, ſubiicit hæc, *Lapis de monte præciſus ipſe eſt lapis quem reprobauerunt ædificantes, & factus eſt in caput anguli. De quo monte præciditur, niſi de regno Iudæorum, vnde Chriſtus Dominus ſecundum carnem natus eſt, & præciditur ſine manibus, ſine opere humano, quia ſine amplexu mariti de virgine exortus eſt.* Eandem habet ſententiam Auguſtinus Tractatu primo in Epiſtolam primã Ioannis. Verum idem Auguſtinus in Concione ad cathecumenos contra Iudæos, paganos, & hæreticos, hunc locum Danielis citans, per montem, beatam Mariam intelligit & interpretatur. Ambroſius aliam habet huius loci lectionem & interpretationem. Etenim pro vocabulo, lapis, habet vocem, mons, legens in hunc modũ, *Mõs abſciſſus eſt de monte ſine manibus*, ſic autem exponit, Deus filius generatus eſt ex Deo patre ſine manibus, hoc eſt, non per aliquam creationem, vel effectionem: non enim filius à patre factus, aut creatus eſt, ſed tantum genitus. Sic autẽ habent verba Ambroſij in Serm. 70. *Quid enim aliud eſt de monte ad montẽ volare, niſi de ſaluatoris gratia ad patris gloriam properare? Ipſi enim ſunt montes ſicut dicit propheta, Mõs de monte ſine manibus ut ẽ euidentiũ, hoc eſt, filius de Patre abſque vllius creationis acceſſu.* Hippolytus Martyr hæc verba Danielis de ſecundo Chriſti aduentu exponit: *illud autem ſine manibus*, ſignificare inquit, ſecundum



Cur B. Virgo dicatur mons.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dum Christi aduentum sore inprouisum, & repentinum hominibus: quippe eos non opinantes, & incautos opprimet. Alij, ea similitudine denotari putant filium Dei missum esse à Patre, & de cælo descendisse in terras, sine manibus, hoc est, sine vllis hominum meritis, secundum illud quod scripsit Paulus in Epistola ad Titum capite tertio. *Apparuit humanitas Saluatoris Dei non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum magnam misericordiam suam saluos nos fecit.* Iustinus in Dialogo quem cum Tryphone Iudæo habuit, abscissione lapidis ex monte sine manibus significari ait, generationem Christi non sore humanum opus, sed diuinæ voluntatis propositum: dixit enim Isaias generationem eius quis enarrabit? nullius hominis ex hominibus nati, generatio est inenarrabilis.

Christus primò paruulus lapis, posteà maximus.

Restat vt ostendamus quomodo Christus fuerit lapis, primo paruus, tum paulatim crescens, tandem replens vniuersam terram. Paruus fuit Christus propter assumptam humanitatem, quæ diuinitatis comparatione, parum quid, & propè nihil est: verbum enim abbreuiatum fecit Dominus, cum verbum caro factum est, puer natus est nobis atque paruulus datus est nobis. Paruus fuit Christus propter statum viatoris, in quo secundum partē suam inferiorem, tres, & triginta annos versari voluit. Paruus fuit propter carnem quam induit, morti & doloribus subiectā. Paruus fuit propter pauperem vitam, & humilem conuersationem. Paruulus fuit, in oculis superborum ludæorum, qui eum contemnebant. Paruus fuit, quia in parua Iudæorum regione præsentiam suam duntaxat declarare, & solis Iudæis prædicare voluit, paruumque sibi adiunxit discipulorum numerum, quem ipse pusillum greegem vocare solebat. Denique paruus fuit, propter humilitatem, ignominiam, & acerbitatem passionis & mortis. Creuit autem Christus non coram Deo, coram quo semper æquè magnus fuit, neque creuit secundum gratiam, & gloriam & animæ, quam inde ab exordio vsque sui conceptus, tantam habuit, quam iam nunc habet: sed creuit coram Deo & hominibus, tam secundum gloriam corporis post resurrectionem, quam secundum famam atque gloriam sui nominis, quod toto orbe celebratum est. Denique creuit in corpore suo mystico quod est Ecclesia, quam per vniuersum mundum dissipatam, & dilatatam cernimus. Christus autem repleuit vniuersam terram, primo prædicatione Euangelicæ doctrinæ, quæ per Apostolos & discipulos eius toto orbe personuit, sicut prædixerat Dauid Psal. 19. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Tum scientia Dei, nam per

Quomodo Christus impleuit vniuersam terram.



Christi doctrinam pernotuit mundo, vnum esse Deum ab homine colendum: Deos autem, quos prius colebant homines, esse inania simulacra, & fallaces dæmones. Hoc vaticinatus est Isa. cap. 11. cum de Messiæ aduentu loquens dixit, *repleta est terra scientia Dei.* Deinde gloria, & maiestate Dei: per Christum enim verus Deus à mundo cognitus, & glorificatus est, repudiato obiectoque falsorum Deorum cultu. Quapropter Christus dixit Patri suo, vt refert Ioannes capite 17. *Ego te clarificaui super terram.* Hoc etiam in Psalm. 71. qui totus est de Messia, cecinit Dauid: *Replebitur maiestate eius omnis terra*, & Malachias de Christi aduentu vaticinatus est: *Ab ortu Solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, ait Dominus.* Postea odore virtutum ac sanctitatis, etenim vbi Christi doctrina mundo innotuit, incredibili ardore, hominum animi vbique terrarum, & gentium, inflammati sunt ad colendas virtutes, non vulgares, non humanas modo, sed eximias, singulares, nec tantum antea inusitatas, sed etiam incognitas, denique plane diuinas, vt est voluntaria paupertas, obedientia, virginitas, desiderium martyrij, & alia quæ non solum quia noua, sed etiam quia super humanæ fragilitatis vires esse videbantur, erant hominibus admirationi, stupori, & miraculo. Præterea, innumerabilium prodigiorum ac miraculorum, quæ passim, & vbique in Christi nomine patrabantur, mirabilitate. Ad hæc, desiderio, & expectatione bonorum cælestium: Christi namque fides docuit homines, mundo neglecto, terrena despicere, & amare cælestia. Et sanè, admirandum fuit, in quibus rebus homines summum bonum suprema mque felicitatem suam collocabant: eas deinde res ab eisdem hominibus negligi, pro nihilo haberi, vltro deseriquiri. Pro adeptione autem cælestium bonorum, quæ prius nec curæ, nec cordi erant hominibus, cætera omnia bona postponi, nullum recusari laborem, quantumuis adiri pericula, profundi sanguinem, etiam mortem libenter atque gaudenter opperi. Adiice, per doctrinæ Christi prædicationem, impletos esse hominum animos metu ac pauore futuri iudicij maximo enim terrore perculsus est mundus, cum per fidem Christi cognouit, aliquando futurum, vt Christus ab omnibus, & singulis hominibus exactissimam rationem, summa seueritate reposcat omnium, quæ vnquam fecerint, dixerint, cogitauerint: ita vt etiam verba otiosa, & secretissimæ animi cogitationes, intimique sensus, & appetitiones, tunc palam in notitiam omnium proferendæ, & iudicij Christi subtilissimo examine discutiendæ sint.

Postre-

sam terram.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Postremò, repleuit Christus orbem, reuerētia & veneratione, non tantum sui nominis, sed etiam Ecclesiæ suæ, & eius hominis, qui vicarius ipsius est in terris, summum dico Pontificem, quem vniuersus orbis Christianus, Catholicus honorat, colit ac veneratur, eiusque responsa, & decreta, non secus ac diuina oracula, reueretur atque obedienter amplectitur, & obseruat.

*Tunc rex cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit, & hostias, atque incensum præcepit, vt sacrificarent ei.*

Refellitur duplex calūnia Porphyrij aduersus hūc locū

AD hunc locum explanandum, & illustrandum, nihil asseri potest luculentius, commentario diui Hieronymi, quem totum, verbis eius, his adscribam. Hunc locum, inquit, Hieronymus, calūniatur Porphyrius, quod nullo modo sit credibile, superbissimum illum regem, seruum suum, & captiuum adorasse. Quasi non, & Lycaones, ob signorum magnitudinem, vt est in Actis Apostolorum cap. 14. Paulo, & Barnabæ voluerint hostias immolare, illum Mercurium, hunc Iouem appellantes. Error ergo gentilium, qui omne quod supra se est, Deum putant. Scripturæ non debet imputari, quæ simpliciter refert vniuersa, quæ gesta sunt. Sed, & hoc possumus dicere, quod causas adorandi, & sacrificandi, ipse rex exposuerit, dicens Danieli: Verè Deus vester, Deus Deorum est: ergo non tam Danielem, quam in Daniele, adorare voluit Deū, qui mysteria reuelauerat. Quod & Alexandrum Magnum in pontifice laddo fecisse legimus apud Iosephum lib. 11. Antiquitatum. Quod si hoc displicet, dicēdum est, Nabuchodonosor signorum magnitudine, & stupore confusum, quid faceret ignorasse, vt qui Dominum verum intelligebat, & ipsum Dominū, & seruū eius adoraret, & incenso atque hostiis veneraretur. Illud quoque calumniatur, & reprehēdit Porphyrius, quod oblata sibi à rege munera, & honores, Daniel accipere non recusarit, ac planè repudiarit: non crediderans ideò somnium illud diuinitus regi missum, eiusque interpretationis mysteria per Danielem reuelata, vt Daniel crescceret, & in loco captiuitatis princeps fieret omnium Chaldæorum, & Dei omnipotētia nosceretur. Quod quidem, & in Ioseph apud Pharaonem, & Ægyptum, legimus factum: & in Mardochæo apud Assuerum: vt in vtraque gente haberent captiui, & peregrinantes Iudæi, solatia, videntes hominem gentis suæ Ægyptiorum esse principem & Chaldæorum. Hactenus pertinet Hieronymi commentarius. Theodoretus autem prudenter admonet, in hac historia elucere mirabilem Dei prouidentiam, etiam circa homines superbos

Vtilitas huius somnij contingens Nabuchodonosor.



superbos, impios, & barbaros, cuiusmodi erat rex Nabuchodonosor: ad cuius deprimendam arrogantiam, per somnium illud demonstrauit ei, inanem esse fiduciam regiæ felicitatis, quæ instar floris celeriter arescit, & perit, & instabilis in nullo diu permanet. Deinde, cùm illius somnij interpretationem, quā apud nullum suorum sapientum inuenire potuisset, & a Daniele veri Dei cultore ac seruo percepisset, ad veri Dei cognitionem, admirationem, atque venerationem ea ratione pertractus est. Tantū igitur, & ex somnio, & ex somnij obliuione, eiusque interpretatione ei attulit vtilitatis Deus, vt suā rex agnosceret humilitatem, tum eorum Deorum quos colebat, differeret imbecillitatem, postea quanta sit veri Dei potentia, & virtus, intelligeret. Idcircò enim exclamauit, *In veritate Deus vester, ipse est Deus Deorum, & Dominus regum, reuelans mysteria*, Deos autē vocat, non more sacræ Scripturæ, quæ Deos appellat sacerdotes, & iudices populi Hebræi, sed idola, quos ex tore opinionis, Deos gentilitas appellabat. Nondum enim potuerat illorum inanitatem, & imbecillitatem penitus perspicere, & omnino intelligere: plurimum tamen confitetur, Deū Hebræorū cęteris Diis antecellere, cum eum nominet Deum. Hactenus ex Theodoreto non esse autem passum Danielem sibi hostias immolari, quin fuisse id omnino auctoratum indicato vero Deo, cui ea immolatio debebatur, licet hoc loco expressum non sit, haud dubiè tamen existimandum est: nec aliter de tam pio, religioso, sanctoque propheta, quem scilicet posthæc Deus, & magnis pro eius salute editis miraculis, & secretissimorum consiliorum suorum ac cælestium mysteriorum multiplici reuelatione, insigniter honorare, & in omne æuum nobilitare voluit, cogitare fas est.

BENE-

# BENEDICTI PERERII S. SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER III.

### CAPVT TERTIVM.

NAbuchodonosor Rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura provincia Babylonis. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tyrannos, & præfectos, omnesque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor Rex. Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus, & iudices, duces, & tyranni, & optimates, qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionum, & conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor Rex, stabant autem in conspectu statuæ, quam posuerat Nabuchodonosor Rex: & præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis, in hora qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor Rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hæc igitur factum, vt audirent omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, symphoniæ, & omnis generis musicorum cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuam auream, quam constituerat Nabuchodonosor Rex. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos, dixerunt Nabuchodonosor Regi: Rex in æternum viue. Tu Rex, posuisti decretum, vt omnis homo, qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, procidat se, & adoret statuam auream. Si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sydrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, Rex, decretum tuum, Deos tuos non colunt, & statuam auream, quã erexisti, non adorant. Tunc Nabuchodonosor in furore, & in ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago. qui confestim adducti sunt in conspectu Regis. Prontuanque Nabuchodonosor Rex, ait eis: Verè Sidrach, Misach, & Abdenago Deos meos non colitis, & statuam auream quam † constituí non adoratis. Nunc ergo si estis parati quacumque hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, omnisque generis musicorum, postergate vos, & adorate statuam quam feci: quod si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt Regi Nabuchodonosor, nõ oportet nos de hac re respõdere tibi. Ecce enim Deus noster, quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ô Rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi, Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, nõ adoramus. Tũc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, & præcepit, vt succenderetur fornax septuplum, quàm succendi consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit, vt ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris, & calciamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis: nam iussio regis vrgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis, viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

† Erexi S.M.S.



### Quæ sequuntur, in Hebræis voluminibus non reperi.

Et ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Dominum. Stans autem Azarias orauit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait: Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, & laudabile, & gloriosum nomen tuum in sæcula: quia iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua, vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera fecisti inducta omnia, quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Hierusalem: quia in veritate, & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimus enim, & iniquè agimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus, sicut præceperas nobis, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca



vt bene nobis esset. Omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, vero iudicio fecisti. & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimorum, prævaricatorisque, & regi iniquo, & pessimo vltra omnem terram. Et nunc non possumus aperire os: confusio, & opprobrium factis sumus seruis tuis, & his qui colunt te. Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuū propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectū tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum: quibus locutus es pollicens, quod multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in littore maris. Quia Domine imminuti sumus plus, quàm omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps, & Dux, & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te vt possimus inuenire misericordiam tuam, sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum, & taurorū, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine, & confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala, confundantur in omni potentia, & robur eorum conteratur, & sciant, quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarum. Et non cessabant, qui miserant eos ministri regis succendere fornacem naphtha, & stupa, & pice, & vallicolis, & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiæ intulit.

## Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum, in fornace dicentes:

*.Glorioſus. M.S. Rom. Hieron. verum.

*Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, & laudabilis, & superexaltatus in seculis: & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, & laudabile & superexaltatum in omnibus seculis.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis, & supergloriosus in seculis.

Bene-



*Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltatus in seculis. in V. codicibus non additur, super gloriosus 2. in. 5. G.

Benedictus es, qui intueris abyssos, & § sedes super Cherubim, & laudabilis, & super exaltatus in seculis.

Benedictus es in firmamento cœli, & laudabilis, & glorioſus in seculis. § Pſ. 79. 2. 93. 1.

§. Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis. §. Pſ. 144 10.

§. Benedicite Angeli Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

§. Benedicite cœli Domino, laudate, & superexaltate eū in seculis. §. Pſ. 102. 20. 148. 2.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite omnes virtutes Domini Domino, laudate & superexaltate eum in seculis.

§. Benedicite sol, & luna Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis. §. Pſa. 68. 45. 148. 4

Benedicite stellæ cœli Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite omnis imber, & ros Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis. 7. M.S. G æſtus. 3. M.S. cauma. 4 M. Græcis eſt καῦσον. id eſt, cauma ſiue æſtus.

Benedicite omnis spiritus Dei Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite ignis & æstus Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite frigus, & æstas Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite rores, & pruina Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite gelu, & frigus Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite glacies, & nives Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite noctes, & dies Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite lux, & tenebræ Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite fulgura, & nubes Domino, laudate & superexaltate eum in seculis.

Benedicat terra Dominum, laudet, & superexaltet eum in seculis.

Benedicite omnes montes, & colles Domino, laudate, & superexaltate eum in seculis.

Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino, laudate, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



*superexaltate eum in secula.*

*Benedicite fõtes Domino, laudate, & superexaltate eũ in secula.*

*Benedicite maria, & flumina Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.*

*Benedicite cete, & omnia, quæ mouentur in aquis Domino, laudate & superexaltate eum in secula.*

*Benedicite omnes volucres cæli Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.*

*Benedicite omnes bestiæ, & pecora Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.*

*Benedicite filij hominum Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.*

*Benedicat Israel Dominum, laudet, & superexaltet eũ in secula.*

*Benedicite Sacerdotes Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula*

*Benedicite serui Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.*

*Benedicite Spiritus, & anima iustorum Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.*

*Benedicite Sancti, & humiles corde Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.*

*Benedicite Ananiæ, Azariæ, Misael Domino, laudate, & superexaltate eum in secula: quia eruit nos ad inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ & de medio ignis eruit nos.*

Psal.117.1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.*

*Benedicite omnes religiosi Domini Deo Deorum, laudate, & confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.*

## Huc vsque in Hebræo non habetur: & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

*Tunc Nabuchodonosor Rex obstupuit, & surrexit properè, & ait Optimatibus suis: Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes Regi, dixerunt: Verè Rex. Respondit, & ait: Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui Dei excelsi egredimini, & venite. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. Et cõgregati satrapæ, & magistratus, iudices, & potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniam nihil*

*Rex. M. S. R. Hic. G. verũ à Chaldæo non legitur.*



*potestatem habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non fuisset adustus, etiam sarabalia eorum non essent immutata, & odor ignis non transisset per eos. Et erumpens Nabuchodonosor, ait, Benedictus Deus eorum, Sidrach, videlicet Misach, & Abdenago, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eũ, & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent, & adorarent omnem Deum, excepto Deo suo. A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcunque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, disperatur, & domus eius vastetur: neque enim est alius Deus qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sidrach, Misach, & Abdenago in prouincia Babylonis.*

*Nabuchodonosor Rex omnibus populis, gentibus & linguis, qui habitat in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnũ eius regnũ sempiternũ, & potestas eius in generatione & generationẽ.* M.S. § inf. 4. § 31.7. d.14 Summa capitis 3.

NArratur hoc tertio capite insigne miraculum, quod actum est, vt tres illi Danielis socij, quia aueam regis Nabuchodonosor statuam adorare recusarunt, in ardentissimam fornacem conijcti, ab angelo cælitus ad eos misso, sic ex illo incendio seruati sint, vt omnino illæsi & intacti, per medias flammas incederent, diuinas laudes celebrantes. Quo miraculo rex attonitus & stupens, furorem vertit in admirationem tantæ illorum iuuenum constantiæ ac virtutis: totusque in veri Dei venerationem & prædicationem effusus, nomen eius per omnes imperij sui prouincias prædicari, ac nobilitati volunt, capitali pœna, in eos qui Deum Iudæorum blasphemarent constituta.

Quo tempore regis Nabuchodonosor, miraculũ acciderit

Ante omnia diligirendũ est, quo tempore miraculum hoc contigerit. Diuus Chrysostomus in quodam sermone de his tribus pueris, qui est circa finem primi tomi, sic initium huius tertij capitis citat. *Anno decimooctauo, rex Nabuchodonosor fecit statuam auream.* Eandem lectionem habet hoc loco Theodoretus in textu: & in commentario eam explanans, affirmat, miraculum hoc euenisse anno decimooctauo regis Nabuchodonosor, paulo antequam eũ exercitu proficisceretur ad obsidenda Hierosolyma: quæ ab eodem rege, anno decimonono expugnata & euersa esse, apud Hieremiã legimus. Sed profectò lectio illa Chrysostomi & Theodoreti, nec in nulla Scriptura vel Hebraica, vel Chaldaica, vel Græca, vel Latina inuenitur: vt sine dubitatione dicendũ sit, lectionẽ illam fuisse mendosam. Præsertim verò cum diuus Hieronymus huiusmodi lectionũ varietates obseruare, ac prodere solitus, de ista lectione

nullum verbum fecerit. Certe opinionem Theodoreti falsam esse, ex hoc ipso libro Danielis conuinci potest. Fuisse enim hãc historiam post eurtionem Hierosolymitorum, non obscurè indicat Azarias, in ina oratione, quæ continetur hoc capite dicens, eo tempore nullum fuisse regem in populo Hebræo. nec locum vbi incensum, holocaustum, cæteraque sacrificia ad placendum Deum, lege Moysis institita, offerri possent. Per terræ contigisse hoc miraculum post interpretationem somnij, præcedenti capite traditam, & Theodoretus ipse fatetur, & liquidò constat ex hoc ipso capite. Chaldæi namque eo nomine tres illos iuuenes accusarunt, quod cum essent à rege honorati, & operibus prouinciæ Babyloniæ præpositi, ingratissimi tamen adhuc tius regem fuissent, eius adorare imaginem prorsus auersati. Conflat autem ex postremis verbis secundi capitis, regem post interpretationem somnij, rogatu Danielis, hos tres iuuenes ad honores, & publicorum munerum præfecturam euexisse. Illud autem somnium contigit regi, vt supra in exordio secundi capitis docuimus, secundo anno monarchiæ eius, hoc est, ab initio regni eius, anno vigesimo quinto. Non igitur potuit hoc miraculum euenire anno decimo octauo regni Nabuchodonosor, sed post vigesimum quintũ. Verum quo tempore post, nec est compertum, nec comperiri posse arbitror. Quin non satis videtur sibi constare Theodoretus. Hic enim ait, hoc miraculum accidisse, & anno decimooctauo huius regis, & paruo tempore post superadditis somniũ, quæ non admodum cohærent inter se. Etenim somnium illud, supra docuit Theodoretus, euenisse anno secundo huius regni: spacium autem sexdecim annorum, quod inter secundum & decimum octauum annum regni eius intercessit, an exiguũ temporis nomine censeri & appellari debeat lectori existimandum relinquo. Sed illud nullo videri potest hunc regem eius sui oblitum, cum antea Deum Iudæorum Deum Deorũ, & dominum regum agnouisset, & adorasset, paulo post, se ab omnibus, quasi Deum adorari voluisse. Velox obliuio veritatis, inquit Hieronymus, vt qui dudũ seruũ Dei quasi Deũ adorauerat, nunc statuam sibi fieri iubeat, vt ipse quasi Deus in statua adoretur. Apparet igitur regem hũc fuisse mentio maximè instabilem, & superbum, instabilitas fecit, vt ex bono in malum celeriter mutaretur: superbia vero, vt humanis honoribus non contentus, diuinos consumpsisset. Cuius superbia mirificè depingitur ab Esaia c. 14. *Quomodo*, inquit, *cecidisti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris? qui dicebas in corde tuo, In cœlum conscendam super astra Dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudines nubium similis ero Altissimo*. Similis fuit superbia priori-

Nabuchodonosor maxime instabilis & superbus.



prioris illius Nabuchodonosor, cuius fit mentio in libro Iudith, qui misit Ducem suum Holophernem cum validissimo exercitu, vt subiugaret omnibus gentibus, earumque diis è medio sublatis, solus ipse à cunctis, vt Deus coleretur. Hæc item vesana diuinitatis cupido, incessit Alexandrum Magnum, vt filius Iouis Ammonis existimari, & diuinum sibi cultũ adhiberi veller. Eadem insania Caium Caligulam, Domitianum, aliosque Imperatores agitauit: sed quid mirum, tantam in isto rege fuisse animi volubilitatẽ, cum in vitijs maximè pios, Deoque charissimos, & singulari eius gratia excellentibus, vt in Davide, Salomone, & diuo Petro, similes mutationes, & lapsus fuisse non ignoremus? Nimirum in illiusmodi exemplis docemur, qualis fuerit homo præsente Dei gratia, qualis item sit absente: scilicet, qualis est cær præsente vel absente sole? & corpus humanum præditum vel priuatum anima: aut homo compos mentis, vel vsu rationis captus.

## *Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura, prouincia Babyloniæ.*

Nabuchodonosor cur statuã talem erexerit.

HAnc statuam rex ille fecit quo suam opulentiam & magnificentiam, & exadorantium multitudine ad metuendum, imperij sui amplitudinem ostenderet, eaque ratione fieret venerabilior, & hostibus esset terribilior. Theodoretus ait, voluisse regem facere statuam præstantiorem ea, quam ipse viderat in somnio, & magnitudine, & nobilitate materiæ. Illa enim caput tantum habebat aureum, hæc autem tota erat aurea. Hieronymus quidem significat fuisse totam ex auro, plenam ac solidam, cum ait, *quod autem sit aurea & infinita postea dicitur, illud in causa est, vt stupentes videntibus cunctis, & vis immensa adoretur vt Deus, dum vnusquisque suam conferat auaritiam.* Sed hoc non est verisimile. Nam & insolitum est fieri tales statuas, & superuacaneũ fuisset, & infinitis impensis laborare. Erat igitur aurea sed intus cana & manifesto. Duæ Theodotio vertit Deiræ, Symmachus Soreum, Septuaginta ἀγγείων transtulerunt: quod nos (inquit Hieronymus) vitantes vel conclusum locum dicere possumus. Historia Scholastica super librum Danielis cap. 3. ait, Dura esse flumen, quo illic compluribus lauatur, & hunc esse locum, in quo post diluuium gigantes turrim Babel ædificare aggressi sunt. Philostratus libro primo de vita Appollonij cap. 19. tradit hanc fuisse consuetudinem Babylone, vt satrapa, qui magnæ vrbis portæ præsidebat, nemi-

 bat, nemi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



bat, neminem peregrinorum ad visendam vrbem admitteret, nisi prius auream regis statuam adoraret: quem mortem ex huius regis Nabuchodonosor instituto, originem duxisse qui putauerit, forsasse coniectura non aberrabit à vero.

Admiranda quidem fuit huius statuæ magnitudo: fuisse tamen alias ea maiores, legimus apud Plinium, à quo proditum est in lib. 34. c. 7. colossum solis qui erat Rhodi, fuisse septuaginta cubitorum altitudinis: idque simulacrum post quinquagesimum sextum annum, terræ motu prostratum iacens quoque miraculo fuisse, pauci enim pollicem eius amplecti poterant: maiores erant digiti, quam sint pleræque statuæ, vasti specus habebant, ac detractis membris, spectabantur instus magnæ molis saxa, quorum pondere stabiliuerat constituens. Duodecim annis, & trecentis talentis effectum fuerat. Hoc etiam maior fuit colossus Neronis, centum decem pedum longitudine constans, vt ibidem tradit Plinius: qui libro trigesimo quinto c. 7. narrat, factam esse colosseam eiusdem Neronis imaginem in linteo pictam, centum viginti pedum. Illa tamen regis Nabuchodonosor statua, si non magnitudine, certe quia fuit aurea, prædictis longè præstantior & admirabilior fuit. Quoniam autem cubitus Babylonius, teste Herodoto lib. 1. tribus digitis maior erat vulgari & communi cubito, credibile autem est, hic habeti sermonem de cubitis Babyloniis, cum hæc statua & in Babylonis prouincia, & à rege Babylonio facta fuerit, hinc apparet, sexaginta cubitos altitudinis istius statuæ, fuisse de communibus cubitis sexaginta septem, præterque vnam sextam vnius cubiti: sex autem cubitos latitudinis, continuisse sex communes cubitos, superque tres quartas partes vnius cubiti.

An statua quã fecit Nabuchodonosor superauerit alias omnes.

De magnitudine singularum partium humani corporis, ad totius corporis magnitudinem, relata.

Sed vt clarius enotescat admiranda istius statuæ moles, singularum eius partium magnitudinem cursim indicabimus: quod facile erit demonstrare, aperiendo quam proportionem principales partes humani corporis habeant ad mensuram longitudinis totius corporis. Non enim dubitandum est, quin statua illa maxima arte facta, debitam habuerit proportionem omnium partium, tam inter se, quàm cum totius corporis magnitudine. Iusta mensura humani corporis, quatuor cubitis definitur, vel sex pedibus: cubitus enim vno pede & dimidio constat: pes autem quatuor palmis, palmus quatuor digitis secundum latitudinem inter se iunctis. Quantum autem est spantium hominis à vestigio ad verticem, tantum esse patulis manibus inter longissimos digitos, obseruatum est, vt tradit Plinius libr. 7. cap. 17.

Totius



Totius autem longitudinis humani corporis, facies ab imo mẽto, vsque ad summam frontem, vel imam radicem capillorum, est pars decima eandemque rationem habet habitus totius frontis. Diuiditur autem facies in ters partes equales, vnam ab imo mento ad imas nares, altera inde vsque ad supercilia: tertiam inde, vsque ad summam frontem. Longitudo oculi, ab vno angulo ad alterum oppositum pars est quadragesimaquinta, & itidem se habent interuallum & distantia inter vtrumque oculum. Nasi longitudo, est trigesima pars, eiusque foramen est centesima octogesima. Ambitus oris & auris, est decimaquinta. Totum caput ab imo mento vsque ad verticẽ est octaua pars. Colli magnitudo, est decimaquinta. Longitudo pectoris propriè dicti, itẽq; latitudo, ferè sexta pars est. Vmbilicus dimidium corporis locum tenens, ipsum in duas partes æquales diuidit: tota longitudo femorum, & cruum vsque ad pedum vestigia, paulo minor est dimidia parte. Longitudo pedis, sexta pars est, sicut prope etiam brachij vsque ad cubitum, & cubiti vsque ad manum. Manus verò, decima pars est. Lege Vitruuium initio libri decimitertij, & interpretes eius, Philandrum, & Danielem Barbarum, Cardanum item extremo lib. 11. de subtilitate. Scio huiusmodi commẽsus seu proportiones, quas vocant Græci symmetrias, alios, qui subtilius & curiosius hæc persequuntur, paulò aliter designare. Sed nobis qui hæc alterius rei gratia, obiter attingimus, satis fuit prædicta rudi & adumbrata descriptio. Ex quo facilè est intelligere, quanta fuit in illa statua, principalium eius partium magnitudo. Etenim facies illius statuæ longa erat sex cubitos: paremque ambitus suos magnitudine habebat. Ametoad nares, duo cubiti: totidem hinc, vsque ad supercilia: totidem item inde, vsque ad summam frontem. Longitudo nasi, erat duorum cubitorũ foramen eius tertiã partem vnius cubiti, seu dimidium pedem continebat. Ambitus oris, & cuiusque auris, quatuor erat cubitorum, totidem etiam longitudo colli. Pectoris longitudo & latitudo, fere decem cubitorum. Longitudo femorum, & cruum, circiter viginti nouem. Longitudo pedis cubitorum decem: totidem ferè longitudo brachij, itemque cubiti. Manus verò longitudo, sex cubitorum. Sed his, velut animi gratia, captim dictis adseria, & propria in istituti operis veniamus.

Magnitudo singularum partium illius statuæ quã erexit Nabuchodonosor.

Mystica huius statuæ interpretatio, triplex à Doctoribus traditur, vnam tradit Chrysostomus in homilia decima octaua in secundam epistolam ad Corinthios super caput sextum eius epistolæ docẽs illa statua figuratam esse auaritiam: & quidẽ aptè. Nam Paulus cã nominat idolorum seruitutẽ. Sena

Mystica illius statuæ interpretatio. Col. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rius numerus, quo latitudo, & altitudo statuæ constabat, in sacra Scriptura significat operationem & laborem, sicut contra septenarius, quietem & vacationem à labore, vt licet animaduertere tam in creatione mundi, quam in lege Mosis. Ea re denotatur, nullum esse vitium operosius, laboriosius, & sibi infructuosius auaritia. Sex cubiti latitudinis, significant laborē auari in æquirendo sex aginta vero cubita altitudinis, indicant longè maiorem eius esse laborē in augendo: & quia cupiditas auari est infinita, & insatiabilis, necesse est laboris eius nec terminum, nec modum esse vllum. Alteram interpretationem Hieronymus tradit hoc loco, dicens illa statua significari falsam doctrinam, vel gentilium philosophorum, vel hæreticorum, quam illi ornant tum aureo splendore eloquentiæ, tū magnitudine doctrinæ secularis, aut etiam diuinæ. Hæretici nāque ad falsa dogmata sua persuadenda, circumvestiunt, & adornant ea pluribus sacrarum literarum sententiis, peruerse intellectis, atque interpretatis. Tertiam interpretationem lege apud Irenæum extremo prope modum lib. 5. aduersus hæreses. Nec inepte quispiam diceret, illam statuam fuisse imaginem quandam mundanæ felicitatis, ad quam nos dæmon adorandam, posthabitis cælestibus bonis inuitat ac sollicitat, proponens auream materiam statuæ, id est, copiam diuitiarū: tum eiusdem altitudinem, & latitudinē, id est, sublimitatem honorum, potentiæ & gloriæ: exempla item principū huius mūdi, qui eam adorant: suauitatem etiam inuitat, id est, illecebras, & blanditias voluptatum. Denique terrorem incensæ fornacis, in primo aduertimus statuæ contemptores positæ, id est, pauorem imminentium malorum, iis qui mundo non seruiunt, eiusque bonis carent.

*Tunc congregati sunt Satrapæ, magistratus, iudices, duces, & tyranni, & vniuersi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ.*

Cur principes ad statuam adorādā conuocati fuerint

QVia omnes gentes, huius regis imperio subiectæ, ad eius statuæ adorationem conuenire non poterant, principes, & præsides omnium gentium conuocantur, vt illis adorantibus, omnes quoque adorasse videantur. Adfice, quod principes, & diuites regi subiecti, & ab eo honorati, & locupletati, metu perdēdi honores, & diuitias, ad omnem voluntatem & nutū, ei seruiant atque obediūt. Denique, illiusmodi homines, facillime



limè ad Dei & rerum diuinarum contemptum deiicientur, ad eorum venerationem, cultum & obseruantiam adducuntur. Vnde Salomon Prouerbiorum capite trigesimo orat Deū, vt sibi tribuat tantum victui necessaria, nec diuitiarum abundantiam largiatur: ne forte, inquit, satiatus, illiciar ad negandū, & dicam, quis est Dominus? Et Paulus prioris Epist. ad Corinthios, cap. tertio, inquit, in his, qui vocati fuerant ad gratiam Euangelij pauci fuisse nobiles, & potentes. Et Iudæi contemptim loquētes de Christo, quis, inquiunt, ex principibus credit in eum? Volunt etiam reges illi, principum exemplo, ad sui adorationem cæteros omnes cogere: vulgus namque ducitur auctoritate, & exemplo principum, eorūque facta & exempla imitamur: ideo scriptum est in Ecclesiastico cap. decimo. *Qualis rector ciuitatis, tales & habitatores in ea.* Cuius persimilis est Platonis sententia, quam in quadam epistola ad Lentulum, laudat Cicero, quales sunt in Republica principes, tales esse in ea solere ciues. Quapropter non tantum mali est, vt scribit Cicero libro tertio de legibus, peccare principes, quamquam est magnum hoc per se malum, quantum illud, quod permulti etiam imitatores principum exsistunt. Nam quale sumque fuerit ciuitatis vitæ, talem ciuitatem esse solere: & quæcunque mutatio morum in principibus exstiterit, eandem in populo exsistere. Quo pernitiosius de republica merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea insuper fundunt in imitatem, atque solum obsunt, quod illi ipsi corumpuntur, sed etiam quod corrumpunt plusque exemplo, quam peccato nocent. Suprà dictæ consona tradit Hieronymus, ita scribens. *Excelsa periculosius sunt, & ruina grauius corruunt, quæ sublimia sunt. Principes congregantur ad adorandum statuam, vt per præceptores seducantur & gentes. Qui enim diuites sunt, & potentes, dum timent carere diuitiis & potentia facilius sæpe imitantur scelestas auctoritates, subditi sæpe principum exempla perimunt.* Verum idem Hieronymus explanans illa verba, quæ sunt paulo infra, *Cadentes adorare statuam, quam constituit rex Nabuchodonosor*, ad hunc modum scribit. *Omnem Scripturam sanctam mihi perterrens, nisi tamen me fallit oblitus, nequaquam reperio, quod simulatorum quisquam, Deum eadem adorauerit, sed quicunque idola, & dæmones, & res illicitas adorauerit, eadem dicitur adorare: vt in hoc loco non semel, sed crebrius, & in Euangelio diabolus dixit Domino, hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Sed profecto hæc scribēti Hieronymo, obliuio irrepsit complurimum locorum Scripturæ, in quibus hoc ipsum ponitur in Dei, & Christi adoratione: veluti Psalmo nonagesimo quarto, *venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.*

Ioan. 7. Vulgus ad imitationem principū studia, mores viamque conformat.

Matt. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& Ioannis capite nono, cæcus à Christo illuminatus, procidēs eum adorauit, & Matthæus narrat capite secundo, tres magos procidentes adorasse Dominum. Præterea, vt est in Apocalypsi capite septimo, angeli ceciderūt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum: & cap. 19. Ioannes cecidit ante pedes angeli, vt adoraret eum, & paulo supra, viginti quatuor seniores ceciderunt, & adorauerunt Deum sedentem super thronum.

*Sunt viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt rex, decretum tuum: Deos tuos non colunt, & statuam auream, quam exeristi, non adorant.*

SVpet his verbis tres explicandæ sunt difficultates. Prima difficultas est, qua ætate fuerint eo tempore hi tres Danielis socij. Vulgò namque existimatur & dicitur eos fuisse tunc pueros: nec vulgus tantum ita sentit, & loquitur, sed idem quoque videntur sensisse Patres. Hieronymus in commentariis huius capitis, non semel eos appellat pueros: Augustinus etiam in sermone quodam de his tribus pueris, qui est 240. inter sermones eius de tempore: Chrysostomus in quadam homilia de tribus pueris, non tantum puerili, sed etiam infantili ætate fuisse tunc eos significat, quin ipsa Ecclesia in horariis precibus ad laudes diei Dominicæ, canens horum hymnum, vsurpat illam antiphonam, *tres pueri iussu regis, in fornacem missi sunt, non timentes flammam ignis*, dicentes, *Benedicite Deus*: denique vocatur hymnus, seu canticum trium puerorum. Sed profectò, si veritati, & diuinæ Scripturæ consentanea loqui volumus, necesse est dicere, eos tunc, non solum ex pueritia, & adolescentia excessisse: sed minimum extremam egisse iuuentutem. Quippe supra ostendimus in exordio huius capitis, quæ narrantur in hoc capite, ea post vigesimum quintum annū regni Nabuchodonosor esse acta: an verò multis, an paucis annis, post id temporis euenerint, in obscuro, & incerto esse. Capti sunt autem, & Babylonem ducti hi tres, primo anno regni Nabuchodonosor, quo tempore non poterant minores esse octauo aut decimo anno: quam rem suprà in principio primi capitis, exposuimus. Ex his conficitur, cum hoc miraculum accidit, fuisse eos minimum triginta quinque annorū. Vnde Scriptura hoc loco appellat illos viros: & Theodoretus vocat iuuenes, in ætatis vere eos fuisse scribens. Et vero,



si tunc erant præpositi operibus prouinciæ Babylonis, non minori eos fuisse ætate existimare conuenit, tanti enim muneris grauitatem, & auctoritatem, nequaquam pueris rex imposuisset. Cur igitur passim appellantur pueri. Fortasse habito respectu ad eam ætatem, qua illi erant cum capiti, & Babylonem ducti sunt, quo tempore diximus fuisse eos admodum pueros, vt eam ob causam appellatio pueri semper in illis remanserit. Vel forte appellantur pueri, non more nostro, sed consuetudine loquendi sacræ Scripturæ, qua puer dicitur, quicunque nondum est senex. Sic in Exodo cap. 33. Iosue appellatur puer, qui tamē excedebat quadragesimum annum, & princeps exercitus iam debellauerat, & deuicerat Amalechitas, vt antea eodem libro cap. 17. scriptum fuerat. Dominus quoque nosser, vt est apud Ioannem c. 21. apparens post resurrectionem suam discipulis, appellauit eos pueros, dicens, *pueri nunquid pulmentarium habetis?* Nisi etiam dicamus, tres illos iuuenes appellari pueros, propter singularem animi & corporis puritiā atque innocentiam, & quandam veluti puerilem sinceritatem ac simplicitatem: qua de causa etiam Saul in primo libro Regū c. 13. fuisse dicitur filius vnius anni cū regnare cœpisset.

Altera difficultas est, cur de Iudæis plurimis qui erant Babylone, tres hi duntaxat iuuenes accusati sunt à Chaldæis? Fortasse principes tantum, & magistratus, ad statuæ adorationem vocabantur, nulla vulgi habita ratione, quamobrem, cū hi tres iuuenes publico munere fungerentur, ad statuam adorandam cōpellebantur, eorūque recusatio, notabilis erat, & ad regem deferenda videbatur. Vel credibile est pleroſque Iudæorū metu mortis adorasse statuam, præsertim cum essent Iudæi valde proclines ad idololatriam, qui autem boni viri erant, & diuinæ legis obseruantes, sed quibus tamen non satis animi erat ad tolerandos cruciatus, mortemque subeundam, alio profugerant, vel se abdiderant. Illud quoque responderi posset, quia hi tres erant omnium Iudæorum honoratissimi, & apud regem gratiosissimi, etātque Chaldeis præpositi à rege, propterea fuisse eos Chaldæis inuidiosos, & exosos, quocirca libenter Chaldæi arripuisse occasionem hanc, ac cōsandi eos apud regem, & si possent, omni dignitate vitaque priuandi.

Cur de tam multis Iudeis hi tres tū accusati sint.

Tertia est difficultas, cur etiam Daniel non est coactus adorare statuam, & cum credibile sit eum non fuisse adoratum, cur non eidem supplicio cum sociis suis destinatus fuerit. Multiplex responsum dari potest. Glossa respondet, Danielem tunc afflitisse regi, & quia rex non adorabat statuam, nec ipsum ad eam adorandam esse compulsum. Lyranus, & Carthusianus, tribus modis respondent, aiunt enim Danielem tunc, vel

Cur Daniel non sit vocatus ad statuæ adorationē.

ægrotasse,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ægrotasse, vel longo abfuisse Babylone, propter mandata, & negotia, quæ regis iussu, ac nomine in aliis prouinciis conficere debebat: vel non tentasse regem ab illa impietate reuocare, quod certum haberet, se regem admonendo, aut reprehendendo, nihil profecturum, quin magis furorem, & crudelitatem eius irritaturum, atque inflammaturum. Sed cur regis iræ aduersus tres socios suos non miserebitur, eorum suspirans patrocinium, eosque a tanto periculo, & supplicio liberare quoquomodo contendens? An fortasse, quia diuina reuelatione cognouerat, eos ex illo incendio, insigni miraculo, seruatum iri à Deo, & ex ea re, magnam diuinæ omnipotentiæ apud omnes illas gentes admirationem, maximamque Dei Iudæorum prædicationem, & reuerentiam prouenturam? Namque similiter dicit Dominus noster fuisse voluit, amicū suū Lazarū grauissimo morbo conflictatū interire, quod posset eius ad vitam reuocatio, magnam Dei gloriam, sequę doctrinę auctoritatem, & confirmationem, ac Iudæis vtilitatem esse allaturā.

*Ecce Deus noster quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis: & de manibus tuis, ô rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti, non adoramus.*

Expositio responsionis trium puerorum.

BEne monet hoc loco Diuus Hieronymus in hac historia, tā hic quam paulo supra, distincte commemorari Deos Nabuchodonosor, & statuam, quam ille erexerat. Nam tres illos iuuenes, nec Deos Regis, nec statuam voluisse adorare, & Chaldæi detulerunt, & ipsi confessi sunt. Quo licet intelligere, illam statuam non fuisse alicuius de Dijs, quos Rex, vel Babylonij colebant, sed fuisse statuam ipsius Regis, in qua se ille tanquam Deum adorari volebat. Mira tamen in hoc responsio illorum iuuenum, eluceret pietas, & prudentia. Affirmant enim Deū quem colunt, posse eos ex omni periculo, & malo liberare, an verò sit ipsos ex illo præsenti periculo liberaturus, incertū diuinæ voluntatis, ac sententiæ, non affirmant, nouerant enim Deū non semper facere, quicquid potest facere, nec semper seruos suos ex periculis, & malis, in quibus versantur, eripere: sed quia non seruiebant Deo, tantum propter bona, quæ ab eo expectabant, nec propter mala, quibus liberari ab eo cupiebant, propterea dixerunt: *si autem voluerit liberare, nihilominus statuam tuam non adorabimus.* Quam illorum iuuenum in respondendo prudentiam perpendens Hieronymus: *Pulchrè,* inquit,

Theodoretus.



*illi iuuenes dixerunt. sed si noluerit, vt non impossibilitatis Dei, sed voluntatis sit, si pepererint.* Eundem locum pluribus, & illustrioribus verbis tractant Theodoretus: *Quæst.* ait, *istis verbis illud significare volebant, nos pro mercede aliqua, Domine nostro non seruimus, sed amore tui, omnibus vtique cultū ipsius præferimus, qua, re ne ab his quidem malis temere liberari petimus. sed ipsi omnem nostri gubernationem, & prouidentiam permittimus, & eius quod futurum est, iudicari gubernatori nostro, quemcumque ei libuerit, nauem dirigendam committimus. Pro certo enim habemus, posse illū nos è manibus tuis eripere, vtrum verò id facere velit, ignoramus, sed cum sapienti tu, eius rerum nostrarum moderationem committimus: quam libet iudicij eius sententiam, tanquam meliorem, nobisque vtiliorem libenter accepturi.* Sic Theodoretus. Verum duo ex prædictis verbis in quæstionem adduci possent. Quæri enim Cur Deus non posset, cur Deus, cum sæpe seruos suos mirabiliter liberet ex malis, quibus sunt, vel proximi, vel iam subiecti, non id semper faciat, cum semper tamen facere nullo negotio possit. Sed in promptu est responsum, multis de causis id semper Deum nō facere. Primo, vt fiat ratio suæ prouidentiæ, qua sapienter, ac suauiter gubernās omnia, sinere debet causas secundas fere suas vires naturales exercere, suos motus agere, & ordinem sibi à conditore suo impositum tenere. Deinde, vt cum seruis Dei miraculose à Deo liberantur, clarissimè appareat, illud esse diuinæ omnipotentiæ opus, nec ad aliquam naturæ occultam vim referri posse, vt de Psyllis, & Marsis, qui serpentes, & venenata animalia innoxiè tractabant, ab antiquis proditum est. Si enim liberatio Sanctorum, semper vel frequenter fieret, non haberet administrationem: ideoque cessaret ratio miraculi, & ex eo ad multos permanaret vtilitas, nec tam puro, & sincero animo, ad fidem Christi amplectendam homines accederent, nec in tolerantia omnis generis cruciatuum, & acerbissimæ mortis perpessione, tanta fides, & gratiæ Christi efficacitas, tanta seruorum eius magnitudo animi, & constantia, tanta diuini nominis gloria eluceret. Quocirca, hos tres iuuenes ex manibus Nabuchodonosor liberauit Deus, septem autem pueros Machabæos, de manibus regis Antiochi liberare noluit. 2. *Mac.* 7.

Cur Deus aut præcipiat, aut permittat, vt seruis suis affligantur, aut pereant.

Alterum, de quo posset dubitari, illud est, cur illi iuuenes tā potere regis imaginem adorare recusarint. Sed facile est causam reddere. Erat enim Iudæis, lege diuina veritus omnis generis imaginum cultus & adoratio. Nam Exod. 20. cap. Dominus ait: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles.* Leuitici autem. 26. tantopere ait: *Ego Dominus Deus vester, non facietis vobis idolum, nec ti-*

Cur illi iuuenes tantopere regis statuā

*tulos*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*tules erigetis, nec insignem Lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum.* Idem ipsum Deut. cap. 4. & 27. inculcat Moses. Præterea, variis in locis diuina Scriptura imagines, & idola, eorumque adorationem damnat, contemnit, irridet. Lege Psalm. 133. & 124. Isa. item 45. cap. Hier. 10. Baru. 6. Sap. 15. cap. Quin rex Ezechias, vt est in lib. 4. Reg. cap. 18. quia Iudæi, nescio quem cultum, & venerationem adhibebãt illi æneo serpenti, quem Moses in deserto fecerat, cum contemptu, & indignatione ipsum confregit, atque comminuit. Denique in huius præcepti obseruantia, tam constanti, & obfirmato animo, sæpe Iudæos permansisse accepimus, vt cum Pilatus, & Petronius Præsides Iudææ, tentassent facere imagines Tiberij, & Caligulæ imperatorum occultæ Hierosolymam illatas, a Iudæis honorari, & coli, tam obstinatè Iudæi restiterunt, vt turmatim nudas ceruices ostentarent, & offerent, parati millies quamcumque mortem subire potius, quam contra patrias leges, vlla simulacra venerari. Narrat hoc Iosephus lib. 18. Antiquitatum. cap. 4. & 10. In 2. autem libro contra Appionem refert, Iudæos, qui sub Alexandro Magno militabant, cum vellet ille templum, & sepulturam Beli, quem Babylonij pro summo Deo colunt, repurgare, ac reparare, & ad id suorum militũ opera vteretur, vt ad id etiam Iudæi operam suam nauarent, nulla ratione eos adduci potuisse. Cum igitur aduersus quarumlibet imaginum adorationem, tam obfirmati, & inuicti semper fuerint Iudæi, liquet profecto fabulosum esse, & in Iudæorum contemptum, atque odium malitiosè confictum à Possidonio, Apollonio, Molone, Appione grãmatico, & Cornelio Tacito, Iudæos habuisse in penetralibus templi, aureum caput asini, idque tanquam summum Numen adorare solitos. Sed hoc commentum manifestis argumentis confutat Iosephus. Mitor equidem Tacitum id autum de Iudæis prodere, cum ipso lib. 5. historiarum, disertis verbis confiteatur, Iudæos mente sola, vnumque Numen intelligere, ac venerari, prophanumque ducere imagines Deorum, mortalibus materiis, in speciem hominum effingere: ideoque nulla simulacra eorum vrbibus, nedum templis esse non regibus hanc adulationem, nõ hunc Cæsaribus honorem adhiberi. D. Hieronymus hunc locum explanans, ita scribit. *Cultores Dei, statuas adorare non debent. Ergo iudicet, & Principes seculi, qui imperatorum statuas adorant, & imagines, hoc se facere intelligant; quod tres pueri facere nolentes, Deo placuerunt. Et notanda proprietas, Deos coli imaginem adorari dicunt, quod vtrumque seruis Dei non conuenit.* His verbis Hieronymi, & horum iuuenum exemplo, valde inscienter, & imprudenter hæretici huius temporis abuntur ad reprehendum damnandumque cultum, & venerationem, quam Sanctorum imaginibus exhibet Ecclesia Catholica, cum luce solis clarius sit, sti temHieronymũ loqui de imaginibus imperatorũ, quas nefas est, à Christianis adorari more Gentiliũ, qui eas diuino cultu & honore venerabantur, non aliter, quam suorum Deorũ simulacra.

Tacitus mẽdacij arguitur.

Aduersus hæreticos non



## ORATIO AZARIÆ.

Licet in libris Hebraicis hæc oratio non reperiatur, eam tamen Ecclesia Catholica, vt diuinam Scripturam, & partem libri Danielis, semper habuit. Et sane, tanta huius orationis sanctitas est, tam certum Sancti Spiritus odorem afflãs, tantaque cum aliis sacræ Scripturæ sententiis, maximè verò cum oratione Danielis, quæ infrà ponitur cap. 9. ipsius est consensio, & conuenientia, vt eam Dei afflatu, & instinctu fuisse editam, dubitari non possit. Ecclesia sane, multas huius oratio nis sententias, in officiis ecclesiasticis, & diuinis mysterijs peragendis, frequenter vsurpat exempli causa, in sancto, & tremẽdo Missæ sacrificio, post oblationem calicis, subdit illam precationem: *In spiritu humilitatis, & animo contrito, suscipiamur à te Domine, & sic fiat sacrificium nostrum hodie, vt placeat tibi Domine.* Quę verba manifestum est, ex hac oratione esse sumpta. In quadragesima item, Feria 5. Dominicæ in passione, introitus Missæ hc habet: *Omnia, quæ fecisti Domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus, &c.* Quæ verba ex hac oratione deprompta sunt: sicut etiã Epistola eiusdem Missæ. Sed cur in eius Epistolæ principio positum fuerit, *orauit Daniel Dominum*, cum oratio illa non Danielis fuerit, sed Azariæ, causam equidem non intelligo. Nisi quis piam forsasse dicat, quia Daniel eius libri auctor fuerit, propterea quæcunque in eo libro continentur, ipsi posse attribui. Quod responsum si probatur, reddenda etiam causa erit cur non simili ratione, Canticum trium puerorum Danielis Canticum inscribatur, & appelletur. Adhæc, quod visum est quibusdam viris doctis hanc orationem Azariæ, itemque Canticum trium puerorum, historiam quoque Susannæ, ac Belis, quę nec Hebraico, nec Chaldaico, sed Græco tantum sermone sunt edita, ea non à Daniele, sed multis post seculis, à Docto aliquo & linguæ Græcæ perito Iudæo: nõ sine Dei tamen afflatu & ductu esse scripta: & libro Danielis adiecta, quod ad idem eius libri argumentum, & historiam pertineret. Quamquam Athanasius in Synopsi, omnium, quæ sunt in hoc libro, solum Danielem agnoscit auctorem, Diuus Hieronymus in principio huius orationis, & post finem cantici trium puerorum monet lectorem, has duas scripturas non inueniri in

Oratiõe Azariæ esse sacram Scripturam.

libris

Universidad de Deusto
Biblioteca



Danielē ex editione Theodotionis habemus.

libris Hebraicis, sed eas sumptas esse ex trāslatione Theodotionis. Quod non voluit Hieronymus significare, has duas scripturas à Theodotione fuisse primum editas, nec ante illum fuisse in Ecclesia, cum & Origenes, & Russinus affirmēt, eas ab exordio nascentis Ecclesiæ, summa venetatione in conuentu fidelium vsurpari & decantari solitas: sed illis verbis voluit indicare Hieronymus, librum Danielis in Ecclesia tantum legi, secundum translationem Theodotionis, posthabitis aliis translationibus, etiā Septuaginta interpretum. Qua de re ita scribit Hieronymus in epistola. 126. quæ est præfatio in Danielem. *Danielem prophetam, iuxta Septuaginta interpretes Dominis seruatoris Ecclesiæ non legunt, vtentes Theodotionis editione: & hoc unde acciderit nescio: siue enim, quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta interpretes, eadem lingua linguæ in translatione seruare: siue sub nomine eorum, ab alio nescio quo non satis Chaldaam linguam scientē, editus est liber, siue aliud quid causæ exciterit ignorans, hoc vnū affirmare possum, quod multum à veritate discordet, & recte iudicio repudiatus sit.* Sic ibi Hieronymus.

## *Omnia iudicia tua vera sunt.*

Quibus in rebus maximè incōprehēsibilia videantur Dei iudicia.

MVlta sunt Dei iudicia, non ipsius Dei, sed operum eius atque effectuum, in quibus illa mirabiliter elucent, cōpatione. Verum in quatuor potissimum rebus, iudicia Dei vera sunt, & humana ratione incomprehensibilia, in quibus nempe veritas illud dicatur: *Iudicia Dei, abyssus multa.* Primò quidē, in æterna electione & reprobatione hominū, siue priuatim, horū aut illorum hominum, vt Iacob & Esau: siue in commune, aliquarum gentium & populorum, vt populi gentilis & Iudaici. Eō quoque mirabilius ut accidit, quod illam distinctionem electionis & reprobationis, non ex præuisis bonis malisve hominum factis, sed ex sola Dei voluntate primū profectam esse, nec vno loco, nec obscuris verbis Scriptura demonstrat. De hisce iudiciis Dei, multa Paulus in epistola, quā scripsit ad Romanos nono & vndecimo capite diuinissime disputat. Deinde, quod aliquas gentes & nationes vocet ac perducat ad gratiam Euangelij, missis ad eas concionatoribus & doctoribus veritatis, crebrisque ad eas commouendas factis miraculis: alias vero gentes, nihilo peiores illis, deserat, & in tenebris ignorantiæ ac idololatriæ derelinquat, non mittens illis efficacia subsidia, quibus ad salutem accipiendam conuertantur: Atque, in hoc illud admirationem auget, quod Deus nonnunquam magna dedit auxilia quibusdam populis, quibus scebat ea nihil profutura: eadem vero denegauit aliis, qui si ea habuissent,



habuissent, vehementer ad pœnitentiam commoti fuissent. Id quod Dominus noster in Euāgelio docet dicēs: *Væ tibi Corozaim, Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.* Postrema, in eo quoque miranda sunt Dei iudicia, quod sæpe sceleratis & impiis hominibus, omnia tribuat secundissima, & ad eorum voluntatem fluentia: pios autem & innocentes viros, magnis acerbitatibus & calamitatibus deprimat & cōterat, eosque sub imperium impiorū & barbarorū principū, potestatemque & dominatum subiiciat, quin etiam, templa sacra vasa, cæteraque diuino cultui & religioni dicata, ab hostibus sui nominis rapi, violari, contemni, & pessundari patiatur. Qua de re, veterum sanctorum querelas & lamentabiles voces, legimus apud Iob. cap. 21. Dauidem psal. 72. Hieremiam capite duodecimo, Abacuc cap. primo. Denique, mirabilia & tremenda sunt Dei iudicia in eo, quod aliquos homines, qui totam vitam in maximis flagitiis contriuerant, extrema ætate ad pœnitentiam adducat, & vsque ad vltimum spiritum, in gratia sua conseruet, alios verò, qui vsque ad senectutem sanctissimæ vixerant, in extremo vitæ actu derelinquat, id est, sinat in ea peccata labi, è quibus deinde ad veram pœnitentiam nunquam exurgant. *Matth. 11. Luc. 10.*

Triplex veritas diuinorū iudiciorum.

Porro, prædicta Dei iudicia, licet occulta sunt homini, sunt tamen vsquequaque iusta & vera. Vera dico, veritate entis, iustitiæ, & fidei: entis, quia sunt congruentia cum regula & idea diuinæ sapientiæ. Sicut enim veritas operum artificialium ex eo spectatur, quod illa opera respondeant ideæ, quæ est in mente artificis: ita veritas rerum omnium à Deo creatarum eò potissimum æstimatur, quod ideæ seu ideis, quę sunt in mente illius sapientissimi opificis, perfectè consentiant. Veritate iustitiæ, quia sunt consentanea Dei iustitiæ, tam ei, quæ est vindex & vltrix scelerum, quam quæ remuneratrix est virtutum. Veritate fidei, quia mirificè conueniunt cum antecedentibus Dei promissionibus & comminationibus: ita enim Deus tractauit Iudæos & eum ipsum pie colebant, & cùm ab eius cultu recedebant, sicut factum fe, per prophetas suos illa pollicitus & comminatus fuerat. Vocabulo enim fidei significatur hoc loco veritas & constantia in dictis & promissis.

## *Peccauimus enim, & iniquè egimus, recedentes à te, & deliquimus in omnibus.*

Viri sanctissimi

ATqui iuuenes illi optimi sanctissimique erant, & semper fuerant: cumque in seruitutē ducti sunt, pueri erant innocentes,

Universidad de Deusto
Biblioteca



appellãt se iniquos & scelera tos.

centes, vt illam calamitatis acerbitatem, suis ipsi sceleribus commeruisse non potuerint. Quanquam non sunt hoc singulare & proprium istorum iuuenum appellare se iniquos & contemptores diuinæ legis, sed commune cum multis aliis integerrimis & innocentissimis viris. Audi socium istorum Danielem, infrà, c. 9, sic orantem: *Domine, peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & declinauimus à mandatis tuis, &c.* Et post alia subdit: *Cum confiteret peccata mea, & peccata populi mei.* Audi Isaiam cap. 64. *Facti sumus sicut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ, & cecidimus quasi folium, & iniquitates nostræ, quasi ventus abstulerunt nos.* Similia loquitur Hieremias capite tertio. *Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam Deo nostro peccauimus nos & patres nostri, ab adolescentia nostra vsque ad hanc diem.* Similiter etiam orabat Deum Esdras, libro primo capite nono. *Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad diem hanc, & pro iniquitatibus nostris traditi sumus in gladium, in captiuitatem, in rapinam, & in confusionem.* Hieronymus igitur, exponens rationem, cur hi sanctissimi iuuenes appellent se peccatores, ita scribit hoc loco: *Certè tres pueri non peccauerunt, nec eius ætatis erant quando ducti sunt Babylonem, vt propter vitia sua sic puniri deberent. Ergo, quomodo breuis persona populi loquuntur, sic illud Apostoli legendum est, non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum illud operor, & eorum quæ eo in loco scripta sunt.* Tantum Hieronymus. Significat igitur, quia isti iuuenes erant pars populi Hebræi, qui omnis fermè, nimirum paucissimis exceptis, sceleratus & aduersus Deum impius fuerat, ideo ipsos annumerantes se cæteris, quod plurimis conueniebat, de omnibus vniuersum pronuntiasse. Verum præter iupradictam Hieronymi rationem, alias complures causas affere possumus, cur sancti viri se peccatores agnoscant & accusent. Ac primò quidem, excellens charitas qua illi ardebant, faciebat, vt omnia proximi, siue bona siue mala, præsertim vero hominum suæ gentis ac religionis, communia se cum illi existimarent: istaq; illorum peccata, vt sua lugebant, & pro illis expiandis ac eluendis, non minus quã pro suis, Deo satisfacere quoquo modo satagebant. Multi præterea, suorum peccata sibi imputabant, vetiti, ne quam ipsi dedissent illis occasionem ea perpetrandi, vel non præmonendo eos, vel nõ reprehendendo & corrigendo, vel occasiones peccãdi ab illis non remouendo vel denique prætermittendo ea quæ facere ipsi valuissent & debuissent, quibus illi iuuati, & à peccando

Rom. 5.

Cur se viri sanctissimi scelerat os & iniquos appellẽt.

cohiberi



cohiberi potuissent. Deinde, vocant se peccatores sancti viri, spectantes infinitam Dei sanctitatem & iustitiæ perfectionem, cuius comparatione, omnis humana iustitia est iniustitia: & munditia sunt sordes: & lux, sunt tenebræ. *Ne intres*, inquit Dauid Psalm. 142. *in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Iudae hoc illustrandum, nihil est luculentius verbis illis Iob, quæ sunt in capite vigesimo quinto. *Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus, natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis.*

Omnes sancti alicuius vitæ habent.

Postea, sancti reputant secum plurima & grauissima peccata sua præterita, in quibus magnam vitæ partem miserè perdiderunt, ideoque se peccatores appellant. Sic Paulus, quia persecutor, contumeliosus, & blasphemus fuerat, agnoscebat, & appellabat se primum omnium peccatorum. Considerabant præterea, quid ipsi essent, remota Dei gratia, quæ non illis ex debito, sed planè gratuito donata fuerat, cernebantque hominem ex se in peccatis conceptum & natum, & ad peccata propensum, nec posse vlla ratione de peccatis emergere. Hinc de se Dauid cogitans & sentiens, clamabat Psalm. quinquagesimo. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea:* & Paulus in epistola ad Ephesios capite secundo dixit, *eramus natura filij iræ.* Ad hoc, quia sanctis incerta erat præteritorum iustum criminum remissio: non enim erat certo exploratum & liquidò cognitum, an ipsi essent in gratia apud Deum, propterea semper precabantur, & quasi peccatores pœnitentiam agere, & veniam à Deo impetrare studebant. Sciebant enim sapientem in Ecclesiastico capite quinto, salutare eorum neminem reliquisse *Beatus vir, qui semper est pauidus: & de propitiato peccato, noli esse sine metu.* Egerant etiam quod dixerat Iob, c. nono, vir certè qui sanctissimus: *Si venerit ad me, non videbo eum, si abierit, non intelligam eum, etiam si simplex fuero, hæc ipsa ignorabit anima mea.* Adiice, quod se peccatores existimabant, propter peccati, si non consensum, certè acerrimum sensum: qui ex insanabili concupiscentia perpetuo exardescebat. Solet autem Scriptura nominare peccatum, etiam concupiscentiam, & naturalem propensionem atque incitationem ad peccandum, vt videre est apud Paulum capite septimo epistolæ quæ est ad Romanos. Ad extremum, peccatores se appellabant, propter crebra peccata venialia, in quæ identidem labebantur. Ea verò illi non parua & leuia existimabant, sed valde grauia & odiosa, vt qui bus cernerent ardorem caritatis minui, & retardari cursum

Universidad de Deusto
Biblioteca



hominis ad summam perfectionem consequendam. Hæc de causa Salomon, vt est in 3. Reg. c. 8. dixit: *non est homo qui non peccet.* Et ne putaret quispiam ipsum loqui tantum de homine modo & vacuo Dei gratia, idem in lib. Eccles. cap. 7. ait: *Nonne homo iustus super terram, qui faciat bonum & non peccet.* Quibus, dilectus ille Iesu discipulus Ioannes, elucidanter inquit: *si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Dominum nostrum, voces apostolicas ejurare, voluit eo crebrò vsurpate sententiam illam, *dimitte nobis debita nostra.* Verum de hoc, satis dictum sit.

Ioan. 1.

Mat. 6. 12

*Iudicia vera fecisti, omnia quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam Patrum nostrorum Hierusalem.*

MVltis de causis olim Hierusalem appellata est ciuitas sancta. Primo quidem propter eius vrbis conditores, vnde ipsi non patua dignitas, religio, & sanctitas accessit, Strab. lib. 16. significare videtur, Hierusalem fuisse conditam à Mose, sat certè, primum omnium Molem, cum locum, in quo ea vrbs extructa est, cum imperio tenuit. Sed erat ignoratione sacrarum literarum, quibus proditum est, nunquam Molem, vel sedem in terram Chanaam posuisse pedem usquam populus transiturus Iordanem, & Iudæam attingeret, vt ita dictum. Lege extrema duo capita Deuteronomij. Cornelius Tacitus refert, quodam paralle Hierosolyma ab antiquissima gente Solymorum fuisse condita: sic enim scribit libro quinto historiarum: *celsam alij Iudæorum urbis tradidere. Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ urbi, Hierosolyma nomen à suo fecisse.* Verum hanc opinionem falsam esse, paulo infra ostendemus. Iosephus lib. 7. de bello Iudaico. & Hegesippus, primum Hierosolymæ conditorem fuisse Melchisedech regem Salem, vt est ipsum etiam libro Geneseos cap. 14. Itaque antiquitus dicta est Salem, quæ postea Hierusalem appellata est. In eadem sententia fuisse Hippolytum, Irenæum, Eusebium Cæsariensem, & Eusebianos, Apollinarium, & Eusebium in epist. 125. quam Cyprio ad Magnum, constitat Hieronymus. Quo quidem suscepto opinionem, eodem illo loco vehementer aversatus, vas electionis: *Salem autem ciuitas Melchisedech, ait, Ille vrbem, quam Hierosolymam, cum probabiliter, nemo sit inuenire loci exercere ac iudicare. Melchisedech autem, qui clarissimum Christi sacerdotium, & figuram illius imaginem præferebat, quantæ fuerit dignitatis ac sanctitatis excellentis, ex libro Geneseos, & epistola, quæ à diuo*

De conditoribus vrbis Hierusalem.

Refellitur Strabo.

Gen. 14. & Heb. 7.

2 Reg. 5.



*Paulo scripta est ad Hebræos, facile intelligi potest.* Alter eiusdem vrbis quasi conditor, fuit Dauid, qui eam bello cepit, vitijs pulsisque lebusæis, qui eam vrbem per annos ferme octingentos quadringenta tenuerant. Eam vrbem Dauid circa decimum regni sui annum, & sic captam, quodam ex angulo oppido fecit amplissimam, & munitissimam, eiusdictatem, vt quique reges, & imperij sui caput constituit. Quæ Hierusalem postea, in tantum gloria opibus, & imperio aucta, & nobilita est, vt eam Plinius lib. 5. c. 14. vrbium orientis longè clarissimam appellare non dubitauerit.

Multas ob causas quondam dicta est ciuitas sanctissima.

Magnam porro ei vrbi sanctitatem attulit, magnificentissimum templum à Salomone in ea constructum: in quo loco, à Iudæis sacrificari Deo, & quæ ad cultum diuinum proprie pertinebant, tractari ponebant. Locum item in quo templum & vrbs ædificata est, fuerat antea duplici, & vtroque quidem vitio infectum, miraculo non certamus, & sanctificatus. Etenim eo in loco Abraham, vt diuinæ iussis obtemperaret, sacrificare voluit filium unicum Isaac, & fecisset, nisi ejus manu ab eo esset reuocatus. Super eumdem locum vidit Dauid, cum latissimè grassaretur in populo Hebræo pestilentia, angelum stantem inter cielum & terram, manu tenentem gladium contra Hierusalem euaginatum, quo in loco ædificauit Dauid, ad placandam iram Dei, & depellendam pestilentiam, ædificare altare, & offerre holocausta, & pacifica, oblatum autem ab eo sacrificium, ignis cœlitus missus crematum, & consumptum est. Lege 21. caput prioris libri Paralipomenon, & posterioris 3. caput tertium. Dicitur etiam Hierusalem ciuitas sancta, propter sanctissimam multorum prophetarum in ea conuersationem, prædicationem, miracula, & martyria. Illud quoque ad sanctitatem eius facit, quod in veteri testamento frequenter assumitur, vt figura & imago Euangelicæ, & Christianæ Ecclesiæ, qua ratione ea pene numero de Hierusalem loquitur Isaias. In nouo autem testamento, vt videre est apud Paulum in epistola ad Hebræos, & in extrema Apocalypsi Ioannis, sæpe quidem proponitur, vt regnis, & imago quædam cœlestis patriæ. Cæterum prædicta omnis eius vrbis sanctitas, nullius pene momenti est, si cum ea conferatur qua Dominus noster eam vrbem condecorauit, & sanctificauit, corporali sua præsentia, conuersatione, prædicatione, miraculis, effusione sanguinis, acerbissimæ mortis perpessione, & multis post resurrectionem apparitionibus: denique admiranda spiritus sancti missione. In qua vrbe, prima fuerunt legis Euangelicæ primordia, indeque lux Euangelicæ veritatis effulgens, toti mundo inclaruit, sicut Isaias prædixerat capit. secundo: *De Syon exibit lex, & verbum*

2 Reg. 24.

Gene. 22. 2 Reg. 24.

Isa. 60. Heb. 2. Apoc. 2. & 22.

*eū Domini de Hierusalē*. Postremo, sanguine protomartyris Stephani, & veritus Iacobi Apostoli, aliorumq; martyrio, sanctificata & glorificata est. Atq; hāc eius vrbis, & templi quod in ea erat, spiritualē gloriā, & decorē spectās Aggæus propheta vaticinatus est, maiorem fore secundi templi gloriam, quam fuerat primi. Quod vaticinium, si de corporali eius templi gloria intelligatur, vt carnales & cæci exponunt Iudæi, verum non fuisse, euentus ipse demonstrauit.

Aggæ. 2.

Vocabula quoq; quibus ea ciuitas diuersis temporibus variè appellata est, ad cōmendandā eius dignitatē, & sanctitatē nō parū valēt. Primū igitur nōnulla est, dicitur, & verbi gratia initio esse appellata Zedech, hoc est iustitia. Nā primo omnium regem reperimus in Scriptura nominatū Melchisedech, & Adonibezech, quorū illud rege iustitiæ, hoc dominū iustitiæ significat. Postea, Salem dicta est, quæ vox significat pacē, vnde in Psa. 75. dicitur, *Et factus est in pace locus eius*: pro, *in pace*. Hebraicē autem est, (in salem) vnde dubie, de ciuitate Hierusalē ibi loquitur Dauid. Nimirū propter sacrosanctā Christi Domini in carne mysteria ea in vrbe peragēda, tā augusto ei loco dignum esse iudicauerunt supposita nomina per Christū: cuius nimirū in ea vrbe susceptam, iustitia & pax, atq; felicitas tum ibi cōparata est. Vocabulō autē, *Iebus*, quo ea vrbs vulgo solita est appellari, incolatus magis, quā vrbis propriē fuit appellatio. Deniq; appellata est Hierusalē, siue à Dauide, vt Iosephus lib. 7. Antiqui. existimare videtur, siue ab alio quopiā, facto ex duabus vocū nominibus, Iā eū Abrahā, vt est in lib. Gen. c. 22. filiū suū sacrificaturus, loco dedisset nomē *Adonai Jareh*, hoc est dominus prouidebit ex illo Ierech id est, prouidebit, & vetustiori appellatione salem formatum est nomen Hierusalem, hoc est, prouidebit, aut videbis pacem. Illud autem inauditum & insolitum est, quod scribit Ioseph. lib. 7. de bel. Iudaico c. 1. nomen Hierusalem positum esse à Melchisedech: qui ad veterē nomē Salem addidem ei *Iebus* propter euandi situm illic à se factum. Quasi vero Melchisedech, Græce loquutus sit. Negare item sunt quod idem Ioseph. lib. 7. Antiq. ait, Hierusalem appellatam esse à Dauide, propter murum quo vrbem cinxerat: Hieron enim, Hebræos mœnia vocare. Atque tum hoc argumento, tum aliis non paucis comitis, planè deprehenditur fuisse Iosephus Græcæ linguæ atque eruditionis peritior, quam Hebraicæ: adeo sæpe, ac puerilitèr in Hebraicorū nominum interpretationibus hallucinatus.

*Genes. 14. Ios. 10.*

Vnde dicta sit Hierusalem.

Refellitur Iosephus.

Nam est sine controuersia præterea opinio eorum qui putarunt nomen Hierosolymæ, ab antiqua Solymarum gente, quæ eam vrbem condidit, esse tractum. Iosephus quidem certe lib. 7. Antiq. cap. 3. refert, proditum esse à nonnullis Iudæos

An vrbs Hierosolyma, orti



Iudæos antiquitus dictos Solymos, gentem iam Troianis temporibus inclytam, & carminibus Homeri celebratam. In primo autem libro contra Appionem, citat Chærilum, veterem Poetam, qui Solymos dixit militasse sub Xerxe in eo bello quod Græciæ intulit. Namque recensens omnes gentes quæ in eius exercitu erant, nouissimos numerat Iudæos, quos inquit habitare iuxta montes Solymos, & prope magnum stagnum: haud dubie significans lacum Asphaltidem in Scripturā mortuum mare nominatum. Hanc ipsam opinionem etiam memorat à Cornelio Tacito, supra posuimus. Sed eam falsam esse liquidò constat. Etenim bellum Troianum euenit tempore Samsonis, aut Heli pontificis, quo tempore Iudæi grauissima seruitute à Philistæis premebantur, neque cum Græcis vel Asianis vllum habebant cōmercium. Neq; vetus tunc cœperat vrbē Solymam, seu Hierusalem. Quippe eā vrbē viam ad regnum Dauidis, in potestate Iebuseorum fuisse, lib. Iudicū. & primus lib. Reg. aperiē declarat. Solymos autem, quos canit Homerus, populos fuisse Asianos, satis liquet ex descriptione ipsius Homeri: lege 1. lib. & 14. productis in medijs Homeri versibus, probat Strabo: affirmans Solymos tenuisse excelsos Tauri montis vertices, circa Lyciā vsque Pisidiā, & eos esse, qui olim Milyes vocabantur. Herodotus lib. 1. Solymos facit cum populos Asiæ, eosdē qui postea dicti sunt Lycij, sed hoc esse contra Homerum, prædictis locis Strabo confirmat. Plin. lib. 5. c. 27. montem, inquit, vertice Pisidæ, quondā Solymi appellati, quam colonia Cæsarea, eadem Antiochia. Et eisdem lib. c. 30. testā excitat Eratosthenem, à quo traditum est, quæ tum Asiæ populos interisse, & in hac gente Solymorū, quæ tum regio proxima erat Pamphiliæ, Mauriæ, Lycaoniæ.

Denique situs vrbis Hierusalem, nescio quid sanctitatis ei esse reliquam, auctore Iosepho lib. 1. de bello Iud. ea à tertia Iudææ parte, quæ Hierosolymæ. Samaritis, eā vrbē appellauerint. Quo licet intelligere, quid significet illud quod de Christo canitur, *operatus est salutem in medio terræ*, licet per mortē, quā in loco Hierosolymitano, qui medius est terræ Iudææ, perpessus est. Nisi illud, *in medio terræ*, Phrasi propria, sed frequenti sacris litteris, idē sit quod, *in terra*, quēadmodum *in medio vestrum*, id est, inter vos. Hieronymus quidē certe initio libri secundi commentariorum Ezechielis, super illis verbis capitis quinti: *Hæc dicit Hierusalem, in medio gentium posui eam*, confirmat Hierusalē, umbilicū esse totius terræ: sed quomodo sit intelligēdū, ipse declarat. Ad hoc adducta erat Hierosolyma, sicut describit eam Iosephus libro sexto de bello Iudaico, capite 6. super duos colles cōtrarijs situbus semet

Situs Hierosolymæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



inspicientes, & interueniente valle diserertos, in quam domus exberrime definebant: in celsiori colle erat arx, & Syon ciuitas quondam appellata ciuitas Dauid. Cincta autem erat vrbs triplici muro, nisi qua vallibus inutis cingebatur: qua parte, vasta muti duntaxat habebat ab hinc. Sed ne sim longior, cætera quæ eo loci scribit Iosephus, non persequar. Ad hunc igitur Hierosolymæ situm spectans Dauid in ps. 86. canit. *Fundamenta eius in montibus sanctis: & in Psalmo 67. mons Dei, mons coagulatus, mons pinguis, mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo:* & alibi: *Leuabo oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi.* Atque hinc accedebat, vt Hierosolyma vndequaque arduo ascensu adiretur, quapropter dixit Dominus, *ecce ascendimus Hierosolymam*: & frequens est in Scriptura itionem ad eam vrbem, appellari ascensum. Pauca hæc de sanctitate vrbis Hierusalem, ad supra positam Azariæ sententiam explanandam & illustrandam, strictim attingere, non alienum duxi.

Psal. 120.

Matt. 20.

*Ne auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum.*

Cur Iudæi, commemorationem Abrahã, & Isaac, & Iacob, tã ipsis laudati Deum, facilius placari, & quæ ab eo oprabant ac sæpe vsur postulabant, prolixius impetrari posse. Cuius ego consuetudinis, duas fuisse causas existimo. Etenim nouerant Iudæi, vtros illos fuisse Deo charissimos, & apud ipsum gratissimos. Audierant enim, & legerant, Deum illis sæpenumero apparuisse, & magnifice eos cumulasse beneficijs. Cumque Deus sic ipse communiter omnibus, proprie tamen, ac singulariter istorum Deum se & appellasse ipsum, & appellari ab illis voluisse. Cum enim primum apparuit Moysi, dixit ei: *Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob.* Deinde illos Patriarchas apud Deum commemorabat Hebræi, quod ipsis Deus promisisset quatuor bonorum genera, non tam ad ipsos, quam ad eorum posteros pertinentia. Primo enim pollicitus ipsis est Deus, se multiplicaturum eorum semen sicut arenam maris, tum se futurã posteritatis eorum protectorem, ac defensorem: postea, daturum se posteris ipsorum terram Chanaan in perpetuam possessionem: ad extremum, ex illorum semine generarum iri Messiam,

Cur Iudæi, commemorationem Abrahã, & Isaac, & Iacob, tã ipsis laudati Deum, facilius placari, & quæ ab eo oprabant ac sæpe vsur postulabant, prolixius impetrari posse.

Exod. 3.

Genes. 12. 13. 15. 17. 18. 22. 24 28.



Messiã, in qua beneficiede essent omnes gẽtes. Appellatur autẽ Abrahamus hoc loco, *dilectus*: quia primus ex media idololatria seductus, & segregatus a Deo est, & vt princeps, ac pater esset futuri populi sui, peramanter electus est, amplissimique promissa in se, & in posteros suos a Deo donatus. Isaac vocatur, *Seruus*, propter singularem obedientiam, quam Patri suo præstitit, patiens ab eo se tanquam seruum colligari, & quasi victimam immolari. In quo pulchre adumbrauit Christum Dominum, qui propter nos factus homo, seruile formã, & conditione suscepit. Venit enim in hunc mundũ tanquã seruus, ministrare, & nõ ministrari, vt seruus, lauit suorũ pedes: & vt seruus in crucem tolli, & plusquam seruili mortis ignominia necari voluit. Iacob vocatur, *Sanctus*: vel quia primus sanctificasse videtur se, & dicasse Deo, vouens illi decimas omnium, quæ possideret: vel quia plenus spiritu Sancto, futuros omnium fidelium suorum, & qui ex illis nasciturus erant, casus, & euentus præuidit, & prænunciat, & nobilissimum de tempore aduentus Messiæ vaticinium edidit ieuius expectatione lætissimo animo mortẽ dixit: *Saluatare tuum expectabo Domine*: vel quia Iacob ex vtero matris suæ sanctificatum fuisse ex Augustini sententia, refert hoc loco Carthusianus.

Cur Abrahã dictus sit dilectus, Isaac seruus, & Iacob sanctus.

Genes. 12.

Genes. 22.

Genes. 28

Genes. 49

*Et non est in tempore hoc propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuam.*

Non est facile intellectu, quemadmodum Azarias vere dixerit tunc non fuisse prophetam, cum eo tempore, & in ea ipsa captiuitate Babylonica, duo florerent eximij prophetæ, Daniel, & Ezechiel. Nã Ezechiel quidem in cap. 29. meminit xxv. anni transmigrationis Iechoniæ qui fuit xxij. annus post vltimam captiuitatem Iudæorum, & secundum atque extremum Hierosolymæ. Hic autem annus incidit in annum xxxij. regni Nabuchodonosor, ante quod, vel circa quod tẽpus euenisse, quæ narrantur hoc capite, similimum vero est. Vel tum responderi potest, Danielem, tunc longe abfuisse a Babylone: & quamuis ipse, quatenus pertinet ad somniorum interpretationes, & diuinas visiones, ac reuelationes, clarissimus propheta esset, non tamen propriè habebatur vt propheta: quia non, vt superiores prophetæ, munus prophetale apud populum exercebat, monendo eum, & etudiendo, reprehendendo, item, & corrigendo, eique Dei voluntate & secreta enumerando: quemadmodum Isaiam, Hieremiam, Ezechielem, atque alios prophetas fecisse constat. Atque hanc sor-

Quomodo Azarias dicat, tunc non fuisse prophetã, cũ eo tẽpore Daniel & Ezechiel in ea ipsa captiuitate florerent.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tasse ob causam maluerũt Hebræi Danielis scripta inter hagiographa, quã inter prophetica reponere. Ezechiel autẽ in aliis locis Chaldæe morabatur, nec ipsi plena, & libera potestas faciãdi prophetiæ cuiusquã apud populũ facta erat: deniq; vnusquisq; eorũ superiorib. tẽporib. multi magnique prophetæ, simul clarnisset

Dubitatio de tẽplo ab Onia ex ædificato in Ægypto.

Quod autem ait, tunc non fuisse locum sacrificiorum, oblationum, & incẽsi, significat, secundum Theodoretum (qui putat hæc acta esse ante vrbis Hierosolymæ euertionem, & incendium templi) non fuisse illis fas, secundum legem Mosaicam, facere illa in loco suæ captiuitatis: quippe ex lege extra tẽplum Hierosolymitanum, diuina lex omnino vetabat. Idem sensit Euthymius in calce suorum commentariorum in psalmos, vbi hanc orationem interpretatur. At enim nos, supra ostendimus, hæc gesta esse post excidium vrbis, & templi Hierosolymitani. Quare, ex illorum verborum sententia erit, destructo illo templo, nullum ipsis reliquum in omni terrarum orbe factum esse locum, in quo ad placandam Dei iram, & cõsequendam misericordiam, obire ista possent. Sed dices, nonne stante illo templo Hierosolymitano, nihilominus tamen Helias, vt est in lib. 3. Reg. cap. 18. in monte Carmeli coram populo Hebræo nouũ extruens altare, sacrificia Deo fecit? fecit sane, sed à Deo ineitatus, & impulsus, qui supra legem erat, id quod mox consecutum miraculum, cõprobauit. Verum nos, præter ea vegebis exemplo pontificis Oniæ, qui vt prodidit Iosephus in lib. 7. de bello Iudaico, cap. 30. tempore Antiochi Epiphanis immanissimi Iudæorum hostis, profugiens in Ægyptum, facta sibi a rege Ptolemæo potestate, in tractu Heliopolitano templũ ædificauit simile Hierosolymitano, similes in eo ritus, & cæremonias sacrificiorum, oblationũ, cæteraque diuini cultus instituens, & exercens, idque deinceps ad annos cccxxxiij. perduraut. Existimabat autem Onias, ita completum iri vaticinium Isaiæ, quod est in cap. 19. *In die illa erit Altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius, & erit in signum, & in testimonium Domino in terra Ægypti. Et cognoscetur Dominus ab Ægyptiis, & colent eum in hostiis, & in muneribus: & vota vouebunt Domino, & soluent.* Sed ad hoc sine dubitatione respondendum est. Oniam fecisse illud contra legẽ, & peccasse aduersus Deum, nec id bono, ac religioso animo, sed potius æmulatione eorum Iudæorum, quorum opera ejectus fuerat ex Iudæa: quin etiam ambitione quadam, scilicet, ne extra patriam suam obscurus & ignobilis esset, sed speciosa templi, & diuini cultus prætextu, multos ex Iudæa ad se allicceret, tibique adiungeret. Quapropter, factum eius, etiam Iosephus prædicto loco non obscure reprehendit.

Cæterum



Cæterum roborem affert dubitationem, quod scriptum est in 1. cap. libr. Baruch. Siquidem eo loco narratur quinto anno post templi Hierosolymitani, & vrbis euertionem, Iudæos, qui vna cum rege Iechonia captiui Babylone erant, misisse ad Iudæos, qui erant Hierosolymis, sacra vasa, quæ in captiuitate Sedechiæ fuerant ablata, pecuniam item multam, qua quæ ad sacrificia, & oblationes cunctumque Dei cultum peragendum necessaria erant, compararent, dicentes: *Ecce nos mittimus ad vos pecuniam: de qua comite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccatis ad Altare Domini Dei nostri, & orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Baltasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cæli super terram, &c.* Ex quo intelligitur, etiam post destructam vrbem, & templum Hierosolymitanum, habitasse Iudæos in eo loco, & damnum cultum administrasse. Abiit enim de Iudæis, qui propter cædem Godoliæ, mensu Chaldæorum fugerunt in Ægyptum, deinde partim amore patrij soli, & religione sanctitatis illius loci, partim etiã permoti vaticinio Hieremiæ, qui prædixerat brevi vastandã iri Ægyptum a Chaldæis, & exsilium in Iudæam, qui si eo inuenti essent, reverti iussit in Iudæam, & in loco [illegible], & combusti tẽplo nouum erigentes Altare, sacrificia, & oblationes, aliaque id genus ad Dei cultum pertinẽtia, facere instituerunt. Si quis autem obiciat, Hieremiã, vt est in 1. lib. cius c. 43. & 44. vaticinatum esse, omnes Iudæos, qui ing. ssi fuerant in Ægyptum, Chaldæorum gladio perituros, neminemq; eorum reuersurum in Iudæam, aut eum locum, vnde vitarum respodebimus, vaticinatum illud Hieremiæ esse intelligendũ de Iudæis, qui cõtra Hieremiæ monita, & mandata, spote sua profecti fuerat in Ægyptum, ea tetosq; secũ, eodẽ, vel inuiti deuexerunt. Quod autem de Iudæis, qui sint in Ægypto, & qui fugerint gladii reuertetur ex Ægypto in terrã Iudæ, pauci. Verum eo reuocetur, vnde huc fluxit exceptio. Dubitatio, quã supra posuimus, hanc vim habebat. Si post incendium, & excidiũ vrbis, ac templi in loco illo Hierosolymitano fiebãt sacrificia, & cætera sacerdotũ munera tractabantur: quomodo verè dixit Azarias tunc nullum fuisse locũ primitiarum, nulla sacrificia, & oblationes. Huic dubitationi potest occurri dupliciter. Nam dici potest, quia tunc à pauciissimis, & tenuissimè, parcissimè, ac vilissimè, in illis scilicet parietinis, in tendijs, & ruinis templi atque vrbis, cultus Dei agebatur, tanquam nullum, & quasi pro nihilo cum fuisse habitum illud

Similitudo quæstionis.

quoque

quoque, & fortasse verius, responsum dari potest: illum quintum annum ab incendio vibis memoratum à Baruch, fuisse xxiij. Regni Nabuchonosor: eius namque xviij. anno ciuitas, & templum Hierosolymitanum combustum, & excisum est: atque, paulo quidem post, sed eodem tamen anno xxiij. Nabuzardan princeps militiæ regis Nabuchodonosoris omnes Iudæos, quos eo tempore reperit in Iudæa, Babylonem transtulit. Sic enim apud Hieremiam cap. 52. legimus: *In anno xxiij. Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan magister militiæ, omnes Iudæorum septuaginta quadraginta octo.* Cum igitur, quæ narrantur in hoc 3. cap. Danielis, post xxv. annum regni Nabuchonosoris, vt suprà docuimus, acta sint, liquet eo tempore nullos fuisse Iudæos, qui in loco templi Hierosolymitani, sacrificia facerent, & quæ erant Mosaicæ religionis, & diuini cultus, ritè peragerent.

*Et non cessabant, qui miserant eos, ministri regis, succendere fornacem naphtha, & stupa, & pice, & malleolis.*

Quid sit malleoli.

EXplicandum est, quid sit naphtha, & quid sint malleoli. Primum tamen dicam de malleolis, quia breuius expediam. Theodoretus vocem Græcam, quæ Latinè significat malleolos, interpretatur, nec malè vitium sarmenta, quibus vtimur ad incendendum, vel augendum ignem. Lege caput 8. eiusdem quintum Ezechielis. Alij dicunt malleolos esse fasciculos ex pice, sulphure, aliisque id genus incendij fomitibus, ad comburenda ædificia accómodatos, vnde Cicero in quadã oratione Catilinaria, *desinant, inquit, malleolos ad incendendum vrbem fascesque comparare.* At verò Nonius Marcellus scribit, *malleolos esse manipulos sparteos, pice correctos, qui incensi, aut in muros aut in tesludines iaciuntur.* Ammianus lib. 23. tradit, manipulos hac specie figurari: *fagitta est ramea, inter spiculum & arundinem, multisido ferro contegmentata, quæ in mulieris coli formam, quæ nectitur linea flaxina conuoluntur circumcirca subtiliter, & plurimum parens, atque in altum ictu ignem cum aliquo suscipit alimento. & si emissa sentius arcu in aliquid, nam ictu rapidiore extinguitur, hæserit assiduè tenaciter, cremat quæque cohærsa, aeriæ excitat æstus incendiorũ, nec remedio vllo quam superiecto puluere consopitur.* Fit eorum mentio apud Vegetium lib. 4. cap. 20. Naphthã ait Theodoretus, esse genus quoddam materiæ ad incendendum, & nutriendũ ignem admodum idoneæ. De ea sic Hieronymus super hũc locũ scribit: *Sallustius scribit in historiis, quod naphtha sit genus fomitis apud Persas, quo vel maxime nutrian-*

Quid sit naphtha



*tur incendia. Alij ossa animarum, quæ proiiciuntur cum amurca arefacta, naphthã appellari putant. vnde & Græce πετρέλαιον dicitur, ab eo quod πέτρα, id est, ignem nutriat.* Sed verius dictu est, quod Plinius, Strabo, & Plutarchus tradiderunt: quorum verba, quo vis & natura huius naphthæ lectori magis nota fit, hic adscribam. Plinius lib. 2. cap. 105. sic ait, *Nascitur naphtha circa Babylonium, & in Augustagenis Parthiæ, bituminis liquidi modo profluens. Hinc magna regum ad ignium vsum translatio quæ primus in eam inuexerit vsum. Tradunt à Medea Polycem crematam postquam sacrificaturã ad aras accesserat, eamque igne raptã.* Strabo lib. decimo sexto ita scribit: *Aiunt naphtha mirabilem quandam esse naturam: nam igni admota flatim eum concipit, & corpus ea illitum & igni admotum, subito deflagrat, nec aqua extinguitur, sed magis ardet, nisi valde multa super ipsa cremo & arena, & aliquamdiu opprimatur extinguitur.* Plutarchus in vita Alexandri in hunc modum scribit. *Miraculo fuit Alexandro in Ecbatanis terræ hiatus, ignem perpetuo, sicut ex fonte emittens: & scaturigo naphthæ, non longè ab illo hiatu fluxerunt, qui cæteris humectis, reprehenderat, verum cognationem habet cum igne, adeo magnam, vt priusquam contingat flammam, interfusum aera incendat. Quo viso eius effugerent barbari, viam ad regis tentoriorum tendentem, irrorauere minutis huius mendamenti stillis, flammẽque in exercitu, facula irrigatis admouere, tam enim vehemens erant. Principio incensa, mox flamma paruo tempore depasta reliqua esse: atque momento, ad alterum pertorrit terminum: ac omnes illa via continuo collexit ignes.* Deinde Plutarchus refert exemplũ pueri, proximè à nobis ex Stabone memoratum. Post quod subijcit, quosdam existimare, hoc esse illud Medeæ medicamẽ tum, quo celebratam illam coronam inunxit, ob idque ignem protinus illa concepit. Tradit præterea Plutarchus, vim istius naphthæ prouenire ex natura soli Babylonij, quod vi oleosa & inflammante sit præditum. Est enim Babylonia, regio perquã ignea, adeo, vt hordeum ex humo subsultet, & ipsa terra qua si nimia inflammatione palpiset, habeantque homines, propter immodicos feruores, io vtribus aqua plenis cubilia. Hæc de naphtha à grauibus tradita scriptoribus, non tacenda existimauimus.

Mira vis & facultas naphthæ ex Plinio, Strabone & Plutarcho.

Babyloniæ regio qualis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uionut. Ponitur etiam infra aliud vocabulum sub obscurum *Sarabalia*, de quo ita scribit Hieronymus: *Pro bracca, quas Symmachus interpretatus est anaxyrides: Aquila, & Theodotio sarabalia dixerunt. & non vt corrupte legitur sarabara sicut in vulgatione Theodotionis. Lingua autem Chaldaeorum sarabalia, cruribus nostris vocantur, & tibiarum tegumenta vocabulo tracea, quibus crura teguntur & tibia, quasi crurales & tibiales appellare fas est. Tiara autem verbum Graecum est, & vsu versum in Latinum: de qua Virgilius. Sceptriumque sacrique tiaras. Est autem gentis pileati, quo Persarum Chaldaeorumque gens vtitur.* sic Hieronymus.

*Angelus autem Domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis: neque contristauit, nec quicquam molestiæ intulit.*

SVper hunc locum, ita scribit Theodoretus. *Illi qui foris erant, flammam vtentibus: sed sanctus angelus flammam dissipabat: & mediam fornacis partem ignitis carbonibus vacuans, auram quandam frigidam & humidam, quæ facilis mollisque afferret voluptatem, in eorum corpora immittebat. Per hanc autem dissipationem flammarum, & depulsionem à corporibus illorum ignium, ministerio angeli facta, in tantum ignis à fornace effluxus est, vt ad quadraginta cubitos extra fornacem sparsus, omnes quos in eo spacio Chaldæi reperit, ad vnum combusserit.* Hinc licet intelligere, quemadmodum illi iuuenes ex incendio ignis seruati fuerint. Id enim dupliciter potuit fieri. Potuit enim Deus cohibere ignem, ne vim suam vrendi, in illos iuuenes exercere; potuit, inquam, cohibere, tantum non concurrendo cum igne ad actum vrendi. Siquidem absque Dei concursu, nulla res creata, vel puncto temporis constare, vel quicquam agere potest. Atque hac ratione credibile est factum esse, vt cum primum illi iuuenes, manibus pedibusque vinctis, in medias flammas iniicerentur, nihil tamen detrimenti caperent. Potuit etiam Deus aliter eos seruare ab incendio: scilicet ignem ab illis tam longè repellendo ac remouendo, vt vis ipsius neque quoquo modo eos attingeret, quin etiam interponendo corpus aliquod ita frigidum & humidum, vt non modo reprimeret feruorem ignis, sed etiam ingenti cum voluptate, eorum corpora refrigeraret. Hoc autem factum esse circa illos iuuenes, verba supra posita narrat Scriptura.

Quemadmodum tres iuuenes ex incendio ignis Babylonico seruati sint.

Verum



Verum enimuero, conseruatio illorum iuuenum, non vnus fuit simplex miraculum fuit, sed octo, & quidem magnis omnibus & condecorata est miraculis. Primum miraculum fuit lucere ignem, & non vrere, de quo potest dici illud ex psalmo vigesimo octauo, vox *Domini intercidentis flammam ignis*. Nam vt ait, cum locum interpretans Basilius. *Deus nunquam diuisus ignis vires, alteram lucendi, alteram vrendi, sic inuicem separat, vt aliquando vis lucendi munere suo fungatur, non autem vis vrendi, vt contigit tribus his iuuenibus in fornace ignis, interdum etiam, supprimitur vis lucendi, & libera relinquitur vis vrendi, talis est enim ignis inferni, vt cum maxime vrat, minime tamen luceat.* Secundum miraculum fuit, ignem illum non adustisse, quos intra se habebat, qui autem extra longè aberant, eos concremasse. Tertium miraculum, combussit ignis ille vincula omnia, quibus erant illi iuuenes colligati, sed nec eorum corpora, ac ne vestes quidem tetigit. *Grande miraculum*, ait hoc loco Hieronymus, *ligati mittuntur in fornacem, cadunt in medium ignis præcipites, ardent vincula quibus ligati sunt, & vinctorum corpora, timens flammarum tangit.* Quartum miraculum in igne non solum poterant respirare, sed etiam liberè loqui, & Dei laudes decantare. Quintum miraculum, descensus angeli de cœlo in fornacem, sub specie quidem hominis, sed habitu & vultu splendidissimo, & cœlesti magis quam humano, qui flammas ignis ab illorum iuuenum corporibus depellebat eatenus, vt nihil illis nocere posset, & vna cum illis in fornace deambulabat. Sextum miraculum, repente illi iuuenes spiritu diuino afflati & impleti, ex tempore elegantissimum & doctissimum carmen de diuinis laudibus, eodem ordine, eisdem sententiis ac verbis composuerunt, & concinuerunt. Septimum miraculum, immissus est ventus roridus omnino restinguens feruorem ignis, & illos iuuenes, non solum refrigerans, sed etiam incredibili suauitate, ac voluptate perfundens: contrà quam in transitu maris rubri factum est. Tunc enim missus est ventus vrens, ad vadum maris quod limosum erat, exsiccandum. Octauum miraculum, solus rex Nabuchodonosor vidit angelum in fornace cum illis iuuenibus ambulantem, alij qui eodem loci cum ipso rege erant, videre non potuerunt. Verissimè igitur in his iuuenibus videtur impletum illud Dei promissum, quod est apud Isaiam cap. 43. *Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operiant te, cum ambulaueris in igne non combureris, & flamma non ardebit in te.* Diuus Chrysostomus in quarta homilia earum quas habuit ad populum Antiochenum, hoc miraculum grauissimis & disertissimis verbis, enarrans atque exaggerans, ita scribit, *Ignis iuuenes illos*

Octo miracula in liberatione trium iuuenum claruerũt

Pulcherrima D. Chrysostomi sententia.

*saltus*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*factus est, & vestis flamma & fouz fornacis, & ligatos capiens, solutos reddit: mortalia excepit corpora, & tanquam immortalibus abstinuit, nec agnouit naturam, sed præstitit reuerentiam exhibuit, vincit pedes tyrannum, & ignis vim, pedes vincerunt. O rem mirabilem! vincula soluit flamma, & ipsa à vinculis vincta est: mutauit enim verum naturam, adolescentulorum religio, immo, quod mirabilius est, non naturam mutauit, sed permanentis naturæ vim repressit: non enim ignem extinxit, sed ideo ardebat, eum tamen nocentem reddidit: non solum in ipsorum corporibus, sed etiam in vestimentis & circumstantiis. Nam sicut vestimenta Paulli agritudines & dæmones pellebant, & umbra Petri morbos sanabat, & mortem fugabat, sic istorum puerorum calcamenta & vestimenta ignis virtutem exstinxerunt. Miraculum enim verborum narrationem transcendit. Etenim vis ignis erat extincta, & non erat extincta, nam circa corpora & indumenta erat extincta, at circa vincula non erat extincta. Compedes igitur dissoluit ignis, & talem non tetigit. Videsne, quanta propinquitas ingenia mutauerit, & virtus permutata est ignis, neque tamen vltra vincula procedere est ausus? Vicit tyrannos, & flamma exstitit vt & barbari crudelitatem discas, & elementi obedientiam. Sed cur eos misserat in ignem ignis excitari, quo miraculum existeret nimis ac mirabilium, ne putares esse oculorum præstigias & errorem, ea quæ videbantur. Nisi enim ignis ille verus ignis fuisset, vincula non absumpsisset, nec exciso fœderes militercorripuisset, nunc autem exterioribus quidem vim, interioribus autem clementiam exhibuit.* Hactenus hæc verba Chrysostomi. Huius miraculi simillimum quoddam accidisse eundem monacho, narrat diuus Gregorius lib. 3. Dialog. cap. decimoquinto, ad hunc modum scribens. *Fuit quidam in Campania partibus ab urbe quadragesimum Romanæ vrbis miliarium, nomine Venerius, vitæ honestis sed moribus non adeo, vt in sancta conuersatione se fortiter teneret, itaque vasa vitrea tempore, quo vina decoquuntur, in sua cella multa fuerunt ignem nanciscæ circumpositum, sed in circuitu exsurgentem omnia, vasis vitreis illæsis conseruauit. Quo malo, magis seruatos Gothi, cum ex sua vrbe recederent, in suæ cellæ vsum esse voluerunt, ibique vasa vitrea ad vsum præparata reperierunt, cui, quod ea transferre ad die alterum sit ille opus intimat, vt nunc solum vinum caro abigellum, sed ne quæ extrema ille modo vestimenta cremauerat, vestes, aliaque vasa vitrea pariter in unum ardentibus cuncta tectis ignibus seruata fuisse Gregorius refert. Illud vt opinor miraculi ac potius alicuius diuinitus operis simile fuit, quod ex aliorum relatu refert Ioannes Damascenus, Cypriis dominantibus, quosdam ex Arabibus captiuos, ignem in quo fusum æs feruebat, impositos fuisse, qui ea vestimenta se induisse dicebant, quæ ab igne illæsa fuerant, qui ea se vestimenta induisse, eorum vinculis vestimenta, vt vnicuique tempore in-*

Alius. 19. Actor. 5.

Alterum simile miraculū ex D. Gregorio de Benedicto monacho.



*obsequio iustorum, & haberet flammam virtutem suam ad solatium, & non haberet ad tormentum.* Sic ibi Gregorius. Non prætermittam lectorem admonere, vt hoc loco legat Rupertum in libro sexto de victoria verbi Dei, capite vigesimoquinto, quo loco hanc tractat quæstionem: cur Deus, non sicut tres illos iuuenes ab igne Babylonico illæsos, ita templum suum Hierosolymitanum, à Chaldæorum incendio inuiolatum, intactumque seruauerit. Cuius quæstionis explicationē, ne (vbi minime opus est) logiores simus, prætereundā nobis esse cēsuimus.

Quæstio an citra miraculum, possit aliquid positum in igne, nihil ab eo lædi

Illud porro in dubiū verti, & in disceptationem adduci posset, an citra miraculū, possit accidere, vt corpus aliquod mortale, positum in igne, nihil ab eo detrimenti capiat. Dixi mortale, vt exciperem corpus cæleste. Nam orbis lunæ, extremitate sua concaua, ignis, elementum contingit, & complexu suo coercet, ab eo tamen nihil afficitur, nedum lædituꝛ quod fit diuersæ materiæ ac naturæ: agens autem & patiens, vt contrariis qualitatibus, ita communi materia debent esse præditi. Causam dubitandi de eo quod propositum est afferunt multa, quę fidem facere videntur, id sine miraculo nonnunquam contigisse, & posse cōtingere tā in rebus inanimatis, quā in animalibus & in hominibus. Etenim Plinius l. 10. c. 3. narrat: *lapidē ab Ætij Ætitē, qui est in nido cuiusdam generis aquilarum, si conijciatur in ignem, non solum ab eo non corrumpi, sed nihil prorsus igne deperdere.* In lib. autem 7. ca. 2. tradit, *cremēto corpore regis Pyrrhi, pollicem dextri pedis cremari nunquam potuisse.* Et in lib. 11. c. 37 ait: *Cor eorum qui caraiaco morbo aut veneno intereunt, non posse cremari. Est lapis quem pyrimachum vocant, docti putant eundem esse qui dicitur Aethitæ*, ab Aristotele in libro 4. Meteororum: eum aiunt lapidem ab igne nihil pati, ac ne calefieri quidem, aliqui addidere. In Cypri ærariis fornacibus, ex medio igni, maioris muscæ magnitudine volat pennatum quadrupes, appellatum pyralis, a quibusdam pyrausta, quamdiu est in igne, viuit, si longiori paulò volatu ab eo discesserit, emoritur: sic enim scribit Aristoteles libr. quinto de historia animalium, capite 19. & Plinius libro 11. cap. 37. lege etiam Senecam libro quinto naturalium quæstionum, capite sexto: & Ælianum lib. 2. c. 50. Non est vulgi fabula, quod de Salamadra fertur, ab ea ignem extingui: id enim proditum est ab Ælia no & Aristotele locis proximè memoratis, & à D. Augustino libro 21. de Ciui. Dei cap. 4. *Salamandra*, Aristoteles inquit, *per ignem ambulans, ipsum extinguit*: & Plinius libr. 10. cap. 67. *tantus*, inquit, *Salamandræ rigor est, vt ignem tactum, non alio modo, quam glacies, extinguat.* Pro eiusdem rei argumento, hic ponendum est, quod ait Olympiodorus philosophus in

Lapis Ætides.

Pollex regis Phyrrhi. Pietri machus.

Pyralis.

Salamandra.

Universidad de Deusto
Biblioteca



commentatiis super lib. 4. Metodorum Aristotelis, non esse fabulam, ignem extingui à Salamandra. Suo enim tempore fornacarios, papyri falces excutere solitos, vt decutiãt Salamandras: extingui siquidẽ ab illis ignẽ in caminis. Similia quoq; de quibusdã hominibus prodita sunt, Iãblichus enim in libro de Mysteriis Ægyptiorũ refert vates Ægyptiorũ eum Deũ afflatu impleretur, & incitarentur, nonnunquã ambulasse per medios ignes, sine vllo detrimento. Plinius item in libro 7. cap. 2. scripsit reliquit, *non procul vrbe Roma, in agro Faliscorum fuisse olim quasdam familias, cognominatas Hyrpias, quæ in monte sacrificio, quod ad montem Soractem fiebat Apollini, per ardentem lignorum struem ambulanter non comburebantur.*

Vates Ægyptiorum.

Hyspiæ.

Vera sententia.

Veritas autem, contraria sententia pro vera certaque haberi debet, nullũ corpus ex quatuor elementis conflatũ, & coagmẽtatum, posse diu versari in igne, ab eius incendio illæsum, & immune. Hoc docet Aristoteles in 2. li. de Generatione, & corrupt. textu 21. & in li. Meteorũ, nec non, & in li. 2. de Generatione animaliũ c. 3 affirmans nullũ animal aut nasci, aut viuere posse in igne. Quocirca quod ipse dixit in lib. 5. de historia animalium c. 19. de Salamandra, non ex suo sensu dixit, sed ex vulgi, alioquin ve opinione retulit, ideoque adiunxit illud, *vt aiunt*. Idẽ de Salamãdra tradit Galenus in li. 3. de tẽperamentis & Dioscoridis li. 2. ca. 56. In cuius capitis commentario Matthiolus narrat, in agro tridẽtino, veris & autumni tẽpore, maximã Salamãdrarũ copiã repperiri: se autẽ vt experimentũ caperet eius, quod de Salamãdra vulgo fertur, in plurimas in igne coniecisse, sed eas prorsus exaruisse, breuiq; penitus esse cõsumptas: illud tamẽ nonnulli nõ negãt, tantũ esse Salamandræ frigiditatem & humiditatem, vt superpositã prunis, eas restinguat. Cuius rei illud non obscurum est signum, quod vt ait Plinius libro. 10. capite 67. *Salamandra numquam nisi magnis imbribus proueniat, & serenitate deficiat. Eiusdem sanie, quæ lacteo ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta, tot defluunt pili, idque quod contactum est colorem in vitiliginem mutat.* Hoc ipsum quod diximus in vniuersum confirmari potest hac ratione. Omne corpus ex elementis compositum, & communem habet materiam cum igne, & ei reliqua qualitate contrarium esse necesse est: quamobrem si ponatur in igne, fieri non potest, quin ignis in ipsum agat: præsertim cum & caloris magna sit efficacitas, & in igne summus sit calor. Non inficior, fieri posse, vt nonnulla corpora, quod sint vehementissime & tenacissime compacta, & multa frigiditate polleant, si admoueantur ad ignem, fore, vt diu multumque ei resistãt, priusquam ab eo dissolui queant, sed vt nihil ab eo lædantur,



nec aliquando tandem ab eo corrumpantur, fieri non potest. Quapropter, quod de aetide, & pyrimacho traditum est, aut ita intelligendum est, aut fabulosum existimandum. Illa vero animalia, propterea dicuntur viuere in igne, non quia viuant in mediis flammis posita, sed quia nisi callidissimis in locis, & iuxta ignem, viuere nõ possunt. Quod autem de vatibus Ægyptiorum à Iamblicho & de familijs Hyrpiis à Plinio proditum est, vel est fabulosum, vt permulta id genus gentilium miracula vel ministerio, & opera dæmonum illud fiebat, quorum commercio, & societate, nouimus vates, & sacerdotes gentilium esse vsos. Potest autem dæmon hominem comedum in ignem, seruare ab incendio multis modis. Primo restinguendo ignem, tum procul ab eo flammas repellendo: præterea, clam subtrahendo verum ignem, & in eius locum, alium simulatũ ignem subsiituendo: ab hoc subducendo hominem ex igne, & inibi simulachrum eius relinquendo: denique, circumponendo illi corpus aliquod frigidissimum maximeque resistens igni, quo videlicet hominis corpus, ab incendio, ad aliquod tempus, defendi, & seruari queat.

Qua ratione per artes magicas, & opera dæmonis, possit quis (si Deus id permittat) ex incẽdio seruari.

Cæterum, vt hanc de miraculo, quod circa illos iuuenes euenit, disputationem, absoluam, vnum modo restat excutiendum: hoc est, an illi iuuenes verè fuerint martyres. Ac fuisse quidem martyres, ita argumentari possumus: Ad perfectam Martyrij rationem, tria potissimum pertinere existimantur: illatio mortis, libera voluntas mortem subeundi: & iusta mortis causa, id est, pro testimonio fidei, & iustitiæ, propter Deum. Horum nihil defuisse illis iuuenibus videtur. Obiecti sunt illi præsentissimæ ac certissimæ morti, & omni humana ratione prorsus ineuitabili. Quod autem ex ea salui & incolumes euaserint, id summum diuinæ omnipotentiæ miraculum fuit, nec martyrij rationem, & dignitatem eleuare debet, iustissima deinde illis moriendi fuit causa: scilicet, ne hominum aut falsorum Deorum imagines adorando, Dei legem violarent. Denique promptissimam, & ad moriendum paratissimam non illis defuisse voluntatem, satis patet illis eorum verbis, quibus regi respondentes dixerunt, *Ecce Deus noster potest eripere nos de igne, & de manibus tuis, ô rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream tuam nõ adoramus.* Ad huius rei cõfirmationem accedit auctoritas D. Cypriani, qui in 1. epi 3. li. quã scripsit ad Lucium Papã Romanũ, hæc scribit. *Nec enim in tribus pueris minor fuit martyrij dignitas, quia morte frustrata, de camino ignis incolumes exierũt, aut non ea sublimatus Daniel extitit in suis laudibus, quia qui leonibus missus fuerat ad prædã profectus a Domino, vicit ad gloriã. In cõfessoribus*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hieronymus.

*Christi dilata martyria non meritum confessionis minuunt, sed magnalia diuinæ protectionis ostendit.* Non dissimilis videtur fuisse Hieronymi sententia in commentario super 20. ca Matt. exponens enim illa verba Domini filiis Zebedæi dicta, *calicem quidem meum bibetis*, sic ait Hieronymus: *Quæritur quomodo calicem martyrij Ioannes biberit, Nam Iacobum ab Herode trimaratum capite, scriptura narrat, Ioannes autem propria morte vitam finiuit. Sed si legamus historias Ecclesiasticas, in quibus fertur ipsum propter martyrium esse missum in feruentis olei dolium, statimque relegatum in Pathmos insulam, videbimus martyrio animum non defuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt: licet persecutor non fuderit sanguinem.* At enimuero quia in præsentis mortis perpessione, acerbissimæ est sensus, & maximus cruciatus animi à corpore (cui naturali amore copulatus est) egerrime discedentis: ideo censent Theologi, ad perfectam martyrij rationem pertinere, ipsius mortis perpessionem. Lege quæ scribit D. Thomas in lib. quartum sententiarum, dist. 49. & in 2. 2. quæst. 124. Itaque tria genera martyrij distinguuntur a Theologis. Primum est in solo, quamuis efficacissimo, desiderio martyrij, sicut legimus B. Franciscum cupiditate martyrij in Syriam esse profectum. Alterum genus est, cum quis non tantum habet voluntatem martyrij, sed etiam certissimæ morti obicitur, ex qua certo scit humanitus se non posse euadere, diuinitus tamen seruatur, vt illis innumeris & beato Ioanni contigit. Tertium genus, in quo perfecta martyrij ratio esse censetur, præter voluntatem, & certam exillimationem mortis, habet ipsius mortis perpessionem. D. Bernardus in sermone de Natali Sanctorum Innocentium, tres distinguit martyrij gradus: vnum appellat martyrium voluntate, sed non opere, quale fuit in Ioanne alterum opere sed non voluntate in sanctis innocentibus: tertium tam voluntate quam opere, cuius martyrij gloriam Stephanus adeptus est. *Sit ergo Stephanus martyr apud homines, cuius voluntatem passus euidenter apparuit: sit Innocentes apud angelos martyres, quibus tantum ex spiritualibus exteriora, spiritualia deuotionis eius signa certa innotuerunt. Ceterum pueri innocentes, sunt plane martyres: tui Dei, vt in quibus nec homo, nec angelus, meritum inuenit, singularis tui præ cæteris gratiæ, euidentius commendator.* Sic Bernardus. Sequebatur conticium illorum trium iuuenum, sed nos eo lotam & diligenter eius caussæ explanationem, in alium librum, qui hunc proxime consequetur, reseruauimus. Quamobrem quæ post illud caput cum hoc capite subsecuta sunt, ea nos deinceps explanabimus.

Ait vox



*Ait vox, ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis: & nihil corruptionis in eis est, & species quarti, similis filio Dei.*

Dixit Hieronymus hunc locum explanans ita scribit. *Species quarti quem similis dicit filio Dei, vel angelum, debemus accipere, sicut Septuaginta transtulerunt: vel certe vt pleri que arbitrantur, dominum, saluatorem. Sed nescio quomodo rex idolatra, Dei filium videre meruerit. Ergo iuxta Symmachum, qui interpretatus est, species quarti, similitudo filiorum Deorum, angeli sunt sentiendi qui & Dij & Dei, vel Deorum filij sæpissime nuncupantur. Hoc tuxta historiam. Cæterum in typo præsignatur iste angelus seu filius Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, qui ad fornacem descendit inferni, in qua elamsæ & peccatorum, & iustorum anima tenebantur, vt eas absque exustione, & noxa sui, mortis vinculis liberaret.* Hactenus Hieronymus.

Hieronymus de illo quarto, qui in fornace visus est, quid ictibat.

Verum enimuero, illa verba, *& species quarti, similis filio Dei*, obscurum habent intellectum, vnde quadruplex interpretationū diuersitas extitit. Prima expositio eorum est, qui censent filiū Dei, appellati hoc loco verū filiū Dei naturale, vnigenitum, & consubstantialem patri, hoc est, Dominum nostrum qui sub specie humana, se manifestauit in illa fornace regi Nabuchodonosor. In hac sententia pietosque fuisse tradit Hieronymus, neminem tamen ipse nominatim commemorat. Ego ne quispiam, quasi vulgarem, & ignobilem, eam sententiā parui pendat, auctores eius nominabo. In hac sententia fuit Tertullianus in libro quarto contra Marcionem: Augustinus in concione ad Catechumenos, aduersus Paganos, Iudæos, & Hæreticos. Hippolitus etiam martyr cuius verba, quia huic loco multum lucis afferunt hic adscribam, sic autem inquit: *Dic mihi Nabuchodonosor, quando, & vbi vidisti Filium Dei, vt hunc Dei Filium confiteretis? Quis cor tuum pupugit, vt hoc verbum posses edere? Quibus oculis potuisti tantas has diuitias velut in speculo, prospicere? Cur tibi soli, & nulli præterea tuorum satrapum innotuit? Sed quando scriptum est, cor regis in manu Domini, hac profecto est manus Domini, vt cognoscens eum in camino, ipsum prædicaret, & glorificaret. Nec vacat id mysterio. Quod enim Iudei Filium Dei, hominem factum, non erant agnituri, nec recepturi, prænonsirat scriptura, gentes eum esse agnituras, & recepturas, quem iam rex Babylonis, in fornace videns agnouit, & Filium Dei confessus est. Sed quia nondum Iesus ex Virgine natus, erat ideo quarti illius nomen rex non nouit.* Eadem est sententia, & pertimilis horatio Ruperti, in lib. 8. de Victoria verbi Dei, ca. 21. quo in loco ad hunc modum scribit: *quis digne sufficit admirari*

Quis fuerit ille quartus ambulās in fornace, quem rex vocat similem filio Dei. Tertullianus Augustinus Hippolitus.

Prou. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*admirari, obinam viderit rex ille Filium Dei, vt in medio ignis similitudinem eius agnoscere posset: dixit enim, & speciem quarti, similis est filio Dei. Sic loqui solent, qui quamlibet speciem aliquando visam, alicubi considerantes mente retentam memoriaque signatam alio tempore, siue alio loco in persona aliqua recognoscunt. Iste, inquiunt, similis est illi, quem vidi ego ille in libro Tobiæ, iuuenis ille morem Tobiæ, dixit: Quam similis est iuuenis iste consobrino meo. Viderat enim ille patrem, & in filio similem aduertebat speciem. Ipse autem rex, vbi viderat Filium Dei, vt speciem eius recognoscere posset in eo, qui cum Azaria, & sociis eius in medio ignis ambulabat. Nunquam viderat Filium Dei, sed nec vnquam legendo, vel audiendo didicerat, qui aut qualis esset Filius Dei. Nõne ergo, mente non sua loquutus est, Nonne tu magno excessu, & stupore sic affectus est? Quem stuporem indicauit Scriptura cum dixit: Tunc rex obstupuit, & surrexit propere. Sicut igitur dormiens viderat statuam profundissimorum mysteriorum plenam, sic nunc obstupescens, nec intelligens, quod videbat, aut dicebat, nominat Filium Dei, & seruos eius prædicat. Sed vtcunque sit, nihilominus tamen speciosa fuit hac victoria, & insigne præconium Filij Dei: quod illum manifesta confessione prius confessus est inimicus, quam amicus, persecutor, quam sectator, Gentilis, quam Iudæus. Quis ex omnibus Prophetis tam aperte nomen istud expressit, & pellauit Filium Dei? Non enim tutum erat, æternam Filij ex patre Deo generationem, Iudæis carnalibus enunciare, vnde eperiebat Prophetas eloquium, legere, & signare testimonia eius in Scripturis. Per hunc autem regem, summum ex mundi principibus, quem Iudæus, aut Gentilis arguere non posset, cuius opprimere cor non auderet mundus, hoc nomen Filij Dei primitus enunciatum, & euulgatum est. Illud quoque non prætereundum, visionem illius quarti descendentis in fornacem, ad illos tres iuuenes liberandos, figuram fuisse eius, quod facturus erat Filius Dei in Ecclesia sua. Quando enim non assistit Deus bellum agonizantibus seruis suis propter ipsum? Futurum erat, vt euangelio, publicis edictis, & proscriptionibus, fidem sanctæ Trinitatis impugnaret rex magnæ Babylonis diabolus. Et ita factum est, paganis Romani imperij regibus diabolo famulantibus. Nonne cum suis martyribus Filius Dei, & in suis, & in cæteris agonibus semper præsens fuit? Num quia Laurentius igne assatus super craticulam, emisit spiritum, ideo Filius Dei absens fuit? imo præsentior ille fuit, & gloriosus in eo triumphauit, quam si exemptus fuisset carbonibus. Et igitur craticulam quasi ventum vorti flamineo seuisset. Transiit per ignem, & flammarum vim nouit, & dolor ignis in eo non fuit, quia fides Iesu non vritur sicut aurum per ignem, probata est. Quemadmodum igitur per Filium Dei custoditi sunt illi tres iuuenes, sic per inuisibi-*

Tob. 2.



*lem præsentiam Filij Dei, illæsa permansit in martyribus suis Christi, & Romanum imperium, sanctius, & dulcius, quam rex ille Babylonis, tandem confiteri meruit Christum Filium Dei.* Hactenus Rupertus.

Sed contra hanc interpretationem, tria possunt obiici. Primo quomodo, vel vnde, rex ille cognouerat Filium Dei, vt quartum illum, quem in fornace videbat, Filio Dei similem esse diceret. Deinde indignum fuisse videtur, ideoque incredibile, vt tam superbo & impio regi, mysterium diuinitatis, & incarnationis Filij Dei manifestaretur. Denique, illum ipsum, quem rex hic dicit similem Filio Dei, paulo infra appellat Angelum Dei, dicens: *Benedictus Deus, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum.* Et supra scripsit: *Angelus Domini descendit in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace.* Vetum hisce obiectionibus non difficulter occurrere possunt qui prædictam opinionem tueri vellent. Ad primam namque respondebunt, regem Nabuchodonosor, diuinitatem, & futuram Filij Dei incarnationem, ex Daniele habuisse antea cognitam, scilicet, qui enucleatius declarauisset regi, quæ in visione illius statuæ, de Christi regno præfigurata fuerant, aut tunc ipsi subdita Dei reuelatione innotuisse. Ad secundam dicent, tanti mysterij reuelationem illi regi esse factã, non propter ipsius dignitatem, & merita, sed, vt in eo præsignificaretur futura Gentilium fides in Christum præstantia, eiusque Gentilitatis, rex ille quasi typum gerebat: Neque enim negare possumus, isti regi in illa statua, qui vt in somno ipsi erat visa, æternum Christi regnum, sicut ei Daniel est interpretatus, prius fuisse patefactum. Ad tertiam respondebunt, non esse alienum diuina Scriptura, etiam Filium Dei, vocari Angelum. Nam apud Isaiam cap. 9. secundum translationem Septuaginta interpretum sic est: *Vocabitur nomen eius, magni consilij Angelus.* Quam lectionem secuti omnes antiqui Patres, tam Græci, quam Latini, varias rationes attulerunt, cur Filius Dei dicatur Angelus. Ante omnes vero Dionysius in libro de cœlesti Hierarchia, cap. 4. hoc Isaiæ testimonio confirmat nomine Angeli, etiam Filium Dei in Sacris literis appellari. Vide Iustinum in Apologia. 2. pro Christianis, & in Dialogo, quem habuit cum Tryphone: Tertullianum in libro de carne Christi: Eusebium de demonstratione Euangelica. lib. 1. cap. 4. lib. 5. cap. 27. lib. 7. cap. 4. lib. 9. cap 8. Hilarium lib. 4. de Trinitate: Athanasium in libro de beatitudine Filij Dei: Cyprianum lib. 2. aduersus Iudæos, capite vigesimo. Basilium libro secundo contra Eunomium: Nazianzenum in Christi Genethliaca: Chrysostomum homilia 30. in Ioann. Ambrosium libro 6.

Isa. 11.

Filii Dei in Scriptura vocari Angelum & cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



commentariorum in Ducam Augustinum lib. 2. de Trinitate ca. 13. & tractatu 24. in Ioannem, & lib. 18. de ciuitate Dei. cap. 35 Atque hæc pro primæ opinionis confirmatione defensioneque afferri dicique possunt. Nihilominus tamen, mihi quidem non sit verisimile, duo principalia Christianæ fidei mysteria, sanctissimæ Trinitatis & Incarnationis Filij Dei, paucissimis Iudæorum ante Christi aduentum manifesta, illi regi fuisse patefacta. Adhuc quod puto equidem certam esse illã Dionysij sententiam fere Theologis probatam, omnes Dei apparitiones, ante Christi aduentum factas hominibus, non per aliquem de diuinis personis immediatè, sed per Angelos esse factas. Hoc autem, vt præcipue credam de hac apparitione, eo ducor argumento, quod ille quartus similis Filio Dei, dicitur fuisse Angelus qui excussit flammas ignis ex fornace, & immisit ventum roris refrigerantem. Huiusmodi autem opera, & ministeria circa creaturas corporales, in edendis prodigijs, & miraculis, immediatè peragere, atque exercere proprium Angelorum esse creditur.

Dionysius Carthusianus.

Altera interpretatio huius loci, commemoratur à Dionysio Carthusiano: regem Nabuchodonosor in illis verbis, vocabulo Dei, intellexisse talem Deum, qualem colebant Gentes: per filium autem Dei aliquem de iis, quos illustra gentilitas credebat ex Deo, & homine genetatos, & postea Deificatos: ideoque semihomines, vel semideos appellabat. Exempli causa, summum Deum putabat Iouem: eius verò filios, ex mulieribus susceptos, Appollinem, Herculem, & alios, quos etiam diuinis honoribus afficiebat. Putauit igitur Nabuchodonosor, illum quartum à se visum in fornace, fuisse de istiusmodi Filiis Dei aut illorum similem. Satis acuta, & ingeniosa hæc est interpretatio: sed parum fortasse congruens ritibus & religioni Chaldæorum, qui tales Deos non colebant, quales Græcia venerabatur: sed stellas, & ante omnes Belum primum regni Babylonici conditorem. Tertia interpretatio prædictis videtur probabilior: per similem Filio Dei, non aliud significari, quam Angelum: & hanc esse illorum verborum sententiam, quartum illum virum, propter insignem vultus, atque habitus splendorem, & maiestatem similiorem fuisse Angelo, quam homini. D. Hieronymus hanc expositionem solam probat, & confirmat auctoritate Septuaginta interpretum qui pro Filio Dei verterunt, Angelum. Et verò hic ipse similis Filio Dei; antea, & postea, expresse nominatur Angelus. Nec est inusitatum, Angelos in Scriptura vocari Filios Dei. Nam apud Iob sic appellantur, initio libri, & cap. 38. cum dicitur: *Vbi eras, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes Filij Dei*, pro hoc, habet Septuaginta: *& iubilarent omnes Angeli Dei*. Tertiæ huic expositioni, annectenda est quarta nihilominus probabilis: vt per Filium Dei intelligamus magnum aliquem, eximium, & singularem hominem, quique vultu, & habitu, maiorē, quàm est cæterorū hominum dignitatem, maiestatem, & excellentiam præse ferret. Consuetudo enim Scripturæ est, res magnas, & præstantes, Dei appellatione insignire. Sic mons Dei, bellum Dei, exercitus Dei dicitur, pro eo, quod est, mons magnus, bellum magnum, & exercitus magnus. Qua significatione, vt nonnullis placet, visus est Moses in libro Geneseos, capite sexto, cum dixit, Filios Dei, vxores duxisse filias hominum.



At enim prænarratæ quæstioni, adiuncta est altera, facilior tamen, & breuior explicatu: cur Angeli, cum apparuerunt hominibus sub aliqua forma sensibili, humanam potius formam quam aliam quãlibet, acceperint. Respondendũ est, sex causas Cur Angeli semper apparuerint sub specie humana, sex causæ
ruerint eius rei posse afferri. Prima causa, inter naturas corporeas, & sensibiles, nulla est homine propior, ac similior Angelo: cui huquo fit, vt eius vnius figuram, & speciem Angelus assumat. Secunda causa, quia si quid appareret homini præse ferens intellectũ, & humano vtẽs sermone, sub alia figura, & specie, quàm est hominis, valde ipsi homini monstrosum quiddam, & horrendum videretur. Tertia causa, similitudo cõcilians amorem: ergò Angeli induunt sibi speciem hominis, quo significent, diligi à se homines, & se cupere vicissim ab hominibus diligi. Quarta causa, licet Angelus secũdum gradum naturæ, specie, quin etiam proximo genere, differat ab homine: attamen, respectu supernaturalium rerum, est simillimus homini, nec ab eo specie differens, eundem enim propositum habet finem supernaturalem, eademque, vt vocant, media, quæ similiter necessaria sunt ad finem illum consequendum: eiusdem patriæ ciuis est, eiusdem capitis membrum, sub eodem militat imperatore, eiusdem est Domini conseruus. Quinta causa, quia diuinitus reuelatum ab initio fuerat angelis, filium Dei, aliquando formam & naturam hominis sumpturum: propterea omnes angeli summo amore honoreque naturam hominis prosequebantur, eamque quocumque possent modo, inducere ac referre gestiebant: non ignorantes, quantum esset illi naturæ profuturum Christum, honoris & dignitatis accessurum. Sexta causa, Quid significent
partes & membra humani corporis, mirè nobis repræsentant & declarant præcipuas eximiasque angelorum proprietates, nisi forte plerisque gentilium philosophorum incognitas. Oculi denotant angelos habere explicatam claramque singularum rerum hominis membra,

Universidad de Deusto
Biblioteca



angelis conuenientia.

quæ apud nos geruntur, notitiam: aures, exaudire eos precesque hominum, qui eorum opem & auxilium implorant: manus non solum mouere ab ipsis cælos, sed præterea, alia quam plurima opera fieri, & ministeria obiri ad vtilitatē hominum: pedes, non ipsos in cælo immobiles semper hærere, sed mitti à Deo in terras, omniaque loca peragrare, prout Deus iusserit, & gubernationi salutique hominum, præsertim electorum, conducens, & conueniens fuerit.

*Et erumpēs Nabuchodonosor, ait: Benedictus Deus eorum, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum.*

Conuersio regis Nabuchodonosor.

IN extrema parte huius cap. describitur subita, sed mira conuersio illius regis Nabuchodonosor, ex superbia ad humilitatem, ex ferinitate ad mansuetudinē, ex impietate ad pietatem, denique ex insania ad saniorem mentem. Quæ conuersio ei accidit ex admiratione duarum rerum, quas in fornace viderat. Viderat enim tres illos iuuenes, qui vincti mediam in fornacem ardentem coniecti fuerāt, soluto, expeditosque per mediam fornacem, corporibus atque etiam vestibus omnino illæsos & intactos, lætissimisque vocibus laudes Deo concinentes. Viderat præterea simul cum illis, alium quendam quartum virum deambulare, qui propter vultus atque habitus decorem & maiestatem similis erat filio Dei.

An vera fuerit huius regis conuersio.

Quatuor porro conuersionis istius regis, manifesta & illustria signa fuerunt. Etenim primo surgens è throno suo, accessit ad fornacem, & blandis verbis tres illos iuuenes euocauit, magnitudinem animi eorū, & constantiā prædicans & magnificans, scilicet quod non dubitauerint regis iussa contemnere, & se morti offerre, ne alij quàm Deo suo diuinum cultum, atque honorem adhiberent. Quapropter eos iuuenes ad maiorē, quam haberent antea potestatem & dignitatem rex promouit. Deinde, summis laudibus extulit Deum ipsorum, propter omnipotentiam, propter singularem eam, quam seruorum suorum gerit, propter ministeria angelorum, ipsi ad nutum ita mulantium, propter effectionem prodigiorum & miraculorum, denique propter regni & dominationis eius amplitudinem atque æternitatem. Ad hæc, magna Dei opera & miracula, quæ ipse viderat, per omnem imperij sui ditionem diuulgari & prædicari iussit, pœnamque capitis atque amissionis omnium bonorum in eos constituit, qui Deum Iudæorum vituperare, & blasphemare auderent. Licet igitur in hoc rege, of-

Regis eiam



ficia & partes optimi principis eriam Christiani, addiscere primo quidem errata sua, si quæ admisit, facile agnoscētis, neque grauatē emendare eorum, sermos Dei, id est, Vitos prudentes, probosque hominū, eorumque cōsilio & opera in administrando regno suo, vtentis: postea, procurantis, vt veri Dei religio cultusque in toto regno suo quam maximē floreat ac vigeat, vt ex qua re etiā tetreni regni salus, pax & felicitas maxime pendeat: ad extremū, seuerissimis legibus pœnisque, in diuinæ religionis contemptores, ac violatores animaduertentis.

Christiani typus.

Ex hoc autem loco Danielis, & regis huius exemplo, probabat diuus Augustinus, non modo licitū esse, sed etiā laudabile, glorioſum, planeque necessarium, publicis Christianorum imperatorum, & principum legibus atque edictis perfidiam & cōtumaciam hæreticorum & schismaticorum, qui catholicam religionem, & Ecclesiam impie oppugnant, vexantque coercere ac punire. Audi, quid ipse Augustinus in tractu vndecimo super Euangelium Ioannis, scriptum reliquerit. *Si quādo vult Deus concitare potestates aduersus hæreticos, schismaticos dissipatores Ecclesiæ, exsufflatores Christi, blasphematores Baptismi, non mirentur, quia Deus concitat vt a Sara verberetur Agar: cognoscat se Agar, & supponat cervicem, quia cum humiliata discederet à Domina sua, occurrit ei angelus & dixit: quid est Agar ancilla Sarai? Cum conquesta esset de Domina sua, quid audiuit ab angelo? Reuertere ad Dominam tuam. Ad hoc ergo affligitur vt reuertatur: atque vtinam reuertatur, quia proles eius sicut filij Isaac, cum fratribus hæreditatem tenebit. Mirantur, quia commouentur potestates Christianæ aduersus dissipatores Ecclesiæ: sed si non moueretur, quomodo de imperio suo reddent Deo rationem? Hoc enim pertinet ad reges Christianos: vt temporibus suis, pacatam velint matrem suam Ecclesiam habere, vnde ipsi spiritualiter nati sunt. Legimus Danielis visiones, & gesta prophetæ: tres pueros in igne laudantes Deum, nec ab igne læsos, narratus est rex Nabuchodonosor: nec tantum miratus, sed cum non esset Iudæus, & se in statua pro Deo adorari voluisset, tamen mente, atē Dei præsentis in igne, illo miraculo expertus, pœnam capitalem constituit in eos, qui Deum illorum iuuenum blasphemarent. Sic enim dixit: Quicunque dixerint blasphemiam contra Deum Sidrach Misach & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionē. Ecce quomodo fecit rex alienigena, ne blasphemaretur Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare: & nolunt vt faciant reges Christiani, aduersus eos, qui Christum exsufflant, à quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus, nec ab igne fornacis, sed à Gehenna incendio liberatur.* sic Augustinus.

Notabilis sententia diui Augustini, de punitione hæretico rum.

Genes. 16

At verò Rupertus, in libro sexto de victoria verbi Dei, ca. 21. negat

Universidad de Deusto
Biblioteca



negat conuersionem regis Nabuchodonosor fuisse sinceram & integram, sed tumore superbiæ, atque iactantiæ vitiatam, idque ait ex verbis eius liquido intelligi. Scribit vero ad hunc modum Rupertus. *Attende, quàm non fuit speciosa laus in ore illius peccatrix: tota namque respersa est fermento tumidæ vanitatis. Quomodo enim laudauit, cui ipsi fecit signa, & mirabilia fecit apud me Deus placuit ergo mihi prædicare signa eius. Quantum in oculis suis habetur, dum ista dicit? Quid enim est, Apud me fecit, & placuit mihi, nisi ob gratiam mei fecit, & feliciter contigit illi Deo, quia placuit mihi opera eius, & nomen in meo regno prædicari? Vere sicut non dignatur Deus laudem, nisi ex humili spiritu, ita iustum, & dignum se fuit, vt reprobaret extollentiam sublimium oculorum illius regis, qui laudando laudabilem, in ipsa laude mentiebatur. Non enim apud eum signa fecerat Deus: quia non erat amicus Dei, sed fecerat contra eum, quoniam erat inimicus Dei, & seruorum eius. Quis enim vnquam iustorum regum, vel patriarcharum, qui magnalia Dei viderunt, referens dixit, signa apud me fecit Deus? Nos quoque de sanctis illis loquentes, non dicimus, aut dicere debemus, apud illos, sed per illos, vel coram illis. Deus mirabilia fecit in terra Ægypti. Sicut ergo de rege omnium filiorum superbia, dixit Deus apud Iob cap. 41. non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis: ita de isto superbiæ filio rectè dixeris, quia nō pepercit, aut parcere debuit illi Deus, pro illa laude clamosa & magnificentia sublimi.* Hæc Rupertus. Qui tamen immerito conuersionem illius regis carpere & criminari voluit, verba eius non in bonum sensum, quem ipsa tamen præseferunt, interpretando. Equidem assentior potius Augustino, Hieronymo, aliisque patribus, qui conuersionem istam ex animo sincero, pioque profectam agnoscunt, & commendant, eaque illud Salomonis dictum, *cor regis in manu Dei est, & flectet illud, quocunque voluerit*, comprobatum esse censent.

Prouer. 21





# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER IIII.

### Super Cantico trium puerorum.

### PRÆFATIO.

De auctoritate cãtici trium puerum.

HOc canticum non inuenitur in libris Hebreis: quamobrem, nec esse partem libri Danielis, ac sacram Scripturam Hebræi, & quidam hæretici censuerunt. Sed inani hac & insitiua opinatione, præponderare ac prævalere debet, & Ecclesiæ auctoritas, quæ in multis conciliis hunc hymnum, vt sacrum & diuinum approbauit: & frequenter vsurpare solet: velut tempore quadragesimæ, in sabbato quatuor temporum, & in laudibus diei dominicæ, & cuiuscunque sancti. Origenes in homilia 31. in Matthæum, & Ruffinus in oratione secunda inuectiua in diuum Hieronymum, hunc hymnum ab exordio nascentis Ecclesiæ, in conuentu fidelium, frequenter cãtari solitum confirmant. Quin, eum decantari debere in Ecclesia, constitutum est in 4. Cõcilio Toletano, in cuius canone 13. sic habes, *Hymnum quoque trium puerorum, in quo vniuersa cœli & terra, creatura Deum collaudat, & quem Ecclesia tota Catholica per totum orbem diffusa celebrat, publice decantari, sanctum Concilium constituit.* Quod autem quidam Hebræus præsente Hieronymo: vt narrat ipse in Epistola 120. quasi fidem huius cantici eludendo, dixisse fertur, nõ esse credibile illos iuuenes in tantis flammis æstuantes, cen otio sos, merro lusisse, & tam accuratum atque elaboratum carmen ex tempore composuisse: valde insulsum & ridiculũ est. Quid enim mirum, qui nihil ex igne detrimenti cœperunt, & tum venti refrigerantis suauitate, tum angeli aspectu & societate, maiorem

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quomodo in medijs flammis tres pueri hũc hymnũ ediderint

maiorem in modum recreabantur, eos diuino spiritu concitatos, erupisse in Dei laudes, & tam præclarum canticum edidisse? Nempe, Hebræus ille non legerat, aut non recordabatur, Ionã prophetam de profundissimo ceti ventre, intimisque visceribus, fudisse preces ad Deum, etiam metro carmine concinnatas, Sic enim habes apud Ionã in c. 2. *Erat Ionas in ventre piscis, tribus diebus & noctibus: & oravit Ionas ad Dominũ Deum suũ de ventre piscis, & dixit*: Denique, quod hic hymnus, occasione tanti miraculi sit factus, quod à tribus illis iuuenibus mirabili sententiarum, verborum, & ordinis concordia, quasi ex vno ore, vnaque mente ac sensu, sit editus, id quod ingentis miraculi instar esse debet, quod tanta sit sententiarum eius grauitas, verborum sublimitas, & compositionis suauitas, quod ad similitudinem Psalm. 148. mirificè sit expressus: hæc in quã omnia euidenter arguunt, ẽum non humana arte, sed diuino spiritu & afflatu esse compositum. Nos igitur, hoc dulcissimum & religiosissimum canticum, subtili, elaborata, etiam curiosã dignissimum explanatione arbitrati, quantum hunc librum eius totum dicabimus, in eoque diligenter quantum nempe fert nostra tenuitas, interpretando, consumemus: non omissuri, quæ vel in libris gentilium, vel in diuinis Scripturis, de rebus hoc hymno commemoratis, tradita: mortalium animos, earum rerum aspectu & contemplatione excitatos, ad effectoris, conseruatoris, rectorisque omnium Dei, omnipotentiam, & prouidentiam cognoscendam, admirandam, venerandamque possint adducere.

## *Benedictus es Deus patrum nostrorum: superlaudabilis, supergloriosus, & superexaltatus*, vsque ad illud: *Benedicite omnia opera Domini Domino.*

Summa totius hymni.

PRimum, isti iuuenes laudant Deum ex magnificentia, & maiestate nominis & regni ipsius, quæ infinite maior est omni nostra laude: deinde ceteras omnes creaturas, ad laudes Dei prædicandas & celebrandas inuitant & prouocant. Iidem à nobis verba *superlaudabilis, supergloriosus, & superexaltatus*, Theodoretus ait esse amoris ardentissimi, maximeque inexplebilis indicia: quo ampore isti iuuenes vulnerati, quærunt nomina quibus possint, eius quem celebrant, offendere dignitatem: quibus non inuentis, superlatiuis ea præpositionibus contexũt, dicentes superlaudabilis, supergloriosus, & superexaltatus. Quo genere dicendi, diuinum illum Dionysium maximè delectatum esse, quia frequenter eo vsus est, intelligimus: valdè enim exprimit & affectum hominis erga laudes Dei, & incomprehẽsibilem,



sibilem, non tantum ad laudandum, sed etiam ad intelligendũ Dei maiestatem. Quapropter, in lib. Ecclesiast. cap. 43. ita scriptum est. *glorificantes Dominum, quantacunque potueritis, superet enim adhuc, benedicentes Deum, exaltate illum, quantum potestis: maior est enim omni laude. Exaltantes eum, replemini virtute: ne laboretis, non enim comprehendetis*. Tyranus ait, Deum esse benedictum, in creatione omnium rerum: laudabilem in creatarum rerum dispositione, conseruatione, & gubernatione: gloriosum in consummatæ felicitatis fruitione: superexaltatum, in incomprehensibile eius perfectione. Appellant Deum patrum suorum, potius quam suum, ea se indignos appellatione arbitrati, & quod singularis Dei erga patres ipsorum benevolentia, & beneficentia, & illorũ erga Deum eximia pietas, obedientia, & religio, mirabiliter olim eluxisset. Per *templum*, hoc loco Theodoretus, & Euthymius, intelligunt templum Hierosolymitanum, in quo solo totius Iudææ & orbis, vero cultu sibique grato, Deus colebatur. Quod quidem templum ex sententia Theodoreti, nondum erat destructum. Is namque putat vt supra diximus, quæ narrantur hoc capite, ea paulò ante vrbis, & templi excidium contigisse. Sed re vera eo tempore, iam multos annos fuerat incensum, & euersum. Nihilominus tamẽ locus ille, Deo sacer, & dicatus existimabatur, tã propter priorem eius loci religionem & sanctitatem: quam propter futuram, à prophetis prædictã, & à Iudæis expectatam eius templi restitutionem, atque redintegrationem. Sed fortasse præstat, per templum & thronum, intelligere ipsum cælum, in quo Deus præcipua quadam ratione regnare, & imperare, & præsentiam, ac magnificẽtiam suam declarare videtur. Nã & in Psalmo decimo Dauid cecinit. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius*: & apud Matthæum cap. 5. & 23. Dominus noster, cælum esse ait Dei thronum.

Cur Deus sedere dicatur super Cherubim.

Cum autem Deus dicitur sedere super Cherubim, sine dubio alluditur ad imagines illorum duorum Cherubim, quibus arca Domini, quæ erat intra sancta sanctorum, & propitiatorium arcæ superpositum, obumbrabatur, & obtegebatur. Dicebatur autem Deus sedere super Cherubim, seu super propitiatorium, quod eo loco sæpenumerò se manifestasset, magnisque prodigijs, & miraculis præsentiã suam declarasset: atque indidem fundere oraculã & responsa reddere esset solitus. Sic enim in libr. Exod. cap. 25. scriptum est. *Duos quoque cherubim aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Verumque latus propitiatorij tegent, expandentes alas, & operientes oraculum, respicientque se mutuò versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, in qua ponet*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*ponet testimonium, quod dabo tibi. Inde præcipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israel.* Hoc spectans Dauid in Psalm. 79. dixit: *Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim.* Quoniam autem Cherubim significat magistrum, vel scientiæ plenitudinem, ideo nonnulli, Deum sedere super Cherubim, secundum sensum mysticum ita exponunt, Deum supra omnem scientiam, & intelligentiam, non tantum hominum sed etiam omnium angelorum: *Hier. 32.* est enim Deus incomprehensibilis cogitatu, vt ait Hieremias, *Iob 36.* est, sicut Iob, inquit, omnem vincens scientiam. Alij, Deum propterea dici sedere super Cherubim existimant, quia plenissimam habeat omnium rerum scientiam, sine vllo labore aut sui mutatione: angeli verò, licet scientiam percipiant sine labore, quo tamen homines in discendo non carent, non tamen sine mutatione, multa enim à Deo noua docentur, quæ antea ignorauerant. Solus igitur Deus sedet super Cherubim, quia quicquid scit, omnia autem scit, ex omni æternitate, & summa cum tranquillitate atque immutabilitate cognoscit.

Quid sit Deū intueri abyssos.

Illud porrò quod proxime antecedit, *Qui intueris abyssos*, denotat tenere Deum cunctarum rerum etiam creatæ cuiusuis intelligentiæ incomprehensibilium, absolutissimam, & clarissimam, atque, vt Scholastici Theologi loquuntur, intuitiuam scientiam: hoc enim denotat verbum illud, *intueris*. D. Basilius super Hexameron, verba illa quæ sunt in exordio libri Geneseos, *Tenebræ erant super faciem abyssi*, exponens ita definit abyssum. *Est inquit, abyssus copiosa aqua, ad cuius fundum non facile penetrari potest de vsitato cursu.* Augustinus super Psalm. 41. *abyssus, inquit, est profunditas impenetrabilis, & incomprehensibilis, & fere dici solet in aquis. Ibi enim est altitudo, ibi profunditas, quæ penetrari fortasse ad fundum non potest.* Verum frequenter in sacris literis per similitudinem quandam, vocabulum abyssi ponitur in rebus maximè obscuris & ad intelligēdum difficillimis, cuiusmodi sunt multa Dei iudicia circa res humanas, & secreta cordium, futura item contingentia, nec non, & supernaturalia fidei nostræ mysteria. Similitudo autem ex eo ducta est quod abyssus, id est, profundum vel maris vel terræ, humano *Eccles. 1.* visu penetrari, ac pertingi nō potest. Vnde in principio libri Ecclesiastici scriptum est, *profundum abyssi, quis dimensus est?* Crebrò etiam in Scriptura, sicut nosse futura, & secreta cordiū, ita videre profundū abyssi, tanquam solius Dei scientiæ propriū prædicatur. *Oculi Domini*, ait sapiens Ecclesiasti. 23. *multò plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi.*

Benedicite



*Benedicite omnia opera Dominij Domino, laudate & superexaltate eum in secula.*

PRouocāt omnes creaturas ad laudādum Deum. Primū generatim, tum singulatim, descēdendo à cælestibus per eas, quæ generātur in aere, ad terrestres, & aquatiles. Idem autem est, *omnia opera Dei*, atque omnes creaturæ Dei, imo idem est atque omnia quæcunque sunt, & vbicunque sunt, omne enim quod Deus non est, Dei opus est, à Deo factum, & ex aliquo tēporis initio effectum. Commemorat autem eas creaturas, quæ vel propter aspectū mirabiles sunt hominibus, vel propter vsum amabiles, vel propter opinionem erroris, & impietatem superstitionis, erant quibusdā gētibus diuino cultu venerabiles. Vt eū morales ex hoc hymno intellexerint, omnia quæ in rebus creatis amant, mirantur, & quasi diuina colunt: esse vnius optimi, potentissimi & sapientissimi opificis, hoc est, Dei operat omnem suum amorem, admirationem, venerationemque ad illum vnum amandum, mirandum, colendumque conuertāt.

Cur omnes creaturæ ad Deū laudandum prouocētur.

Sed quomodo, inquiet aliquis, omnia Dei opera prouocantur ad laudandum Deum, cum in ipsis multa sint ratione, voce, sensuque carentia. Respondet Euthymius super Psalm. 148. tribus modis laudari, & glorificari Deum posse: aut voce, sicut hi tres pueri laudauerunt Deum, & Moses post transitum maris rubri: aut aspectu, & presentia, cum aspectus rei alicuius, & cōtemplatio propter pulchritudinem, in ea re cernitur, vel vtilitatem, quæ ex ea percipitur, ad laudandum eius rei opificem: & auctorem excitat: sic in Psal. 18. dictum est, *Cæli, enarrant gloriam Dei*, aut vita, & conuersatione: quemadmodum Dominus dixit, *sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videat opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Laudant igitur Deum, quæ sine ratione, & sensu sunt, sua magnitudine, pulchritudine, situ, vtilitate, ministerio, perfectamitā, spectatores sui, in admirationem, & laudem factoris mouent. Vnde spectatores lingua ad Dei laudem ipsa quodammodo vtuntur. Omnia, vt inquit Gregorius Theologus, Deum laudant, & inenarrabilibus, & mutis etiam, vt ita dicam vocibus Deum glorificant. Namque pro his omnibus gratiæ à me aguntur Deo, atque hoc pacto mea laus, qua Deum ego laudo propter illa, ipsorum quoque laus efficitur, dum ab illis ego laudandi occasionem accipio. Hactenus verba sunt Euthymij, & Gregorij. Hieronymus autem super hunc locum ita scribit: *Omnis creatura, non voce sed opere laudat Dominum, quia ex creaturis consequenter creator intelligitur, quam singulis operibus, atque effectibus, Dei magnificentia demonstratur.* Quibus verbis

*Matth. 5.*

Quomodo creaturæ quæ ratione sensuque carent, prouocētur ad laudandum Deum.

Gregorius Theologus.

L

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hieronymus.

bus verbis innuit Hieronymus duos modos: quibus intelligi possit, ab omni creatura laudari Deum: vel quia rerum creatarum aspectus & contemplatio ducit nos ad cognitionem pulchritudinis, & perfectionis Dei, cuius consideratio, nos ad laudandum, amandum, venerandumque ipsum incendit, vel quia quæ cernuntur in creaturis, eorum creatoris potentiam, sapientiam, ac prouidentiam, summa laude, gratiarum actione, ac veneratione dignissimam ostendunt. Sex autem, in rebus creatis animadvertere est, quæ opificem earum Deum maximè commendant ac prædicant. Primo, tam varia, & multiplex rerum constitutarum natura, & summa cuique in suo genere perfectio. Tum tanta pulchritudo, & præstantia proprietatum, affectionum, & accidentium, eorumque tanta cum natura rerum, quibus inhærent conuenientia. Posteà, tanta vtilitas, & mirabilitas operationum & effectuum. Deinde tantus ordo, & proportio, & singularum inter se, & cum ipsa vniuersitate, ac summa totius mundi. Præterea tanta perseuerantia in conseruando ordine, quem ipsis ab initio Deus imposuit. Ad hæc tanta constantia in præstando hominibus ministerio, & seruitio, quod illis Deus iniunxit. Denique, tanta obedientia erga Deum in omnibus, quæcunque Deus vel in ipsis, vel per ipsas operari vult, etiam præter ipsarum naturam: vt cum iussit solem motum suum aut sistere, aut retro agere, aut non lucere: vel ignem de cælo descendere, aut non vrere, & alia id genus in prodigiis, & miraculis à Deo factis conspicua. Vel etiam quidem Sapiens dixit: *Omnis creatura tibi factori deseruit:* & Dauid. *Omnia seruiunt tibi.*

Sex in creaturis cerni, quæ creatorem earũ Deũ, maximè commendant.

Sap. 16. Psa. 118.

## *Benedicite angeli Domini Domino.*

Cur ab Angelis laudes Dei inchoetur.

PRæmissis in vniuersum, & in commune, omnium rerum ad Dei laudes exhortatione, deinceps singulas creaturas ad idem inuitant: gradatim tamen à supremis, per medias vsque ad infimas procedendo, tertio ab angelis sumpto principio, vt qui cæteris omnibus rebus multo sint antiquiores: sicut multis, magnis, & antiquis Ecclesiæ doctoribus, tam Græcis quam Latinis placuit. Aut, si non sunt originis antiquitate priores, quod sane verum est, sunt certe naturæ, potestatis, aliarumque multarum rerum præstantia superiores. Denique, in hoc ipso munere laudandi Deum, cunctis rebus antecellunt, cum & omni mentis intentione, & sine vlla intermissione, Deum perfecte semperque collaudent. Cur igitur, inquies, qui sponte sua id perpetuo faciunt, ab istis iuuenibus, quasi no facerent aut non studiosè ac diligenter facerent,

Cum Angeli semper laudẽt Deũ, cur illi iuuenes inuitant eos ad laudandum Deum.



cerent, ad id exequendum inuitantur. Sed non est hæc oratio, tam inuitantium angelos ad faciendum, quod ipsi non faciant, vel ad cumulatius faciendum, quam faciant, cum laudatione Dei, nec angeli vnquam intermittant, nec remittant: verum, est oratio gratulantium, & collætantium ipsis, quod in eo munere tam diligentes, & feruentes sint. Non attinet autem lectorem monere, vocabulo angelorum, significari hoc loco omnes cælestes spiritus: quorum tres esse hierarchias, suprematn, mediam, & infimam, singulasque ternis itidem ordinibus distinctas, Dionysius cælestium secretorum scientissimus, nos edocuit. Quoniam autem beati illi iuuenes, in hoc hymno præmiserant: *Benedicite omnia opera Domini Domino*, nunc autem subiiciunt, *Benedicite Angeli Domini Domino*, clarissimè ostendunt, Angelos à Deo esse conditos. Idem ante docuerat Dauid in Psal. 148. Cum enim commemorasset Angelos, & cælos, & astra, proximè subiungit: *Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.*

Cur Moses in exordio libri Geneseos, vtque teratum rerum, sic etiam Angelorum creationem non commemorarit.

Cæterum si Angeli iunt Dei opera, simul cum hoc mundo corporeo conditi, quæ nunc in scholis recepta est, & Theologis probata sententia, cur eorum creationem Moses in libro Geneseos taciturn præterijit? Nam, quod Augustinus dixit in libro 12. confess. & in lib. 11. de ciuitate Dei, & in primo libro de Genesi ad literam, fuisse à Mose significatam creationem Angelorum, per cæli, & lucis creationem, cui sententiæ, Beda quoque super Hexameron subscripsit, non tollit quin auget magis difficultatem. Nam cum narratio illa Mosis sit historica, eius verba, secundum propriam eorum significationem, accipienda sunt, vocabulum autem cæli, & lucis non proprie, sed figuratè tantum, & mystice Angelos significare potest. Cur autem Moses, non Angelorum, vt aliarum rerum creationẽ, aperte & explicatè exponere voluit? Quod si cælum, & lux Angelos significant, vbi nam cæli, & lucis creatio à Mose traditur. Permultis probata est ea ratio, quam Athanasius respondens ad quartam quæstionem Antiochi, si tamen eius libri auctor fuit Athanasius, & Chrysostomus, ac Theodoretus super Genesim, tradunt: Quia Hebræi essent ingenio ad idololatriam valde lubrico, & proclivi, propterea Mosem Angelorum creationem explicare omisisse, veritum, ne si cælestium mentium dignitatem, & præstantiam Hebræis aperiret, hinc illi occasionem caperent existimandi, Angelos, & Deos esse, & diuinis honoribus colendos. Verum mihi quidẽ ob eam ipsam rationem videtur fuisse conueniens, vt creationem Angelorũ Moses exponeret. Nam cum Hebræi, quo tẽpore hic liber à Mose scriptus est, tam eo tẽpore notitiã Angelorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



tencrent ex traditione maiorum, ex quibus audierãt sæpe Angelos vilos esse hominibus, vt Abrahæ, Agar, Loth, & Iacob. plus sanè timendum fuerat, ne putarent eos esse Deos, quos in narrãda mundi creatione, à Mose prætermissos, suspicari potuissent a nullo esse creatos, quam si eorum creationem ille prodidisset. Quis enim Iudæorum adeo rudis, & hebes fuisset, vt crearte Angelos esse Deos, & diuino cultu dignos, quos ex Mose cognouisset, nec fuisse semper, & ab alio esse factos ex nihilo. & in creaturarum numerum, atque ordinem ab eo redactos? Illa igitur mihi præter cæteras, ratio similior vero visa est Mosi propositum tantummodo fuisse, describere creationem huius mundi corporati, & aspectabilis, & earum rerum omnium quæ patent sensibus, & vulgo admirationem afferũt: nã de iiiusmodi rebus multas, tã Chaldæi, quã Ægypti, quibus cum Hebræi diu versati fuerant, vt diuinæ Numina mirabantur, & venerabantur. Itaque harum rerum originem, opificem, & architectum, atque fabricatorem indicare Mosi instituit, vt Hebræi veritatem ab eo edocti, tanto impietatis errore nunquam implicarentur, & vt huiusmodi rerum, quæ frequenter in sensus ipsorum incurrerent, pulchritudine, & vtilitate permoti, ad earum opificis excellentiam æstimandam, mirandamque, ac debita laudum prædicatione, & gratiarum actione persequendam, excitarentur. Et verò, tunc Hebræi admodum rudes, & obtusi erant, nec rerum incorporearum quæq; puriſsima tantum, & intentissima mentis acie cognosci possunt capaces.

Ratio probabilior.

Angeli multis rebus cæteris creaturis, longissimè præstant.

Verum missa hæc faciamus. Illud potius dicamus, multa esse in Angelis eximia, & præcipua, ob quæ Deus, & ab ipsis, & à nobis maximè laudandus sit. Angeli namque inter omnia, quæ in hoc amplissimo, pulcherrimo, plenissimo, & perfectissimo mundo continentur, sine vlla dubitatione principatum obtinent. Etenim, si spectes eorum originem & antiquitatem, primi omnium, aut cum primis creati sunt: si vitæ & durationis longæuitatem, immortales, & incorruptibiles sunt, si naturæ gradum, & conditionem, sunt plane incorporei, nec mortis necessitati subiecti, nec frigoris, caloris, famis, sitis, morborum, vllusve lassitudinis molestiis obnoxij, nec rei vllius corporalis indigentes. si agilitatem, nulla est cervorum, pardorum, tigrium, vel aquilarum pernicitas, vel orbium cælestium velocitas, quæ angelorum celeritatem possit adæquare. si dignitatem intellectus, & mentis, perpetuo intelligunt, & singula sciunt: & omnium quæ naturaliter sciri possunt, ex quo sunt condiii, plenam, & consummatam habent scientiam: si vim, & constantiam voluntatis, efficacissimæ voluntatis, quod



quod volunt, & immobiliter eligunt: si firmitatem memoriæ, nulla illis vnquam subrepit oblivio: sed quod semel perceperunt, omni æuo conseruant: si potentiam, est incomparabilis: cuius, vel vnum illud satis manifestum est argumentum, quod vnus Angelus, nullo labore, maxima facilitate, primum cælum, cuius comparatione, vniuersa terræ, & aquæ moles, vnius fermè puncti instar obtinet, tot annorum millia sine vlla intermissione, tanta vi, & celeritate conuersat. Si numerum, sunt propemodum innumerabiles, vt indicat Daniel cap. 7. & Dionysius in lib. de cælesti hierarchia. c. 14. maiorem esse existimat numerum Angelorum, quàm omnem rerum sensibilium, & caducarum multitudinẽ, sicut enim cælestia corpora, aliorum corporum magnitudinem exuperant, sic numerus Angelorum multitudinem aliarum rerum excedit. Si dispositionem & ordinem, sunt ordinatissimi, in tres hierarchias, & nouem ordines distributi: nunquam ea distinctione, & ordine, aut variato, aut variando. Itaque, nec inferiores cupido incessit vnquam, ascendendi ad locum superiorum: nec superiores, ne deturbentur ad locum inferiorum, metus vllus sollicitat, aut tãgit. Si varietatem, nullus est in tanta multitudine Angelorum, qui auctore Diuo Thoma, non differat specie ab alio Angelo. Ex quo licet intelligere, cum infimus Angelus tam sit perfectus, quanta sit supremi perfectio. Si in aliquo amplissimo campo, vel prato, essent mille milla florum, in quibus duo flores eiusdem speciei reperiri non possent, sed quilibet florum, à quouis alio differret specie, nihil posset cerni pulchrius, nihil spectari admirabilius. Si ad munus, & exercitationem eorum aduertas animum, in cælo quidem, vnum hoc potissimum, ac perpetuo agunt, omni vi, & contentione sua laudare Deum: nec vnquam ab hoc suauissimo concentu vacant: de quo merito intelligi potest illud Iob: *Concentum cæli quis dormire faciet?* Infra cælum autem, multa, & varia sunt eorum ministeria. Sunt enim diuinæ prouidentiæ in regendo, & conseruando mundo, præcipui administri: quamobrem in Scripturis vocantur milites Dei, exercitus Dei, principes prouinciarum, præsides populorum, singulorum hominum custodes, magistri, & apud Deum internuncij, & interuentores: denique orbium cælestium motores, & rectores: quapropter apud Iob dicuntur, portare orbem, & esse columnæ cæli. Iam verò, si consideres excellentiam supernaturalis gratiæ, quam illis Deus abundanter largitus est, cõperies in illis omnibus esse gratiam innocentiæ: quippè, qui nulla vnquam vel leuissima peccati labe inquinati sunt: nunquam Dei gratia spoliati, nunquam nudi fuerunt, in gratia ab initio creati, & in ea perpetuo conseruati. Verum,

*Iob 9. & 26.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



quod omni miraculo mirabilius est, in tanta donorum naturalium, & cœlestium abundantia, & excellentia, est in illis profundissima humilitas, & incredibilis aduersus Deum pietas, & reuerentia. *Coram eo*, inquit Iob, *incuruantur, qui portant orbē, & columnæ cæli pauent in conspectu eius.* Ioannes quoque in Apocalypsi, vidit Angelos cadentes in faciem suam, adorare Deū. Est præterea in Angelis paratissima, & promptissima voluntas, ad omnia Dei mandata, summa diligentia, & efficacitate exequenda: vnde Dauid Psal. 102. *Benedicite*, inquit, *Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius.* Nec vero minima, & abiectissima ministeria detrectāt subire Angeli, quin ea cupidissimè suscipiunt, & diligentissimè obeunt, vt Dei voluntati obtemperent, & hominum saluti consulant. Tale fuit Angelum luctari cum Iacob, famulari iuniori Tobiæ, & vatem Abacuc, capillo ex Iudæa traducere Babylonem, vt prandium ferret Danieli. Propter hanc obedientiæ promptitudinem, & efficaciam, comparantur Angeli ventis, & igni. De illis enim cecinit Dauid Psal. 103. *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.* Quis igitur de tot & tantis Angelorum virtutibus, & donis, Deum non summis, & perpetuis laudibus efferat, & celebret?

Iob. 6. & 29.
Apoc. 7.
Gen. 32.
Tob. 5.
Dan. 14.

## *Benedicite cæli Domino: Benedicite omnes virtutes Domini Domino.*

Chrysostomus vnum esse cælum putauit.

RECtè monet Chrysostomus homilia quarta super Genesim, non quia Scriptura numero multitudinis cælos sæpissimè nominat, ex eo concludi posse, non vnum, seu multos esse cælos: siquidem vocabulum cæli Hebraicum Seiamaim, secundum proprietatem, & vsum linguæ Hebrææ, caret numero singulari, sicut apud Latinos, Athenæ, & Venetiæ, Syracusæ. Hoc rectè Chrysostomus, illud non rectè, quod tanta asseueratione affirmat, qui plures vno cælos faciunt, eos diuinæ Scripturæ, & doctrinis Ecclesiasticis aduersari, Mosem namque vnum tantummodo cælum tradidisse, quod appellauit firmamentum. Iustinus Martyr in responsione ad quæstionem 37. Orthodoxorum, ait duos reuera esse tantummodo cælos principales, sed eos distingui in varia spacia, quæ nonnunquam Scripturam etiam cælos vocat. Similia scribit Theodoretus quæstione 11. super Genes. docens secundum sacram Scripturam, duos tantum esse cælos, vnum ab initio creatum simul cum terra, de quo Moses dixit: *In principio creauit Deus cælum, & terram,*

Iustinus.
Theodoretus.
Genes. 1.



*& terram*, alterum die secundo factum, quod firmamentū appellatur: plures autem duobus cælos, diuinam Scripturam non agnoscere. Diuus Basilius homilia tertia super Genesim, existimat secundum Scripturam non posse pauciores tribus cælos statui: cum Paulus apertè dicat, se raptum esse vsque ad tertium cælum. Philastrius in Catalogo hæreseon, memorat hæresim quorundam in cælorum multitudine, & diuersitate ambigentium. Ipse autem videtur sentire, non posse liquidò iudicari ex sacris literis, quantus sit cælorum numerus, quippè quodam loco videtur Scriptura facere duos tantum cælos, alicubi verò tres, nonnunquam verò sex. Quoniam igitur de cælorum numero, in sacris literis nihil explicate, ac præsimo ratione ditur, non debet profectò Theologus, & diuinæ Scripturæ interpres, à communi Philosophorum & Mathematicorum sententia, tam manifestis experimentis, tam firmis rationibus suffulta, firmaque discedere.

2. *Cor.* 12.
Philastrius.

Recepta sententia Philosophorum, & Mathematicorum, de numero cælorum, sequenda est. Theologo. Nouem vel decē cælis præditā credit Deum

Sed cur debent cæli Deo benedicere? aut cur potius nos in cælis Deum laudare debemus? Scilicet propter admirabilem cælorum naturam, etiam cuiuscunque corruptionis non tantum dissolutionis & interitus omni ævo expertem: propter immensi cæli magnitudinem, propter rotundam figuram, omnium figurarum primam, simplicissimam, capacissimam, pulcherrimam, perfectissimam, & ad motum qui in orbem fit, peragendum, & sine vlla intermissione aut remissione perpetuandum, solam omnium idoneam, & accommodatam, propter varietatem orbium, & immutabilem eorum dispositionem: propter cælestium motuum diuersitatem, ordinationem, celeritatem, constantiam, & ad incolumitatem, & salutem rerum caducarum temperationem & modificationem: propter tot siderum ornatum, decorem, & efficientiam: propter excellentiam eius à quo cæli motus efficitur, mouentur enim cæli à beatissimis illis mentibus, ab omni corporis concretione segregatis, quarum præstantiam paulò supra indicauimus: propter generalem cæli vim & potentiam, omnium quæ orbis lunæ ambitu circumclusa continentur, effectricem, conseruatricem, ac moderatricem. His adde, quòd diuina Scriptura præcipua & singulari quadam ratione, cælos appellat opera digitorum Dei: sic enim habes in Psalm. octauo. *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum*: & in Psalm. 135. de cælis præcipuè dicitur: *Qui fecit cælos in intellectu*. Quia videlicet cæli, præter cætera Dei opera corporea, summa ratione, & arte facti, diuinæ intelligentiæ ac sapientiæ illustriora monimenta & clariora sunt testimonia. Ad commendandam præterea cælorum

Universidad de Deusto
Biblioteca



dignitatem facit, quod in Scriptura cælum vocatur Dei sedes, domus, thronus, templum, & regnum: & quia ipsum à Deo electum est, vt esset domicilium angelorum, & hominum beatorum, etiam corporum post resurrectionem, vbi Deus se beatis clarissimè cernendum, ardentissimè amandũ, & iucundissimè fruendum in omnem æternitatem præbet.

Quid per virtutes hoc loco intelligere oportet.

Quod autem postea subditur: *Benedicite omnes virtutes Domini Domino*, variam habet expositionem: quidam enim per virtutes, exponunt ordinem angelorum, qui est in secunda hierarchia: illos autem solos omnium angelorum hic proprie, ac nominatim memorari aiunt, quod per istos, omnia quæ in hoc mũdo fiunt à Deo prodigia & miracula, perpetrantur, vt de nomen virtutum acceperunt. Alij per virtutes, intelligunt angelos qui mouent cælos, & hos in Euangelio vocari à Domino virtutes cælorum, cum ait in consummatione seculi fore, vt etiam cælorum virtutes commoueantur: scilicet, quia remouendi sunt angeli a ministerio mouendi cælos, cũ nullus post diem iudicij cælorum futurus sit motus: & de his virturibus censent intelligendum, quod Ecclesia canit in præfatione Missæ. *Cæli cælorumque virtutes, ac beata seraphim, socia exultatione concelebrant.* Nec desunt qui existiment vocabulo virtutum significari virtutes, seu vires cælorum, & siderum, quas esse admodum varias, potentes & mirabiles, tanta effectuum varietas & mirabilitas non dubiè declarat. Siquidem, aliam esse dicunt virtutem Saturni, aliam Mercurij, & sic deinceps aliorum planetarum aliam: sidera quoque inerrantia, præsertim illustriora, visuque insigniora, & illas octo & quadraginta sidera imagines ab Astrologis designatas, miras quidem, & licet plerisque occultas, certas tamen, & à doctis exploratè perceptas, virtutes habere arbitrantur. Qin ipsamet sidera, prout mirabili ordine sunt disposita, & speciosissimo decore nitent, atque incredibili efficacitate vigoreque pollẽt (quaptopter in Scriptura exercitus, & militia cæli appellari solent) illo virtutum vocabulo significari existimãt. Sed ego, quia hoc loco simpliciter & præcisè nominantur virtutes, teor equidem significari eo vocabulo, omnes virtutes rerum naturalium, quæ principia sunt mirabilium operationũ, & causæ effectuũ qui nos admiratione & ignoratione causæ, vnde fiunt, modiq;, quo fiunt, suspensos tenent. Talis est virtus magnetis attrahendi ad se ferrũ, & acum nautica ad septentriones vbiq; locorum semper cõuertẽdi, atque dirigẽdi, talis est virtus illius piscieuli, quẽ ab effectu appellarunt remorã, quantumuis nauim, remis ventisq; incitatissimã, sistẽdi in medio cursu, & immobilẽ tenendi. Tales sunt innumerabiles aliæ virtutes metallorũ, lapidum, herbarum, & animalium quæ nos mirabilitate effectuum, & ignoratione causarum, insatiabili admiratione afficiunt.

Virtutes siderum mirabiles.

*Matt. 24.*



## *Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino.*

Quales intelligere oporteat aquas quæ super cælos esse dicuntur

ARdua quæstio, quæ multorum ingenia fatigauit, quales sint aquæ, quas in hoc hymno tres illi iuuenes, & Dauid in Psa. 148. super cælos esse dixerũt, in exordio autẽ libri Geneseos, easdem aquas super firmamentum cæli à Deo locatas esse, scripsit Moses. Verum, non est huius loci tam tantæ difficultatis, subtiliter examinare, ac liquido diiudicare. Cuius rei diligentem plenamque tractationem, posuimus nos in primo volumine eorum nouem, quæ in librum Geneseos à nobis cõposita, proximè, si Deo placuerit, post hos in Danielẽ cõmentarios, edituri sumus. In præsentia igitur, quid nobis videatur de istis aquis similius vero, breuissimè dicemus.

Ego arbitror, cum & hic, & alibi in Scriptura, nominantur aquæ super cælum, vocabulo cæli, non aliud significari, aut intelligi debere, quam aërem, vel totum hoc spacium inter astra & terram, vsquequaque patens, & diffusum. Sic enim crebro in sacris literis sumi vocabulum cæli, notius est legenti sacros libros, passim obuiis exemplis, quam vt probatione vel demonstratione aliqua sit opus. Si autem per cælum intelligimus aërem, per aquas, quæ super cælum sunt, nõ alias profecto intelligere conuenit, quàm quę in superiori parte, vel, vt Philosophi loquũtur in media regione aëris generatæ, per imbres seu pluuias, ad refrigerãdã & fœcundandã terrã, inde defluũt. Nec officit huic expositioni, quod numero multitudinis dicuntur aquæ esse super cælos, quasi, vt nomen cæli possit aëri adaptari, nomen cælorum, non queat ad aërem accommodari. Namque in eo, sicut paulò suprà monuimus, seruatur proprietas & vsus linguæ Hebææ, in qua vocabulum cæli caret singulari, sicut apud Græcos & Latinos, Athenæ, & Thebæ.

De huiusmodi aquis quæ sunt super cælum, hoc est super aërem, sæpenumerò loquitur Scriptura, veluti cum tradit, Deũ dare pluuiam de cælo, aut continere eam in cælo, cum inquit, Deũ claudere cælum ne pluat, vel aperire, vt pluat, cũ ait, Deũ aperuisse cataractas cæli, & pluisse per quadraginta dies, & quadraginta noctes, quo fieret diluuium: cum apud Hieremiã ca. 10. & 51. sic habet: *Ad vocem suam dat Deus multitudinem aquarũ in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ*: cum in Psa. 103. dicit, Deum aquis tegere superiora cæli, loquitur autem hic de cælo aëreo, declarat id quod proximè subditur: *Qui ponis nubem ascensum tuum, & ambulas super pennas ventorum.* Sic enim dicitur Deus tegere cælum aquis, sicut de eo canit alio Psalmo Dauid

*Deut. 11.*
*3. Reg. 17.*
*Iac. 5.*
*Gen. 7.*
*Psal. 146*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dauid: *Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam.* Ergo idem cælum est, quod tegitur aquis, & quod operitur nubibus, hoc autem est, non cælum siderium, sed aëreum. Simili ratione, in Scriptura dicitur cælum pluuiosum, siccum, sterile, etiã æneum. Nec est illud hoc loco ignorandum, duo in sacris literis, instar magni miraculi, ad declarandam Dei omnipotentiã, prædicari & magnificari: vnum est, quod Deus immensam terræ molem ac pondus, ceu suspensum super nihilo, teneat immobile, vnde ait Iob. cap. 26. *Qui appendit terram super nihilum.* Lege eundem Iob. in capite 38. Isaias quoque inquit cap. 40. *Qui tribus digitis appendit molem terræ.* Alterum est, quod supra cælum, id est, in sublimi aëre, infinitam aquarum vim contineat, quarum vel nimia profusione, vel retentione, omnem terrarũ orbẽ perdere facilè posset. Hoc spectauit Iob cap. 26. cũ dixit *Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter desuper:* & in cap. 12. *Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram* ideoque in lib. Prouerb. ca. 8. scriptũ est: *Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarũ.* Vbi pro vocabulo, *æthera*, Hebraice est Sechachim, quod propriè significat nubes: quamobrẽ septuaginta interpretes verterunt Gręcè, τὰ νεφέλας, hoc est, supernas nebulas, seu nubes. Quare, quod sequitur, *& librabat fontes aquarum*: non est accipiendum de fontibus, qui è terra scaturiunt, sed de fontibus cælestibus seu æëreis, qui ingentem ac perennẽ aquarum vim in terrã profundunt. Dicitur autem librasse fontes aquarum, quod in excelso aëre suspedit nubes, è quibus quasi è fontibus effundit imbres, non tamen sine modo ac mensura, sed quasi librando & moderando, non videlicet, eiusmodi aquarũ, aut nimis parca aut nimis larga effusio, terris noceat. Plinius quoque, aquarum in sublimi pendentium miraculo commotus & obstupescens, exclamauit: *Quid mirabilius aquis, in cælo stantibus?*

Duo Dei magna miracula

Explicatur locus ex cap. 2. *Prouer.*

Has igitur aquas in cælo, id est, in excelso aëre generatas, & inde in terras delapsas, quia & aspectu manifestæ, vulgoque notę, & loco, modoque generationis earum, mirabiles, & vsu, animantibus, cunctisque terra nascentibus, perquam vtiles erant, maximè consentaneum rationi est, & Mosem in libr. Geneseos describere & denotare voluisse: & Dauidem in Psal. 148. atque illos tres iuuenes in hoc hymno, ad laudandũ Deum inuitasse, hoc est, earum contẽplatione & admiratione, excitasse homines ad diuinæ potentię ac prouidẽtiæ laudes prædicẽdas. Hanc de aquis supercælestibus sententiã, valde cõmendat diuus Augustinus. Ita enim scribit, de hac ipsa nostra opinione loquens in lib. 2. de Genesi ad literam c. 5. *Hanc ego diligentiam considerationemque, laude dignissimam iudico: quod enim dicit, neque cõtra fidẽ est, &*

Augustin.



*in prompta proposito decumẽto, credi potest.* Ac licet aquæ ipsę elementares, aliquæ essent super sidera, tamen, quia illæ ab hominum non tantum sensu, sed etiam intelligentia remotissimę, nullo proprio signo aut effectu notabiles essent: eas Moses, qui rerum tantummodo corporalium, quæ sub sensu hominũ cadunt, primam originem aperire cõstituerat, omninò tacitas præterisset: quemadmodum multa etiam de angelis, quę nouerat, & literis mandare poterat, ob eãdem causam silentio suppressit. Probabiliorem etiam facit hanc nostram interpretationem, comparatio eius cum expositionibus aliorum, qui aut supercęlestes aquas, interpretati sunt, veras & elemẽtares aquas, super astra, ad ardorem eorum temperandum, locatas: aut qui nõ alias consuerunt esse aquas supercæleſtes, quam nonum cælum quod ipsi appellant crystallinum: has enim interpretationes, & magnis incõmodis premi, manifestisque rationibus eo argui, & à proposito Mosis, sacrarumque literarum consuetudine abhorrere, cõstat. Verum, & hæc, & quæcunque aduersus sententiam nostram afferri possunt, in prælicto lib. 1. notum com. in Genes. diligenter pleneque tractantur.

Duo tamen non sunt dissimulanda, quæ ex hoc hymno videtur posse nobis obiici. In eo namque prius memorãtur aquę quæ sunt super cælos: post has vero, sol, luna, & stellæ nominantur, quo significari videtur, illas aquas supercælestes, esse super omnia sidera. Deinde, in eode hoc hymno, destincte ac sepatim nominãtur aquæ supercæleſtes, & infra, seorsum cõmemorãtur nubes, imbres, ros, nix, pruina: quo licet intelligere, aquas illas quæ super cælos sunt, ab iis, quæ in aëre generãtur, esse diuersas. Sed nõ est operosum ista dissoluere. Argumentũ enim ex ordine: & dispositione eorum, quæ numerãtur in hoc hymno, sumptũ, valdè infirmũ est. Nã si, quia hîc aquæ supercælestes nominatę sunt ante sidera, propterea volũt esse eas super ipsa sidera: ob eandẽ causam ego cõficiam, illas aquas esse infrà sidera, quia Dauid in Psal. 148. post solẽ, lunã, stellas, & cælos, eas cõmemorauit. Rectè monet Euthymius, hũc hymnũ exponẽs, nullo ordine recẽseri in eo creaturas: idque per se manifestum est, consideranti ordinem eorum, quæ memorãtur: prius enim nominantur ros, pruina, nix, glacies, & gelu: posterius autem, dies & nox, lux & tenebræ. Hæc autem siquidem rectus ordo seruatus esset, priora esse illis, ob idque prius memorãda, nemo non videt. Quod autem deinde obiicitur, nihilo plus firmitatis habet: consuetudo enim est Scripturæ, rem aliquã, primo generatim, & in vniuersum enunciare, tũ per partes sigillatim enarrare: sic hoc loco, prius vniuersè nominãtur aquæ supercæleſtes, deinde per varias ipsarum species, si species tamen

Duæ obiectiones

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



men nominandæ sunt, imbres, rorem, niuem, pruinam, explicatius, & distinctius exponuntur.

*Benedicite sol & luna Domino: Benedicite stellæ cæli Domino.*

Præstantia solis.

OMnis quidē huius mundi structura cunctis numeris absoluta, tanquam ad regulam facta & adlineam respondens, cogit sui spectatores & contemplatores, Deum opificem omnium agnoscere, ac venerari. Sed nihil est omnium, quæ aspectu sentiuntur, præclarius, admirabilius, & diuinæ potestatis, ac magnificentiæ illustrius monumētum, quā sol, dux & moderator cunctorum siderum, omniúmque caducarum rerū procreator, & conseruator. Nihil enim est eo, vel aspectu pulchrius, vel efficacitate potētius, vel vsu, & vtilitate copiosius. Hic nāque tenebras fugat, rerū colores, vel facit, vel ostēdit, cuncta exhilarat, omniū animantiū oculos, atque animos insatiabili voluptate cōpler, & mundo salutarē, maximeq; vitalē, & cunctas naturas augentē, nutricantē, sensúque afficientē calorē largitur. Ex quo factū est, vt à viris doctis, omniū rerū mortaliū parens, & altor ritè nominetur. In eo multa sunt prę cipuè mira. In primis magnitudo ipsius, etenim vniuersum aquæ simul & terræ globū, cēties sexagies septies, sol vnus exuperat, stellas quoq: in errātes, primę magnitudinis appellatas, & quindecim tantum in octauo orbe designatas ab Astrologis, multum excedit: si quidem illæ non amplius, quam centies & septies, aquæ terræque molem superant. Deinde incredibilis est in eo copia lucis, vt qui vnus duntaxat penitùs fugandis tenebris, reddendoque diei sufficiant, id quod cætera omnia sidera simul coniuncta, præstare non possunt: quorum item lux, præstantia solis præstingnitur, & occultatur. Adiice, quod Plinius, Auicenna, Albertus, Beda, Astrologi, nec pauci de Theologis, totius lucis, quæ inest in aliis quibuscunque sideribus, solem esse quasi fontem, & auctorem, non temerè opinantur. Ad hoc, sol annuo cursu & vnico sui spatij circuitu, principales tempestatum vices facit, & variat, hyemem dico, æstatem, ver, & autumnum, & cætera, quæ his necessario, vel adiuncta sunt, vel consequentia. Dauid in Psalm. 18. pulchritudinem solis comparat sponso, qui è thalamo suo speciosissimus, summo ornatu & decore procedit: vim autem, & impetum eius comparat giganti: siquidem eius circumuectio tanta celeritate ab extremo Oriente fertur ad extremum Occidentem: atque inde ad dexteram cæli regionem reuoluitur, vt vno integro circuitu, diem noctemque conficiat, modo sublimem sese nobis ostendens, modo sub pedibus ab oculis nostris obliteſcens: & oppo-



& oppositas nobis terras, atque aëtias regiones, longe latéque occupans: nullum orbis locum, non suo fulgore caloreque perlustrans. In libro autem Ecclesiastici, multis verbis extollitur solis præstantia. Primo ab opificij magnitudine, cum dicitur, *Sol, vas admirabile opus excelsi*: tum ab opificis excellentia, cum dicitur, *Magnus Dominus qui fecit illū*: postea à caloris efficacia eū subditur, *In meridiano exurit terram, et in conspectu ardoris eius, quis poterit sustinere*: denique, à luminis excellentia, additur enim, *radios igneos exspirans, & refulgēs radiis suis obcæcat oculos*: denique à cursus celeritate, nam subiungitur, *Et in sermonibus eius festinauit iter*, hoc est, sermonem seu verbum Dei, siue eius mandatum, & præceptum custodiens & exequens, magna festinatione iter suum conficit, adeò, vt singulis diebus immensum cæli gyrum circumeat, & totum orbem ambiat.

Locus Ecclesiastici c. 43

Dionysius Areopagita in lib. de diuinis nominibus, & in 4 c. primæ partis, solē facit euidentē & expressam diuinę bonitatis imaginem, tum quia sol non cogitatione, aut electione, sed eo ipso quod est, illuminat omnia, quæ pro modo suo participationem lucis admittunt: ita diuinum bonum, ipsa sua substantia, omnibus quæ sunt, pro captu cuiusque totius bonitatis inlicit radios: tum etiam, quia, vt ipse in eodem libr. inſra, in cap. 3. 4. partis tradit, sol vnus cum sit, sensibilium tamen rerū substantias & qualitates, vnisormem infundendo lucem, renouat, nutrit, seruat, perficit, discriminat, coniungit, reſouet, fœcundat, auget, immutat, firmat, implet, subtollit, viuificatque omnia, & quodlibet ex omnibus, modo sibi congruo, vnius eiusdemque solis est particeps, plurimorumque participantiū, sol vnus in seipso causas antè vniformiter habuit. Sic Dionysius. Sed vt verbo dicam, tanta est solis excellentia inter omnia, quæ patent sensibus nostris, vt permulti solem quasi diuinum numen adorauerint, & diuino honore culmque affecerint: à quorum sensu non videtur abhorruisse Plin. quippe in 2. lib. c. 6. ita de sole scripsit, *Septem siderum, quæ ab incessu vocamus errantia, cum errent nulla minus illis medius sol fertur, amplissima magnitudine, ac potestate: nec temporum modo, terrarumque, sed siderum etiam ipsorum, caliqne rector. Huic mundū esse totius animum ac mentem, hunc principale naturæ regimen ac numē credere decet, opera eius æstimantes. Hic lucem rebus ministrat, aufertque tenebras, hic reliqua sidera occultat, hic vices temporum, annumque semper renascentem ex vsu naturæ temperat: hic exhilarat diem, atque etiam humani nubila animi serenat: hic suum lumen cæteris quæque sideribus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, vt principi literarum Homero placuisse, in vno eo videa.* Hactenus tuere Plinij verba. Mo-

Dionysij Areopagitæ, de sole præclara sententia.

Qui adorauerint solem, ve numen.

Plinianū Encomiū solis.

se

ses igitur prouidens, facilem hominum fore in hunc errorem lapsum, præsertim Hebræorum, quorum valde lubrica erant ad superstitiones Gentium ingenia, præmonuit Hebræos in eapite quarto Deuteronomij, ne vel solis & lunæ, cæterorumque astrorum pulchritudine, & vtilitate commoti, vel errore gentium decepti, ea sidera colerent ac venerarentur, quæ Deus in ministerium, & vsum cunctarum gentium, quæ sub cælo sunt, condidit. Verum nec monitis ipsius Mosis, nec prophetarum documentis, Hebræi ab errore cohiberi potuerunt. Legimus apud Ezechielem caput. 8. Deum Ezechieli demonstrasse quosdam Iudæos, qui exortientem solem adorabant: legimus etiam in lib. 4. regum cap. 23. Iosiam regem Iuda, protecisse de templo, & combussisse vasa, facta dicataque vniuersæ militiæ cæli, eos quoque de medio sustulisse, qui soli, lunæ, & duodecim signis incensum adolebant: abstulisse præterea equos, à regibus Iuda consecratos soli, currus item solis igne combussisse: equi autem, religione ritúque Persarum, sacri erant soli.

Lunæ excellētia. Cenſ. 1.

Sequitur luna alterum luminare magnum, vt appellat Moses, non quia præter solem, cæteris astris sit maior, cum contra & omnibus planetis, præter vnum Mercurium, & cunctis inerrantibus stellis visu notabilibus, eam minorē esse mathematici demonstrent, sed quia tertiis proxima, post solem maior cæteris, videtur sensibus, & vulgo iudicatur. *Lunæ*, inquit Plinius libr. 2. cap. 9. *notissimum sidus, terrisque familiarissimum, & in tenebrarum remedium à natura repertum, omnium astrorum vitarit admirationem. Multiformi hac ambage torsit ingenia contemplantium, crescens semper, aut senescens, modo curuata in cornua, modo æqua portione dimissa, modo sinuata in orbē, maculosa, eadēmq; subito prorumpens immensa pleno orbe, ac reponte nulla: alias pernox: alias sera, & parte diei solis lucem adimuans, deficiens, & in defectu tamen conspicua, humilis, & excelsa, alias admota cælo, alias contigua montibus: nūc in Aquilonem elata: nunc in Austrum deiecta, in totum à sole mutuata luce fulgens, meliore & imperfecta vi, solum tantum humorem, atque etiam augens, quem solis radij absumant. Hæc affatim suo terras saturat, accedensque corpora implet, abscedens inanit, ideoque cum incrementis vim, augentur conchylia, sanguis etiam hominum cum eius lumine augetur ac minuitur, frondes quoque ac pabula vim eius in omnia penetrantem sentiunt, feraruin occisa carpora, in tali cursu vbique cieri, variari, regi, ac moderari, & antiquitus, hodieque multis probata est sententia.* Sic Plinius.

Pulcherrima lunæ descriptio ex Plinio

Septem planetis cur soli

Cur autem de septem planetis, solem & lunam frequentissimè, tidus Venetis raro, & earum sub nomine lucifert, reliquos autem quatuor. Saturnū, Iouem, Martem, & Mercurium, nusquam



quam memorat ac nominat diuina Scriptura? Equidem reor non aliam esse causam, nisi quia præter solem & lunam, cæteri planetæ, iudicio sensuum, & vulgi, nec loco, nec motu, nec magnitudine, nec figura, nec proprio aliquo effectu à stellis inerrantibus dignoscantur, ac discernantur, ideoque crediderim, eos generali vocabulo stellarum, comprehendi, & significari. Sed eorum quoque licet obscuram vulgo, exploratam tamen compertamque sapientibus vim, esse magnam & variam, diuersosque admodum effectus, docet Plinius libr. 2. cap. 29. ita scribens. *Ergo, vt solis natura temperando intelligitur anno, sic reliquorum quoque errantium siderum propria est quibusque vis, & ad suam cuique naturam fertilis. Alia sunt in liquorem soluti humoris fœcunda, alia concreti in pruinas aut coacti in niues, aut glaciati in grandines: alia flatus, alia teporis, alia vaporis, alia roris, alia rigoris. Nec verò hæc tanta debent existimari, quanta cernuntur cum esse eorum nullum minus luna, tam immensæ altitudinis ratio declarat. Igitur in sua quaque motu naturam suam exercent: quod manifestum Saturni maximè transitus imbribus facium. Nec meantium modo siderum hæc vis est, sed multorum etiā adhærentium cælo, quotiès errantium accessu impulsa, aut conjectu radiorum extimulata, sunt: qualiter in fœculis sentimus accidere, quas Græci ob id, pluuiæ nomine hyadas appellant. Quin & sua sponte quædam statisque temporibus, vt hædorum exortus: arcturi vero sidus non ferme sine procellosa grandine emergit.*

Sol, & luna à Scriptura memorātur.

Plinius.

De stellis in cælo fixis.

In stellis autem inerrantibus, multa sunt, quæ amplissimam suppeditant materiam earum conditoris Dei, mirabilis, & prouidentiam admirandi, summisque laudibus celebrandi: veluti est multitudo earum, secundum antiquos philosophos, Platonem & Aristotelem, quin etiam recentiores Senecam & Plinium, & vt multis locis diuina Scriptura significare videtur, inenarrabilis, & incomprehensibilis. Licet Astrologi stellas visu notabiles, mille duntaxat, præterque duas & viginti, in cælo esse censeant. Plinius autem lib. 2. ca. 41. mille sexcentas insignes affectu visuque, tradit esse adnotatas. Deinde, earum stellarum ordo, dispositio, & quasi descriptio: vnde imagines illæ cælestes, & effigies exiliunt, quas Plinius in duas & septuaginta, Astrologi verò in octo & quadraginta digessērunt. His accedit, prædictarum stellarum magnitudo comparatione terræ. Siquidem illas mille & viginti duas stellas, Astrologi sex differentiis distinxerunt, appellantes primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, & sextæ magnitudinis, quasi minimæ, hæc est, quæ nominantur sextæ magnitudinis, vniuersum à quæ terræ qi globum octies & decies sua magnitudine excedunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mira vis eius sideris quod Canicu-lam appellant.

Australis pars cæli ratus nitet astris.

Crucifeti stella poli Antarctici indicans.

Præclara Senecæ sententia de cõtemptu rerum terrenarum, quę parit contẽplatio rerũ cælestium.

excedunt. Ad extremum, magna est & multiplex earum stellarum vis & potestas: argumenti loco sit exemplum vnius sideris, quod appellant Canículam, immodico ardore insamem, sed admirandis effectibus valde insignem: eius enim vis amplissima in terra sentitur, feruent maria exoriente eo sidere, fluctuat in cellis vina, mouentur stagna. Orygem appellat Ægyptus, stella, quam in exortu eius contrahere, & cõtueri tradunt, ac velut adorare eũ sterterit. Canes quidem toto eo spatio maximè in rabiem agi, non est dubium. Illud quoque non careat admiratione, partem cæli septentrionalem, tantam habere stellarum multitudinem, in australi vero parte, pauculissimas lucere. Qui ad nos scripserunt, vel etiam venerunt ex regione Americana, quæ cælo Antarctico subiecta est, affirmarũt in eo cælo, nec tot cerni stellas, quot in Arctico, easq; minus fulgore, aspectuq; notabiles, præter vnã quandã valdè illustrẽ sideribus speciem, & effigiem, quẽ Crucifetum appellãt. Hoc sidus, quatuor ex fulgentibus, & ex æquo ferè distantibus stellis, in similitudinem cruets, pulchertime figuratum est. Polũ esse Antarcticum, vulgus existimat: quod videant naucleros ad illud sidus nauigationem dirigere, sicut ad polum Arcticũ, qui vltra æquinoctialem nauigant. Verum, id propterea fit, quod nulla sit stella fixa, quæ polum Antarcticum proprium ostendat. Quã propter coguntur nautæ proximam quærere stellam, quam Crucifeti pedem appellant, eam tamen gradibus triginta à Polo distare, peritissimi illius cæli, & nauigationis trádiderunt.

Aspectus portò cæli, tot talibusque astris, & insigniti, & ornati, excitat mortales ad admirationem, amoremque rerum cælestium, & ad tertenarum rerum contemptum, & fastidiũ. Audi Senec. in exordio 1. lib. nat. quæst. *Quam iuuat inter sidera ipsa vagantem, diuinum pauimenta videre, & totam eum aura sue terram, non illud satum dico quod egessit, & signandã monetæ dedit sed & illud, quod in occulto seruat posterorum auaritia. Nec potest autẽ contemnere porticus, & lacunaria ebore, auroque fulgentia, & tonsiles siluas, & derinata in domos flumina, quam totum circumeat cælum, & terrarum orbem superne despiciens, angustũ, & magna ex parte operium tuari, etiam ea parte, qua extat, late squalidum & aut vstum, aut rigentem, sibi ipse dicat, hoc est punctum, quod inter tot gentes ferro, & igni diuiditur? ó quam ridiculi sunt mortalium termini! Punctum sanè est illud, in quo nauigamus, in quo bellamus, in quo regna disponimus. Quarsus enim est, quod ab vltimis Syrtibus Hispania, vsque ad Indos iacet, paucissimorum satis latarum spatium, si natium suum ventus implenit. At illa regio cælestis, per xxx. Annos volucrissimo sidere quam præsat, nunquam refistemis, sed æquabiliter cito. Illic demum discit animus, quod*



*quod diu quæsiit: illic incipit Deum nosse. Quid est Deus? mens vniuersi. Quid est Deus? quod vides totum, & quod non vides totum. Sic demum magnitudo sua illi redditur, qua nihil maius excogitari potest: si solus est omnia opus suum, & extra, & intra tenens. Sursum ingentia spatia sunt, in quorum possessione animus admittitur: at si ita si minimum secum ex corpore tulit, si sordidum omne detersit, & expeditus, leuique ac madico contentus emicuit. Cum illa tetigit, alitur, crescit, ac velut vinculis liberatus, in originem suam redit: & hoc habet argumentum diuini ait sua, quod illum diuina delectant: nec, vt alienis interest sed vt suis.* Hæc Seneca. Verum luculentius hoc ipsum Scriptura diuina nos docet, ex aspectu, & contemplatione cælorum, quasi præhensã manu, ad cognitionem, & admirationem Dei nos ducens. Lege Isaiam c. 40. *Leuate*, inquit, *in excelsum oculos vestros, & videte, quis creauit hæc?* & quæ sequuntur, & Baruch c. 3. exclamat: *O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: magnus est, & non habet finem excelsus & immensus:* & Dauid Psal. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.* Legimus sanctissimos viros, & Patres nostros, Ignatium, & Franciscum Xauerium, identidem suspicere cælum solitos, tantoque eius aspectu interiori gaudio completos, vt sibi temperare non possent, quin maximam vim lacrymarum profunderent. Scilicet, aspiciebant illi cælũ, quasi Patriam suam exules: quasi portum, cum periculo naufragij nauigantes: quasi coronam, & præmium, cum fortissimis aduersariis, diabolo, carne, mundoque, dubio pugnæ exitu, quoad viuunt, perpetuo decertantes: ideoque optatissimi eius loci, ac felicissimi contemplatio, magna illis vitæ erat in laboribus requies, in mœroribus solatium, in certamine robur, in rebus aduersis subsidium. Sed pergamus ad alia.

Ignatius, & Xauerius, cæli aspectu mirificè afficiebãtur.

## *Benedicite omnis imber, & ros Domino.*

Aër cur spiritus nominetur.

RECENCENTUR deinceps, quæ infra cælum & astra sunt: hoc est, quatuor elementa, ignis, aqua, terra, quæ suis propriis nominibus in hoc hymno appellantur. Aër verò vocabulo spiritus, i. venti significatur: siquidem aër immotus latet sensu, agitatu vero pulsuque sentitur, & vulgo etiam innotescit. Vel aëris significatus est vocabulo cæli, cũ dictũ est, & aquæ quæ super cælos sunt, sic enim Scriptura vtitur vocabulo cæli, cum appellat volucres cæli, vel pluuia cæli. Nempè, vox Hebraica Sciamaim, significans cælum, si ad verbum Latinè eam interpretetis, sonat *illic aqua*, quod proriè conuenit aëri, in cuius superiori parte imbres generantur. Postea commemorantur, quæ in prædictis elementis, ex ipsis conflata, versãtur;

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur: præsertim verò, quæ in aëre generantur. Hæc partim sunt ignea, vt ignis, altus, fulgura: quo nomine tam fulmina, quam alia quæcunque ignita corpora in aëre conspicua intelligere conuenit, partim sunt aëra, vt spiritus, seu ventus, & (si libet his annumerare) etiam nubes, quibus violenter ruptis, tractisque terribili sonitu existunt tonitrua, in quibus clarissimè declarari Dei potentiam, Dauid in Psal. 28. luculenter ostendit, partim sunt aquea, vt imber, ros, glacies, pruina, nix. Omissa est in hoc hymno grando, quã expressit Dauid in Psal. 148. fortasse, cum distinctè numerentur hic glacies, & gelu, alterutro vocabulo significata est grando, quippè, quæ no aliud sit, quam imber in aëre gelatus, seu congelatus. Nec tacentur in hoc hymno tempestates anni: frigus, id est, hyems, & æstas, sub quibus autumnus, & ver, tanquam illarum reliquæ, & appendices intelliguntur, nec vicissitudines temporum, vt lux, & tenebræ, dies, & nox.

Huiusmodi autem res licet imperfectã admodũ naturã habeant, vt quæ secundum substantiam ab ipsis elementis serenõ differant, & constantiæ, ac stabilitatis laude careant: sunt tamen in hoc mundo, quam quæ maxime spectatu miræ, cognitu pulchertimæ, enarratu difficiles, multiplici vsu, & vtilitate commodissimæ, nec in toto mundi huius theatro, plura sunt, vel terribiliora, vel iucundiora hominibus spectacula, & miracula naturæ, quam quæ in hisce rebus quotidie fiunt. Taceo cælestes coronas, faces, trabes, tres soles, totidemq; lunas, clypeos ardentes, hiatus cæli, & incendia, stellas cadentes, ac discurrentes, die repente verium in nocte, & contrà, noctem in diem mutatã: non dico comeras illos, semper indocto, & in docti vulgo terrificos, & publicorum malorũ, atque calamitatũ prænũcios. Certè prodigiosas pluuias sæpe numero fuisse, vt lacte, sanguine, lana, ferro, coctisque lateribus plueret, in libr. 2. c. 56. ex Romanorum annalibus, & publicis actis refert Plinius. Legimus in sacris literis totos quadraginta dies noctesque continenter pluisse, vnde generalis illa eluuio aquarum, omnẽ terrarum orbem inundans, etiam elatissimos montes, quindecim cubitis transcendens, extitit. Legimus pluisse Deum ignem, & sulphur, quo Pentapolim illam, tantum immani scelere, & scelestis insigni vindicta memorabilẽ, fundirus, & in omne æuum perderet, ac deleret. Legimus pluisse Deum in deserto Hebræis quotidie manna, quo cibo gens illa per xl. annos, quoad videlicet fines terræ Chanaan attigit, alta, & sustentata est. Quid memorem armorum crepitus, & tubarum sonitus auditos è cælo, Cimbricis bellis, ærebrosque, & prius, & postea? Quid referam? consulatu Marij ab Ametinis, & Tudertinis, vt inquit Plin.

De prodigiosis pluuijs.

Genes. 19.

Genes. 7.



Plin. lib. 2. c. 57. spectata arma cælestia, ab ortu occasuque inter se concurrentia, pugnis, quæ ab occasu erant? Cuius simile prodigium tempore Machabæorum in acerbissima illa regis Antiochi persecutione contigisse scriptum est in lib. 2. Mach. ca. 5. his verbis *Contigit per vniuersam Hierosolymã videri diebus quadraginta, per aëra equites discurrentes, auratis stolas habentes, & hastas, quasi cohortes armatas, & cursus equorũ per ordinẽ dispositos, & cõgressiones fieri, eminus, & scuta ostentũ motus, & galeatorum multitudinem gladijs districtis, & telorum iactus, & auctorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti.*

Illud porrò in sactis literis obseruatum est à doctis viris, & li eet id cuiuis, tantùm non occitanter legenti diuinos libros, animaduertere, ex prædictis rebus, quas meteorologicas vocãt in scholis Philosophi, quam ex aliis quibuscunque, crebrius & magnificentius prædicari potentiam, & prouidentiam Dei, eiusmodi res summa potestate, procerantis, summaque æquitate pro meritis hominum vltrẽ dispensantis, nunc eas vindictæ loco mortalibus subrahendo: nunc modo mercedis aut muneris, opportunè largéque donando. Quàm frequenter autem, & luculenter Scriptura ex huiusmodi rebus demonstret Deum esse Dominum totius orbis, rerumque humanarum prouidentissimum rectorem, ac moderatorẽ, & prædictarum rerũ iustissimũ dispensatorẽ, nonnulla loca Scripturæ, quæ hic subiicia, aperte declarabunt. Incipiã à Iob, qui c. 12. sic ait: *Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & emiserit eas, subuertent terram.* Et c. 26. *Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum, qui tenet vultum soliis sui, & expandit super illã nebulam suam.* c. 28. *qui facit ventis pondus, & aquas appendit in mensura, quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus* ca. 36. *Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper. Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. In manibus abscondit lucem, & præcipit ei, vt rursus adueniat.* cap. trigesimo septimo. *Post Deum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & non immorabitur, cum audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce suæ mirabiliter, qui facit magna, & inscrutabilia, qui præcipit niui vt descendat in terram, & imbri fortitudinis suæ. Plantæ Dei, concrescit gelu, & rursum latissimè fundentur aquæ. Frumenti desiderat nubes, & nubes spargũt lumẽ suũ. Quæ lustrat per circuitũ, quocunq; eas volũtas gubernãtis duxerit, ad omne quod præceperit illis, super faciem orbis terræ.* Et ca. 38. *Numquid ingressus es thesau-*

In sactis literis, maximè prædicati diuinã prouidẽtiam ex rebus meteorologicis.

*vos nisi, aut thesaurus grandinis assistit per quam viam spargitur lux, aut dividitur æstus super terram? Quis dedit vehementissimo imbri cursum & viam conantis tonitrui, vt pluceret super terram absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur, vt implerei inuiam, & desolatam, & produceret herbas virentes? Quis est pluuiæ Pater? vel quis genuit stillas roris? De cuius vtero egressa est glacies? Nunquid eleuabis in nebula vocē tuā, & impetus aquarū operiet te? Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus:* Hactenus ex Iob. An non similia horum etiam Dauid in Psal. suis cecinit? Audi quam magnificè, quam sublimiter de tonitruo loquatur in Psal. 28. Vocem Domini ipsum appellans. *Afferte Domino gloriam, & honorem afferte Domino gloriam nomini eius. Vox Domini super aquas. Deus maiestatis intonuit. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros Libani; vox Domini intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis desertum, vox Domini præparantis cervos, & revelantis condensa.* Num potuit tonitrui fragor, impetus, vis, & efficacitas, magnificētiori oratione describi? Audi eūdē in Ps. 103. & 146. & 147. *Extendens cælum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum. Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignē vrentē. Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit, mittit crystallum suam sicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* Similia illis loquitur Hier. c. 10. *Dij qui cælos, & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quæ sub cælo sunt. Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos. Ad vocem suam dat multitudinem aquarū in cælo, & elevat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluuiam fecit, & educit ventum de thesauris suis.* Similis est sententia apud Prophetam Amos c. 5. *Facientem Arcturum, & Orionem, & convertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ: Dominus nomen est eius.* Non relinquam in præteritis aliū Scripturę locum sanè iucundissimum, qui est in 43. cap. libri Ecclesiastici, vbi sic est. *Imperio suo accelerauit nimbum, & accelerat coruscationes emittere iudicij sui. Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ sicut aues. In magnitudine sua potestatis nubes, & confractus eius lapides grandinis. In conspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius afflauit Notus, vox tonitrui eius verberauit terram, tempestas aquilonis, & congregatio spiritus. Pulchritudinem candoris nimis admirabitur oculus, & super imbrem*





*eius exparuescit cor. Gelu sicuti salem effundet super terram, & dum gelauerit, fiet tanquam cacumina tribuli. Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aquis, super omnem congregationem aquarū requieuerit, & sicut loricā induet se aquis. Vt deuorabit montes, & exuret desertum, & extinguet viride sicut ignem. Medicina omnium festinatione nebula, & ros obueniens ab ardore venienti, humilem efficiet eum.* Concludam hanc orationē vnico Pauli testimonio, quod in 14. c. historię apostolicę, ita scriptum est à Diuo Luca: *Nos, inquit, mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes incedere vias suas. Et quidē non sine testimonio semet ipsum reliquit, benefaciens de cælo, dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda vestra.* Hęc propterea tuli us exposui, quo manifestum certumque facerem, quod supra dixi, nullis ex rebus, quam ex hisce meteorologicis, frequentius & magnificentius Dei sapientiam, & qua cuncta regit & moderatur prouidentiam, in sacris literis ac prędicati ac celebrari.

De arcu cęlesti, seu iride.

Verum miror equidem, quomodo factum sit, vt nec tres illi iuuenes in hoc hymno, nec Dauid in Psal. 148. in commemorando res à Deo creatas, quarum aspectu & consideratione, possint homines ad Dei cognitionem, admirationem, & prędicationem, vehementer excitari, inter alia multa, quæ recensent, non posuerint arcum cęlestem, quem Græco vocabulo Iridem appellamus. Nam licet Iris, quia frequens est, & sæpe oculis vsurpata, propterea extra ostentum & miraculum sit apud homines, non tam magna, quam rara & nota mirantes: nihilominus tamen, eorum, quæ cernuntur in aëre, vix aliud inuenietur Iride, aut visu pulchrius, aut obseruatione dignius, aut etiam cognitu obscurius. Quam multa sunt in Iride mira, & curiosa inquisitione digna? nunquam Iridem fieri, nisi sole aduerso: nec integra circuli forma, nec fere noctu: sublimem fieri humili sole, humilęque sublimi: & tenorē occidente vel oriente, sed in latitudinem diffusam, meridie exilem, verum ambitus maioris: fieri hyeme maxime ab æquinoctio autumnali, die decrescente, quo tutius crescente, ab equinoctio verno non existere: nec citra solstitium longissimis diebus: bruma vero, hoc est, brevissimis diebus, frequenter: æstate post meridiem non cerni, post autumni equinoctiū, quacunque hora. Quid multa? Iridis pulchritudinem extollēs Sapiens in libro Ecclesiastici cap. 43. sic ait: *Vide arcum & benedic eum, qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo. Gyrauit cælum in circuitu gloriæ suæ, manus excelsi aperuerūt illum.* Ac

gimus in libro Geneseos, Deum in arcu cœlesti signum ponere voluisse, illius decreti sui, quo statuerat, nunquam deinceps generali orbis terrarum diluuio, se hominum scelera vindicaturum.

*Benedicite omnis spiritus Dei Domino.*

Spiritus quid in Scriptura significet.

VOcabulo spiritus, nec cœlestes spiritus, de quibus suprà dictum est, nec spiritus seu animus humanus, de quo infrà dicetur, sed ventus significatur. Siquidem in Scriptura crebro poni spiritum pro vento, notius est, quam vt multis exēplis ostendi debeat. Sic accipitur in Psal. 106. *Dixit, & stetit spiritus procellæ, exaltati sunt fluctus eius.* & in Psal. 147. *Flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* sic denique in Psalmo 10. & 148. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis eorum*, vel, *quæ faciunt verbum eius*: vbi spiritus procellarum, dictus est phrasi Hebraica, spiritus procellosus, hoc est, ventus excitans mille denique processus. Sed quid est in ventis eximium & præcipuum, de quo Deum magnopere laudare debeamus? Sunt sanè multa, & præclara in ventis diuinæ prouidentiæ ac beneficentiæ exempla hominem, argumenta. Audi Senecam in libro quinto naturalium quæstionum, cap. 18 commoditates ventorum pluribus, maximisque, eleganti doctaque oratione ad hunc modum explicantem. *Inter cætera prouidentiæ opera, hoc quoque aliquis, vt dignum admiratione suspexerit. Non enim ex una causa venti, aut inuenti, aut per diuersa dispositi: sed primum, vt aëra non sinerent pigrescere, sed assidua vexatione vtiliter vexarent, vitalemque traherent. Deinde, vt imbrem terris subministrarent, deique nimios compescerent. Nam modo adducunt nubes, modo diducunt, vt per totum orbem pluuia diuidi possint. In Italiam Auster impellit: Aquilo in Africam vertit. Etesiæ non patiuntur apud nos nubes consistere. Eadem totam Indiam & Æthiopiam, continuis per id tempus aquis irrigant. Quid, quod sulget percipi non possunt, nisi flatu superuentus & mixta sertandi, ventilarentur, nisi esset, quod segetem excitaret. & lacertem fragem raptu velamentis suis, quæ folliculos agricolæ vocant, adaperiret? Quid, quod omnibus inter se populis commercium dedit, & gentes discipatas locis, nosse fecit? Ingens Dei beneficium, si illud iniuriam suam non vertat hominum furor. Nunc, quod de Cæsare maiore vulgo dictum est, & à Tito Liuio positum, in incerto esse, vtrum illum magis nasci reipublicæ profuerit, an non nasci, dici etiam de ventis potest: adeo quæ quod ex illis vtile & necessarium est, non potest his repensari, quæ in perniciem suam, humani generis dementia excogitat. Sed non ideo non sunt illa, natura sua bona, si vitio male veritum nascunt. Nimirum, in hoc prouidentia, & dispositor ille mundi Deus, aërea ventis exercendi dedit, & illas ab omni parte, ne quid esset situ squalidum effudit: quo non classes, partem freti occupaturas, compleremus pulite armata, & bellum in mari, aut post mare requireremus: vela ventis damus, bellum paraturi, & periclitamur, periculi causa. Non tamen queri possumus de auctoritate nostri Dei, si beneficia eius corrumpimus, & vt essent contraria, efficimus. Dedit ille ventos ad excitandam cali terrarumque temperiem, ad euocandas suppriendasque aquas: ad alendos satorum, atque arborum fruticum quos ad maturitatem, cum aliis causis adducit ipsa intellatio: attrahens cibum in summa, & ne torpeat, promouens. Dedit ventos, ad vlteriora nauigenda: fuisset enim imperitum animal, & sine magna experientia rerum homo, si circumscribi terminis natalis soli iuberet. Dedit ventos, vt propria cuiusque regionis commoda, fierent communia: non vt legiones, equitesque gelarēt, nec vt pernitiosa gentium arma trasuehērent. Sed beneficia naturæ ventium prauitate perpendimus, nihil non nostro malo accipimus. Cui videre expedit? cui lucri est non vitæ tormentum esse? Nihil inuenies tam manifestæ vtilitatis, quod non in contrarium transferat culpa. Sic ventos quoque, natura bonos futures inuenerat, ipsi illos contrarios fecimus.* Hactenus verba fuerunt Senecæ: quæ libuit hic adscribere, quod proposito nostro mire congruerent, & propter verborum elegantiam, gratuitatemque sententiarum, futura essent perincunda lectori.

Non desinunt res esse bonæ, etiāsi vitio vtētium male fiant.

Quæ mira sint in ventis, & quę eorum commoditates. Seneca.

Prædicat autem diuina Scriptura, Deum formatorem esse, Dominum, rectorem ac moderatorem ventorum, suo arbitratu illos vel cohibentem, vel emittentem: sic enim legimus apud propheram Amos c. 4. *Ecce formans montes, & creans ventum, faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ, Dominus Deus exercituum nomen eius.* Dicitur etiam Deus inequitare & insidere ventis, vnde Dauid in Psal. 17. *Volauit* inquit. *super pennas ventorū.* Venti quoque nominātur ministri & nūcij ipsius Dei: sic enim interpretamur Hebraicum illum versum Psa. 103. *Qui facis angelos tuos spiritus*, hoc est, qui spiritus seu ventos, facis tuos nuntios, eorumque ministerio & seruitio, vt collibitū tibi fuerit, vteris. Præterea in Psal. 134. & apud Hier. cap. 10. sic legimus. *Qui producit ventos de thesauris suis.* Vocatur bulum thesauri, & hoc loco, & alibi, cum nominantur thesauri nimis, & grandinis, significat loca quædam remota, secreta, & abdita, in quibus reponitur & reconditur aliquid, ita vt in potestate nostra sit, quotiescunque libuerit, vel opus fuerit, qui proillud inde proferre, & in publicum emittere. Ergo cum dicitur Deus producere ventos de thesauris suis, significatur Deum tenere ventos tanquam in locis quibusdam clausis & occultis sauris repositos ac reconditos, & in potestate Dei esse, quotiescunque,

Explicatur locus Psal. 134. 7. & Hier. 10.

Dicuntur venti de thesauris suis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



que, & quantumcunque vult eos cohibere, & continere, aut etiam quasi laxatis frænis emittere, & solutum, ac liberum eis cursum permittere. Itaque de Deo verissimè & aptissimè dici potest, quod fabulosè dixit elegantissimus Poëta, de Æolo ventorum rege.

Virgilius libro 1. Æneidos

*Hic vasto rex Æolus antro*
*Luctantes ventos, tempestatesque sonoras*
*Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.*
*Ne facint, maria ac terras, cælumque profundum,*
*Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.*
*Sed Pater omnipotens speluncis abdidit atris,*
*Hoc metuens: molemque & montes insuper altos*
*Imposuit, regemque dedit, qui fœdere certo*
*Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.*

Quantam enim fuisse existimamus illam Domini nostri in ventos potestatem & imperium, cum exorta in mari Tyberiadis grauissima tempestate, & discipulis eius in summum discrimen adductis, affuit ipse illis, solo nutu suo, verboque conpescens ventos, cælum serenans, componens fluctus, mareque omnino tranquillans? *Tunc*, inquit, Matt. cap. 8. *surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes, qualis est hic, quia venti & mare obedisit ei?* Verum hoc ipsum Marc. cap. 4. expressius & significantius enarrauit. *Exurgens*, inquit, *comminatus est vento: & dixit mari, tace, obmutesce, & cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna.* Illud porro quod apud Iob de Deo in cap. 28. scriptum est,

Locus Iob ca. 28

*Qui fecit ventis pondus*

hanc habet sententiam: Deum, suũ cuique vento indidisse pondus, hoc est, vim & propensionem ad certum quendam impetum & cursum ex vno loco in alium locũ. Alia enim est vis, alius impetus & cursus per orbẽ, Zephyri, & Euri, Aquilonis item atque Austri. Ne verò quispiã putaret, scientiam ventorum, vel tenuitate ac vilitate materiæ, vel facilitate noscendi, non magno æstimandam: Salomon in 7. c. lib. Sap inducitur, inter alia præcipua, quorum scientia sibi diuinitus data fuerat, ventorum cognitionem cõmemorans: sic enim ait, *Ipse dedit mihi horum, quæ sunt scientiam veram: vt sciã dispositionem orbis terrarum, consummationes temporum, stellarũ dispositiones naturalium differentias, virgultorum, virtutes radicum, vim ventorum, cogitationes hominum, & quæcunque sunt ab seorsũ & improuisa didici: omnium enim artifex docuit me sapientia.* Et vero, arduum est nosse, quæ sit materia ventorum, vnde cuiusque origo, quæ causa tanti, & tam pertinacis impetus ac celeritatis, a quo singulis suorum cursuum diserera & dimensa fuerint spacia, quemadmodũ sua cuique periodus & duratio præfi-



præfinita sit qua ratione ventorum vicissitudo & alternatio, tam constanti ordine, certaque lege procedat, vnde ventis tantæ vires, tantaque mirabilium effectuum diuersitas. Ergo tenuis quidem res ventus est, at eius scientiam callere, non tenuis est gloria, nec nimia sapientiæ pars.

Que in vētis mira, & cognitu difficiliora.

## *Benedicite ignis & æstus Domino.*

CVr distinxerint illi iuuenes ignẽ ab æstu, aut qua ratione hæc duo inter se differãt, non vno modo exponi potest. Quidam, vocabulo ignis, significari aiunt naturam ipsius ignis, simul etiã cũ eius luce ac splendore: vocabulo autẽ æstus, denotati summam ignis potentiam, & efficacitatem ea lefaciendi, vrendi, conficiendi, consumendique. Alij, ignem interpretantur, ipsum elementum ignis: æstum verò, supremam regionem aëris, in qua videlicet efficiuntur tot & tam varia corporum igneorum genera. Nec desunt qui ad hæc ad Philosophiæ normam exigentes, & ad Aristotelis dogmata reuocantes, per ignem, intelligunt purissimum ignem in sua sphæra & loco naturali, proxime sub cælo lunę manente: per æstum autem, nostratem hunc ignem, mixtum & impurum, ob idque pabulo indigentem, omniaque etiam, qua sustinetur materia, consumentem. Hanc distinctionem ignis, tradit Aristoteles in lib. 3. de Generatione animalium cap. 11. affirmans, verũ purumque ignem non hic apud nos, sed propè lunam esse quærendum. De nostrate autem igne in primo libro Meteororum, ait eum esse excessum calotis, & veluti seruorem. In secundo autem libro de Generatione & Corruptione, textu 12. sic ait, *Ignis est super abundantia caliditatis, sicut glacies frigiditatis: congelatio verò & exarsio, superabundantia quædam sunt, illa frigoris, hæc caloris. Ideo nihil ex glacie generatur, neque ex igne.*

Quid sit discrimiuis inter ignem & æstum.

Quemadmodum ignis materia notebis laudã di Deum abunde prębeat, Dionysij de propriis etatibus ignis, quibus imagines re

Quantam verò ignis, laudandi Deum materiam offerat, manifestum sit naturales eius affectiones, vires effectusque contemplantibus. Nihil enim est eorum, quæ intra lunæ ambitũ continentur, in quo pleniorem, & illustriorem rerum cęlestium, ac diuinarum similitudinẽ, quam in igne cernere liceat. Nec mea vnius hæc est sententia, sed B. Dionysij, qui eam nobis in libro suo de cęlesti Hierarchia. c. 15. disertissimis verbis expressam reliquit, *Sanctissimi* ait Dionysius, *qui de Deo loquuti sunt viri, summam illam, & nullis obnoxiam figuris substantiam, varie in igne describunt: quippe qui diuinæ proprietatis, si dici fas est, in rebus visibilibus plurimas seruat imagines. Nempe enim, ignis sensibilis, in omnibus, vt ita dixerim, est & per omnia sine vlla sui admixtione proficiscitur, & ab omnibus prorsus excipitur. Cum*

*que lucidissimus sit, ipse tamen non admota materia, in qua suam vim substantiamque ostendat officium, in seipso occultus atque incognitus manet, neque admittit habitū, neque patet aspectui: ipse omnia superat, & ea quibus insederit, in suum traducit officium, omnibusque quomodolibet sibi appropinquantibus, sui consortium tradit: renouat omnia calore vitali: fulgoribus aperis illuminat: tentri misceriique non potest: discernendi vim habet, atq; immutabilis est: superiora semper petit, & in altumen tendit: agilis, celer, sublimis, nullaque vi, vt inferiora petessat, adigi potest: semper mobilis, eodemque motu vigeas: alia mouet, & complectitur omnia, cum tamen astringi ipse non possit: cumque alio ipse non egeat, sibi ipse tamen etiam incrementa suppeditat, atque in qualibet suscipiente materia, sua maiestatis potentiam indicat efficax, potens, omnibus inuisibiliter presens: si negligatur, non esse videtur: attritu autem veluti irritatione quadam, naturaliter ac propriè continuò lucentem excitatur in flammam: tumque affatim omnibus participationem sui beneficentissimam praebeat, nunquam tamen ipse minuitur. Complures item alias ignis proprietates inuenies, diuinæ actioni, quantum humanis imaginibus fas est, prope accedentes. Hoc itaque non ignorantes viri illi diuina sapientia repleti, cælestes substantias exigue maximè effingunt: vt illarum diuinam speciem ad Dei imitationem tenderes pro viribus indicent.* Hactenus, quæ commemorauimus ipsius Dionysij sunt verba.

Quãta sit in mundo copia ignis, quam facilisgenerario & multiplicatio,

Licet præterea in igne animaduertere Dei prouidentiam, qua rebus mortalibus & caducis mirè consultum est. Nam, quia ignis perneecessarius est mundo, eiusque vis & vsus per cunctas fermè res, tam naturales quam humanas, pertinet ac permeat, propterea Deus ne rei tam necessariæ vnquam mundo deesset copia, facillimam ignis generationem fecit, naturam item dedit igni maximè fertilem, fuique fœcundam: semanque ignis ipse parit, & multiplicat, minimis crescens scintillis, paruoque ortu, nisi eum deficiat materia, in immensum extenditur: & audistinam voracitatem vndecunque sine dãno sui pascit. Quis enumeret tam multa, & varia ignium genera, per omnem mundum à Deo sparsa. Quantum ignium fideret, sol maximè, procreant. Quis æstimet immẽsitatem illius ignis elementaris, quem Philosophi proximè sub lunæ orbe collocant? quam crebri & multifotines ignes generantur in suprema aeris regione? Quantum fulgurum & fulminum in media? Super terram verò, quis memoret tot & tam varias ignium formas, tum naturalium, tum artificialium? Ac ne defectio materiæ, copiam ignium minueret, plurima condidit Deus & quasi comparauit, ad ignem facillimè concipiendam tenacis-



renacissimè seruandum copiosissimè alendum, amplissimè dilatandum maximè idonea, velut est oleum, cera, pix, teda, sulphur & quæ vix innumerari queant, lignorum diuersa genera. Nec tãtum facilis est ignis generatio, sed etiam multiplex. gignitur ignis ab igne, gignitur luce, gignitur motu, gignitur corporum attritu, gignitur solis radiorum reflexione, concauis nãque speculis, solis aduersis radiis, facilius etiam quam ignis accẽdunt ignem. Denique, modo fontium & fluminum ex intimis terræ partibus, perenni effluxu multifariam ingens vis ignium emanat. In Nimphæo, exit à petra flamma, quę pluuiis accendi tur, Campus Babylonię flagrat, in Phaselide, mons Chimæra, & quidem immortalis diebus ac noctibus flammat. In medio mari est Hiera, insula Æolia iuxta Italiam, collem habens nocturnas euomẽtem flammas. Huic vicina Strongyle, liquidiore flamma tantum differenta cuius fumo, quinam flaturi sint venti, in triduũ prædicere incolæ traduntur: vnde ventos Æolo, qui in ea regnauit, paruisse existimatum. In Lycia, regio nobilissima est, Hephæstion incolæ vocant, perforatum pluribus locis solum, quod sine vllo nascentium damno, ignis innoxius circuit. Læta itaque regio est, & herbida, nil flammis adurentibus, sed tantũ vi remissa & liquida refulgentibus. Legendo-gestissimam Epistolam Senecæ & libr. 2 cap. 106. & 107 Plinij. Quid dicam de Ætna, in montium miraculis nobilissimo, qui ardet noctibus semper, tantóque ignium materię sufficit? & quo maius sit miraculum, nunquã hybernis temporibus, egestumque cinerem pruinis operiens.

Illud quoque hoc loco non est ignorandum, Deum, ad multa edenda miracula, ignis ministerio esse vsum. Principio, ad ne cendum primum hominem ab ingressu paradisi, terrificum, & maximè formidabilem ignem in eius loci aditu collocauit, vt narrat Moses in cap. 3. lib. Gen. Deinde, igne vsus est ad vindicanda hominum immanissima scelera, sic sceleratam illam Pentapolim, imbre sulphureo igneóque sunditus destruxit, & in omne æuum perdidit, Gen. 19. sic etiam punitit participes seditionis, & rebellionis Dathan, & Abiron aduersus Mosen, & Aaron, Num. 16. sic Helias igne cælitus deuocato, duos quinquagenarios peremit. 4. Regum. cap. 1. Postea, vsus est igni, ad insinuandum mysterium aliquod, cuiusmodi fuit ignis ille visus Mosi, inflammans rubum, sed eum minimè conficiens, atque consumens, Exod. 3 eodem spectabant equi ignei, & currus igneus, quo Helias in cælũ est sublatus 4 Reg. 2. Ad hæc, ad præmonstrandum Hebræis in deserto, dirigendumque iter, columnam prætulit, nocte ipsis prælucentem, interdiu verò, ipsos inumbrantem, Exod. 13. Præterea, vt signo externo demonstraret;

Miracula ab igne facta.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mõstraret Deus, placere sibi sacrificium quod ipsi offerebatur, igne demisso ipsum cremabat, totúmque consumebat: hoc accidisse legimus sacrificio Dauidis, de quo est in priori libro Paralipom. cap. 21. & sacrificio Salomonis in dedicatione templi: lege 7. cap. lib. 2. Paral. Hoc item modo intelligitur factum esse quod legunt Genes. 4. respexisse Deum ad Abel & ad munera eius. Per ignem quoque declarata est in certo aliquo loco Dei præsentia, & probatum, quod ibi agebatur, Deo auctore agi: hanc ob causam Deus super montem Syna apparere voluit Hebræis, cum luculentissimo, & creberrimo igne, quo se, legis quæ ibi ferebatur, conditorem & auctorem esse ostenderet. His adde, quod vt remoueret Deus Iudæos ab idololatria, & se vnum verum Deum declararet, per Heliam in monte Carmeli, sacrificium plurima affusum, & circumfusum aqua misso cælitus igne, totum subito absumpsit. Quid, quod igne qui est in inferno, Deus vtitur dupliciter, & vtroque modo, perquàm mirabiliter. Nam cum ignis ille sit corporeus, cruciat tamen incorporeos dæmonum, & hominum spiritus: & post resurrectionẽ, vret quidem, & torquebit acerrimẽ hominum corpora, nec tamen ea corrumpet, ac dissoluet. Ad extremum, ingens miraculum ostendit Deus in igne illo Babylonico, in quem tres illi iuuenes manibus pedibusque colligatis, fuerant coniecti, scilicet, prohibens, ne ignis ille sanctos iuuenes, quos circumdabat & complectabatur, vllatenus adureret, vel molestia aliqua afficeret.

Exod. 19.

3. Reg. 18.

## *Benedicite nostes & dies Domino.*

Quot & quãtę vtilitates ex vicissitudine dierũ & noctiũ mũdo accidant.

LEuculentissimum diuinæ prouidentiæ testimonium, certissimumque argumentum, cuius sanæ mentis, nec prorsus hebeti, esse potest vicissitudo dierum, & noctium, eorumque contraria inuicem ratione, nunc crescentium, nunc decrescentium, tam constans, tam ordinata, tam perpetua, & ad salutem omnium rerum, tam accommodata alternatio. Dies enim dici collatus, & nox cum nocte comparata, & ipsorum alterna aceterio, & diminutio, certusque ordo, perpetuaque cõstantia, clamant & testantur, tanti operis tationem laudemque non temeritati fortunæ, nec naturæ necessitati esse tribuendã: sed vim diuinam præesse mundo, quæ vniuersa hæc à se constituta, omnibus seculorum ætatibus, summa potentia cõseruet, summáque sapientia regat, atque moderetur. Vnde Dauid in Psalm. 18. pulcherrimè cecinit, *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam* Quem versum, ego sic interpretor. Prædicant cæli, non vno tantum die aut nocte durare, sed quoad durat vicissitudo dierum & noctium, id est, perpetuo ipsum perseuerare. Siquidem, præcedens dies, verbum & præconium Dei tradit subsequenti diei: & hic similiter alij, atque ita deinceps sit in omnibus. Nox itidem scientiam laudandi Deũ, sic enim nox commendat Dei prouidẽtiam, vt si ipsam sciret, & sui consideratione, ad sapientiam Dei agnoscendam homines inducit, transmittit ad noctem alteram sibi succedentem. Itaque licet præcedens dies abeat prædicatio tamen Dei nequaquam simul cum eo euanescit, nam subsequens dies, perinde atque fuisset ipse à præcedenti institutus & doctus, similiter vt ille, diuinam magnificentiam testatur & commendat. Nox quoque posterior, quasi docta scientiã laudandi, Deum à priori nocte, non secus atque illa, Dei gloriam enarrat. Ergo hæc naturalis diuinę maiestatis testificatio, omni die omnique nocte perdurat, atque perseuerat. Porrò, prædicta dierum & noctium alternatio, plurimum confert. Primò quidem ad incolumitatem & conseruationem rerum: scilicet, diei calore siccitatẽque, & noctis humore ac frigore, salubri temperamento, inuicem retusis ac mitigatis. Quapropter, illas mundi regiones, quibus continua semestris nox, & vicissim par diei continuatio cõtingit, aut certè hæc diei ac noctis, vicissitudo non est quotidiana, quasi partem mundi à cælo abdicatam, & à natura damnatam magnorum bonorum steriles, multísque malis & miseriis obnoxias esse constat: Deinde conducit hæc vicissitudo dierum & noctium, ad reuelandum ipsa varietate fastidium, quod certè maximũ esset, si alterutrũ illorum, aut perpetuò, aut per diu perseueraret. Etenim, perpetuus dies, intollerabilis esset, nullo ad requiescendum, & vacandum à laboribus, commodo, & opportuno tẽpore. Æterna verò nox, esset instar terrerrimi carceris, vel etiam mortis, horrenda. Quamobrem, Ecclesia canit in quodam hymno.

Partes mũdi vbi non est diei noctisq; vicissitudo qualis.

Ex D. Ambrosio.

*Æterna rerum conditor,*
*Noctem, diémque, qui regis,*
*Et temporum das tempora,*
*Vt alleues fastidium.*

Denique, ea vicissitudo dierum, & noctium, instituta est à Deo, ad distinguenda tempora, commodissima hominibus ad laborandum, & operandum, & ad vacandum, & requiescendũ à labore. Dies namque inuitat hominem ad vigilandum, & laborandum: nox contra, suader quietem, & somnium conciliat, quo fessum corpus, animúsque recreetur, vireíque reficiantur, ac redintegrentur. Scitum est illud Chrysostomi in hom. 2. super cap. 1. Epistolæ, quam D. Paulus scripsit ad Philippenses.

Explicatur locus Psalm. 18.

Chrysostomus.



Quem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quemadmodum*, inquit, *corpus hominis calore incensum, & feruentioribus solis radijs æstuans, si hospitium, aut diuersorium multa fontium vrriguum, auræque tenui incendium fuerit nactum, valde refrigillatur, ita, & nox animos nostros diurnis laboribus fatigatos, somno committens, vehementer recreat.* Quo licet intelligere, quanta sit vecordia, quanta ingenij, & morum peruersitas, quam probrosa, nec tantum consuetudini omnium hominum, sed etiam naturæ dispositioni, Deique ipsius designationi contraria, vitæ ratio eorum hominum, qui, vt ait Seneca in Epist. 122. ollicia lucis noctisque peruertunt? nec ante diducunt oculos hesterna graues crapula, quâ appetente nox cœpit: quibusque vespertinum tempus, sit antelucanum. Itaque qualis illorum conditio dicitur, quos natura, vt ait Virgilius, iedibus nostris subditos, è contrario posuit.

*Nosque ubi primus equis Oriens affluit anhelis,*
*Illic sera rubens accendit lumina vesper.*

Talis horum contratia omnibus, non regio, sed vita est. Sūt quidam in eadem vrbe antipodes, qui (vt Marcus Cato ait) nec orientem vnquam solem viderunt, nec occidentem. Istos homines Seneca vocauit lucifugas, lichnouios, noctuas, tunebrō viram agentes, & defunctorum similes. Quantulum enim à funere absunt, & quidem acerbo, qui ad faces, & cereos viuūt? Verum, quia hæc insania non ferè contingit vulgò, sed hominum tantum primariæ nobilitatis, potentiæ, atque opulentiæ corripit, & præmit: propterea nonnulli faceté, principes tenebrarum, quemadmodum vocantur dæmones à B. Paulo, illiuſmodi homines appellauerunt. Si autem interroges, quomodo hæc animo prauitas fiat, auersandi diem, & totam vitam in nocte transferendi: causā præcipuā huius morbi videtur Senecæ, fastidium communis vitæ. Quidam enim, vt præstantia cultus, elegantia cœnarum, munditia vehiculorum, distingui volunt à cæteris: sic volunt separari etiam temporum dispositione, nolunt solita peccare, quibus peccandi præmium in ipsa fama est. Sed profectò ordinem vitæ præscriptum à natura tenere, facilè expeditum, & iucundum est, contra illam nitentibus, non alia vita est, quam contra aquam remigantibus. Sed reuertor ad propositum.

Est præterea distinctio, & vicissitudo dierum, & noctium in id à Deo instituta, vt essent diuisa, & determinata tempora hominibus, & feris, ad exercendas operationes suas, ne sibi inuicem damno, aut impedimento essent. Nox enim assignata est feris, qua prodeant à latibulis suis ad venandum, & victum sibi comparandum. Dies verò homini destinatus est, ad actiones suas obeundas. In quo licet mirari Dei prouidentiam, interdiu continen-

Sentētia Senecæ, vehemēter perstringens principes qui in officiis vitæ peragendis nostris dieique vsum inicē peruertunt, *Virgil. 1. Georgic.*

*Ephes. 6.*

Feræ nō nisi noctu è latibulis egrediuntur.



continentis ferocissima animalia in suis latibulis, vnde si exirent in publicum, & soluto libereque vagarentur, haud dubiè viatoribus, agricolis, & pastoribus plurimum nocere possent: ergo, vel reuerentia, & metu hominis tanto ipsis imbecilliores, sicut Deus dixit Noe, & narrat Moses cap. 9. libr. Genes. *Terror vester, & tremor, sit super omnia animalia terræ*, vel obseruantia diuinæ dispositionis, per diem se in suis antris, & speculibus continent. Hoc regius vates in Psalm. 103. elegantèr hisce verbis exposuit: *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ, catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam.* Cæterum, non prædicta tantū naturalis dierum, & noctium vicissitudo, tam apte, & constanter ordinata, mundoque salutaris, gloriam Dei prædicat, sed illud etiam, quod certis quibusdam diebus, admiranda opera, & prodigia à Deo facta, multaque & eximia mortalibus beneficia tributa esse constat. Hanc ob causam, & nunc apud Christianos, & olim apud Hebreos multi dies sacri, festique, & quotānis celebres fuere. Talis erat dies Sabbathi, dies Phasē, Pēteco stes, Tabernaculorum, Sortium, seu Mardochæi, & renouationis templi. Apud Christianos verò plurimi sunt sanctissimi, ac religiosissimi dies, videlicet, quibus, vel Christi Domini, & Deiparæ Virginis mysteria, vel natales Sanctorum virorum, hoc est, ex hoc mundo in cælum, triumphales, & glorioſi excessus, & transitus celebrantur. Verum, in primis præcipuam religionem, & venerationem habet dies Dominicus, diuinorū mysteriorum fœcundissimus, & admirandis Dei operibus, ac miraculis, maiorem in modum ornatus, ac nobilitatus. Hic enim dies, primam mundo originem lucemque dedit. Hic transitum Hebræis per medium mare rubrum ostendit. Hic manna in deserto Hebræis, pluere cœpit. Hic Christi Domini ortu, baptismo, primo miraculo aquæ in vinum mutatæ, itemque altero, multiplicationis quinque panum, nec non, & gloriosa resurrectione, ac Spiritus Sancti in discipulos descensu, consecratus, & decoratus est. Denique putant quidam hunc futurum diem, quo & mundi renouatio fiet, & humanorum corporum resurrectione, foelicitas hominis suprema habebit perfectionem, & consummationem.

De excellēria diei Domini. cæ.

*Benedicite lux, & tenebræ Domino.*

Diligenter considerantibus lucis proprietates & effectus, per quam mirabilem videri eius vim, & naturam, eamque clarissimum diuinæ bonitatis, & pulchritudinis testimonium

monium simul, & simulacrum quoddam atque imaginem, existimari necesse est. Sed quinque sunt in luce præcipua commendatione, & admiratione digna. Ante omnia est incomparabilis eius munditia, & puritas. Nihil enim luce mundius, & purius in rebus corporeis esse, ac ne fingi quidem potest. Nã cum per omnia permeet, etiam sordidissima, omniaque purificet, atque emundet, nulla tamen sordium contagione inquinatur, nulloque sue puritatis damno afficitur. Deinde, per quam mira est ipsius potentia, & efficacitas. Etenim lux est generale quoddam ac principale instrumentum cautarum cœlestium, quo vis omnis siderum, omnisque cœlorum defluxus, & effectus, ad nos perfertur, & quo vno fit in hoc nostrati mundo, quicquid cœli potentia in eo fit. Postea lucis summa est iucunditas. Quapropter Salomon in lib. Ecclesiaste cap. 11. ait: *Dulce lumen, & delectabile oculis videre solem*. Et senex Tobias dixit Angelo Raphaeli: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video*. Scriptura quoque solet maximam aliquam lætitiam, iucunditatem, bonorum abundantiam, & fœlicitatem, vocabulis ad lucem pertinentibus exprimere: contrà vero, summum mœrorem, & tristitiam, calamitatesque, & miserias, vocabulo caliginis, noctis, & tenebrarum explicare. Nec tantum lux ipsa per se iucunda est, sed etiam facit, vt alia omnia cum iucunditate, & voluptate cernantur. Nihil præterea eorum, quæ sub sensus nostros cadunt, luce pulchrius, venustius, & amabilius est: quin vt ait Dama'cenus lux est pulchritudo, & ornamentum omnis creaturæ visibilis: auferet enim lucem, & omnia in tenebris ignota iacebunt, nec proprium decorem, & venustatem ostendere poterunt. Iam vero, quis pro dignitate eloqui possit, quanta sit lucis fœcunditas? quanta in sui diffusione, ac multiplicatione velocitas? etenim lux, quousque vis eius pertingere potest, omne id spatium, non vna tantum ex parte, sed vtcunque, & quoquo versus puncto temporis spatia claritate sua, penitus obtinet, & implet.

Encomium lucis, ex quinque eius proprietatibus cõcinnatum.

Quã frequenter, & quam varie vocabulum lucis vsurpetur in sacris literis.

His accedit, nihil esse in rebus corporeis ad percipiendam notitiam rerum cælestium, & ad exprimendam similitudinem quandam rerum diuinarum æquè quam lux est, idoneum, & accommodatum. Quo fit, vt sacra Scriptura in tractandis rebus spiritualibus, & diuinis, similitudinem lucis, & vocabula omnia, quæ ad lucem pertinent, frequentissimè vsurpet. Hinc sunt illæ passim obuiæ in sacris literis sententiæ. [a] *Ego sum lux mundi.* [b] *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* [c] *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.* [d] *Qui lucem habitat inaccessibilem.* [e] *Vos estis lux mundi. Sic luceant opera vestra.*

[a] Matt. 5
[b] Ioan. 1.
[c] 1. Ioan. 1
[d] 1 Tim. 6
[e] Matt. 5.



*vestra.* [f] *Exuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate.* [g] *Benedictus Deus, qui voce mea nos in admirabile lumen suum.* [h] *Omne donum perfectum descendens à Patre luminum.* [i] *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* [k] *Illumina faciem tuam super seruum tuũ. In lumine tuo videbimus lumen.* Sed nullus esset finis enumerandi omnes eiusmodi sententias: ita multa sunt in sacris literis huius generis exempla. Cùm igitur nihil sit luce purius, efficatius, iucundius, pulchrius, fœcundius, velocius, & ad intelligendas, atque exprimendas res diuinas accommodatius, merito tres illi iuuenes, inter cætera, quæ in hoc hymno prouocarunt ad laudandum Deum, lucem commemorarunt, vt in qua multa sint, quæ ad commendationem pertineant opificis, qui ipsam condidit.

[f] Ephes. 5.
[g] 1 Pet. 2.
[h] Iac. 1.
[i] Psal. 4.
[k] Psa. 118.

Præconium lucis ex Dionysio Areopagita.

Verum, vt hanc de luce orationem tandem concludam, pono nam hoc loco luculentissimum lucis, præsertim verò eius, quæ solis est, encomium, à B. Dionysio in libro de diuinis nominibus, disertissimis verbis compositum: sic enim in 4. c. primæ partis eius libri scriptum reliquit. *Est sanè liquida diuinæ bonitatis imago, magnus iste sempérque lucens sol, per exigua boni similitudine. Omnia enim, quæ ipsum haurire possunt, illuminat: habetque lucem eminenter explicatam, expandens illam super omnem hunc visibilem mundum, supra, atque infra vibrans radios suos. Quos si quid est, quod non hauriat, id nõ, aut imbecillitati, aut breuitati luminosæ ipsius distributionis imputandum est, sed iis, quæ percipiendæ luci minus idonea sunt, neque se ad consortium lucis extendunt. Nihil visibile est, quod sol non penetret excellenti lucis suæ magnitudine, sed ad ipsam quoque generationem sensibilium corporum confert, ipsaque ad vitam mouet, nutrit, auget, perficit, purgat, & renouat. Mensura quoque, numerus est horarum, dierum, totiusque labentis temporis, lux. Ipsa est enim ea lux, est tunc erat informis, quod, & diuinus Moses ait: quæ primam illi finxit, & definiuit dierum nostrorum trinitatem. Et sicut omnia, bonitati ad se conuertit, & quæ disperſa sunt congregat, veluti vnitatis auctor, & vnifica deitas, omniaque ipsam veluti principium, & finẽ desiderant, & in qua omnia consistunt, ac veluti in omnipotẽte receſſu præsidioque seruantur, & ad ipsam conuertuntur omnia, spiritualia quidem & rationalia scienter: sensibilia verò sensibiliter, quæ autem sunt sine sensu, ingenito vitalis desiderij motu, quæ autem vita carent, solumque esse sunt, sola aptitudine participandi substantiæ: similiter quoque lux secundum quandam imaginis rationem ad se conuertit & cogit omnia, quæ vident, quæ intuentur, quæ illuminatur, quæ calefiunt, quæque omnino ab ipsius radiis cõtinentur. Ideoq; sol Græcè dicitur ἥλιος, ex eo quod fernet inuiolata omnia, & ἁγρεγέτις omnia disperſa. Omniaq; ipsum sensibilia appe-*

Genes. 1.

Quomodo omnia ad Deum referantur.



*tunt,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*tunt, aut ipsum videre, aut ab eo moueri, illuminari, calefieri, atque omnino à luce ipsius contineri cupientia. Neque hoc dixi secundum obsoletam vetustatis rationem, quasi sol Deus sit, mundanæ machinæ conditor, & visibilem mundum peculialiter regens & conseruans, sed quia, vt dixi sol imago diuinæ bonitatis est, & quia, vt diuus Paulus ait, inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.*

Sol imago diuinæ bonitatis.

Rom. 1.

Hæc illo loco de luce Dionysius. At enim, dicet aliquis, cum tenebræ non sint aliud quã lucis priuatio, hoc est, planè nihil sint, qui passunt benedicere, seu laudare Deum, quia nimirũ hæc ipsa lucis priuatio & absentia, cum opportunè & ad tempus fit, vtilissima est rebus mortalibus, quibus contra, perpetua lucis præsentia exitio esset, sicut de noctium ac dierum vicissitudine, paulo supra dictum est.

## *Benedicite fulgura & nubes Domino.*

Differentia fulguris & fulminis.

QVod supra monui, etiam hoc loco præfandum est, vocabulo fulguris, & vera fulgura, & quæ vocantur fulmina, in præsentia significari. Quid autem fulgur differat à fulmine, breuibus indicat Seneca in libr. 2. naturalium quæstionum. *Fulguratio, inquit, ignem effudit: fulminatio emittit. Illa, vt ita dicam, comminatio est, commotio sine ictu, ista iaculatio cum ictu. Illa est fulmẽ non in terras vsque perlatũ: hæc est fulgur vsque in terras perductum.* Quin etiam in diuinis literis vocabulo fulguris, ipsum fulmen exprimitur. Nam, quæ narrantur in nono capite Exodi, ad Ægyptios terrendos & affligẽdos, demissa fulgura, ea fuisse vera fulmina, non est dubitandum. Scriptũ est in cantico Mosis Deutero. 32. *Si acuero, vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea.* Et in cantico illo Dauidis, quod in 22. cap. libri 2. Regum positum est, sic legimus: *misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura & cõsumpsit eos.* Quibus locis nomen fulguris, pro vocabulo fulminis positum est.

Mel fulminũ effectus.

Porro vsque eo mira sunt fulminis opera, vt nihil dubij relinquant, quin diuina insit illis, & subtilis potentia. Loculis integris & illæsis, conflatur argentum: manente vagina gladius liquescit, inuiolato ligno circa pila ferrum omne distillat: fiat, fracto dolio, vinum nec vltra triduum rigor ille durat. Malorum serpentium, & aliorum animalium quibus mortifera vis ineft, cum fulmine icta sunt, venenum omne cõsumitur: quod eo argumento compertum est: in venenatis enim corporibus, vermis non nascitur, fulmine icta, intra paucos dies verminant. Illud præterea mirum quod vinum fulmine gelatum cum



cum ad priorem habitum redit, potum, aut exanimat, aut demẽtes facit. Cur, inquies? quia ineft fulmini vis pestifera, quã in eo vino aliquatenus hæsisse, existimandum est. Nam & olei quoque, & omnis vnguenti, teter posi fulmen, odor est. Præterea, quocunque decidit fulmen, ibi odorem sulphuris esse certum est, qui, quia natura grauis est, sæpe haustus alienat. Ex quo apparet ineste quandam subtilissimo igni, & contra naturam acto, pestilentem potentiam, qua non tantum icta cadunt, sed etiam afflata. Prædictis, hæc item ex Plinij lib. 2 addenda sunt. *Fulmine dolia exhauriuntur, intactis operimentis, nulloque alio vestigio relicto. Martia princeps Romanarum semi-narum, icta fulmine grauida, partu exanimato ipsa, circa vlium aliud incommodum vixit. Noctu magis quam interdiu sine tonitribus fulgurat. Vnum animal hominem non semper extinguit, cætera illico, hunc videlicet natura tribuente, honorem, cum tot belluæ viribus præstent. Omnia contrarias incubunt in partes: homo, ni si conuertatur in percussas, non expirat. Vigilans, fulmine ictus, conniuentibus oculis, dormiens patentibus reperitur. Nullum animal, nisi exanimatum, fulmine accenditur. Vulnera fulminatorum, frigidiora reliquo corpore sunt. Ex iis, quæ terra gignuntur, lauri fruticem non icit fulmen nec vnquam, quinque altius pedibus descendit in terram. Ideo pauidi, altiores spretus tutissimas putãt, aut tabernacula è pellibus belluarũ, quas vitulos marinos appellãt, quoniam hoc solum animal ex marinis, non pertimuit fulmen, sicut nec è volucribus aquilam, quæ ob hoc armigera huius teli fingitur.*

Pli. lib. 2. cap. 51. 54. & 55.

Tria genera fulminum.

Nec illud silentio inuoluendum est, tria esse genera fulminum, vnum quo terebat, hoc subtile est & flammeum, cui per angustissimum fuga est, ob sinceram & puram flammæ tenuitatem. Itaque huiusmodi fulmen per id foramen quod ingressum est, tedit, & euadit. Alterum est, quod discutit & dissipat, hoc conglobatum est, & habet commixtam vim spiritus coacti & procellosi, eiúsque late sparsa vis rumpit icta, non perforat. Tertium est quod vrit, multum terreni habens, igneumque magis quam flammeum. Itaque relinquit magnas ignium notas, quæ percussis inhæreant. Nullum quidem sine igne fulmen venit, sed hoc proprie igneum dicimus, quod manifesta ardoris vestigia imprimit. Hoc autem, & vrit, & fuscat, vrit tribus modis: aut enim afflat, & læui iniuria lædit, aut cõburit, aut accẽdit. Fuscat vero, decolorando, id est, priorem colorem inficiendo, scilicet reddendo corpus vel pallidum, vel cæruleum, vel nigrum. Pauca adhuc adiicienda ad enarrandam vim fulminum, mira vulgo propter causarum ignorationem: doctis, qui norũt causas, obest admiratio. Potẽtia fulminis non eodem modo omnem materiam vexat. Valentiora,

Universidad de Deusto
Biblioteca



tiora, quia resistunt, vehementius dissipat, cedentia, nonnunquam sine iniuria transit. Cum lapide ferrò que, & durissimis quibusque congligit, quia viâ necesse est per illa impetu quærat, & vi faciat via, qua effugeat. Teneris, & rarioribus parcit, licet flammis opportuna videantur: quia transitu patente minus ferit. Quapropter loculis integris, pecunia, quæ in his fuerat, conflata reperitur, igne tenuissimo per occulta foramina transcurrente. Nec vno modo fulmen sæuit, diuersitas autem, ipso opere effectuque cognoscitur. Interdum in eadem materia vis eiusdem fulminis, admodum diuersa facit, sicut in arbore, quod aridissimum est, vrit: quod solidissimum & durissimum est, terebrat & frangit, summos cortices dissipat, interiores libros in parte interioris arboris, rumpit ac scindit, folia perrundit ac stringit. Hæc de multiplici & mira fulminum potentia effectisque in præsentia referre volui, vt palam esset, quàm locuples & copiosum, quàm magnificum & splendidum diuinæ laudis argumentum, consideratio fulminum, naturam, vires, & opera eorum contemplantibus, præbere queat.

## *Benedicat terra Dominum.*

Encomium terræ.

ET si terra, vt situ, ita etiam natura sua infimum in hoc mundo locum habet, ea tamen tam multis & præclaris à Deo rebus, quasi dotata & ornata est, vt inter omnes elementaris mundi partes, facile principium obtineat. Nam, vt hinc de ea re dicere ordiar, quid tam varia terræ facie & multiformi partium eius distinctione, visu pulchrius, aut iucundius esse potest? Est enim terra, montibus sublimiter ardua, vallibus humiliter depressa, cæpis æquabiliter plana, collibus molliter elata, speculbus multifariam cæsa, tot rantisque fluminibus, lacubus stagnis, fontibus, ad sterilitatem simul & amœnitatem irrigua, mari partim circumfluo, partim variis locis, magna ipsius pulchritudine, & hominum vtilitate, interfluo, virens herbis, decora floribus, fœcunda fructibus, vestita arboribus, altissimis densissimisque inumbrata, atque opacata, syluis, tanta multigenarũ animantiũ diuersitate habitata, tãta ædificiorum varietate, amplitudine, & magnificentia exornata, tanto mortaliũ studio, diligentia, & artificio tractata & culta. Nec minus sunt mira, quæ intra viscera sua includit & occultat, scilicet immẽsos thesauros, prætiosissimarum rerũ diuitias dico & deliciæ, omnemque humani luxus & fastus materiam. Hinc enim, quæ nullo recti & honesti, ac ne vitæ quidem respectu, tam auidè & curiosè quæritur, metallorum opulentia, exsilit,



exsilit, tam varia, tam diues, tam fœcundæ, tot seculis suboriens, cum tantum quotidie orbe toto populentur ignes, ruinæ, naufragia, bella, fraudes, tantum verò luxuria, & tot mortales contentant, gemmarum pictura tam multiplex, lapidum tam discolores maculæ, interque eos, candor alicuius, præter lucem, omnia excludens: medicatorum fontium vis: ignium tot locis emicantium perpetua tot seculis incendia.

Terra similis humano corpori.

Videtur etiam terra ad humani corporis exemplar formata. Sunt enim in corporibus nostris, venæ & arteriæ: illæ sanguinis, hæ spiritus receptacula. In terra quoque sunt alia itinera, per quæ aqua, & alia per quæ spiritus currit, adeoque illam ad similitudinem humanorum corporum natura finxit, vt veteres, aquarum appellauerint venas. Sed quemadmodum in nobis non tantùm sanguis est, sed multa genera humorum, alia necessarii, alia corrupti, ac paulò pinguioris, in capite cerebrũ, in ossibus medullæ, saliuaque, & lachrymæ, & quiddam additum articulis, per quod agilius fiectantur ex lubrico, sic in terra quoque sunt humoris genera complura, quædam quæ natura durentur: hinc est omne metallorum genus, ex quibus aurũ argentumque petit auaritiæ quædam, quæ in lapidem ex liquore vertũtur. In quibusdam verò locis terra humores liquescit, sicut bitumen, & cætera huic similia. Et sicut nostrum corpus, spiritu interius clauso, sæpè quaritur & conflictatur, vt tremat: ita etiam contingit terræ: vnde horribiles terræ motus, exitia non modo singulorum hominum & locorum, sed etiam populorum & regionum exsistunt. Denique vni omnium mundi partium terræ (vt inquit Plinius) eximia propter meritа, cognomen indidimus maternæ venerationis. Scriptura quoque in libro Ecclesiastici cap. 40. matrem hominum, terram appellauit: non tam, sicut ego interpretor, vt commendaret terram, quàm vt nostram deprimeret superbiam, vilissima omnium mortalium è terra origine, ante oculos posita. Ceterum non immerito ò, matris nomine, & honore terra dignatur. Hæc enim nos nascentes excipit, natos alit, lemelque editos sustinet semper, nouissimè complexa gremino, iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè, vt mater operiens, etiam monumenta ac titulos gerens, nomẽque protogans nostrum, & memoriam extendens contra breuitatem ævi. Hæc sola est, quæ nunquam videtur irasci. Aquæ subeunt imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: aër densatur nubibus, furit procellis. At hæc, benigna, mitis, indulgens, vsusque mortalium semper ancilla. Quas res coacta generat? Quas sponte fundit? Quos odores succosque?

Plin. li. 2. cap 36. Terra est mater horum dicatur.

Quos sapores? Quos tactus? Quos colores? Quàm bona fide creditum fœnus reddit? Nec sanè tantum vtilitatibus hominum inseruit, sed etiam voluptatibus & deliciis indulgit.

Miracula terrarum à gentilibus prodita, sed vel ficta, vel dæmonis artificio facta, vel naturæ potentiâ non excedentia. Plin. lib. 2 c. 96. & 93.

Multa porrò terrarum miracula veteres prodiderunt: sed ferè aut fabulosa, aut non tam naturæ potentia, quàm vi & fallacia dæmonum, perdendis impia superstitione hominibus, effecta. Aiunt in fano Veneris Paphos, quandam fuisse aream, in quam nunquam impluerett sicut etiam circa simulachrum Mineruæ, quod erat in Nea oppido Troadis iuxta Harpasa oppidum Asiæ, cautem steriſſe horrēdam, vno digito mobilem: eandem, si toto corpore impelleretur, reſistentem. In Tauri notum peninsula in ciuitate Characena, terram esse, qua sanentur omnia vulnera. Circa Asson Troadis, lapidem nasci, quo consumuntur omnia corpora, ideoque Sacrophagum vocari. Duos esse montes iuxta flumen Indum: alteri naturam esse, vt ferrum omne teneat, alteri vt respuat: itaque si sint clauſi in calceamento, vestigia auelli in altero non posse, in altero sisti. Spiritus lætales multis ex locis emitti, alicubi volucribus tantum noxios: alibi præter hominem cæteris animantibus. Hierapoli in Asia, matris tantum magnæ sacerdoti innoxium, cæteris mortiferum exhalari spiritum. Esse præterea nō nullibi fatidicos specus, quorum exhalatione temulenti, futura præcinant, vt Delphis nobiliſſimo oraculo. Hæc & alia de terrarum miraculis tradita sunt ab antiquis.

Ego, vnum duntaxat hoc loco ponam veriſſimum & explo ratiſſimum, quod si veteribus narratum fuisset, haud dubiè non modo ipſis per quam mirum, sed etiam incredibile accidisset, est sanè illorum doctrinæ ac sententiæ omnino contrarium. Sententia fuit omnium veterum, terram inter duos tropicos interiacentem, prorſus esse inhabitabilem, scilicet propter intolerabiles solis ardores, nimiamque siccitatem, & summam fabulorum atque aquarum penuriam. Hoc autem argumentabantur illi, eo quod cernamus, ex solis ad nos acceſſu, siccitatem & inopiam aquarum euenire, cōtraria verò ex eius à nobis diſceſſu, vt manifestum est in diei & noctis, hyemis atque æstatis vicissitudine. Quapropter illi omnem terræ tractum, inter duos tropicos interpositum, zonam torridam appellauerunt. At enimuero, falsam esse istam sententiam, manifestis experimentis hoc tempore comprobatum est. Siquidem nouus orbis, quem vocant Indiam occidentalem, Americanam dico regionem, & eius prouinciam Peruensem, cum inter vtrumque tropicum interclusus, subiaceat zonæ torridæ, mirificè tamen temperatus est: nec tātum habitatus, sed propter

Mira de regione America na, quam



terabundantiam aquarum, copiam fructuum, & cæli temperiem, salubriter & iucundè habitatus. In qua regione multa sunt mira, nec facilia explicatu, literis tamen nostrorum patrum, qui regiones illas prædicandi Euangelij causa adierunt, & peragrarunt, multosque annos incoluerunt, relatu quoque eorū, qui ad nos illinc venerunt, nobis compertiſſima. Quæ igitur admiratione cuiuis afferre possint, hæc ferè sunt in illa regione. Principio tempore hyemis, quo longius abscesſit sol, eò tranquillius & serenius est cælum, nulli tunc imbres, nulli venti. Contrà verò, cum sol proximè accesſit, & eum directò ferit incolarum capita, media scilicet æstate, tūc crebertimæ, & grauiſſimæ sunt tempestates, denſiſſimi imbres, altiſſimæ niues, magna fluminum incrementa, & frequens exundatio. Quin etiam, singulis diebus, matutinum tempus, serenum & tranquillum est: meridianum autem, nimbosum & pluuioſum. Deinde, mira est varietas terrarum, quæ intra duos tropicos continentur. Etenim Monomotapa, & pretioſi Ioannis regio, feruore solis exuruntur, omnesque indiginæ atri sunt coloris, idemque contingit in insula Sancti Thomæ, quæ est sub media linea: & insula, vulgo dicta Capouerde. Contra verò, Peruensis regio, à Granatensi & Pompeiana prouincia vsque ad Limensem valde temperata est, nonnunquam etiam frigidior, hominesque gignit planè albos. Quanquam ne hæc quidem tota æquabiliter fertilis est, & aquis abundans, siquidem omnis eius ora australis, pluuiis deſtituitur, & sterilis est, præter valles, fluuiorum ex montibus defluentium irrigatione gaudentes. Ad hoc, omnis prouincia Brasilienſis boreali oceano expoſita, calidiſſima est, at Peruensis, eodem penitus climate, australi obiecta oceano, temperatiſſima est. Adiice & illa, sanè mira, sed incolis experta & familiaria: in regione Peruensi, sole ardentiſſimo, si quis leui tecto fuerit vmbraculo, ardorem solis non sentit. Noctes æstiuæ non sunt ibi calidæ. In celſiſſimis montium iugis, inter altiſſimas niues, intolerabilis tamen sentitur æstus. In prouincia, quæ vulgo appellatur Collao, sub tenui vmbra frigus est: in sole proximo, minimè ferendus ardor. Peruensis regio maritima, cum sit vsquequaque arenoſa & fabuloſa, molli tamen & temperato cælo gaudet. In eadem regione Pothoſiensis, & Platensis vrbes, breui interuallo distantes, adeò frigoris & caloris diuersitate distant inter se, vt Platensis temperata, & frugifera sit, Pothoſiensis autem præfrigida, & infructifera. Tantæ igitur varietatis, quæ cernitur in regionibus zonæ torridæ subiectis, alias esse causas, propter clima & solis ardores, necesse est fateri. Qui autem

vulgo, nouum orbem seu Indiā occidentalem, vocant.

Universidad de Deusto
Biblioteca



de his rebus ad nos ex illis locis scripserunt, vnam de primis & potissimis causis tradunt, frigidorum ventorum, quibus terra perflatur, frequentiam, quæ quibus terris adest, maiorem in modum vim solis mitigat, cælumque refrigerat: quibus verò abest, in illis ardor solis omnem suam vim exercens, intolerandos facit æstus. Et quia meridie frequentius excitatur ventus in regione Peruensi, dictus Euro aquilo, ab Hispanis Brisa, propterea fit, vt matutino tempore, non solùm caleant homines, sed etiam sudent: meridiano autem, vehementer refrigerentur. Verùm de miraculis terrarum, & olim proditis & hoc tempore compertis, satis dictum est.

Quas in terra res mirari, & ex illis præcipuè Deũ prædicare, solea: Scriptura,

Diuina verò Scriptura, cùm de terra loquitur, tribus præcipuè in rebus, Dei potentiam & sapientiam admirari & magnificare solet. Primum, quod tantam terræ molem ab initio quodam temporis, ex nihilo in vsus hominum condiderit. Audi quid Isaias dicat. c. 45. *Hæc dicit Dominus creans cælos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plasmes eius: non in vanum creauit eam, vt habitaretur, formauit eam.* Apud Iob autem c. 38. eleganti similitudine describitur terræ fabrica, à Deo tãquã architecto, summa ratione atque arte designata, & perfecta. *Vbi eras, inquit Deus, quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius si nosti? Vel quis tetendit super eam lineã? Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem eius?* Deinde cum terra, secundum naturalem elementorum dispositionem, tota subsidere, & subiacere aquis deberet, eius tamẽ magnam partẽ Deus supra aquas extulit, vt commodũ animantibus, præsertim autem homini, domicilium & pabulum exhibere posset. Atque hoc indicasse mihi videtur Dauid in Psal. 135. cũ dixit: *qui fundauit terram super aquas*, hoc est, qui terram animantibus habitabilẽ, elatiorem, & supereminentem aquis effecit. Simile est illud eiusdẽ in Psal. 23. *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitãt in eo. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum.* Nam quod quidam ex prædictis duobus scripturæ locis argumentari voluerunt, terram esse fundatam à Deo super aquis tanquam illis supernatantem, id sane friuolum est. Nam & contra rationem est, vt aqua terram, magis quam ipsa est grauem & ponderosam, sustenter: & contrarium planè docet experientia: tum quia sub qualibet aqua reperitur terra, quasi naturale quoddam aquę solum, & fundamentum: tum etiam quod partes terræ in aquã deiectæ, nõ supernatãt, sed mersæ, nõ prius ferri deorsum desistũt, quàm ad terram, quæ in imo sub aquis est deueniant.

Terram nõ supernatare aquis.

Denique illud etiam in terra solet mirari Scriptura, quod Deus



Deus terram tantæ molis, tantique ponderis, fecerit immobilem, ita vt, ex quo est ab eo conditia, ne transuersum quidẽ vnguem, loco suo vllam in partem mota fuerit, hoc admirans Dauid in Psalm. 92. *Firmauit Deus orbem terræ, qui non commouebitur.* Et in priori lib. Paralip. cap. 16. scriptum est: *Deus fundauit orbem terræ immobilem.* Et Salomon in exordio lib. Ecclesiastæ, *Terra*, inquit, *in æternum stat.* Et quidem hoc eo mirabilius facit Scriptura, quod affirmat, terram nulla re quasi fundamento suleiri & sustentari, sed quasi suspensam super nihilo teneri à Deo, sic enim inquit Iob c. 26. *Qui appendit terram super nihilum.* Huius autem immobilitatis terræ, non alia quærenda causa est, quam summa eius grauitas & pondus, quo fit, vt ipsa infimo, mundi loco, quod est cẽtrum, naturaliter gaudeat, & in eo conquiescat, nec nisi per vim, inde amoueri queat. Et vero, quamcunque in partem inde amoueretur, sursum ascenderet. Hęc igitur grauitas terræ facit, vt in centro locata, nullatenus moueatur. Quod etiam Poeta ille indicare voluit, cum inquit.

*Et circumfuso pendebat in Aëre tellus,*
*Ponderibus librata suis,* Ouidius. 1. Meta.

Scriptura quoque idem declarare voluit, cum in Psalmo 103 dixit. *Qui fundauit terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi:* vel vt Hebræa sonant ad verbum, *qui fundauit terram super bases suas non vacillabit, seu fluctuabit in æternum.* Nihil verò aliud est terræ stabilitas seu bases, vel vt vocãtur in alio Psalmo, columnæ, quàm ipsius terræ vis & natura, quæ suapte nutu & pondere, medium & infimum mundi locum petit, in eóque fixa, hæret semper immobilis. Psal. 74.

## *Benedicite montes Domino.*

Quis vius mõtium.

NOn tantum ex necessitate materiæ, sed ad vtilitatem quoque spectatum atque animantium, necnon & ad ornatum ac decorem terræ, factos montes existimari conuenit. Etenim varietas collium & camporum, distinctióque vallium & montium, eximiam terræ pulchritudinem & decorem addunt. Verum ingens, & multiplex est montiũ vtilitas. Multum enim conferunt montes ad salubritatem aëris, ad fertilitatem soli, ad maturitatem fructuum, ad coercendos frangendósque maris impetus, ad furorem ventorum refrænandum, ad generationem fontium & fluminum, qui ferè originem habent e montibus. Quapropter Dauid cecinit in Psal. 103. *Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montiũ pertransibunt aquæ.* Multæ item arbores, multæque animantes non alibi, quam in montibus generari, pasci, & versari solent. Valẽt præterea

terea montes, ad disterminandas prouincias & nationes. Sunt enim quidam montes regnorum gentiumque quasi limites & termini, quorum arduus & difficilis transitus obstat, ne aliæ gentes alias bello appetere, & vexare aggrediantur: quem in vsum videntur Pyrenæi montes, inter Galliam & Hispaniam, à Deo interpositi.

Quæ res in montibus sint maximè insignes, ac memorabiles.

Cæterum quatuor præcipuè in montibus obseruari & commendari possunt. Longitudo, & amplitudo montium: sicut Pyrenæi montis in Hispania, Tauri in Asia, Alpium in Italia, & Riphæorum montium, quos mundi catenam & cingulum nõnulli appellauerunt. Deinde montium altitudo: quorundam enim adeò in sublime elati sunt vertices, vt prope cælum contingere videãtur. De Deo Scriptura prædicat in Psal. 94. *in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montiũ ipse cõspicit.* Ponam hic exempla eorum montium, quorum eximia celsitudo, veterũ prædicatione celebrata, & nobilitata fuit. Dicæarchus, vir in primis eruditus, vt refert Plinius cap. 64. lib. 2. regũ cura permensus est montes, ex quibus altissimum prodidit Pelion. 1250. passuum ratione perpendiculi: idem Plinius li. 5. c. 22 de monte Casio, qui est in Syria ita scribit: *Casij excelsa altitudo orientem per tenebras solem aspicit, breui circumacta corporis, diem noctémque pariter ostendens: ambitus ad cacumẽ, 19000. passuum, altitudo per directũ, quatuor millia passuum.* In eodem lib. cap. primo, mirãda narrat, sed quod ipse etiam non dissimulat, pene fabulosa de Atlante. *E mediis*, inquit, *hîc arenis in cælum attolli prodiderunt, asperum, squalentem, qua vergat ad littora oceani, cui cognomen imposuit: eundem opacum nemorosumque & scatebris fontium riguum, qua spectat Africam: fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, vt nunquam satietas voluptatibus desit: incolarum neminem interdiu cerni: silere omnia, haud alio quam solitudinem horrore, subire tacitam religionem animos propius accedentiũ, præterque horrorẽ elati super nubila, atque in vicinia lunaris circuli. Eum denique noctibus micare crebris ignibus: Agipanum, Satyrárumque lasciuia impleri: tibiarum, at fistulæ cãtu, tympanorúmque, & cimbalorum sonitu strepere. Hæc celebrati auctores, de Atlante monte prodiderunt.* Sic eo loci Plinius Olympi quoque in Thessalia, montis altitudp, & ab Homero, & ab aliis prædicata est. Nam, vt Solinus memorat cap. 14. *Excellenti vertice tantus attollitur, vt summa eius, cælum accola vocent. Ara est in cacumine Ioui dicata, cuius altaribus, si qua de extis inferuntur, nec dissipatur ventis, nec pluuijs diluuntur sed volucres altero anno, vt relicta fuerint, ita plane reperiũtur. Litera in cinere scripta, vsque ad alteram anni cæremoniam permanent.* Similia scribit idem, de monte, qui vocatur Athos in cap. 16. *Qui mons è Macedonia*

Cæsius.

Atlas.

Olympus.

Athos.



*Macedonia in Myrinam oppidũ Lemni, interuallo sex & octoginta mille passuum, suam porrigit vmbram. Eius quoque tanta est sublimitas, vt altior æstimetur, quã vnde imbres cadunt: Quæ opinio eo fidem cœpit, quòd in aris, quas cacumine sustinet, nunquam cineres eluãtur, nec quicquam ex aggeribus suis perdunt. sed quo relicti fuerint cumulo permanent.* Ad hoc, commendatur in montibus antiquitas. Nempè in diuinis literis, montes, & colles, etiam æterni, non tantũ antiquissimi appellãtur, & in libro Prouer. cap. 8. diuina sapientia eo probat suam antiquitatem, quod prior fuerit montibus, & collibus. *Nec dum montes grauí mole constiterant, ante colles ego parturiebar.*

Qui mõtes propter altitudinẽ sint apud antiquos, maximè celebres.

Ad extremũ, tes insignes, ac memorabiles in mõtibus gestę: eos in omnẽ cusũ decorarũt, ac nobilitarũt. Missas nũc facio externas, & prophanas historias: multa mirabq; euenisse in mõtibus, proditũ est in sacra Scriptura, & Patrũ monumẽtis. Adamũ in monte Caluarię sepultum esse, vetus est, & in primis grauiũ scriptorum opinio. Arca Noe, considentibus diluuij aquis, super Armeniæ mõtibus resedit. Loth ex incendio Sodomæ seruatus est in monte. Isaac in mõtem ducitur à Patre immolandus. In mõte orans Moses vincit Amalechitas: legem accipit: Dei colloquio fruitur: bis per quadraginta dies sine cibo potuque perdurat: veniam populo impetrat: terram promissionis prospicit: denique iussu Dei moritur. In monte locata erat Hierusalem, & templum Dei: Elias in monte Dei visione dignatur: & miraculo sacrificij cælesti igne consumpti, populum ab impio cultu Baal, ad veri Dei cultum reuocat. Christus Dominus in mõte tentatur, docet, orat, Apostolos eligit, trãsfiguratur, insigni miraculo multiplicationis panũ, & piscium, numerosissimam turbam pascit. In monte moritur, è mõte in cælos ascendit, & super discipulos in monte Syon congregatos, Spiritum Sanctum demisit. Sunt præterea quidam mõtes in sacris literis sæpè memorati, & celebrati: veluti mons Syon, Oliueti, Hermon, Thabor, Libani, Syna, Horeb, Carmeli, Hebal, Garizim, Abarim: qui multarum rerum in ipsis gestarum, diuinorumque mysteriorum clarissima monumenta cõtinent. Sunt etiã nonnulli montes maledictis, & execrationibus sanctorum virorum infames, abominabiles, planeque dãnati, sicut mons Samariæ, mons Seyr, & montes Gelboe.

Qui mõtes in monte Caluariç sepultum esse, vetus est, & in primis grauiũ scriptorum opinio. Arca Noe, considentibus diluuij aquis, super Armeniæ mõtibus resedit. Loth ex incendio Sodomæ seruatus est in monte. Isaac in mõtem ducitur à Patre immolandus. In mõte orans Moses vincit Amalechitas: legem accipit: Dei colloquio fruitur: bis per quadraginta dies sine cibo potuque perdurat: veniam populo impetrat: terram promissionis prospicit: denique iussu Dei moritur. In monte locata erat Hierusalem, & templum Dei: Elias in monte Dei visione dignatur: & miraculo sacrificij cælesti igne consumpti, populum ab impio cultu Baal, ad veri Dei cultum reuocat. Christus Dominus in mõte tentatur, docet, orat, Apostolos eligit, trãsfiguratur, insigni miraculo multiplicationis panũ, & piscium, numerosissimam turbam pascit. In monte moritur, è mõte in cælos ascendit, & super discipulos in monte Syon congregatos, Spiritum Sanctum demisit. Sunt præterea quidam mõtes in sacris literis sæpè memorati, & celebrati: veluti mons Syon, Oliueti, Hermon, Thabor, Libani, Syna, Horeb, Carmeli, Hebal, Garizim, Abarim: qui multarum rerum in ipsis gestarum, diuinorumque mysteriorum clarissima monumenta cõtinent. Sunt etiã nonnulli montes maledictis, & execrationibus sanctorum virorum infames, abominabiles, planeque dãnati, sicut mons Samariæ, mons Seyr, & montes Gelboe.

Qui mõtes in monte Caluariç sepultum esse, vetus est, & in primis grauiũ scriptorum opinio. Arca Noe, considentibus diluuij aquis, super Armeniæ mõtibus resedit. Loth ex incendio Sodomæ seruatus est in monte. Isaac in mõtem ducitur à Patre immolandus. In mõte orans Moses vincit Amalechitas: legem accipit: Dei colloquio fruitur: bis per quadraginta dies sine cibo potuque perdurat: veniam populo impetrat: terram promissionis prospicit: denique iussu Dei moritur. In monte locata erat Hierusalem, & templum Dei: Elias in monte Dei visione dignatur: & miraculo sacrificij cælesti igne consumpti, populum ab impio cultu Baal, ad veri Dei cultum reuocat. Christus Dominus in mõte tentatur, docet, orat, Apostolos eligit, trãsfiguratur, insigni miraculo multiplicationis panũ, & piscium, numerosissimam turbam pascit. In monte moritur, è mõte in cælos ascendit, & super discipulos in monte Syon congregatos, Spiritum Sanctum demisit. Sunt præterea quidam mõtes in sacris literis sæpè memorati, & celebrati: veluti mons Syon, Oliueti, Hermon, Thabor, Libani, Syna, Horeb, Carmeli, Hebal, Garizim, Abarim: qui multarum rerum in ipsis gestarum, diuinorumque mysteriorum clarissima monumenta cõtinent. Sunt etiã nonnulli montes maledictis, & execrationibus sanctorum virorum infames, abominabiles, planeque dãnati, sicut mons Samariæ, mons Seyr, & montes Gelboe.

## *Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino.*

Diuinæ sapiẽtiæ, & prouidẽtię argumẽta.

QVæ nascuntur, & viuificũt è terra, in herbas, olera, frutices, & arbores distincta sunt, in quibus multa, & insignia cernũtur naturæ miracula, & diuinę sapiẽtię, ac pro & prouidẽtię argumẽta. Nec sanè minora in minimis, quã in maximis dentiæ

Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca



argumẽta ex his, quæ nascuntur ẽterra pe tenda.

*Considerate*, dixit Saluator noster- Matth.6. *lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniã nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur. Deus sic vestit, &c.* & reuera, inquit Hieronymus, ea ipsa verba Domini explanans. *Quod sericum, quæ regum purpura, quæ pictura texi rerum potest floribus comparari? Quid ita rubet, vt rosa? quid ita candet, vt lilium? viola autem purpuram, nullo superare murice, oculorum magis, quam sermonis indiciũ est.* Plotinus quatuor libros edidit de prouidentia, in quibus disputat, maxima, & minima, Dei summa ratione, ac sapientia regi, atque gubernari: cuius eam maximè laudat sententiam D. Augustinus in c.14. lib.10. de ciuitate Dei, quod prouidentiam à summo Deo, cuius est intelligibilis, atque ineffabilis pulchritudo, vsque ad hæc terrena, & ima pertingere, floscelorum, atque foliorum pulchritudine comprobat: quæ omnia quasi abiecta, & velocissimè pereuntia, decentissimos formarum suarum numeros habere non posse confirmat, nisi inde formentur, vbi forma intelligibilis, & incommutabilis, simul habens omnia perseuerat. Recte autem dixit Saluator noster, Deum vestire lilia agri, vt intelligeremus, omnem eorum decorem, ornatum, atque pulchritudinem, nec fortuitò, & casu eis contigisse, nec tantùm à natura rationis experte ipsis accidisse, sed præcipuè à Deo sapientissimo rerum omnium opifice, & prouidentissimo rectore, illis esse donata.

Plotinus

In herbis autem, oleribus, & fruticibus, tanta est naturarum, virium, magnitudinis, figuræ, foliorum, seminum, & fructuum varietas, cum incredibili pulchritudine coniuncta, vt ea nos, vel oculis spectantes, vel animo contemplantes, pari admiratione, atque voluptate afficiamur. Verum, ne per omnia vagantes, modum institutæ breuitatis excedamus, de arboribus tantum, & pauca, & summatim dicemus. Ex his primum, & in multa secula perdurans, fuit mortalibus alimentum. Nimirum, ab exordio mundi vsque ad diluuium, per annos 1656. non alius, quam ex fructibus arborum fuit hominum victus, carnium esu intra id temporis, vel non concesso mortalibus, vel nequaquã vsurpato. Nec tantum ex fructibus arborum fuit hominum cibus, sed ex earum frondibus etiam cubile, ex libro, seu cortice, vestes. Arboribus ædificamus domos instar vrbium, & capacia populorum theatra fabricamus, nec in magna orbis parte, alię sunt, quam ex lignis ciuitates, nec amplitudine, nec frequentia, nec magnificentia nostratibus inferiores. Denique, arboribus etiam maria inhabitamus, atque inambulamus, & vt omnis hic terræ, & aquæ globosus vsquequaque à nobis obiti, & per-

Primus hominũ victus, & vestitus ex arboribus fuit.



perlustrati queat, arborum seruitio factũ est. Quin apud priscos sacer fuit arbutibus honos, arborum genera numinibus suis dicantes, vt Ioui esculum, Apollini laurum, Minerue oleã, Veneri myrtum, Herculi populum. Constat item viros sanctissimos, vt tota mente, atque omni animi impetu diuinis rebus vacarent, studiosè secreta nemora, lucósque & syuas, ipso silentio, religionem ingredientium animis incutientes, quæ fuisse. In lib. Genes. cap. 21. legitur, Abraham plantasse nemus in Bersabee, & inuocasse ibi nomen Domini Dei æterni. In extremo quoque libro Iosue sic est: *Scripsit Iosue omnia verba hæc in voluminelegis Domini, & tulit lapidem pergrandem, posuitque eũ subter quercum, quæ erat in sanctuario Domini.* Erat autem illa ipsa quercus, vt opinantur Hebræi, & de nostris quidam sub qua Iacob defodit, & condidit simulacra Deorum, quæ sui ex Mesopotamia deuexerant, vt scriptum est in lib. Genes. cap. 35. Nã licet ibi ea arbor vocetur terebinthus, & apud Iosue, quercus: vtrobique tamen eadem vox est Hebræa, Hela, seu alla, quam multi Latinè reddunt, quercum, alij pinum, vel abietem esse putant, nonnulli vlmum, aut castaneam. Septuaginta interpretes terebinthum vocare solent. Quamuis autem Sanctissimi Patriarchæ, lucos, & arbores deligerent ad sacrum Deo cultum adhibendum: postea tamen, ne ad impias superstitiones aliarũ gentium, quæ lucis, & arboribus ad cultum falsorum Numinum abutebantur, defluerent Hebræi, eorum vsus in sacris operandis damnatus est. Sic enim habes Deuteron. cap. 16. *Nõ plantabis lucum, & omnem arborem iuxta Altare Domini Dei.*

Religio quædam in arboribus.

Sed contemplamur varietatem, quæ est in arboribus, & plurima, & perquam mirabilis. Prima varietas arborum: quædam sunt vrbanæ, ac domesticæ, aliæ syluestres, aliæ agrestes: & nõnullæ sunt omnino steriles, vt salices, quæ nec semẽ nec fructũ gignũt: aliæ semen quidem creant, sed nõ fructũ, vt fagus: sunt aliæ vtriusque feraces, velut pomiferæ, & glandiferæ. Quin etiam in quibusdam distinctio sexus, vt in palma, ilice, & quercu, deprehensa est. Secunda varietas: sicut non omnis regio omnes fert arbores, ita nec quas eadem gignit regio, quibuslibet eius locis, aut nascuntur, aut adolescunt, aut fructificant. Etenim montes amant cedrum, larix, teda, cęteræque, è quibus resina gignitur. Item buxus, ilex, iuniperus, terebinthus. Montes, & valles diligunt abies, robur, castaneæ, cornus. A quosis montibus gaudent faxinus, sorbus, cerasus. Non temere in montibus visse sunt prunus, oleaster, iuglans, morus, sambucus. Subeunt, & in montosa, vlmus, malus, pyrus, laurus, myrtus: gaudet frigidis sorbus. Aquas odore cupressi, iuglades, & castaneę. Non nisi in aquosis perueniunt, salices, alij, populi, & ligustra.

Ostũ plex arborum varietas.

De natali solo arborum.

Quæ-

Quæcunque communia sunt montibus, planisque maiora fiũt: aspectũ que pulchriora in campestribus, meliora materiæ, crispioraque in montibus, exceptis malis, pyrisq. Tertia varietas, magna est arborum in radicibus, & corticẽ differentia. Radices copiosæ sunt fico, tobori, & platano: breues, & angustæ malo: singulares abieti, & larici, singulis enim innitũtur, quamquã minimis, in latera dispersis. Crassiores sunt lauro, & inæquales: itẽ oleæ, cui, & ramosæ, at robori carnosæ. Robora, suas radices in profundum agunt: & (si Virgilio creditur) esculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Oleæ, malis, & cupressis per summa cespitum, lauro, & oleæ, recto meatu, ficis flexuoso. Visa est annosa quercus vi tempestatis euersa, radicũ amplitudine, ingetum soli amplexa. Cortex alijs tenuis, vt lauro, aliis crassus, vt roboris, aliis leuis, vt malo, fico: idem scaber, robori, & palmæ. Omnibus in senecta rugosior. Quibusdam rumpitur sponte, vt viti, quibusdam etiam cadit, vt malo: carnosus est suberi, & populo, membranaceus viti, & arundini: multiplex tunicis, vitibus, & abieti: simplex fico, & arundini.

De radicibus & corticibus arborum.

Quarta varietas versatur in foliis, etenim latissima sunt fico, viti, platano: angusta myrto, & oleæ, capillata pino, & cedro: & aculeata ilicum generi, iunipero spina pro folio est, carnosa cupresso, crassissima alno: longa arundini, & salici: palmæ etiã duplicia: circinata pyro: mucronata malo: angulosa hederæ: diuisa platano: infecta, pectinum modo, piceæ, atque abieti: sinuosa toto ambitu, robori: spinosi cute, rubo: mordacia vrticis: pungentia pino, abieti, larici cedro: pediculo breui, oleæ, & illici: longo vitibus: tremulo populis, dispositа myrto: concaua buxo: inordinata pomis: plura eodẽ pediculo exeuntia, malis, pirisque. Præterea, plurimis folia sunt circa ramos, allis, & in ea cumine ramorum, sed robori etiam in ipso caudice. Sunt item densa, & rara, semperque lata, rariora. Notatur porrò in foliis differentia cadentium, & non cadentium foliorum. Vrbanum arborum generi non decidunt, oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupresso, pinus, hederæ. Ex sylvestribus non sunt decidua folia, abiectis, laricis, iuniperi, cedri, terebinthi, & illicis. Extra prædictas cæteræ folia deponũt. Nec interest maturiùs germinasse, quippe amygdala, fraxinus, sambucus, cùm inter primas germinent, inter nouissimas nudantur foliis, morus autem nouissimè germinans, cum primis amittit folia. Decidunt sorbo vnietis cæteris paulatim.

De foliis.

Quinta varietas est in floribus, scilicet in eorum magnitudine, numero, figura, colore, dispositione, venustate, odore, & item in succis, & liquoribus, qui odoratissimi & salubertimi humanæ vitæ, vario hominum artificio ex floribus exprimuntur.

De floribus arborum.



tur. Et profecto arbrum flos, pleni veris, & anni renascentis indicium est, item flos velut quoddam arborum gaudiũ. Tunc se nouare, aliasque quam fuerant, ostendunt: tunc variis colorũ picturis, in certamen vsque luxuriant. Sed hoc negatum plerisque. Non enim omnes florent, & sunt tristes quædam, quæque non sentiant gaudia annorum. Nam neque ilex, picea, pinus, & terebinthus vllo flore exhilarantur. Quædam statim in germinatione florent, sed matures cunt tardè, vt vites: alia serotino germinatu florent, maturantque celeriter, sicuti morus, quæ nouissimè vrbanarum, nec nisi exacto frigore germinat, ob id sapientissima arborum dicta. Defloresc unt omnia septem diebus, nec celeriùs: quædam tardius, sed nulla pluribus bis septenis. Sexta varietas complectitur fructu. Quædã arbores (quod etiam suprà tetigimus) nullum fructum ferunt, hoc est, ne semen quidem, vt tamarix, scopis tantum nascens, populus, alnus, & vlmus. Infœlices olim existimabantur, dãnatæque religione, quæ neque seruntur vnquam, neque fructum ferunt. Nouellę arbores carent fructu, quandiu crescunt. Gignentium autem fructum, quædam, & lateribus ramorum & cacuminibus ferunt, vt pyrus, punica, ficus, myrtus. Palma sola in spathis habet fructum, racemis propẽdentem. Reliquis sub folio pomum est, videlicet, vt protegatur, excepta fico, cui folium maximum, & vmbrosissimum: & ideò supra id, pomum est. Et ve eò in arboribus fructu onustis, peculiaris differentia. Superiori parte, fertilior est arbutus: inferiore, quercus, iuglandes, fici. Omnes, quo magis senescunt, hoc maturius ferunt, & in apricis, locis nec pingui terra. Sylvestriora omnia, tardiora. Est etiãnum ætatis differentia. Amygdala enim, & pyrus, atque glandiferæ, in senecta fertilissimæ sunt: cæteræ in iuuenta, tardiúsque maturantes, quod maximè notatur in viribus. Vetustioribus enim, vinum melius, nouellis copiosiùs. Denique omnis cura fertilitatem adiicit, fertilitas maturat senectam: quapropter & præflorent talia, & prægerminant, & præcocia fiunt, quoniam omnis infirmitas, cælo magis obnoxia est.

De fructibus.

Septima varietas, in ipsis vmbris arborum obseruata est. Sunt autem quarundam, licet magnarum arborum, breues vmbræ, vt in malis, pyrisque. Eædem enormes cerasis, & lauris. Nec scientia vmbrarum, cultoribus terræ negligenda est. Scilicet, terra nascentibus, vmbra aut nutrix, aut nouerca est. Iuglandium quidem, pinorúmque, & picearum, atque abietum vmbræ, quæcunque attigere, non dubiè venenum sunt. Sanè iuglandiũ vmbra, etiã capiti humano, non tantũ omnibus iumẽtis, grauis est, & noxia. Necat germina & pinus, cupressi

De vmbris.

vmbra

Universidad de Deusto
Biblioteca



vmbra est minima, & in se conuoluta: sicorum leuis, quamuis sparsa: vlmorum item leuis, sed nutriens quæcunque opacat. Populo nulla est vmbra, luentibus foliis: pinguis alno, sed pascens sata: viris sibi sufficit, mobili solio, iactatúque crebro, solem vmbra temperans, eodem graui, protegens in imbre. Omnium ferè leuis vmbra est, quorum pediculi longi. Mirum dictu est, quod de fraxini vmbra à viris doctis est proditum, tantam eius esse vim aduersus serpentes, vt matutinas quidem, occidentéfve eius arboris vmbras, quæ sunt longissimæ, serpens non solùm non attingat, sed etiam procul fugiat. Expertum se affirmat Plin. lib. 16. cap. 13 si fronde ea, gyro claudatur ignis & serpens, vt alia quàm per frondes fraxini elabi nequeat, in ignē potiùs quam in fraxinum fugere serpente. Iucundissima omnīū, platani vmbra existimata est: adeo, vt si Plinio credimus, vmbræ tantùm gratia, ex alieno orbe petita, & in Italiam peruecta sit, tanto in pretio & honore habita, vt solum eius tributarium fieret, & gentes vectigal pro vmbra eius penderet. Octaua varietas ad ætates arborum pertinet, quarum dispar admodum ratio est. Longissimi æui, & vltra ducentesimum annum protensi, sunt olea, oleaster, cupressus, ilex, quercus, platanus, & palma. At breuissima vita est punicis, fico, malis: & ex his, præcocibus breuior, quam serotinis: dulcibus, quam acutis. Videntur & aquaticæ celeriùs interire. Senescunt quidem velociter, laurus, malus punica, sed è radicibus repullulant. Cariē vetustatéque nō sentiūt cupressus, cedrus, ebenus, buxus, taxus, iuniperus, & olea. Rimam fissūráque sponte non capit cedrus, olea, cupressus. In vniuersum dici potest, quæ odore præcelluntt, ea & diuturnitate præstare. Verum, mira est illa naturæ varietas. Vimus in perfluatu, robur defossum, & in aquis obruta quercus, sunt quā firmissima. At quercus supra terrā, torquens se, rimosa facit opera: robur matina aqua corrumpitur, esculus humoris est impatiens: contra verò alnus, adacta in palustrē terram, longæua est, onerisque quantilibet patiens.

Mira vis vmbræ fraxini aduersus serpētes.

De ætate arborum

Sunt porrò in sacris literis nonnullæ arbores laudatissimè. Etenim vir iustus compatatur *a* palmæ, credo, *b* oleæ: *c* Saluator noster grano frumenti, *d* & vitis regnum cælorum grano sinapis: diuina sapiētia variis se comparat arborum generibus. Iosa namque in libro Eccle. cap. 24. hæc de se prædicat. *Ego quasi cedrus exaltata sum in libano: & quasi cypressus in monte Sion: quasi palma in cades: quasi rosa in Iericho: quasi oliua speciosa in campis. Quasi terebinthus extendi ramos meos: quasi platanus exaltata sum iuxta aquas: quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Quis igitur tantas herbarum, & arborū varietates, venustates, voluptates, atque*

Arbores in Scriptura laudatæ.

*a Psal. 91*
*b Psal. 51.*
*c Ioan. 12*
*d Ioan. 15*
*e Matt. 13*



atque vtilitates contemplans, non vna cum sanctissimis illis puerīs mirabundus exclamet, Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino, laudate & superexaltate eum in secula?

## *Benedicite fontes Domino, Benedicite maria & flumina Domino.*

FAcilis est & ampla materies, de aquis dicere, quæ prædicatione & admiratione digna sint. Verū, nō id agitur hoc loco, vt de aquis, vel philosophico, vel oratorio more dicamus. Satis in præsentia erit, ad propositæ sententiæ illustrationem, nonnulla de aquis, maximè sacris ex literis petita, lectoris memoriæ, & animaduersioni suggerere. Principiò igitur lector consideret, quemadmodum in exordio mundi, cum esset aqua longè maior quàm terra, eique omni ex parte superfusa, tertia die fabricationis mundi, potentissimo Dei verbo iussuque separata, & vnum in locum coacta, magnam tertæ partem ad generationem stirpium, & animantium habitationem, nudam siccamque relinquerit. Hinc existit immensitas oceani: hinc tot eius in terras irruptiones, quæ nos maria diuersis insignita nominibus appellamus: hinc tot lacus, fontes, & flumina: hinc denique omnia aquatum genera, ad temperandos sidertī ardores, ad refrigerandū aērem, ad fœcundandam terram, ad nutriendas stirpes, ad innumerabiles animantium, hominumque vtilitates, atque voluptates opportunissima. Clarissimum deinde fuit, potentiæ pariter, ac iustitiæ Dei testimonium & monumentum, generalis illa aquarum eluuio, quæ omnem terrarum orbem, aquis, vel celsissimos terræ mōtes quindecim cubitos supergressis, altissimè inundauit. Multum præterea faciet ad prouidentiæ diuinæ commendationem & admirationem, eorum miraculorū, quæ in aquis à Deo plurima & maxima effecta sunt, commemoratio atque contemplatio. Labet igitur quædam hic lectoris animo & cogitationi repræsentare. *a* Nilus Aaronis percussus virga, protinus aquas suas vertit in sanguinem. *b* Mare rubrum simili ratione diuisum, & loco cedēs, medium alueum suum, Hebræis commodauit ad transitum, siccis eorum vestigiis consignandum. *c* Iordanis retorto cursu, & ad fontes suos refluens, Hebræis se calcandum, & permeandum exhibuit. *d* Amarissimæ aquæ, iniectu cuiusdam ligni, in dulces & potabiles, ex templo mutatæ sunt. *e* Ex petra, *f* & asiti maxilla, repente ad Samsonis, & populi Hebræi potum, lautissima scaturit aqua, *g* bis pallio Heliæ diuisus Iordanis, protinus Pheratum pedibus transmissus est, *h* serrumque intra viscera sua conditum, iussu Eliſei, extra aquas ipse suas euomuit.

Aquarū præstatia.

*Gen. 1.*

*Gen. 7.*

Miracula aquarū in sacris literis.

*a Exod. 7.*
*b Exo. 14.*
*c Ios. 3.*
*d Exod. 15*
*e Exod. 17*
*Num. 20*
*f Iud. 15.*
*g 4. Reg. 2*
*h 4. Reg. 6*

4. Reg. 2. in agro Hierichuntino, fons quodam fuit vber aquis, sed tam hominibus quam aruis, pestilentibus: quæ salis aspergine, & Eliſei benedictione ita tanatæ, & in melius commutatæ sunt, vt deinceps hominibus dulcissimum ac salubertimum darent potum, & agris fertilitatem atque amœnitatem afferrent. Salnator noſter super mare Tiberiadis ambulauit, non secus per liquidas fluxasque vndas, quam per solidam, firmamque terrā ingressus. Atque in eodem lacu atrocissimam tempestatem, vētis & fluctibus imperans, subito compressit: vt verissimè de eo cecinerit Dauid: *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.* Nota sunt ex historiis Ecclesiasticis, nec hoc loco non memoranda, nauem, in quam beata Martha cum sorore Magdalena, fratre Lazaro, Marcella pedissequa, & Maximino, à Iudæis impositi fuerant, velis ac remigio destitutam, vastissimoque mari ad certissimum naufragium commissam, Deo gubernante, saluis omnibus Massiliam esse appulsam. Illud item luculentissimum fuit miraculum: cum beatus Clemens alligata ad collum anchora, in profundum deiectus esset, Christianis ad littus otantibus, mare ad tria milliaria recessit, eosque illi accedentes, ædiculam marmoream in templi formam, & intus arcam lapideam, vbi martyris corpus conditum erat, & iuxta anchoram qua merſus fuerat, inuenerunt.

Matth. 4.

Matth. 8.

Psal. 88.

D. Magdalena cū sociis Massiliā appulit.

Naturalia aquārum miracula.

De naturalibus porrò aquarum miraculis, quæ Seneca libro tertio naturalium quæstionum, & Plinius libro secundo, capite centesimo tertio, & libro trigesimo primo, capite secundo, curiosè tractarunt, quinque tantum in præsens memorabo, scilicet quæ exploratioris ac liquidioris sunt veritatis, & plus admirationis habere videtur. Et horum quidem vnum ad maria pertinet, alterum, ad lacus, tertium, ad flumina, quartum & quintum, ad fontes. In mari, præsertim autem Oceano, multa sunt mira: verum super omnia, æstus maris effluentis ac refluentis, mirabilitatem magnam faciunt. Euripus sanè angustissimum inter Euboeam, & Boeotiam, atque rapidissimum secretum, alterno cursu septies die, ac septies nocte fluctibus inuicem versis, adeò immodicè fluit, vt ventos etiam, ac plenis velis nauigia frustretur. Videre igitur licet mare, nūc quasi superfluum sibi, & aquis exonerari cupiens, egredi in terras, easque latissimè inundare, mox tanquam aquarum inane ac sitiens, eadem colligere ac resorbere. Quæ sit causa tanti miraculi, aut si vna non est, quæ sint illæ, impedissima quæstio est, quæ doctiorum ingenia, omnibus seculis exercuit, & adhuc non est à quoquam, ex voto philosophantium, explicata. Putarunt quidam, depressos esse aliquos specus, quo reciproca maria residant, atque inde se rursus exuberan-





tia attollant. Sed opinio, quæ hunc effectum ex lunæ motu proficiſci, ac pendere facit, sectatorum & defensorum multitudine auctoritateque præualuit. Certè, huiusmodi æstuum variatio, inter maciem & plenitudinem aquarum, lunæ incrementis & defectionibus mirificè respondet. Nam luna exoriente, & meridianum cæli fastigium ascendente, intumescunt, mox à meridiano vrgente in occasum, residunt: rursusque ab occasu luna super ima cæli meante, & ad meridiano contraria accedente, inundant: hic, donec iterum exoriatur, se ipsi, sorbent. Et noua quidem luna, modici æstus sunt, plena, exundant, plenissima, maximè feruent: indeque rursus mitescunt.

Alterum miraculum cernitur in lacu Iudææ, quem, quia nihil præter bitumē gignit, Asphaltitem nominarunt. De hoc dicam ea tantum, quæ memoriæ prodidit Iosephus, cui omnia eius regionis, vt indigenæ, & eius gentis facile principi, explo ratissima & notissima fuerunt. Is igitur lib. 5. de bello Iudaico, cap. 5. ita scribit. *Commentatione dignum puto, Asphaltitis lacus naturam exponere. Salsus ille quidem, ac sterilis est: sed tanta lenitate, vt etiam quæ grauissima sunt, in eum tanta fluuient. nec quisquam demergi in profundum, ne de industria quidem facile possit. Denique Vespasianus, qui eius visendi causa illuc venerat, iussit quosdam natandi inscios, vinctis post terga manibus in altum deiici: & euenit omnibus, vt tanquam à spiritus sursum repulsi, desuper fluitarent. Ad hæc, mirabilis est coloris mutatio, quæ ter in singulos dies superficiem vertit, & solis radiis varianta resplendet. Multis autem locis vomit nigras bituminis glebas, quæ super vndas, & habitu & magnitudine, tauris sine capitibus similes natant. Has, eius regionis homines trahunt ad naues: & quia lenta est materia, abrumpere nequeunt: sed quasi religata pendet à cumulo, donec menstruo mulieris, atque vrina soluatur.* Confert autem id genus bitumnis non modò ad compagines nauium, sed ad corporum etiam curationem, multis remediis admixtum. Longitudo lacus est, quingentorum & octoginta stadiorum, latitudo, centum quinquaginta stadiis patet. Hunc locum diuina Scriptura vocat mare mortuum, salsum, solitudinis, & campestre, æternum monumentum diuinæ vindictæ: qua sceleratissima illa Pentapolis, igne cælitus misso, penitus conflagrauit, cuius deflagrationis etiam nunc reliquias videre licet, renascentes in fructibus cineres, qui odore quidem non sunt, vel optimis dissimiles, carpentium vero manibus, in fumum resoluuntur, & cinerem. Sic Iosephus. Tertium miraculum spectans ad flumina, tradit Plinius libro trigesimoprimo, capite

Asphaltites lacus Iudææ. Iosephus

Gen. 19.

Plinius Sabbaticus.

secúdo *In Iudæa*, inquit, *vinus est, qui sabbatis omnibus siccatur.* Verum in hoc lapsus est Plinius. Nam hoc ipsum, vt plenius & distinctius ita quoque verius narrat Iosephus libro septimo de bello Iudaico, cap. vigesimoquarto. *Flumen*, inquit, *medius inter Arcas & Raphaneam. Agrippæ regni ciuitates fluit, copiosus, neque meatu segnis, incerpositis tamen sex diebus, a fonte suo desiciens, nullum sicuumque alueum secum relinquit. Deinde, quasi nulla rem actione facta, septimo die similis exoritur: atque eum ordinem semper obseruare, pro certo compertum est. Vnde etiam Sabbaticus appellatus est, a sacro die septimo, quem Iudæi religiosè colunt.* Hæc Iosephus.

Quantum & quintum miraculum in fontibus cernitur, quæ miracula non ego meis verbis referam, sed Solini & Plinij, scilicet, vt diuersorum auctorũ significantissimis atq; elegãtissimis.

Mirus fons apud Garamãtas.

*Garamantum* (inquit Solinus cap. trigesimo secundo) *nomen est Debris, fonte miro: quippe alternis vicibus die frigeret, nocte feruet, ac per eadem venarium commercia, interdum igneo vapore æstuat, interdũ glaciali horrore algescit. Incredibile memoratu, vt tam breui temporis curriculo natura tam dissonam sui faciat varietatem. Si quis enim nocte fontẽ visat, inesse fonti illi æternam facem credat. Qui autem die spectet brumales scatebras, nũquam aliud existimet, quam perpetuò rigere. Vnde non immeritò per gentes, Debris inclyta est, cuius aqua ex cæleſti vertigine mutat qualitatem, quemadmodũ controuersa siderum disciplina. Nam cùm mediũ ã calore vesper temperet, ab occasu incipit, ita fons incalescere vt nisi tactus abstineas, noxium sit contigisse: Rursus, cùm ortus solis incanduerit, & radijs feruefacta sint omnia, sic glaciabus exuuit scaturigines, vt hauriri etiam æstiuentibus nequeat. Quis ergo non stupeat fontem, qui friget calore, calet frigore.* Hæc Solinus.

Quantum miraculum vterque Plinius commemorat, sed prior breuissimè: scribit enim cap. centesimo tertio lib. secundi. *In Comensi iuxta Larium lacum, fons longus est, horis singulis semper intumescit, ac residens.* Sed eius miraculi magnitudinem expressius describit Plinius epistola quarti libri, quem scripsit ad Suram. *Aiunt tibi ex patria mea*, inquit Plinius, *pro paruusculo quæ sicenem, altissimo ipsa eruditione dignissimam. Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta, ibi paululum demoratus in Larium lacum decidit. Huius mira natura. Ter in die finitis ambibus ac diminutionibus crescit, decrescitq;. Cernitur id palam, cœnam sumentibus voluptate deprehenditur. Incœnantibus te surgentibus, atque etiam ex ipso fonte, nam est frigidissimus, potus. Interim ille certis, diuersisque momentis, vel sub eat, vel effluit. Annulum seu quid aliud ponis in sicco, allatus sensim ac paulatim operitur: id egitur rursus, paulatimque deseritur. Si diutius obserues vtrumque, iterum ac tertiò videas. Spiritus ne aliquis occultior, os fontis & fauces, modo laxat, modo pressit, prout in latus incurrit, aut decessit expulsitque quod in ampullis, cæterisque generis eiusdẽ videmus accidere, quibus non nisi per arctum patens exitus. Nam illa quoque, quamque prona & vergentia, per quasdã obliquitatis animaduertas, erebrit quasi singultibus sursũ, quod effundunt. An quæ Oceano natura fonti quoque? Quinque ille ratione aut impellitur, aut reforbetur: hic modicis hinc huncve vicibus alternis supprimitur, vel egeritur? An vt flumina, quæ in mare deferuntur, aduersantibus ventis, obuioque æstu retorquentur, ita est aliquid, quod huius fontis excursum per momenta repercutiat? An latentibus venis certa mensura est, quæ dum colligit quod hauserat, minor est, & pigrior, cũ collegit, agilior, maiorque profertur? An nescio quod libramentum est absconditum, & cæcum, quod cum exinanitum est, suscitat, & elicit fontem: eum repletur, moratur, & strangulat? Scrutare tu causas, potes enim, quæ ventum intra cauernas efficiunt. Mihi abundè est, si satis expressi quod efficitur.* Hactenus quæ memorata sunt, verba fuere Plinij. Tot igitur, tantisque aquatũ miraculis excitati, atque inuitati, diuinas laudes celebremus, identidẽ cantãtes, *Benedicite fontes Domino: benedicite maria, & flumina Domino: laudate & superexaltate eum in secula.*

## *Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino.*

TAm multa, & tam illustria sunt in omni genere piscium, volucrum, & terrestrium animantium naturæ miracula, & potentiæ ac prouidentiæ Dei argumenta, si eorum præcipua tantum, carptimque dicantur, ea complutibus impletis voluminibus abunde sufficiant. Nobis autem, non hæc in præsens subtiliter & curiosè tractantibus, & ne plus iusto hic liber excrescat, ad finem eius properantibus, etiam de paucis, maximeque insignibus, paucissima strictim attingẽda sunt. Quos pisces Septuaginta interpretes, eó q; secutus Latinus interpres, vel cete, vel dracones appellant, eos scriptura Hebraica duobus vocabulis nominare solet, quorum alterũ est, *Hatanim*, quia voce vsus est Moses primo capite Geneseos, cũ dixit, *Creauit Deus cete grandia*, pro cete, est vox, *Hataninim*, quæ pro priè significat dracones seu serpentes, tam marinos, quam terrestres. Nam vt ipsi sunt inter se, longitudine & figura corporis persimiles, ita vno nomine indifferenter ab Hebræis appellantur, quod nomen passim in Scriptura repetitur, reddũ Latinè vel Græcè vocabulo draconis, vel serpentis, in Exodo capite septimo, virgæ Mosis & magorum dicuntur versæ in dracones. Deut. 32. inquit Moses, *Fel draconũ vinũ eorum.* Psal. 148.

Miri fontis qui est iuxta Larium lacum elegantissima descriptio.

Deitas & prouidentiæ argumenta in piscibus.

Quæ ge nus pisciũ sint cete.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi.* Alterum vocabulum est, *Leuiathan*, cuius hic mentio apud Iob. cap. 5. *Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan*, & cap. 40. *An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?* Cuius piscis vastitatem, audaciam, & ferociam, deinceps Iob elegantissima oratione describit. Etiam David vsus ea voce est Psal. 73 *Tu cõfregisti capita draconis in aquis, dedisti eum escam populis Æthiopum.* Et Psalm. 103. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei*, id est, vt quasi matris imperium tenens, in eo, ceu regno suo ludat, & lecurus, seipsum agitet, & volutet, quacumque voluerit ludibundus discursans, & pro lusu & ioco habens, cæteros pisces venati & prædari. Denique apud Isaiam cap. 27. idem vocabulum legitur. *In illa die visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti, super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum occidet cetum, qui in mari est.* Vox autem, *Leuiathan*, sicut etiam prior illa vox *Hataninim*, non significant vnam aliquam certam speciem piscis, sed omne genus piscium vasto & immani corpore præditum, vt sunt quas Latini vocant balenas, pristes, orcas, & generali vocabulo maris belluas, & monstra. Vox enim, *Leuiathan*, originem trahit ex voce Hebræa *Laua*, quæ significat cumulare, & accessionibus augere. Per metaphoram autem Leuiathan, appellatur ab Isaia cap. 27. Pharao rex Ægypti, verbis proxime citatis, propter eius superbiam, crudelitatem, & confidentiam quod Nilo nobilissimo & fecundissimo flumini dominaretur. Vnde ei minatur Ezechiel cap. 29. verbis Dei: *Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et ponam frænum in maxillis tuis: & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis: & extrahamte de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt, &c.* Ad eundem pertinent verba illa Dauidis ex Psalmo septuagesimo tertio, paulo superius commemorata. *Tu confregisti capita draconi*, id est, fregisti omnem potentiam Pharaonis, qui similis videbatur multiplici, fœtissimoque draconi, demersumque eũ cum vniuerso exercitu in mare, obiecisti populis Æthiopum, qui infestissimi erant Ægyptijs, quorum tanta interneccione maiorem in modum gaudebant. eorumque spoliis potiuntur. Vel significatur cadaueta Ægyptiorum ad littus iecta fuisse in prædam, pastumque cetuis, qui propter nigredinem, populi Æthiopum per metaphoram appellantur.

Quid significet in Scriptura vox Leuiathan.

Magnitudo quorundam piscium.

Hoc genus piscium vastissimi corporis, tremendarumque virium, nominatim Scriptura, quoties de piscibus agit, cõmemorare solet: vt Geneseos primo, Psalmo centesimotertio, & hoc loco, videlicet, quod propter vastissimam corporis molem, Dei, a quo creatum est, potentiam clarissime dæmonstret. Plinius libro 9. cap. 3. scribit, balænas maris Indici esse quaternum iugerum, pristes verò ducenum cubitorum. Et libro 32. cap. 1. citat Iubam regem Mautitaniæ, qui in his voluminibus quæ scripsit ad Caium Cæsarem Augusti filium, prodidit, cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis, & Arabiæ flumen intrare. Dionysius geographus affirmat, visas esse in mari balænas instar sublimium montium, quæ nimirum nautes cum vectoribus absorbuerint. Nearchus prodidit, vt refert Strabo libro 15. in sinu Arabico inueniri cetos viginti trium passuum, id est, duorum, & nonaginta cubitorum longitudine. Ossa piscis, cui obiecta fertur Andromeda, inter miracula Romæ ostensa in Ædilitate M. Scauri, erant longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum, Indicos elephantes excedente. spinæ crassitudine sesquipedali. Lege Plinium libr. 9. cap. 5. & Solinum cap. 36. Nec minus mira sunt, quæ Olaus Magnus in lib. 21. de rebus Septentrionalibus, cap. 10. & aliquot deinceps capitibus de monstrosa belluarũ matis Septentrionalis figura, & magnitudine prodidit.

Sed quid nos externa, & nonnulla fortasse fabulosa consectamur, cum domi nostræ, hoc est, in sacris literis, veriora & insigniora habeamus? Quis obsecro, legens historiam Ionæ, non obstupescit? *Præparauit Dominus*, inquit Scriptura Ionæ 2. *piscem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis. Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam.* Quid in hoc facto, aut primum, aut magis mireris? an piscem illum tanto fuisse oris hiatu, vt inoffense tot lidum Ionam exciperet, & deglutire posset? An Ionam intra pisces aluum, aut respirare, vt necessarió est homini potuisse aut sine respiratione, totum triduum vixisse? An in illo tenebricoso, & horrendo specu piscis adeò fuisse imperturbato animo, vt accurate compositæ precationi apud Deum vacaret? An eum igneo illo viscerum feruore non esse confectum, atque consumptum? An bellux agitatione non esse conflictatum? An denique, vt innoxie fuerat exceptus ore piscis, & alio conseruatus, sic innocue fuisse eiectum, & terræ redditum? Sane, ad huius miraculi similitudinem, finxisse videntur Poetæ, Herculem, quò Hesionem Priami sororem à Pisce voratam liberaret, intrasse in eius aluum, tribusque.

Ponderatur mira cuiũ Ionæ a pisce deuorati.

Fabuli Herculis

Universidad de Deusto
Biblioteca



in eo necando piſce diebus conſumptis, niſi quod expilatus rediit, vt ſuper illo Ionæ loco perhibet Theophylactus, cætera illæſum eximiſſe. Ideoque Lycophron Poëta, vocauit Herculem Triesperum, quaſi Trinoctem, propter triduum, quo nec ando piſci, intra eius aluum immoratus eſt. Atque hoc Ionæ miraculum, non tantum verius, ſed etiam longè mirabilius eſt, quàm illud, vel nimis temere à Græcis creditum, vel nimis prodigè laudatum: illud dico Arionis in mare proiecti, ac delphine, id temporis commodum occurrente, deuecti Tænaron promontorium aduerſum Africę, in quo, ait Solinus cap. 13. fanum erat Arioni ſacrum, & in eo imago ærea teſtis facti, & ad effigiem caſus, & veri operis expreſſa. Tempus præterea ſignatum: olympiade enim vnde trigeſima, qua in certamine Siculo idem Arion victor ſcribitur, id ipſum geſtum probatur. Cæterum inter piſcium miracula, duo alia memorantur in Scriptura. Narrat Matthæus cap. 17. Dominum noſtrum, quo exactū à ſe tributum penderet, miſiſſe Petrū ad mare, eique prædixiſſe fore, vt in ore piſcis, quem primum caperet, ſtaterem, qui quatuor drachmas pendebat, tributum, ſcilicet proſe, & ipſo Petro pendendum inueniret. Exclamat D. Hieronymus hunc ipſum Matthæi locum explanans. *Quid primum*, inquit, *mirer in hoc loco, neſcio, virtutem præſcientiam, an magnitudinem Saluatoris, præſcientiam quod nouerat piſcem habere in ore ſtaterem, & quod primus ipſe capiendus eſſet à Petro. Magnitudinem, atque virtutem, ſi ad verbum eius ſtater in ore piſcis ſtatim creatus eſt, & quod futurum erat ipſo loquendo fecerit.*

ex ſacris literis petita.

Caſus Arionis.

Mitaculum piſcis ore ſtaterem ferentis.

Illud quoque, legenti hiſtoriam Tobiæ, ingentem mouere poteſt admirationem, quod in cap. 6. eius libri, de quodā piſce his verbis ſcriptum eſt: *Et reſpondens Angelus dixit Tobiæ, corde eius particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, ſiue à viro ſiue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. Et fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & ſanabuntur.* Et infra c. 11. ſic eſt: *Tunc ſumens Tobias de felle piſcis, liniuit oculos Patris ſui. Et ſuſtinuit quaſi dimidia fere horā: & cœpit albugo ex oculis eius, quaſi membrana ouī, egredi. Quam apprehendens Tobias, traxit ex oculis eius, ſtatimque viſum recepit.* Sed hæc legentem, ſubibit admiratio, ſimul dubitatio, quomodo res corporalis, vti erat cor, & iecur illius piſcis vim habere poterit expellendi dæmonē, naturę prorſus incorporeæ, ob idque actioni, & potentiæ rerum corporaliū nullatenus obnoxium, atque ſubiectum? An ea vis abigendi, & arcendi dæmonem, non erat illi piſci naturalis, ſed ei ad effectum illum operandum diuinitus inſita? qualem, ſcilicet, credimus eſſe tartari ignis potentiam, torquendi damnatos ſpiritus. An res corporalis,

Locus libri Tobię cap. 6.

Quomodo piſcis captus à Tobia vim habere potuerit expellendi dæmones



corporalis, licet directo vim habere non poſſit aduerſus dæmonem, poteſt tamen habere aduerſus eius operationes, & eſſe eius naturales, quibus, vel impeditis, vel deſtructis etiam dæmon quodammodo expelli dicatur? Etenim, dæmon per cauſas naturales inuicē tite cōpoſitas, & alicui, vel loco, vel rēpori tēpeſtiuē, atque applicatas, nonnūquam effectus quoſdā valde noxios, & peſtilētes operatur. Ex aduerſo, ſi opponātur aliæ cauſæ naturales cōtrariæ, ſed valentiores, maioriſq; efficacitatis, vel effectus dæmonum, ne producantur, impedient, vel iam productos diſſipabunt, ac de medio tollent. Atque ea ratione dici poteſt dæmon, ex aliquo loco pulſus, quia non poteſt in eo loco, vel corpore eſſe per operationem, quam prius in eo exercebat. Huius rei exemplū perilluſtre habemus in lib. 1. Reg. c. 16. vbi ſic eſt: *Spiritus Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam à Domino. Igitur quandocunque ſpiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* Quomodo autem ſono citharæ, cantuque Dauidis, ægritudo illa animi Saulis diſcuteretur, dæmonque expelleretur, longa digreſſione ſuper eo loco diſputat Nicolaus de Lyra, & ibidem Toſtatus aliquod quæſtionibus eandem rem pertractat. Sed mihi ſimilius verò fit, quod idem Toſtatus prædicto loco, in quæſtione 40 reſpondens ad dubitationem, quæ in illo piſce Tobiæ propoſita eſt, ait, nullam illi piſci fuiſſe vim expellendi dæmones. Ecquæ enim vis in piſce eſſe poterat extricandi omne genus dæmoniorum, & prohibendi, ne vltra accederent? Sed Raphaël fuit, qui dæmonium expulit, & religauit in deſerto ſuperioris Ægypti, vt in ca. 8. eius libri traditur. Verum quia hoc voluit ille facere, cum iecur piſcis igne cremaretur, fumare ſique ideo talis effectus piſci tributus eſt. Cur autem Raphaël veritatem reticuerit Tobiam, cauſa fuit, ne ſeipſum illi ante tempus manifeſtaret. Si enim dixiſſet ſe expulſurū dæmones, & quaſi vinculis, ne ſe ad nocendum homini mouere poſſent, conſtrictūrum ſi atim intelliexiſſet Tobias illum non eſſe hominem, ſed Angelum, pauoreque conſternatus, non auſus fuiſſet familiariter, vt ſolebat, cum eo agere. Sanè Raphaël alia fecit, & dixit, quæ in eo libro memorantur, non vere ſed figuratè tantum, & ſimulatè. Comedere enim, bibere, & dormire videbatur. Dixit item ſe ni Tobiæ, ſe mercenarium eſſe, & appellari Azariam, & filium eſſe magni Ananiæ: quæ niſi dicta figuratè accipiantur, à mendacio excuſari non poſſent.

Locus primi libri regū cap. 16.

Sed redeo ad certos, de quibus mirum profectò, ſi tamen verum, certè memorandum videtur, quod narrat Ælianus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cetos habere pisciculũ sui motus ducẽ, & rectorẽ.

lib. 2. historiæ de Animalibus ca. 11. *Ferè ceterorum genus*, inquit, *aliquo duce indiget ad sumum motum regendum, & moderandum cuius oculus, quasi ducibus ipsum vtitur ad videndum. Is autem dux, vt periti harum rerum confirmant, piscis est, albo colore, prælongo capite, angusta cauda. Hunc ne, ducem cuique ceto natura dederit, an quadam amicitia ductus ipse, vltro cetos antegrediatur, difficile est constituere. Certè pisces nunquam à ceto separatus meare cernitur, sed eius caput antegredẽs, quasi temo, & dux eius existit: cuncta illi præsentit, & prouidet, extremaque cauda præmonstrat, tum destinanda tum, persequenda: eiusdem ei consilium, insidiasque à piscatoribus positas signo prodit: & vbi occurrunt brevia, ne propter molem corporis in illis hæreat, tempestiue præsignificat, vt alio meatum declinare possit. Cum autem ad nimiam pinguitudinem ceti peruenimus, ampliùs, nec videre, nec audire possumus: earumve mole, audiendi, videndique meatus obstruente. Quod si eo duce carerent, haud dubiè illis perennidum esset.* Quis igitur non miretur naturæ, aut potius Dei prouidẽtiã, qui vastissimæ matris belluæ, exiguum piscem, motus, victus, vitæque ducem, & rectorem dederit? Nescio quid simile de pinna generis concharum in lib. nono & cap. 42. scriptum reliquit Plinius. *Nascitur*, inquit, *pinna in limosis, subrecta semper, nec vnquã sine comite, quem pinnotheren, seu pinno phylacem vocant: is est squilla parua. Paruit se pinna, luminibus orbium corpus intus minutis piscibus præbens, assultant illi protinus, & vbi licentia audacia creuit, implent eã. Hoc tempus speculatum index, morsu leui significat: illa compressit quicquid inclusit, exanimat, partemque socio tribuit. Quo magis miror, quosdam existimasse aquatilibus mulsũ ineſſe ſenſum.* Sic Plinius. Verum ad alia pergamus.

Plinius, de pinna, & squilla.

## *Benedicite omnes volucres cæli Domino.*

Cur simul pisciũ, & volucrum, Scriptura meminit.

RECtè post pisces, memorantur volucres. Nam & Moses vtriusque generis animantium creationem, narrans opus quinti diei, coniunctè tradidit. Ait enim cap. 1. Genes. *Dixit Deus, producant aqua reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli.* Cur autem Scriptura coniunctè memoret pisces, & volucres, tres causæ reddi possunt. Etenim vtrumque animal quinto die primum à Deo creatum est: & vtrumque videtur ex eadem materia, id est, ex aquis generatum. Sic enim plerique Doctores arbitrãtur: & hoc indicãt verba Mosis proximè posita. Licet eo loci Scriptura Hebraica, & paraphralis Chaldaica diuersam reddant sententiam hanc nempè: *Repere faciant aqua reptile animæ viuẽtis, & volatile volet super terrã.* Nec obscure significare videtur Moses c. 2. aues



aues ex terra esse creatas, cum ait: *Formatis Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cæli adduxit eos ad Adam.* Verum, sint aues ex terra productæ, necne, aliena est hoc loco disputatio, in primo libro commentationũ nostrorum in Genesim, à nobis diligenter explicata. Certè negari non potest, inter pisces, & aues magnam esse naturæ cognationem, & multiplicem conuenientiam, atque similitudinem. Locus piscium aqua est, auium aër: quæ duo elementa, sunt inuicem multis rebus congruentia: ambo humida, diaphana, facile mobilia, & cedentia, & inuicem paruo negotio mutabilia. Conformatio item corporis vtriusque animantis, multis modis est similis: vtrique inest leuitas, agilitas: magna est similitudo inter squamas, & pennas, inter alas, & pinnas, inter volatum, & natatum. Vtrumque animaliter suum caudã dirigit: & ab eo nauigandi artem homines didicisse creditum est. Certe Plinius libro 10. miluos scribit gubernandi artem docuisse caudæ flexibus, in cælo mõstrante natura, quid opus esset in profundo. Scitè igitur dictũ est, pisces esse aues aquatiles, & aues esse pisces aereos. Sed nũc de auibus ad superiorum verborum explanationem, nonnihil dicendum est.

Magna similitudo auiũ, & piscium.

Crebrimæ sunt in sacris literis similitudines ex auibus petitæ, & ad varias res declarandas, probandasque accommodatæ. Velut est illa Deu. 32. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Nam, vt ait Aristotel. li. 9. De historia animal. c. 32. *Alunt pullos suos aquilæ, donec potentes volandi fiant: tunc nido eos expellunt: nec sine iudicio, & examine prorsus habent, sed implumes etiamnum pullos percutientes, sublimibe cogunt aduersos intueri solis radios. Et si contuentes, nictantesque animaduerserint, præcipitant è nido velut adulterinos ac degeneres. Cuius acies forma steterit, illum educant.* In Psalmõ centesimo secundo altera legitur similitudo ex aquila ducta, *Renouabitur*, inquit, *vt aquilæ iuuentus tua*, id est, redintegrabit vires tuas Deus, ita vt robustissimæ aquilarum iuuenturi comparari possis. Vel talis Dei munere fies vigore animi, robore corporis, & agilitate, qualis est in tua iuuentute aquilã robustissimum nempè, pernicioſissimum, & violentissimum animal. Nam quod ex senectute ad iuuentam, reddat aquila, nusquam legi apud auctores probatos: nisi si cui arrideant Hebræorum fabulæ, à quibus prodirum est, aquilæ aquilam omni decennio, vsque ad centesimum annum petere ignem elementarem, & ab eo supra modum ipcalescentem, & ab eo supra modum ipcalescentem. Figmentem, deficere se in mare. Ex quo, nouis succrescentibus pẽnis, tum Heteniuenescere: proiectam verò ad centesimũ annum, idemque bregorum

Locus Deut. c. 32. de aquila

Locus Psal. 102. quomodo renouetur iuuentus aquilæ.

facere

Universidad de Deusto
Biblioteca



facere tentatã non posse iam præ senio, viribus destitutam, è mari exurgere. Nec admodum credibile videtur multis, quod narratur in Epistola, quæ inter epistolas D. Hieronymi ponitur ad Præsidium scripta, vbi sic est: *Aquila quando senuerit, grauantur illius pennæ, & oculi, tunc quærit fontem, & erigit pennas, & colligit in se calorem, & in fontem se demergit, & sic sanantur eius oculi, & ipsa redit ad iuuentutem.* Euthymius super hoc loco prædicti Psalmi, aquilis tradit solemne esse veteres pennas excutere, nouasque induere, eaque ratione quodammodo iuuenescere: quod spectasse videtur Isaias c. 40. *Qui sperant*, inquit, *in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.* Quem Esaiæ locũ explanans Hieronymus: *Crebro*, inquit, *diximus aquilarum senectutem renouescere mutatione pennarũ, & solas esse, quæ iubar solis aspiciant, pulloſq; suos, an generosi sint, hoc experimento probent. Itaque, & sanctos repueraſcere, & assumpto immortali corpore, laborem non sentire mortalium.* Complurib⁹ visum est similius verò, quod tradit Augustinus, super eo loco Psalmi scribens, aquilæ in senecta rostrum vsque eo increscere, atque incuruari, vt obstructo oris aditu, omnem capiendi cibi potusque facultatem adimat: ipsam verò rostrum ad petram vehementer allidendo frangere: excusso⁹que impedimento oris, rursus potum & cibum capientem renalescere, & quodãmodo reiuuenescere. *Tunc*, inquit Augustinus, *redit illi vigor membrorum, nitor plumarum, gubernacula pennarum, volus excelsa sicut antea: fit in ea quadam resurrectio. Nam Dauid, ad declarandam resurrectionem hominum ad immortalitatẽ, hac similitudine aquilæ vsus est. Sed aquila renouatur iuuentus ad breue tempus, non ad immortalitatem: data est enim similitudo, qualis nempè de re mortali, ad rem immortalem vtcunque significandam, non expresse demonstrandam dari potuit.* Sic Augustinus. Equidem, quod increscẽte rostro, deficiat aquilam comedendi & bibendi facultas. Lego etiam apud Aristotelem in libro 9. de historia animal. c. 32. cuius sententiam in libro 10. c. 3. his verbis reddit Plinius. *Oppetunt aquilæ non senio, nec aeritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, vt adunci tas aperire non queat.* Quod autem scriptum est apud Iob ca. 39 aquilam è remotissimis & altissimis locis, speculari prædam, ad quam scilicet rapiẽdam, maximo impetu seipsam deiiciat, declarari & illustrari potest eo, quod scripsit Plinius eodem illo loco, quem proximè posui. *Superest*, inquit, *Heliatos, est autem species aquilæ, clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, visoque in mari pisce, præceps in eum ruens, & discussis pectore aquis rapiens.*

Augustini de Aquilæ senecta iudicium.

Verum



Verum nonnullas alias similitudinum attingamus. In Canticis canticorum, vt donetur pulchritudo oculorum sponsæ, cõparantur oculi eius oculis columbarũ. *Ecce*, inquit, *tu pulchra es amica mea, oculi tui columbarum.* & infra ca. 5. enarrans sponsa pulchritudinem sponsi sui, similiter eius oculos compatat oculis columbarum. *Oculi eius*, inquit, *sicut columbæ, super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residunt iuxta fluenta plenissima.* Sed quam vim & sententiam habet ista similitudo? Nimirum significantur oculi simplices, sine fuco & dolo: nam Christus Dominus excellentiam simplicitatis præcipuè tribuit columbæ, cum dixit Matth. 10. *Estote simplices sicut columbæ*, & capite 5. eiusdem: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* An potius oculi columbini significant oculos minimè vagos & lasciuos, sed pudicos & castos? Etenim peritiorum naturalium, præcipuam quandam in columbis obseruarunt pudicitiam, & mutuam coniugum fidem. Audi quid libro 10. c. 54. de columbis scribat Plinius. *Primo*, inquit, *illis pudicitia, & neutri nota adulteria. Coniugij fidem non violant, eam mortemque seruat domum: nisi celebs, aut vidua, nidum non relinquit. Amor vtrique sobolis æqualis: sæpe & ex causa castigatio, pigrius intrante fœmina ad pullos, parturienti solatia & ministeria ex mare.* Ælianus addit præterea libro 3. c. 42. si forte impudico amore captum hoc animal, alienam veneretn persequatur, ipsum circumsederi ab aliis, marem quidem à maribus discerpi, fœminam verò à fœminis disperdi. Et hæc lex castitatis, etiam ad ruttures pertinet, & ad columbas albas: excepto quod, veramque non occidunt, sed matrem tantum perimentes, fœminæ mortem quidem remittunt, eam tamen in viduitate reliquam ætatem viuere cogunt.

Locus Cãticorum c. 4. & verò de oculis columbarum.

Pudicitia columbarum.

Sed illa super omnes memorãda, & reliquis in præsens omissis, breuiter explicanda videtur similitudo, ex triplici autium genere petita, qua Dauid in Psalmo centesimo primo vsus est illis verbis, *Similis factus sum pellicano, solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.* His tribus similitudinibus indicat Dauid similem se factum auibus soliuagis auia, desertaque loca incolentibus, nimio enim mœrore & angore animi confectum se, fugere hominum consortia, & secreta loca, mœrentibus amica quærere, gaudere tenebris, lugubri carmine delectari, & in somnes noctes præ cura & tristitia transigere. Verum, quæ auis sit pelicanus, Hebræi se nescire fatẽtur. Theodoretus & Euthymius tantum dicunt esse auem solitudine gaudentem. Arnobius scribit, eam pasci escis venenatis. Caietanus, similem esse cygno. D. Augustinus, nasci in solitudinibus, maximè in Ægypto, propter

Locus psalmi cẽtesimiprimi, de pelicano.

Quę auis sit pellicanus.

to propter Nilum fluuium: cæteta non esse curiosè inuestiganda, vt quæ sit eius auis figura, quæ membra, quæ vox, qui mores. Græcè vocatur πελεκᾶς, sic dicta, quod arbores perforet, cuius auis mentionem facit Aristoteles libro nono de historia animalium capite decimo, & eam Theodotus eius interpres plateam appellat, haud dubiè imitatus Plinium qui libro decimo, capite quadragesimo, quæ Aristoteles prædicto loco de aue tradit Latinis verbis ita reddidit. *Platea nominatur auis, aduolans ad eas, quæ se in mari mergunt, & capita illarum morsu corripiens, donec capturam exturqueat. Eadem, cum deuoratis se impleuit conchis, calore ventris collas eas euomit, atque ita esculenta legit, testas externens.* Hanc autem esse auem nominatam in hoc Psalmo à Dauide, non improbabilis coniectura capitur ex vocabulo Hebræo, *qaath*, quod in eo Psalmo positum est, petitum ex verbo Hebræo significante idem quod vomere. Neque obstat huic coniecturæ quod Aristoteles libro 4. de historia animal. capite 12. inter aues gregales numerat grues, olores, & plateas. Dauid autem, vt diximus, significat esse auem soliuagam. Etenim, auctor commentariorũ in Psalmos, qui præfert nomen Hieronymi (cuius esse illos cõmentarios, equidẽ vt in parte nõ negauerim, sic ex toto, plane abnuo) auctor inquam ille super eo Psalmo, duo facit pelicanorum genera, alterum gregatim viuens circa aquas, vescẽnsque piscibus, de quo scilicet locutus est Aristoteles, alterum, quod in solitudine versatur, pascitur que venenatis animalibus, vt serpentibus, & lacertis. Nec illud hic tacendum, vocabulõ Hæbræũ, quod Hierony. in Psalm. 101. vertit pellicanum, in 2. cap. Sophoniæ, verti ab eo onocrotalũ: cuius auis ingenium bellè describit Plinius libro 10. cap. 47. Atque prædicto loco Hieronymus duo facit onocrotalorum genera, similiter vt de pelicanis dictum est. Certè, cum Scriptura significare vult terram aliquam incultam & desertam, dicere solet, in ea habitaturos onocrotalos, vt legere licet apud Isaiam capite 34. & Sophoniam capite secundo.

Mira de pelicano ex diuo Augustino, Gregorio, & Cassiodoro,

Sed quæ de pelicanis mira narrantur, magis quòd à viris grauissimis prodita sunt, quam quod certa putem, hic breuibus prodenda duxi. Augustinus super illo Psalmo refert, à quibusdam esse traditum, pelicanum postro pullos suos occidere, sed mox lugere occisos per triduum, & seipsum sauciando, sanguinem effundere, quo superfuso, pullos reuiuiscere. Idem referens Gregorius super Psalmo 5. pœnitentiali affirmat eam esse Philosophorum opinionem. In epistola, quæ scripta est ad Præsidium, quæ nomine Hieronymi prænotata, in quarto tomo eius operum fertur, similia August. & Gregorio de Pelicano traduntur, nisi quod pullos eius, non ab ipso, sed à serpentibus occisos ab eo viuificari, dicitur. Cassiodorus super eodem Psalmo, de pelicano, nycticorace, & passere, hunc in modum scribit. *Pelicanus, auis Ægyptia est, ciconiis grauditate corporis consimilis: propterea semper macilenta, quia vt physiologi volunt, tenuis perniscera intestino, quicquid escarũ accipit, sine digestione transmittit, quo fit aut paucissimo ciborum succo refecta proprio adipem minime farciatur. Cuius duplex genus esse dicitur, vnũ in stagnis habitans, alterum in desertis locis solitariũ viuens. Nycticorax, Latinè sonat nocturnum corui genus, quem quidam bubonem, alij nocturnã esse dixerunt. Hunc sicut diei fulgor abscondit: sic aduentus noctis producit, & contra morem auium, tunc magis vigilare, & escas quærere incipit, cum se ad soporem animantia cuncta componunt. Passer, est auis parua, sed nimia sagacitate sollicita, quæ nec facile laqueis irretitur, nec per ingluuiem ventris, escarum ambitionis decipitur. Hæc propter infirmitatem suam, ne aut ipsa à prædatore capiatur, aut fœtus eius serpentinis deuorentur insidiis, inter aues vnicæ cautione munita, ad culmina domorum fastigia concurrit, vt à suspectis casibus reddatur aliena, quæ multis periculis probatur obnoxia.* Hæc Cassiodorus.

Sed decet hanc de auibus orationem concludere, velut insigni clausula, celebri phœnicis historia. Legendus est Herodotus libro secundo, Plinius libro decimo, capite secundo, Solinus capite 36. Cornelius Tacitus libro quinto animalium. Ælianus libro sexto de historia animalium, capite 57. & eam pluret alij, qui de phœnice, vt maximo auium miraculo, propè incredibilia, scriptis prodiderunt: quæ licet fabulosa nonnullis visa sint, ea tamen antiquissimi & grauissimi patres nostri, minimè reiecerunt, quin eius auis exemplo simul & argumento vsi sunt, quo fidem apud Gentiles futuræ mortuorum resurrectioni conciliarent, & astruerent. Extat non inelegans carmen de phœnice. Lactantij nomen præferens. Commemoratur etiam historia phœnicis ad persuadendam Gentilibus, hominum resurrectionem in libro 5. cõstitutionum Apostolicarũ c. 8. quod opus superiotibus annis, Franciscus Turrianus, nostræ Societatis vir pius & doctus, Latinitate à se donatum, eruditis scoliis, & cõmentariis illustrauit. D. Ambrosius in explanatione psalmi 118. super illo versiculo, *Clamani in toto corde meo, exaudi me Domine, iustificationes tuas requiram*, de phœnice ita scribit. *Phœnix, coitus ignorat corporeos, libidinis nescit illecebras, sed de suo surgit rogo, sui auis superstes, & ipsa ex sui hæres corporis, & cineris sui fœtus.* Eadem persequitur pluribus verbis in libro 5. hexameton capite 23. Sed in oratione, quã edidit in fide resurrectionis, disertissimè

De phœnice qui veterum scripserint

Franciscus Turrianus Societatis Iesu theologus.



phœnicis

phœnicis ingenium, mores, exitum, ac regenerationem, hunc in modum describit. *Auis in regione Arabia, cui nomen est phœnix, reditum suæ carnis humore reparabilis, cum mortua fuerit, re uiuiscit. Et hoc relationes crebræ, & scripturarum auctoritate cognouimus: eam autem quingentorum annorum spatia, vitali usui habere præscripta: eámque, cum sibi finem vitæ adesse præsaga quadam natura sua æstimatione cognouerit, thecam sibi de thure, & myrrha, & cæteris odoribus adornare. Completoque opere pariter, & tempore intrare illam, atque emori: ex cuius mox humore oriri vermem paulatimque eum in eius auis figuram concrescere, visum qua formari: subnixam quoque remigio pennarum, renouata vitæ officia, munere pietatis ordiri. Nam thecam illam, vel tumulum corporis, vel incunabulum resurgentis, in qua deficiens occidit, & occidens resurrexit, ex Æthiopia in Lycaoniam vehi, atque ita resurrectione auis huius locorum incolæ, completum quingentorum annorum tempus intelligunt.*

Descriptio phœnicis ex D. Ambrosio.

*Ergo ista auis quingentesimus resurrectionis annus est, nobis millesimus: ille in seculo, nobis in consummatione mundi. Plerique etiam opinantur, quod auis hæc regum sibi ipsa succedat, & rursus de sanguinibus suis, & cineribus renascatur.* Hactenus Ambrosij sunt, quæ commemorata fuerunt. Ponam etiam hic verba Tertulliani, vt scriptoris vetustissimi. Is, libro quem scripsit de resurrectione carnis, sic ait, *Accipe plenissimum atque firmissimum huius nostræ spei specimen. Siquidem animales estis res, & vitæ obnoxiæ & mortis, illum dico alitem Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstratum: qui semetipsum libenter funerans renouat, natali fine decedens, atque succedens, iterum phœnix. Vbi iam nemo, iterum ipse, qui non iam, alius idem. Quid expressius atque signatius in hanc causam, aut cui alij tale documentum. Deus enim in Scripturis suis, & florebis, inquit, velut phœnix, id est, de morte, de funere. Vt credas, de ignibus quoque substantiam corporis exiri posse. Multis passeribus antestare vos Dominus promittit: si non & phœnicibus, nihil magnum. Sed homines semel interibunt, auibus, Arabiæ de sua resurrectione securis,* Hæc Tertullianus. In eius prædictis verbis, illud obseruare velim lectorem: cum vox Græca φοῖνιξ ambiguę significationis sit (nam & palmam arborem significat, & hanc auem, etiam Latinis dictam phœnicem) quod scriptum est in Psal. 91. *Iustus vt palma florebit*, Tertullianum de aue phœnice interpretatum esse, cum tamen de palma fere intelligatur. Et rectius sanè. Nam Dauidem eo loci non de aue, sed de arbore loqui, contextum verborum eius consideranti, manifestum fit: ait enim. *Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur, plantati in domo Domini.* Et vox Hebræa, thamar, quæ eo loco ponitur, nusquā in Scriptu-

Tertullianus.

Matth. 6.

Locus Psalmi 91. excutitur.



in Scriptura significat auem, sed vbique arborem palmæ. Tertullianus igitur ambiguitate Græcæ vocis abusus, non rectè locum illum Dauidis, de aue phœnice interpretatus est.

## *Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino.*

HOc pertinet ad terrestres animantes: quarum, quæ grandiores, perfectioresque sunt, præsertim autem, quæ vsibus hominum maximè inseruiunt, vocabulis bestiarū, & pecorum hic significantur. Sed terrestrium animalium duo sunt genera, quædam sunt corpore magna viribus, robusta, sensibusq; perfecta, vt equus, leo, elephas: alia parua, infirma, & imperfecta, vt apis, culex, formica. In vtro autem genere spectabilius sit naturæ artificiū, plusque extent atque illustriora Dei potentiæ, ac sapientiæ argumenta, difficile iudicij est. Nec mihi sanè liquet, miratine debeam magis dentes apri, an tineę, alas gryphis, an cynipbis, caput equi, an locustæ, crura elephanti, an culicis, aquilam, an formicam, leonem, an pulicem, tigrem, an testudinem. Nisi quod maiorum animalium vberior, & ampliot materia, ideoque tractabilior, & naturæ facultati obsequentior, minus naturæ vim, & artem facit admirabilem. At in minutis animalibus quorum exilitas cerni vix potest, tam subtilis, & artificiosa singulorum membrorū figuratio, cunctarumque partium corporis tam apta digestio, atque omnium sensuum tam exquisita distinctio & perfectio, quo inextricabilior, eo mirabilior contemplantibus accidit. Nam, vt de vno culice dicam, & sunt alia dictu minora, vbi tot sensus in culice natura collocauit? vbi visum prætendit? vbi gustatum applicauit? vbi odoratum inseruit? vbi truculentam illam, & portione corporis maximam vocem ingenerauit? qua subtilitate pennas annexuit? prælongauit pedum crura? dispositi teiunam cauam vti aluum auidam sanguinis, & potillonum humani, sitim accendit? telum verò per fodiendo tergoti quo spiculauit ingenio, atque ita reciproca geminauit arte, vt fodiendo acuminatum pariter, forbiendoque fistulosum esset? Quos teredini ad perforanda robora, cum sono teste dentes affixit, potissimumque è ligno cibatusecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros, taurorumque colla, & truces insublime ictus, tigrium rapinas, leonum iubas, cum rerum natura nusquam magis quàm in minimis mira sit. Salomon quoque in libro proverbiorum, capite trigesimo hoc genus minimorum animaliū imprimis miratur. *Quatuor*, inquit, *sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus, formica, populus infirmus, qui præparat in messe cibum*

Vtrū in parvis animantibus, magius naturæ artificium appareat, quam in magnis.

Plinianā descriptio culicis lib. 11. cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*sibi è lapusculis plebs imalida, qui colloeat in petra cubile summo regem locusta non habet, egredientur vniuersa per turmas suas, sed lia manibus inseritur, & moratur in aedibus regis.* In capite autem sexto eiusdem libri: *Vade, ait, ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.* Sane contemplatio formicarum, ingētem facit admirabilitatem. Si quis enim comparet onera corporibus earum, haud dubiè fateatur nullis, portione, vires esse maiores, gerunt onera morsu, & maiora, postremis pedibus auertisse moliuntur, hugeris obnixæ. Ethis ira quoque reipublicæ ratio, & memoria, & cura. Semina arrosa condunt, ne sursum in fruges exeant é terra: maiora, ad introitum diuidunt, madefactainbre, ne putrescant, proferunt, atque siccant: operantur & noctu plena luna, cessant interlunio. Iam in opere, qui labor, quæ sedulitas. Et quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Quæ tunc earum concursatio, quam diligens cum obuiis velut quædam collocutio, atque percontatio. Silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacunque alliduitas. Denique sepeliuntur inter se viuentium solæ, præter hominem.

Locus ex Proueth. cap. 6. de formicis, illustratus verbis Plinii li. 11. ca. 30.

Sed quia in hoc hymno, maiorum duntaxt animantium mentio facta est, quàm multis rebus hoc genus animalium, diuini numinis potestatem, & prouidentiam declaret, eamque mortales agnoscere, admirari, & prædicare cogat, vnius elephanti, cæteris animalium corpore maximi, robore valentissimi, sensibus perfectissimi, moribus placidissimi, docilitate sagacissimi, denique duratione vitæ cissimi, exemplo demonstrabimus. Huius animalis amplitudo corporis, robur, docilitas, & sagacitas, & mansuetudo describitur apud Iob. capite quadragesimo, verbis quidem translatis, sed grauissimis, & magnificentissimis. Et magnitudo quidem corporis tripliciter significatur. Primum ipso nomine, quo eum appellat, dicens, *Ecce Behemoth.* Nam behema, significat bestiam, behemoth autem numero multitudinis significat bestias, & ita nominauit elephantum, quod propter vastitatem corporis instar multarum bestiarum, esse videretur, quasi vnus ipse complurium bestiarum simul moles corporum, sit complexus. Deinde, hoc ipsum indicat ex magnitudine caudæ eius, inquit, *Stringit caudam quasi cedrum*, id est, tantam habet caudam, talemque, vt eam stringendo, seu intendendo erigit, referat similitudinem cedri arboris in sublime, & directo

Descriptio.

Locus Iobe. 40. de behemoth, id est, de elephanto, sub tertia etate.

Magnitudo elephanti.



directo elatissimæ. Pro verbo, *Stringit*, Hebræum verbum proprie significat, celeriter mouere, seu agitare. Et reddit hanc sententiam, cauda elephanti huiusmodi est, vt cum ab eo flectitur, & circumagitur similis videatur cedro à ventis agitatæ. Nec tamen in tanta cauda, præsidium ei est, muscarum tædio, quibus maximè infestatur, abigendo, sed cum extentus cā cellata cute recipit earum examina, repentè arctatis in rugas cancellis, comprehensas muscas enecat. Verum, quia elephanti cauda, proportione tanti corporis non videtur insignis esse proceritatis, propterea quidam existimarunt, Iob eo loco non loqui de cauda elephanti, sed de membro genitali enormiter magno: nam mox subdit, *Nerui testiculorum eius perplexi sunt.* Sanè apud veteres Latinos scriptores, vocabulum caudæ, pro virili membro non semel positum, legimus. Ad hæc elephantis magnitudo, copia potus eius declaratur cum subditur, *Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influant Iordanis in os eius*, id est, tantum bibit vt videatur sibi fluuium etiam Iordanem perennibus aquis abundantem, totum exhaurire, & exorbere posse. Et est oratio hyperbolica, qua significatur eum propter ingentem corporis amplitudinem, largissimè bibere. Pro illo, *& non mirabitur*, Hebraice ad verbum est, *& non festinabit seu no accelerabit*, id est, in tantum exhauriet fluuium, vt is bibente elephanto, non festinet cursum suū, sed potius quasi eius haustu retardatus, tantisper impetum cursus sistat, dum ille bibit. Putant quidam ad idem ostendendum pertinere verba illa, *Sub umbra dormit, in secreto calami, & in locis humentibus. Protegunt umbra umbram eius, circumdabunt eum salices torrentis*, existimantes hic subaudiendam esse interrogationem, num, vel nūquid, vt hæc sit perfecta oratio, *Nunquid sub arboribus tatet, & sub salicibus*, quasi dicat, tantæ est magnitudinis: vt eum arbores sua umbra tegere non possint, & sub earum umbra delitescere queat, vt cæteræ animantes, nec salices, quæ in torrentibus nasci solent, possunt eum circumquaque tegere. Sed probabilius est, his verbis significari elephantum sæpè versari in locis palustribus & aquosis, sicut docet Aristoteles libro nono de historia animalium, capite quadragesimo sexto. *Amat*, inquit, *elephantus amnes, & quanquam non est animal fluuiatile, tamen riparium dies potest. Incedit etiam per aquam, & eat eius mergitur, quatenus eius promuscis superat; reflat enim per eam, & spiritum accipit, redditque, sed non satis natare pondere sui corporis potest.* Quod supra dictum est de copia potus elephanti, confirmari potest ex eo, quod scribit Aristoteles libro octauo de historia animalium, capite nono, elephantum vno pa-

Copia potus elephanti.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sfu, modios Macedonicos nouem, edere[ posse: sex autem vel septem edere modios, in viu frequenti ei esse. Amphoras aquæ, mensuræ Macedonicæ quatuordecim vno potu hausisse, & rursus à meridie eiusdem diei, octo, compertum esse. Aliud præterea proceritatis elephanti argumentum, ducitur ex dentium eius magnitudine, quos scribit Plinius libro octauo, capite decimo in extremis Africæ, qua confinis Æthiopiæ est, positum vicem in domiciliis præbere, sepesque tum circum ipsa domicilia, tum in pecorum stabulis, pro palis, elephantorum dentibus fieri, Polybium tradere, auctore Glussa regulo. Non prætermittam hic ponere, quòd ad illustrandum hunc locum valeant, verba Iuli Scaligeri, tam vbertate ingenij, & orationis elegantia, quàm eruditionis varietate ac subtilitate, hoc seculo insignis & memorabilis viri. Sic enim ille in eo opere, quod aduersus Cardanum edidit, titulo exercitationis prænotatum, sic inquam, in exercitatione. 204. vbi agit de elephantis, scriptum reliquit. *Vidi ego vnum dentem, me longe proceriorem. Itaque Aloysius Mutius, octonum pedum agnoscis longitudinē. Eorum quoque molē è pondere deprehendas. In Indicis historiis scriptum est, duos elephanti dentes, pependisse pondo trecenta & viginti quinque. Ex eius item animantis vestigio, cæteri corporis vastitatem coniectare licet, observatum enim est, eius lineam dimetientem, esse palmorum trium & pollicis quanta latitudo tergi: in maximo equo rara est, aut nulla. Igitur septuadenum pedum extedere proceritatem, legimus apud eosdem nauigatores. Notum est ex auctorum fide, Indicas esse maiores Africis: at iis qui in insula Madegasca oriuntur cedunt Indi.* Hæc Scaliger.

Magnitudo dentium elephanti.

Iulius Scaliger laudatur.

Verum quid est illud, quod apud Iob eodem loco dicitur, *Quem fecit secum.* Hoc nempe significat quem pariter atque te creauit; nam vt hominem, sic elephantem ego condidi. Vel quem eodem die sexto creauit, quo die etiam hominem fecit cunctas enim animantes terrestres, & hominem, creauit Deus die sexto. Vel quem feci, vt habitaret secum. Nam, & si propter corporis molem, & robur, terrificum animal videatur, fecit tamen cum ingenio placido, vt facile curari, & hominis obsequi, atque interdum condiscat. Vel, quem feci secum, id est, proximum, & similium tibi. Omnium enim animantium, similimus hominis est elephantus, nempe ingenij docilitate, sagacitate, memoria, naturali quodam intellectu humani sermonis, & morum etiam sensu quondā humani amoris, gloriæ, ac voluptatis, egregia item, & quæ in hominibus rara est, erga suos nutritios, & rectores, fide, & beneuolentia. Vt non immerito scribat Aristoteles libro nono, de historia animalium, capite quadragesimo sexto, elephantem plurimum valere sensu,



sensu, cæteris[que animantibus sagacitate ingenij antecellere: ideoque permulta humanæ vitæ, & consuetudinis officia doceri, atque intelligere. Nam, & regem adorare condiscit, genua submittendo, & coronas porrigendo. Et vt scribit Plinius in exordio libri octaui, alienæ religionis intellectum non caret, quippe, transiturus maria, creditur non ante nauem conscendere, quam inuitatus rectoris iureiurando de reditu. Obseruatum est vnum tardioris ingenij in accipiendis, quæ tradebantur, sæpius castigatum verberibus, eadem in illa meditati noctu solitum. Mutianus ter consul, auctor est, se vidente Puteolis, cum aducti, è naui egredi cogerētur, territos spacio pontis procul à continente portecti, vt sese longinquitatis æstimatione fallerent, auersos retrorsus isse. Agminatim transituri fluuios, pullos suos super dentium eminentias gestant, promuscide, tanquam vinculi ipsos complexi: minores etiam antegredi cogunt, subsequentibus maioribus, vt aduersus insequentes terga hostes, extremum firmius, & valentius sit, simul etiam experiendi vadi causa, transeuntibus enim minoribus, facilem quoque maioribus fore transitum apparet. Si autem præirent maiores, forsasse qua illi transeunt, minoribus sine exitio transire non liceret. Adhice, ne maiorum ingressu attretente alueum, crescat gurgitis altitudo, fiatque impetuus, vel exitialis transitus minoribus. Mira sunt, ac penè incredibilia, quæ de eorum fide, & beneuolentia erga suos nutritios, & rectores memoriæ prodidit Ælianus libro tertio capite quadragesimo quarto, & libro septimo capite trigesimo secundo, quorum ego, ne longior sim, commemoratio ne supersedeo.

Elephantus quibus rebus homini simillimus sit.

Quantum porro sit robur, quantæ vires elephanti, significat illo ipso Iob loco Scripturæ, cum inquit: *Ossa eius velut fistulæ æris, cartilago illius, quasi lamina ferrea, fortitudo eius in lumbis eius.* Tantum enim robur inest in dorso, & oribus elephanti (hoc enim per renes intelligere hic oportet: nam, & aquila ibi vertit ὀσφῦς, id est, tergus, seu dorsum: Symmachus trāstulit ἰξιγῶν, id est, coxendices) vt maximas turres cōfertas armatis hominibus in bello gestent. *Domiti*, inquit Plinius, *militant, & turres armorum in hostes ferunt, magnāque ex parte Orientis bella conficiunt, prosternunt acies, proterunt armatos.* Et Philostratus lib. 2. cap. 6. *Pugnant*, inquit, *elephantes onusti turribus, quibus decem, aut etiam quindecim armati homines superstant, qui ex turribus tanquam propugnaculis, in hostes iaculantur, aut arcu sagittas torquēt.* Sed maiora de illis memorat hi Locutpri storia priori libri Machabæorum cap. 6. narrans, in exercitu regis Antiochi, fuisse duos, & triginta elephantos in bello Macha-

Robur elephāti.

horum c. 6 de elephantis,

exercitatos, & super singulis ligneas turres firmissimas: & in iis ingentes machinas bellicas, atque in singulis triginta duos fortes viros desuper pugnantes, præter elephanti magistrum, seu rectorem. Illud quoque mirum, quod narrat Ælianus lib. 18. c. 18. Indorum regem belligerantem cum hostibus habere solitum in exercitu, maximorum, & robustissimorum elephantum trita millia, quorum incursu, hostium muros quateret, atque subuerteret. Et hoc audisse se Ctesias scribit. Illud autem Babylone vidisse se affirmat, palmas ab elephantis, rectore ipsorum iubente violentissimo impetu extirpatas. Aristoteles quidem certe libro 9. de historia animalium scribit, euerti ædificia ab elephantis, magnos dentes admouendo: palmas autem fronte eos impellere, & declinare, cum pedibus conculcando prosternere in terram. Hoc tamen tam ingens, tam robustum, & validum animal, minimo suis stridore, siue grunnitu terretur, & in tantum odit, & aduersatur murem, vt si pabulum in præsepio positum, attingi ab eo viderit, omnino fastidiat. Cruciatum in potu maximum sentit, hausta hirundine, quæ ipse animæ canali affixa, intolleranda eum tot quot dolore.

Magnitudo, & docilitas elephantis.

Cæterum, quam sit elephantus mansuetum animal, & ad capescendū hominis imperiū, obsequiumque præstandē flexibile, multis exēplis, & argumentis grauissimis auctores confirmārūt, Aristot. l. 9. de historia anima. c. 46. elephū esse cēsetomniū animaliū mirissimum, atque placidissimum, ob idq; nobilissimū, & multorum humanæ cōuersationis, ac disciplinæ officiorū capacissimū. *Elephas*, inquit Plin. 8. c. lib. 8. *homine obuia fortè in solitudine, & simpliciter oberrante, clementer placidèque etiam demonstrare viam traditur. Quod eo mirabilius existere debet, quod insidias hominis maximè formidet. Vestigio enim tacto nec animaduerso prius, quam homine, aut remisit insidiarum metu, subsistitque ab odoratu, circumspectans, tras præstans, nec ausus gressum, sed rursum proximo tradens: ille sequenti, pauciq; similis, usque ad extremum. Et tunc agmen circumagitur, & acies dirigitur: adeò omnium odori datur vitam illud. Sed unde illi notitia hominis antea minimè visi? vide tam sæuam, & audenti bestiæ metus hominis? Cur enim vel ipsos conspectu pauet, tanto corporis magnitudine, velocitate, præstantiæ?* In eandem sententiam Philostratus lib. 2. ca. 5. hæc scribit: *Elephas maximè omnium ferarum docilis est, & vbi semel hominis imperio subiectus est, omnia præbet ei obsequia, & ab eo capit morum similitudinem, gaudetque non secus, ac pueri canes, ex manu eius cibum capere, lenitemque, suis promuscidis complectitur, quin etiam caput intra sua fauces immittere hominem patitur, tandiu aperto rictu, hiantesque ore permanet,*



*manes, quoad homini libitum fuerit.* Atque hoc ipsum indicant sacra Scriptura, eo loco Iob, quem nunc tractamus, cum de elephanto dixit: *Fœnum quasi bos comedit, & infrà: Huic montes herbas ferunt: omnes bestiæ agri ludent ibi.* Quibus verbis significat: licet elephas tantæ sit molis, atque roboris, tantoque egeat pastu: quia tamen non est animal carnivorum, nec ex præda cæterorum animalium victum sibi comparat, sed simplicissimo vtitur cibatu, herbis nempe fructibusque, cæterisque sponte nascentibus è terra vescens, in modum manueti, & domestici bouis, idcirco non esse incidiosum, aut metuendum aliis animalibus, quæ non modo non eum metuunt, sed etiam iuxta ipsum, soluta omni metu incaute, secure versantur, & lustrant. Addit Plinius libro octauo capite septimo, tantam esse eius animalis clementiam, aduersus minus valida: vt in grege pecudum occurrentia, manu demoueat, ne quod opterat imprudens, nec nisi facillimum nocear. Ideoque gregatim semper ambulat, minimè ex omnibus solitudinis. Et qui de elephantis scribunt, nedum hominis imperium experti, facillimè tamen cicurantur, nimirum capti hautto hordei succo, celerrime mirificantur. Pergit deinceps eo loco Scriptura ostendere, quàm facilè hoc animal subiiciatur imperio hominis, & ab eo quoquo modo velit, regatur, dicens: *In oculis eius quasi homo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius.* Quæ verba hanc sententiam continent. Etsi elephas, maxima est corporis procerritate, & robore, facillimè tamen se domari, & in seruitutem hominis redigi patitur, præsertim oculis naribusque percussus. Venatores enim elephanti quem capere volunt, in foueam ad id paratam delapsi, oculos maximè, ac nares, vt cæteris partibus tenuiores, ob idque feriri, & dolore affici promptiores, percutiunt. Sed superueniente alio, iam aduersus percussores elephanti simulante, prohibentreque, ne amplius eum feriant, quin etiam cibum ei gratissimum hordei porrigente, statim is mansuefecit, & se illi, vt liberatori, & benefactori suo, in seruitutem libenter tradit, sessoremque, & rectorem sui, libentissimè patitur. Narrat Philostratus libro secundo, capite quinto Apollonio, iuxta Indum fluuium, occurrisse puerum annos non plus tredecim natum, qui elephanto insidens summa omnium spectantium admiratione, acriter simulia tantam belluam vrgebat, baculo ipsum quocunque vellet dirigens, & agitans.

Ad ea, quæ de elephanto tam eximia sunt commemorata, Longeui adiungi potest singularis eius longeuitas. Hunc enim viuacissimū esse omniū animaliū affirmat Aristoteles, & refert tradi phanti-

Universidad de Deusto
Biblioteca



à multis, cum adducentos, & trecentos annos vitam protogas-
re. Mirum est, quod narrat Philostratus libr. 2. capi. 6. vnum
quendam de iis elephantis, qui pro rege Indorũ Poro, aduersus
Alexandrum in bello propugnauerat, post annos ab eo prælio
quinquaginta, & trecentos, fuisse inuentum: & ab eo cogni-
tum argumento, quod has literas dentibus insculptas gereret:
ALEXANDER IOVIS FILIVS AIACEM SOLI
Illum enim, propter egregiam fidem, quam regi præstiterat,
pro eo strenue fortiterque pugnans, Alexander nominauerat
Aiacem, eumque Soli dicauerat. Iuba rex Libyæ, scripto pro-
didit, Libycos equites elephantes insidentes, aliquando pug-
nasse inter se: & fuisse alteri elephantorum parti, turrim den-
tibus insculptam, alteri vero nihil: & illos quidem, qui turrim
dentibus configuratam gerebant victos, in Atlantem montem
confugisse: se autem annis post id temporis quadringentis,
vnum ex iis, qui fugerant, cepisse, & insigne turris dentibus
eius impressum inuenisse, quali nuper fabricatum, nullaque ex
parte consumptum. Cum igitur tam multa sint in elephan-
te eximia, & singularia, quibus ille aliis animalibus longè præ-
stat, merito diuina scriptura illo ipso loco Iob dixit: *Ipse est*
*principium viarum Dei, qui fecit eum*: id est, inter animalia, quæ
vocat vias Dei, hoc est, opera Dei, elephantus est initium, id
est, primus, vel ipse primatum, & principatum tener, liquidem
magnitudine, robore, docilitate, mansuetudine, ac longeuita-
te, cæteris omnibus animantibus longè præcellit, atque ob
eam causam, ipse est potentiæ, ac sapientiæ Dei, naturas ani-
malium contemplantibus, principale testimonium, ac præci-
puum argumentum.

Elephas reliquis præcellit animãtibus.

## *Benedicite filij hominum Domino.*

Deum quomodo homines potius laudare possunt, quã reliquæ omnes res.

ALiæ res in hoc hymno hactenus commemoratæ, vna so-
lum ratione Deum benedicere, seu laudare possunt,
quod nimirum ipsarum naturas vires operationes,
effectusque seruantibus, vberem laudandi Deum, earum
omnium conditoris atque rectoris materiam suppeditant. At
homo non hac tantum ratione, sed alio præterea sublimiori
& excellentiori modo Deum benedicere potest. Solus quippe
rerum omnium corporatarum Deum cognoscere, admirari,
amare, mente pariter ac ore laudare, pio cultu venerari, debi-
tis obsequiis eius voluntati obedire, præclarisque factis ac meri-
tis, beatissimum eius conspectum, quo summum hominis bo-
num continetur, promereri potest. Atque eo ipso quod ha-
bet homo commune cum aliis rebus corporeis, eas omnes lon-
gè superat.



gè superat. Aliis namque rebus, solos angelos excipio, vnum
duntaxat genus bonorum, quæ naturalia bona appellare licet
Deus impertiit: homine vero quinque bonorũ generibus in-
struxit, ornauit, & ad summũ honoris & gloriæ fastigiũ extulit.
Principio sunt in homine bona naturalia, ea dico bona quæ ad
humanæ naturæ integritatẽ, conseruationẽ, decorẽ, perfectio-
nem, & naturalẽ quandam hominis fœlicitatem pertinent: quę
tanto præstantiora sunt naturalibus bonis aliarum rerum ra-
tione carentium, quantò rationalis natura, præstat rationis ex
pertẽ. Sunt deinde bona quædã propria hominis, sed humana:
scilicet, quæ hominum soleria, studio, & industria comparan-
tur: vti sunt virtutes morales, omnesque scientiæ, tam specu-
latiuæ, quam practicæ, & item artes ac mira hominum inuen
ta, & opera, in tertio genere bonorum, locãda censeo, quę Theo
logi supernaturalia, & diuinitus infusa nominarunt, singula-
ri Dei munere homini supra naturalem eius facultatem gra-
tuito donata. Cuius generis numerantur, fides, spes, caritas,
omnesque virtutes à Deo infusæ: denique ea, quibus consequi-
mur, remissionem peccatorum, iustique, & sancti efficimur,
nec modo amici, sed etiam Filij Dei nominamur, & sumus. Ad
quartũ genus bonorũ pertinent cælestia & diuina bona, in cæ
lis à Deo, diligentibus ipsum præparata, quæ nec oculus vidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Ad quintũ
genus bonorum, equidem reliqua donum illud Dei, omnium
bonorum, quæ diuinitus possunt hominibus dari, longè maxi-
mum: illud dico donum, immensi amoris Dei erga homines
clarissimum testimonium, quo Deus miserrimum hominis sta
tum miseratus, de cælo misit in terras filiũ suum humana in-
dutum carne: eumque voluit, quò immortalem perdito homi
ni salutem, & dignitatem restitueret, post multos, durosque to
leratos labores, in finem, acerbissimam crucis mortem opete
re, ipseque filius suam personalem subsistentiam, quo munere
nihil maius, aut æquè magnum à Deo dari potest homini cum
natura humana à se assumpta communicare voluit: vt per-
sona Verbi, quæ fuerat ex æternitate subsistens in natura diui-
na, ex tempore subsisteret etiam in natura humana, tanta dua-
tum naturarum, diuinæ & humanæ, in vna Verbi persona con
iunctione, vt idem esset verus Deus, & verus homo: vt quæ
propria Dei sunt, verè attribuerentur homini, & quæ homi-
nis sunt, licet ab ipsa Deitate sint per se remotissima, verè ta-
men de Deo dicerentur.

Quinq; genera bonorũ, hominĩ à Deo data & primũ naturalia

Bona acquisita.

Bona supernaturalia.

Bona æterna.

Bonorũ omnium maximũ Dei incarnatio & passio.

Huius doni diuini magnitudinem, ipse filius Dei, in eo ser-
mone quem habuit cum Nicodemo, his paucis verbis com-
mendare, & exaggerare voluit, *Sic Deus dilexit mundum: vt fi-*

Idioma-tum co-

Universidad de Deusto
Biblioteca



municatio, Locus Ioannis cap. 3

Donum aliquod octo orationibus pluris æstimatur.

*lium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat sed habeat vitam æternam.* Creuit sane apud homines doni alicuius æstimatio, his octo modis. Itenim, pluris tanto sit apud homines, quod aliquibi datur, quanto vel donum ipsum per se maius est, vel dantis carius & præciosius est, vel minori eius emolumento datur, vel datur maiori amoris significatione, vel quanto maior est, qui dat, nobilitate, sapientia, diuitiis, potentia, vel quanto minus debet ei, cui dat, vel quanto indigniori dat, vel denique quanto, quod datur, acipienti optabilius, vtilius, aut gloriosius accidit. Hæc omnia in eo Dei dono quod diximus, vsquequaque perfecta licet inuenire. Dedit autem homini Deus filium suum, vt particeps humanæ naturæ factus, frater noster esset: videlicet, quo Deus similitudine naturæ humanæ assumpta, amabilior fieret homini, & homo iure cognationis cum Deo contractæ, fidentior ac fidelior esset Deo. Dedit etiam nobis filium suum, vt magister noster esset cælestis doctrinæ, exemplar perfectæ vitæ, imperator spiritualis militiæ, index & dux, rectæ, atque compendiariæ viæ, quæ ducit ad cælum, alimentum immortalitatis, pretium nostræ redemptionis, hostia diuinæ placationis, mediator & pacificator Dei & hominum: cuius ex mortuis resurrectio, & ascensus in cælum, argumentum & specimen esset futuræ resurrectionis, & ascensionis in cælum, homini à Deo promissæ. Denique, vt quia verbum caro factum est, homo, qui carne & spiritu constat, eo coram cernendo fruendoque, consummata corporis patiter, atque animi felicitate potiretur.

Tot igitur tantorumque bonorum, quæ Deus partim, hominiam dederat, partim suo tempore daturus erat, consideratione, æstimationeque stupefactus David, tenere se non potuit, quin Psalmo octauo exclamaret: *Domine, quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.* Prædicat in eo Psalmo Dauid magnificentiam Dei, quæ mirabiliter splendet, cum in aliis rebus ab ipso creatis, tum maximè in homine, quem Deus præ cæteris honore & gloria decorauit, omniumque rerum corporalium principem constituit. Quoniam autem Christus Dominus non modò verus homo fuit, sed fuit etiam omnium hominum caput & rex, super omnes homines tam naturalibus, quàm supernaturalibus bonis à Deo cumulatus: hinc necessariò efficitur, vt quæ in hoc Psalmo de hominis dignitate & gloria in commune dicuntur, ea multo verius & excellentius Christo, quàm vlli aliorum hominum conueniant. Quo licet

Locus Psalmi octaui la te explicatus.



licet intelligere, restissimè Saluatorem nostrum, Psalmo huius illum versiculum, vt refert Matth. capite 21. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem*, velut ad se pertinentem, commemorasse. Paulum etiam in prioris epistolæ ad Corinthios cap. 15 illam sententiam Dauidis, *Omnia subiecisti sub pedibus eius*, & item illa verba, *Minuisti eum paulo minus ab angelis, &c.* in 2. cap. epistolæ ad Heb. vetissimè de Christo esse interpretatum. Nos tamen in præsens, verba Dauidis, de hominis in vniuersum dignitate explanabimus.

Quomodo homo ab angelis paulum differat.

Sed quomodo intelligendum est, hominem esse diminutum paulo minus ab angelis? Pro illo, *paulo minus*, Græcè est, *liga chyti*, quod Latinè sonat, breue quid, vel parum quid, relerti enim potest ad paruitatem, vel temporis, vel ipsius rei. Et ad paruitatem quidem temporis, videntur retulisse D. Thomas, in explanatione eorum verborum, affirmans hominem minorè esse angelo dupliciter: mente quidem, quia verum intelligit ex discursu, angelo simplici intuitu omnia intelligente, corpore autem, quod angelus omnino est incorruptibilis, homo verò, propter corpus est mortalis. Sed vtraque hæc differentia ad parum tempus durat. Namque post hanc vitam & felicissimam hominum resurrectionem, nō solum omnia cognoscet homo sine discursu, sed etiam ipso corpore, dono incorruptionis affecto, in totum erit immortalis. Græci interpretes, & multi de Latinis, referunt ad corpus hominis: dicunt enim hominem animo, qui rationis & intelligentiæ capax est, parem esse angelis, minorem autem propter corpus, cui consociatus est & eo nexus animus: corpus autem paruum quid & flimari debet comparatione animi. Mihi sanè illa quoque placet interpretatio: si spectetur in homine & angelo vtriusque natura, & bona naturalia, proculdubio minor angelis est homo: si in autem spectetur gratia, & dona gratuita atque supernaturalia, nō est homo minor angelo. Siquidem vt sint multi homines beati, inferiores angelis: multi tamen sunt illis pares: quidam etiam omnibus illis superiores: id quod de Christo Domino, & sanctissima eius Matre dubitari non potest: nullus autem angelorū est, qui cunctis hominibus beatis antecellat. Quoniam autem natura exiguū quid est, si cum diuina gratia, & cælesti gloria compareatur: propterea vere dictum est hominē paulo minorem esse angelis. Sed quis est homo & gloria, qua Deus hominem coronauit? Declaratur hoc in capite 17. Ecclesiast. *Deus inquit, creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & secundum se vestiuit eum virtute: dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram. Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium: consilium*

Locus libri Ecclesiastici cap. 17.

&

Universidad de Deusto
Biblioteca



Duabus in rebus posita est naturalis hominis dignitas atque gloria.

*& linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illi excogitãdi, & disciplina intellectus replenit illum. Creauit illi scientiam spiritus, sapientia implent cor illius.* His verbis duæ res significatur, quibus singularis hominis dignitas & gloria maximè continetur. Altera est, quod homo sit ad imaginem Dei factus: altera verò, quod imperium ei datum sit in omnes animantes. Vtrumque Moses eadem oratione cõplexus est, cũ in exordio lib. Geneseos Deũ inducit ita loquentem, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis universæque terræ, omnig, reptili quod movetur in terra.* Dei porro imago, in hominis animo potissimum expressa est, & in eo præcipuè posita, quod vt Deus, sic animus noster sit incorporeus & immortalis, potensque intelligendi omnia, & libero pollens arbitrio, eiusdemque capax felicitatis, qua Deus ipse beatus est. Ex quo fit, vt homo cunctarum animantium, iure optimo Dominus, & quasi rex constitutus sit. Et hãc fortasse regalẽ dignitatẽ, vt significaret Dauid, vti voluit verbo coronandi, dicens, *Gloria & honore coronasti eum.* Siquidem corona, regium est insigne. Quanquam verbum coronandi, secundum phrasim Hebraicam, plerumque in Scriptura significat, vndique ad similitudinem coronæ circundare aliquem, vel vndique circumtegendo eum, & à malis omnibus seruando, vel omni ex parte eum bonis replendo, & cumulando. Prioris exemplum habes in Psalm. quinto. *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos*, id est, tua bona voluntate, vt fortissimo scuto nos vndique protexisti, ab omnibus incommodis & malis seruando. Posterioris vero exemplum est in Psalm. 102. *Qui coronat te in misericordia & miserationibus*, id est, qui te sua benignitate circumdat, bonorum suorum copia, omni ex parte animum tuum replens, & cumulans. Vnde subditur: *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Similiter igitur hoc loco, illud, *Gloria & honore coronasti eum*, forte significat, hominem non aliquatenus, vel mediocriter, sed vsquequaque, & eximiè, & gloria & honore fuisse à Deo ornatum atque cumulatum.

Quid sæpè in Scriptura significet verbũ coronare.

Quomodo cælũ, & sit, & non sit subiectũ homini

Iam verò, quod sequitur, *Et constituisti eum super opera manuum tuarum*, indicat, præter angelos, quibus dictum est minorem esse hominem, cæteris omnibus præsidere, ac dominari hominem. Sanè, cælum ipsum non est ita subiectum potestati & imperio hominis, vt possit eo vti pro arbitrio suo, quale scilicet imperium habet in animantes: de quo imperio intelligendum est quod subiectum: *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Quapropter mox id confirmat Dauid, animantium dũtaxat exemplo. At enim, licet hac ratione cælum non sit homini subiectũ, duplici tamen alia ratione subiacet homini. Tum, quod cum cælum



cælum per se sit inanimum, nedum ratione carens, rationali natura multo inferius atque ignobilius esse necesse est: tum etiã, quod cælos omnes, & astra fecit Deus, in vsum & commoditatem hominis, eiusque ministerio, & seruitio addixit. Quod certè conceptis verbis testificatus est Moses, cum in 4 c. Deute. ea ratione probat astra non esse hominibus adoranda, quod ea Deus creauerit in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cælo sunt. Cum igitur homo tam multis, & præclaris à Deo muneribus donatus fuerit, ne ingratissimus sit tantorum bonorum largitori, decet profectò, vt Deum quanto maximo potest studio, ac religione colat ac veneretur, eiusq, iussa diligẽter exequatur, nec vllo tẽpore laudes ipsius, ore pariter, ac mente predicare intermittat. Ad quod laudationis officiũ, tres illi iuuenes nos inuitarũt, dicentes: *Benedicite filij hominum Domino.*

## *Benedicat Israel Dominum, laudet & superexaltet eum in secula.*

Quoplus quisque diuinis est beneficiis cumulatus, eò adgratiarum actiones & laudes magis tenetur.

AEquum profectò est, vt quo pluribus quisque, ac maioribus à Deo beneficiis auctus & ornatus est, hoc sit Dei colendi laudandique studiosior, ac diligentior. Quocirca, Hebræam gentem, super omnes mundi nationes, à Deo amatam & honoratam, cæteris quoque gentibus in colenda pietate, & capessendis Dei iussis, laudibusque concelebrandis, frequentiorem & feruentiorem esse oportebat. Meritò igitur tres illi iuuenes auctores huius hymni, cum omnes mortales ad laudãdum Deum inuitassent, specialiter nunc gentem suam, ad eius nominis & maiestatis prædicationem hortantur. Ac fuisse quidem Hebræorum singulari quadam ratione ac prouidentia rectorem, pastorem, & protectorem Deum, multifariam in sacris literis testatum, & confirmatum legimus. Sane Diuus Paulus in nono cap. Epistolæ, quam scripsit ad Romanos, cum plures Hebræi populi prærogatiuas strictim attigit, eũ ita scribit, *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum & gloria, & testamentum & legislatio, & obsequium & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.*

Decem prærogatiuæ gentis Hebreæ, & prima est, vnde fit populus peculiaris.

Verum ex sacris literis, decem Iudaici populi prærogatiuas colligere possumus. Prima prærogatiua est, quod posthabito, & quasi despectis omnibus aliis mundi nationibus, vna gens Hebræa fuerit à Deo electa, vt peculiaris esset Dei populus, & qui est Deus omnium, peculiari ratione eius gentis Deus, ac Dominus esset. Declarauit hoc Deus per Mosem Iudæis, cum hæc illis denuntiari verbis suis iussit, Exod. 19. *Vos ipsi vidistis*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.* Et in cap. septimo Deut. hæc locutus est Iudeis Moses. *Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris, de cunctis populis, qui sunt super terram. Non quòd cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos ex omnibus gentibus populis pauciores: sed quia dilexit vos Dominus, & custodiret iusiurandum, quod iurauit patribus vestris.* Secunda prærogatiua, Iolus omnium gentium populus Iudaicus, quondam habuit veram Dei notitiam, verumque Dei cultum, ac religionem, cæteris omnibus in densissima errorum, maximè autem idololatriæ caligine iacentibus. Quamobrem in vigesimoquarto capite Ecclesiastici inducitur diuina sapientia narrans, se quamuis omnia condiderit, omniaque regat & gubernet, in solo tamen Hebræo populo habitare ac requiescere. Tertia, in hac sola gente, vsque ab exordio mundi ad Christi aduentum, integra Dei fides, & religio conseruata est. Quarta, penes Iudæos fuere diu sacri libri, & diuinæ Scripturæ, quibus altissimarum rerum mysteria, & secretissima Dei consilia velut conlignata seruabantur. Quam veros autem & salutares fructus, ex diuinis literis percipere liceat, ostendit Paulus in 15. caput epistolæ ad Romanos, cum dixit: *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.* Et in tertio cap. posterioris epistolæ ad Timothæum, hortatur ipsum, vt vacet lectioni sacrarum literarum, quas ab infantia didicerat. *Quæ te, inquit, possint instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis enim Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Quinta, sæpe numero Deus huic populo præsentiam suam edendis oraculis, reddendis responsis, dandis promissis, vlciscendis eius hostibus, propulsandis periculis, crebrisque faciendis miraculis declarauit. Sexta, non tam ad eum populum summis liberandum angustiis, ad studiendum, docendumque cœlestium rerum mysteria, ad sua ei consilia & arcana indicanda, denique ad eum etiam apud exteras, & barbaras nationes magnificandum, atque nobilitandum, non prophetas modo, aliosque eximios viros, sed ipsos quoque angelos misit, sæpeque eius gentis acerrimum esse defensorem, vigilantissimum rectorem, ac tutissimum protectorem, benevolentissimumque patrem, clarissimis sæpè argumentis demonstrauit. Septima, huic soli

Secunda quod tradita sit eis vera religio.

Tertia, continuatio veræ religionis. Quarta, libri sacri penes eos fuerunt.

Quinta, Dei præsentia in eo populo manifestata.

Sexta, prophetarum missio.



soli omnium gentium legem dedit à se conditam & scriptam, quæ videlicet quid ei agendum fugiendumque, quibus ipse ceremoniis ab ea colendus, quibus item moribus, & institutis eius respub. formanda, & administranda esset, subtiliter, expresseque præscripsit. Quod Dei beneficium prædicat Dauid in Psalmo 147. cum ait, *Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Et Moses in cap. 4. Deuter. exaggerans Iudæis beneficiũ datæ ipsis à Deo legis: *Hæc est, inquit, vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc dicant, en populus sapiens & intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster, adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias, iustasque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros?*

Septima, lex à Deo data.

Octaua prærogatiua Iudæorum fuit, quod ex hac vna gente diuersis temporibus multi prodiere, omni genere virtutum & laudum excellentes: hoc est, vel eximia pietate & sanctitate præstantes, vt Abraham, Isaac, & Iacob: vel intima Dei familiaritate & cõsuetudine, atque ingentium effectione prodigiorum, per quam insignes, vt Moses, Iosue, Elias, & Eliseus: vel castitate, etiã libertati & vitæ ipsi prælatæ, incredibili amore, cultuque omnibus seculis prædicãdi, vt Ioseph, & Susanna: vel robore corporis, virtumque magnitudine, ac bellica gloria celeberrimi, vt Gedeon, Samson, Dauid, Machabæi, vel excellentia quadam sapientiæ, diuitiarũ affluentia, & magnificentiæ splẽdore valdè memorabiles, vt Salomon, vel rebus maximè aduersis, non solũ æquo & patienti animo, sed læto etiam & gaudenti perferendis, summa omnium laude & admiratione dignissimi, vt Tobias: vel diuinorum mysteriorum intelligentia, rerumque multis post seculis futurarum prænotione, ac prædictione admirandi, vt Daniel, & Isaias, cæteique prophetæ, vel denique martyrio illustres, hoc est, morte in tenerrima ætate pro diuinarum legum obseruantia fortissimè tolerata, gloriosissimi, vt septem pueri, & fratres Machabæi. Nec defuere huic genti etiam fœminæ, non minus prædictis virtutis omni æuo memorabiles, vt Debora, Esther, & Iudith. Nona, solis Iudæis promissus est Messias, ex ipsis naturam humanam sumpturus, cum ipsis in eorum patria familiariter conuersaturus, ipsosque doctrina sua, exemplo vitæ, frequentissimis miraculis, atque innumerabilibus aliis beneficijs ornaturus, & illustraturus. Decima ex Iudæa & ex Iudæis, lex & doctrina euangelica profecta est ad omnes gentes, & per omnes mundi

Octaua, quod multi Iudæorum in omni genere virtutũ & laudis, excellentes & admirabiles fuerunt.

Nona solis Iudeis Messiæ facta promissio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mundi oras diuulgata, & disseminata. Filij namque Iudæorũ fuere Apostoli, qui Ecclesiæ Gentium parentes fundatores, & doctores fuerunt. Hoc vaticinatus fuerat Isaias capite secundo. *De Sion*, inquit, *exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Et Dominus apud Ioannem cap. quarto dixit Samaritanæ, *Salus ex Iudæis est.* Et apud Zachariam cap. octauo, sic legimus: *In diebus illis, apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriã viri Iudæi, dicentes: ibimus vobiscũ, audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.* Iam vero ingens Hebræa, pro donis à Deo acceptis, perpetuò augustissimũ eius numen colere, ac venerari eiusque erga se bonitatem & beneficentiam dies noctesque prædicare debebat, quanto magis, id facere oportet Christianum populum, in quem, velut effusa Dei benignitatem, ac munificentia, tot & tanto exant ipsius beneficia, vt cum his, quæ Iudæis à Deo tributa sunt, ea nec numero, nec magnitudine, nec dignitate, nec latitudine, nec vtilitate, nec diuturnitate comparari possint.

Decimo quod ex ipsis Euãgeliũ est propagatum.

## *Benedicite Sacerdotes Domini Domino: laudate & superexaltate eum in secula.*

Sacerdotes Iudæorum cur Deũ laudare maxime debeant.

QVemadmodum Israelitæ præ cæteris gentibus, ita super alios omnes Israelitas, sacerdotes eorum, diuinas laudes prædicare debeant, nõ solum quod ipsos Deus amplissimis donis & honoribus dignatus fuerat, sed ob eam maximè causam, quod eos aliarum rerum solutos & expeditos, quibus nempe omnia, quæ ad victum pertinebant, ex populi oblationibus, & muneribus abũdè suppetebãt, suo cultui & obsequio, diuinisq; precationibus & laudibus destinauerat atque cõsecrauerat. Quamobrẽ eos potissimũ Dauid in Psal. 133. prouocat ad celebrandas Dei laudes cũ ait: *Ecce nũc benedicite Dominũ omnes serui Domini. Qui statis in domo Domini in atriis domus Dei nostri, in noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino.* Duplex porrò erat munus sacerdotũ, & vtrumq; præclarũ, atque perhonorificum. Vnũ pertinens ad Deũ, quod in laudibus Dei canendis, in adolendo ei incenso, in immolandis hostiis, in offerendis populi muneribus, denique in precationibus, pro salute & incolumitate, pro periculis & delictis suorum populorum adhibendis versabatur. Et hoc sacerdotũ munus significauit rex Ezechias, cum loquens sacerdotibus, vt in 2. lib. Paralipo. cap. 29. scriptum est, dixit: *Filij mei, nolite negligere: vos elegit Dominus, vt stetis coram eo, & ministretis illi, colatisque eum, & eremetis incensum.* Alterum munus sacerdotum, pertinebat ad populum: cuius complures quæstiones & controuersias cognoscere

Duplex munus sacerdotum vnũ ad Deum alterum ad populum pertinens.

noscere ac diiudicare, proprium erat sacerdotum. Quas autem controuersias, sacerdotum arbitrio & iudicio definiri oporteret, indicauit rex Iosaphat ita loquens sacerdotibus, vt legitur in eiusdem lib. c. 19. *Omnem causam, quæ venerit ad vos fratrũ vestrorum, inter cognationem & cognationem, vbicunque quæsito de lege, de mandato, de cæremoniis, de iustificationibus, ostendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos, & super fratres vestros.* Hæc mandata, seu monita regis, petita sunt ex eo, quod Moses præceperat Hebræis, vt traditur in 17. c. Deut. illis verbis: *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinẽ, causam & causam, lepram & lepram: & iudicium inter portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, venies que ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui nunciabunt tibi iudicii veritatem, & facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorũ: nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.*

Comparatio Sacerdotij Iudaici, cum sacerdotio Christiano.

At eumuero si Sacerdotes Iudaicos, diuinis obsequiis, & laudibus tractandis, maximè assiduos, & intentos esse oportebat, quid facere decet Christianæ, & Euangelicæ legis Sacerdotes, quos nimirum palam est, tantum præstare Sacerdotibus Mosaicis, quantum spiritualia corporalibus, & cæ-lestia terrenis, humanis diuina, temporariis æterna præcellunt? Etenim, legale illud sacerdotium, nullam habebat potestatem, nullumque effectum, propriè, & perfectè spiritualem, spiritualem dico, talem scilicet, qualis est remittere peccata, conferre gratiam, & hominem spiritualibus bonis, aut donare, aut priuare. Id quod ex doctrina Beati Pauli euidenter licet argumentari. Is enim in duabus epistolis, quarum alteram scripsit ad Romanos, alteram ad Galatas, grauissimis verbis, & argumentis confirmat, obseruantiam legis Mosaicæ, non habuisse vim iustificandi hominem coram Deo. Et in capite nono, ac decimo epistolæ, quæ scripta est ad Hebræos, docet legales illas cæremonias non profuisse ad emundationem conscientiæ, sed valuisse tantum ad externam quandam sanctificationem, & emundationem carnis: nec sanguine taurorum, & hircorum, aliarumque hostiarum, auferri peccata potuisse. At verò Christianum sacerdotium, potestatem habet verè spiritualem, eamque amplissimam, & planè diuinam. Habet enim

Rom. 3. 4. 5. 7. Gal. 3. 4. & 5.

Præstantia sacer-

Universidad de Deusto
Biblioteca



enim claues, quibus regnum cælorum hominibus claudere, & aperire potest: habet potentiam animas ligandi, atque soluendi, tam raro, certoque effectu, vt quodcunque soluerit in terra, sit solutum, & in cælis, & quodcunque ligauerit super terram sit ligatum super cælos: habet facultatem consecrandi Sanctissimum Christi corpus, & sanguinem, conficiendique alia sacramenta nouæ legis, quibus remissio peccatorum, & gratia Dei, donaque cælestia dignè accipientibus tribuuntur: habet etiam potestatem, per indulgentias ex thesauro Ecclesiæ depromptas, pœnas pro peccatis iam secundum culpam remissis, vel in hac vita, vel purgatorio igni persoluendas, aut ex parte, aut etiam ex toto remittendi. Denique, potestatem habet, contumaces, & rebelles Christianos, per sententiam excommunicationis, a fidelium communione separandi, & spiritualibus Ecclesiæ suffragiis, & auxilijs priuandi. Itaque, vt alia permulta, quæ erant in populo Iudaico, figuræ quædam, atque imagines fuerunt eorum, quæ in Christiano populo gerenda erant: ita sacerdotium Iudaicum, tenuis quædam vmbra fuit, Christiani sacerdotij, futuri nempè tam dignitate, quàm potestate, effectuque longè præstantioris.

Sed iam tempus est, vt explanationi huius hymni finem imponentes, tandem quartum librum, satis superque hactenus productum cõcludamus. Reliqua enim huius cantici, nec obscuram habent ad intelligendum sententiam, nec quicquam, quod à nobis in præsens singulari aliqua tractatione dilatari, & illustrari magnopere desideret. Nisi fortè quis putet illud hoc loco monere lectorem oportere, quod ante nos ab aliis obseruatum, & proditum est, hoc canticum, non eadem formula decantari apud Græcos, & Latinos, qua scriptum est in hoc Danielis volumine. Etenim apud vtrosque omissis aliquod versibus, qui sunt in principio, incipit canticum ab eo versu: *Benedicite omnia opera Domini Domino.* Deinde apud Danielem pars illa: *Laudate & superexaltate eum in secula.* Toties repetitur, quoties ponitur versum illud: *Benedicite*, apud Latinos vero in principio tantum, & in fine hymni canitur, duobus semper versibus in vnum coniunctis. In fine autem cantici additum est: *Benedicamus Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, &c.* quod nec apud Danielem legitur, nec à tribus illis iuuenibus dictum fuit. Apud Græcos autem, iis creaturis, quæ apud Danielem in duobus versibus, ad laudem Dei inuitantur, in vnum versum cõnunctis sub vno verbo: *Benedicite*, semel posito, semper deinde illud additur: *Laudate & superexaltate eum in secula.* Præterea in fine cantici à Græcis additur: *Benedicite Apostoli, Prophetæ, & Martyres Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicimus Patrem, & Filium, & Sanctum Spiritum Dominum, laudamus, & superexaltamus eum in secula: laudamus, benedicimus, adoramus Dominum: laudantes, & superexaltantes eum in secula.*

In quo Latini Græcique in hoc Cantico tum inter se, tum à sacris Libris differe nielem in duobus versibus, ad laudem Dei inuitantur, in rant.



# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER V

### CAPVT QVARTVM.

EGo Nabuchodonosor, quietus eram in domo mea, florẽs in palatio meo. Somnium vidi, quod perterruit me: et cogitationes meæ in stratu meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum, vt introducerentur in conspectu meo cuncti Sapientes Babylonis, & vt solutionem somnij indicarent mihi. Tunc ingrediebantur Arioli, Magi, Chaldæi, & Aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum: & solutionem eius non indicauerunt mihi: donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Balthasar, secundum nomen Dei mei, qui habet spiritum Deorum sanctorum in semetipso: & somnium coram ipso locutus sum. Balthasar princeps Ariolorum, † quoniam, ego scio, quod spiritum sanctorum Deorum habeas in te, & omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones somniorum meorum, quas vidi, & solutionem earum narra. Visio capitis mei in cubili meo, videbam & ecce arbor in media terra, & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contingens cælũ, aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea: subter eam habitabant animalia, bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cæli: & ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in visione capitis mei super stratũ meum, & ecce vigil, & sanctus de cælo descendit, clamauit fortiter,

† Quẽ. 4. M.S.G. at que hoc modo in Hie. commentariis, illo, in ad iuncto textu legitur. Vtroque modo Chaldaicum ¶ transi & sic est.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*& sic ait: succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius. fugiant bestiæ, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Verumtamen germen radicum eius, in terra finite: & alligetur vinculo ferreo, & æreo, in herbis, quæ foris sunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano cõmutetur, & cor feræ detur ei: & septem tẽpora mutentur super eum. In sententia vigilum decretũ est, & sermo Sanctorum, & petitio: donec cognoscant viuẽtes, quoniã dominatur excelsus in regno hominũ, & cuicunque voluerit, dabit illud, & humillimum hominum constituet super ipsum. Hæc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: Tu ergò Baltassar interpretationẽ narra festinus: quia omnes Sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi: tu autem potes, quia spiritus Deorum Sanctorũ in te est. Tũ Daniel, cuius nomen Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare, quasi vna hora: & cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait, Baltassar, somnium, & interpretatio eius non conturbent te. Respondit Baltassar, & dixit: Domine mi, somnium hoc, qui te oderunt: & interpretatio eius, hostibus tuis sit. Arborem quam vidisti sublimem, atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cælum, & aspectus illius in omnem terram, & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestiæ agri, & in ramis eius commorantes aues cæli: tu es rex, qui magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua creuit, & pertigit vsque ad cælum, & potestas tua in terminos omnis terræ. Quod autem vidit rex vigilem, & sanctum descendere de cælo, & dicere, succidite arborem, & dissipate illam, attamẽ germen radicum eius in terra dimittite, & vinciatur ferro, & ære in herbis foris, & rore cæli conspergatur, & cum feris sit pabulũ eius,*

Inf. 5. f. 21. Ecc. 3. d. 33. ✱ hęc. M S. Hie. R. G ✱ Ciuitas M S. G. R ✱ tuũ. M S. R. Hie. G. Vertũ Ch. & G. G. non le guntur tã. Hier. C. G.

*donec septem tempora mutentur super eum. Hæc est interpretatio sententiæ Altissimi, quæ pertigit super Dominum meum regẽ. Eiicient te ab hominibus, & cũ bestiis feriisque erit habitatio tua, & fœnum, vt bos comedes, & rore cæli infunderis: septem quoque tẽpora mutabũtur super te, donec scias, quod dominetur excelsus super regnum hominũ, & cuicunque voluerit det illud. Quod autẽ præcepit, vt relinqueretur germen radicum eius, id est arboris, regnũ tuũ tibi manebit, postquam cognouerit potestatem esse cælestem. Quamobrem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis. Omnia ✱ venerunt super Nabuchodonosor regẽ. Post finẽ mensis duodecim, in aula Babylonis deambulabat. Respondit que rex, & ait: Nonne hæc est Babylon ✱ magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei. Cumque sermo adhuc esset in ore regis, vox de cælo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, regnum ✱ transibit à te, & ab hominibus*



*minibus eiicient te, & cum bestiis ✱ feris erit habitatio tua: fœnũ quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur Excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinẽ aquilarum crescerẽt, & vngues eius quasi auium. Igitur post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & Altissimo benedixi, & viuentẽ in sempiternũ laudaui, & glorificaui: quia potestas eius, potestas sempiterna, & regnũ eius in generatione & generatione. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilũ reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit, tam in virtutibus cæli, quam in habitatoribus terræ, & non est, qui resistat manui eius, & dicat ei, quare fecisti? In ipso tẽpore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decoremque perueni, & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor, laudo, & magnifico, & glorifico regem cæli: quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.*

✱MS. R. Hier.

§ sup. 3. g. 100. In 7. d. 14.

Summa capitis quatti.

EXponitur hoc quarto capite, alterum quoddam Somnium regis Nabuchodonosor. Is namque vidit in quiete procerissimam, amplissimam, & pulcherrimam quandam arborem: quæ tamen cælestium iussu, tota propemodum excisa est: scilicet excepta tantum radice, vt rursus renasci, ac reflorescere posset. Quo somnio, rex eo magis est perterritus, & conturbatus, quod eius intelligentiam, à nullo suorum sapientum percipere potuit. Consultus igitur Daniel respondit, portendi eo somnio miserabilem casum, & calamitatem regni impendentem: futurum enim, vt rex, propter suam superbiam, atque impietatem, non tantum regni dignitate spoliaretur, sed etiam quodammodo in bestiam transformatus, incessu, victu, habitu, cultu, habitatione, sensuque per septem annos, bestiam potius, quam hominem referret. Sed futurum exacto eo tempore, vt rex suorum scelerum intelligens, atque ex animo pœnitens, Dei misericordia & gratia impetrata, in pristinam, quinetiam maiorem regni potentiam & dignitatem, restitueretur. Atque hoc ita plane contigit vt fuerat à Daniele prædictum.

Theodoretus & Lyranus inchoant historiam huius capitis, ab epistola regis Nabuchodonosor, quæ posita est in calce præcedentis capitis illis verbis: *Nabuchodonosor rex omnibus populis, gentẽ-*

*gentibus, & linguis, quæ habitant in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur.* Atque hinc ordiuntur illi caput quartum. Sed Chaldaica, Græca, & Latina Scriptura, initium faciunt quarti capitis, ab illis verbis, *Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea.*

Huius capitis quis sit auctor

Auctor historiæ scholasticæ, super librum Danielis capite 4. existimat, nec sanè, vt videtur, temerè, historiam, quæ traditur hoc capite, non esse à Daniele scriptam: sed esse epistolam quandam regis Nabuchodonosor: qua ille, quæ sibi contigerant, quo immortalis earum rerum memoria apud posteros conseruaretur, ad omnes, qui suo suberant imperio, perscripsit. Eam regis epistolam, libro suo Daniel inseruit, quò maior & illustrior apud omnes, rei gestæ fides, & auctoritas existeret. Sed quoto anno regni Nabuchodonosor euenit, quod in hoc capite narratur. Theodoretus ait contigisse, post miraculum illud trium puerorum, præcedenti tertio capite descriptum; sed quanto tempore post euenerit, non expressit Theodoretus. In libro decimo antiquitatum, Iosephus inquit, non multo post illud miraculum accidisse. Ego, nisi mea me fallit coniectura, opinor euenisse hoc, circa trigesimum quintum annum regni Nabuchodonosor. Hoc autem ita colligo. Primo, rex hoc somnium habuit, ipsumque Daniel interpretatus est. Exinde, vno post anno, vt traditur in hoc capite, Nabuchodonosor mutatus est in bestiam, in quo statu, totos septem annos permansit. Quibus exactis, id est, nono anno postquam somnium habuerat, rex & mente, & regno restitutus est. Postea, non diu eum vixisse, satis sit verisimile ea coniectura, quia si diutius vixisset, multa sine dubio fecisset insignia, & ad Dei gloriam illustrandam, quam tam disertis & magnificis verbis prædicauerat, & ad promouendam Iudæorum vtilitatem, quæ Daniel, vt alia eius regis facta, in hoc libro prodidisset. Cum igitur post hanc historiam, nihil de eo rege tradatur, magno est argumento, eum postea non diu fuisse superstitem. Quod si hoc somnium contigit nono ante illius regis obitum anno, cum tres & quadraginta annos eum regnasse constet: hinc planè conficitur, quæ narrantur hoc capite, de somnio Nabuchodonosor, ea circa trigesimum quartum regni eius annum euenisse.

De tempore huius somnij.

Sed priusquam in explanationem huius historiæ ingrediamur, illa videtur quæstio pertractãda an narratio eorum, quæ sunt in hoc capite, sit historica, vt verè gesta sint, quæ in eo traduntur: an potius sit parabolica & figurata, aliud quam verba sonant, mysticè ac spiritualiter sub illorũ verborum figurã intelligẽdum significans. Tales sunt multę apud Ezechielem, & apud



& apud Ioannẽ in Apocalypsi narrationes. Fuisse nonnullos, præsertim verò qui erant de secta Origenis, vt refert hoc loco Hieronymus, qui censuerunt in huius capitis historia, sub persona regis Nabuchodonosor, parabolicè ac figuratè describi casum diaboli, ex cœlesti felicitate in tartaream miseriam. Hoc illi ad hunc modum probare conabantur, Principio, nusquam Scriptura sub eiusmodi parabolis, lapsum è cœlo Luciferi describit, scilicet, vel sub persona regis Babylonis, vt apud Isaiam capite decimo quarto, vel sub persona principis Tyri, vt apud eundem capite vigesimo octauo, vel regis Assur, sicut apud eundem capit. 31. Simili igitur ratione, apud Danielem hoc loco, sub persona regis Nabuchodonosor, eiusdem diaboli casus insinuatur. Hoc ipsum præterea confirmant eo argumento, quia, si quæ hoc capite narrantur, secundum historicum sensum acciperentur, pleraque dicerentur impossibilia & pœnitus incredibilia. Quis enim credat hominem transformari in bestiam? Hoc nempè ad fabulas pertinet poetarum, de sociis Vlyssis & Diomedis, in bestias aues que mutatis. Quis credat regem summis delitiis ab ortu suo innutritum, fœnum quasi bouem per septem annos comedisse, & toto illo temporis spatio, eum seris in solitudine versatum, nullo ab illis affectum esse detrimento. Ad hoc quæruntur isti, an spatio illorum septem annorum, tenuit aliquis regnum Babylonicum nec ne? Nam toto illo tempore nullum fuisse regem, non est credibile: tantum enim imperium, sine rectore & regeque tam diu constare non potuisset. Sin autem regem aliquem tunc habuit, non est profecto verisimile, eum postea regi Nabuchodonosor regno cedere voluisse. Ad extremum, sic etiam hoc idẽ argumentatur, si reuera factum esset, quod in hoc capite narratur, id proculdubio per omne illius regis imperium fuisset diuulgatum. Quapropter cum multi veterum scriptorũ, tum de regno Chaldaico, tum propriè de regis Nabuchodonosor rebus gestis, diligentissimè scripserint, vt Berosus, Megasthenes, Diocles, Philostratus, & Alphæus, quos memorat Iosephus libro decimo antiquitatum, & priori libro aduersus Appionem: hi sanè, nec rem tam insignem & publicã ignorauissent, nec tam memorabilem mirandamque præteremisissent.

Sententia Origenistarum, sub nomine regis Nabuchodonosor, eam Diaboli hic describi.

An quæ narrãtur hoc capite de trãsformatione Nabuchodonosor in bestiam, historicè, an tantũ figuratè accipienda sint.

Refellitur superior opinio & hanc veram esse historiã demonstratur.

Veruntamen, nullo modo dubitandum est, omnem huius capitis narrationem planè historicã esse: & ita rem esse gestã, vt ipsa verba significant. De hoc enim omnium Danielis interpretum, Hebræorum, Græcorum, & Latinorum concors est sententia. Idemque confirmari potest his argumentis. Sic traditur narratio huius capitis, vt traditæ sunt, quas in prioribus capitibus descripsit Daniel: si igitur illæ sunt historicæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca



storiæ, hæc similiter historia censenda est. Nam si hæc narratio (ait Hieronymus) non est historica, similiter nec erunt aliæ: omnia igitur erunt vmbræ & fabulæ. Et vero in narratio nibus diuinæ Scripturæ figuratis & parabolicis, interponuntur aliquæ particulæ & verba, quibus indicatur orationem illam non esse historicã, sed figuratam, huiusmodi sunt illa, *factus sum in spiritu, vel raptus sum, seu raptus in spiritu, vidi in raptu, in visione, in somno*, & alia similia, quæ non raro inueniuntur apud Ezechielem, & apud Ioannem in Apocalypsi: quorum tamen in hac narratione nihil reperitur. Solet etiam post orationem parabolycam, subiungi propria eius interpretatio & sententia, aut si non subiungitur, ea tamen ex antecedentibus, & consequentibus, non difficulter intelligitur. Deinde, sequenti capite, Daniel grauiter reprehendit regem Balthasarem, quod exemplo patris sui Nabuchodonosor, qui ob superbiam regno spoliatus, & mutatus in bestiam fuerat, nihilo ipse cautior & modestior, De q ue reuerentior esset factus. *Tu quoque*, inquit, *filius eius Balthasar, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia, sed aduersus dominatorem cæli elevatus es.* Quo licet intelligere historiam, quæ narratur hoc capite de Nabuchodonosor, fuisse veritissimam, nisi velint isti, etiam quę illo quinto capite traduntur, ad ineptas & pueriles allegorias detorquere. Quid multa, solis luce clarius est, quæ narrantur hoc capite, ad diabolum nullo modo accommodari posse. Dicitur namque Nabuchodonosor habuisse somnium quoddam, eiusque somnij quæsisse intelligentiam de Chaldæis, aliisque sapientibus: at nec somniat diabolus, nec quæ ignorat ipse, ab hominibus doceri potest, vt quibus sit ipse longe solertior & sagacior. Daniel item, in hoc capite vocatur collega regis Nabuchodonosor, eumque Daniel appellat regem suum & dominum suum, dicant igitur isti, quemadmodum Daniel collega fuit Diaboli, aut quomodo eum appellauerit Regem, & Dominum suum. Adiice, quod Daniel casum regis miseratus, dixit cupere se, vt ea calamitas, quæ regi impendebat, ab ipso auerteretur, & in hostes ipsius transferretur. Hostes autem diaboli, sunt boni & sancti viri: quomodo autem credibile est, Danielem optasse, vt mala & supplicia, quibus diabolus iuste punitur, ab ipso transferrentur in seruos Dei. Quid, illud leue est argumentum? Danielem suasisse regi, quo imminentia sibi mala effugeret, vt peccata sua redimeret eleemosynis? quod quemadmodum ad diabolum applicari queat, ne fingendo quidem reperiri potest. Denique, post illos septem diuinæ vindictæ annos, dicitur rex Nabuchodonosor, suorum scelerum egisse



egisse pœnitentiam, & impetrata Dei misericordia, pristinam imperij gloriam recuperasse: quantuis autem sectatores Origenis, inter alios errores, hunc sanè absurdissimum tenuerint, dæmonem in fine mundi, supplicijs infernis liberatum iri, saluum que fore: attamen eum errorem anathematizat Ecclesia Catholica, & theologi docent, peccatum diaboli, esse omnino impœnitibile, atque irremissibile.

Diabolũ in fine saluandum Origenis error.

Sed dissoluenda sunt istorum argumenta, quæ suprà posuimus: non enim operosum erit ad ea respondere. Ad primum, ita respondendum est: in illis locis Isaiæ, & Ezechielis, ea dicuntur de regibus Babylonis, Tyri, & Assur, quæ vere illis secundum historiam conueniebant: eademque secundum allegoriam, aptissimè quadrabant in Luciferum, de quo illi prophetarum loci, sunt à Doctoribus interpretati. At vero, quæ in hoc capite narrantur, secundum istos, nullo modo regi Nabuchodonosor conueniunt secundum historiam: secundum nos autem, eadem, ne mysticè quidem & figuratè ad diabolũ accommodari possunt. Quo circa, longè diuersa est ratio eorũ, quæ hic narrantur de Nabuchodonosor, & eorum, quæ ab illis Prophetis de prædictis regibus sunt tradita. Ad secundum, qua ratione sit respondendum manifestum erit ex his, quæ infra dicemus, cum ostendemus, quæ dicuntur in hoc capite regi Nabuchodonosor contigisse, ea nec fuisse impossibilia, nec videri debere cuiquam incredibilia.

Solutio argumentorum.

Ad tertium argumentum, quia maiorem cæteris vim habet & difficultatem inuoluit explicatu dignissimam, paulo susius respondendum est. Sex autem modis responderi posse arbitror Principio, inualidam esse dico, eam rationem argumentandi, qua probatur quod traditur in sacris literis, propterea vt deri dubię fidei, & auctoritatis, quia non sit ab externis scriptoribus memoriæ proditum. Nam si ad hanc normam exigere velimus sacrorum librorum auctoritatẽ, multa profecto, quæ sunt in diuinis literis certissima, erunt in dubium vocanda, vt de quibus apud Gentiles auctores, nulla fit mentio: huiusmodi sunt prodigia illa solis, tempore Iosue, & regis Ezechiæ facta, historia Iudith, Esther, & Machabæorum. Postea, responderi potest, diaboli calliditate & malitia esse factum, vt hæc nõ scriberentur à Gentilibus: tum ne auctoritati sacrarum literarũ accedens testimonium Gẽtilium, faceret diuinam scripturam, etiam Paganis valdè probabilem, atque ea ratione illi ad cognitionem & cultum veri Dei adducerẽtur, tum, vt sacra historia carens Gentilium testimonio, etiam Christianis, parum tamen in fide firmis, suspecta & dubia redderetur. Deinde, non temerè diceret, qui responderet, fuisse quidem à Chaldæis hãc

Cur hæc tã mirabilis historia, à Gentilibus non sit memorię prodita.

historiam suis in annalibus conditam, & monumentis literatum consignatam, sed ea tamen monumeta, vel longinquitate vel iniuria temporum, vel toties capta, direpta, vastataque Babylone, intercidisse. Quamobrem, non est mirandum, historiam huius facti, ad notitiam Græcorum, qui eam non aliunde, quam ex annalibus Chaldæorum petere poterant, non peruenisse. Ad hæc, illud quoque respondeti potest, non latuisse scriptores Gentiles hanc historiam, nec eam tamen ipsos scribere voluisse: vel quia non credebant veram, sed poetarum fabulis similem: vel inuidia odioque Iudaici nominis & religionis, eam supprimi, quam publicari maluerunt: vel denique arbitrati sunt, non fuisse illud miraculum, aut diuini nominis vindictã, sed vel magicis incãtationibus, & veneficiis esse factum: similiter vt in primitiua Ecclesia solebant pagani, Christianorum miracula calumniari: vel regem illum ex nimio aliquo corruptoque humore melancholico, alidue graui & vehementi morbo, in amentiam & furorem esse versum, nam & aliis simile quippiam contigisse nouerãt. His addi potest quintum responsum: esse id factũ summo Dei consilio & prouidentia: scilicet, ne res sacrat, admixtis fabulis & mendaciis, scriptores gentiles contaminarent, & fabulosas efficerent, sicut fecisse certimus Platonem, qui nonnulla furatus ex sacris libris, ea multis figmentis & erroribus inquinauit. Atque hac ratione Seuerus Sulpitius in libro secundo sacræ historiæ ad similem quæstionem, quæ de historia Iudith poterat obiici, respondit: ita enim scribit: *Caterum illud nemini mirum esse oportebit, quod scriptores secularium literarum, nihil ex iis quæ sacris voluminibus scripta sunt, attigerunt. Dei spiritu præuidente, vt incontaminata ab ore corrupto, & falsis vera miscente, intra sua tantum mysteria, diuina contineretur historia, quæ separata à mundi negotiis, & sacris tantum vocibus proferenda, permisceri cum aliis, velut æquali sorte non debuit.*

Seuerus Sulpitius

Sed quam infideliter ac mendaciter, gentiles scriptores sacras historias prodiderint, licet animaduertere in historia Iudaicarum rerum, quam attigit Cornelius Tacitus, Appion, Possidonius, & alij, quos memorat Iosephus priori volumine contra Appionem. Verum, instar omnium, vnus Iustinus, eius rei argumentum simul & exemplum esse potest. Namque in libro trigesimo sexto, breui oratione describens gentis Iudæorum primordia & incrementa, tot pene in sua narratione errores admisit, quot posuit verba. Quos errores, non alienum duxi, nec ingratum lectori vel tantum percensendo, hic cõmemorare. Primus error, ait Originem Iudæorum esse ex nobilissima

Quam multa peccauerit Iustinus in historia rerũ Iudaicarum,



lissima Syriæ vrbe Damasco: genus autem à Syrię regibus, & regina Semiramide. Secundus error, in Damasco, primo regnasse Damascum regem, post hunc, Abraham, Mosem, Israelem, etiam inibi fuisse reges. Tertius, Israëli decem fuisse filios, quibus ille populum in decem regna diuisit, omnesque ex nomine Iudæ, qui post diuisionem decesserat, Iudæos appellauit, cuius etiam ab omnibus memoriam coli iussit: eius autem portio omnibus aliis accesserat. Quartus, filiorum Israëlis, minimum natu fuisse Ioseph: hunc magicas artes in Ægypto doctum, scientiam interpretandi prodigia, & somnia, primum condidisse. Quintus, huius filium fuisse Mosem, quẽ propter scabiem, & prurigmem, quæ latè grauiterque in Ægypto grassabatur, Ægyptij cum omnibus egris, ne ea pestis ad plures serperet, Ægypto pepulerunt. Sextus, quoniam autem Moses in deserto cum suis exulibus fame sitique fatigatus, die septimo esset eò malo releuatus, propterea septimum quemlibet diem, more gentis appellatum sabbatum, in omne æuum ieiunio sacrauit. Septimus, quoniam metu contagionis, pulsos se Ægypto meminerant Iudæi, ne eadem causa inuisi apud incolas forent: caucrũt, ne cum peregrinis communicarent: quod ex causa factum, paulatim consuetudo, in disciplinam religionemque conuertit. Atque hęc quidem omnia quę adhuc ex Iustino memorauimus, ex ipsis sacris literis patet esse falsa. Octauus error, post Mosem, etiam eius Aruas, sacerdos sacris Ægyptiis, mox rex creatur: semperque exinde his mos apud Iudæos fuit, vt eosdem, & reges & sacerdotes haberent. Quorum iustitia, religione permixta, incredibile quantum coaluere. Sed erraat Iustinus. Nam vt iidem essent principes seculares, & pontifices Iudæorum tempore Machabæorum primum fieri cœptum est. Præsertim autem principatu Aristobuli, qui vt refert Iosephus libro decimotertio antiquitatum, primus Iudaicum principatum summo pontificatui coniunctum in regni formam vertens, diadema sibi imposuit: annis post reuersionem Iudæorum, ex Babylonica captiuitate in Iudæam, 480. Nonus error, Xerxem Persarum regem, primum omnium domuisse Iudæos. Atqui, nec Xerxes Iudæis bellum intulit: quippe qui iam inde vsque à Cyro, primo Persarum rege, Persico imperio semper fuerant subiecti: & plus centum quinquaginta annos ante Xerxem, Chaldæorum rex Nabuchodonosor, ter iam domuerat Iudæos, grauique subegerat, & afflixerat seruitute. Verum de Iustini erroribus, circa historiam rerum Iudaicarum, ita dictum sit.

Aristeas, cuius hodieque libellus extat de translatione Memora septua-

bilis historia de his qui sacra Iudeorum monumenta tẽtarunt scriptis suis inserere.

septuaginta interpretum, refert atque hoc ipsum commemorat Iosephus. libr. 11. antiquit. & Eusebius lib. 8. de præparatione Euangelica, Ptolemæum Philadelphum, secundum Ægypti regem post Alexandrum, quæsisse ex Demetrio Phalereo, quem ille instruendæ bibliothecæ præfecerat, cur Græci scriptores, nullam de historiis, & monumentis Iudæorum mentionem fecissent: respondisse autem Demetrium tentasse quidem id facere Theopompum, & Theodectẽ, nobiles imprimis scriptores, & quædam ex monumentis Iudæorum inseruisse scriptis suis: sed mox tamen luisse pœnas temeritatis: illum enim amentia, hunc cæcitate diuinitus percussum. Sed postea, causam mali sui agnoscentes & ex animo dolentes, placato Deo, sanitati esse restitutos. Alios igitur, illorum exemplo deterritos. Iudæorum scripta rituſque vsurpare non esse ausos. Sic Atillæas. Sextum & extremum responsum hoc accipe. Apud scriptores ethnicos, extare etiamnum nonnulla huius historiæ vestigia, tenuiter quidem illa, & subobscurè impressa, sed vestigia tamen. Etenim, apud Eusebium libro nono de præparatione Euangelica, capite vltimo, Alphæus scriptor Græcus & perantiquus ait Chaldæos in suis annalibus prodidisse, regẽ ipsorum Nabuchodonosor, cum maximè floreret eius imperium, subito furore diuinitus correptum, magna voce exclamasse: futuram vobis, ô Chaldæi, prænunico calamitatem, quã nec Belus vester, nec vlla Deorum vis auertere poterit. Veniet Persa semiasinus, qui vobis iugum seruitutis imponet. His atque aliis huiusmodi dictis repente ex oculis omnium euanuisse. Hæc Alphæus. Haud dubiè, quæ in historia huius capitis traduntur, licet mutilè atque obscurè, insinuans. Ille autẽ Persa semiasinus, fuit Cyrus, qui Chaldæorum imperium euertit. Appellatur autem semiasinus, id est, mulus, ex equa & asino generatus: quia Cyrus nobili matre, Astyagis Medorum regis filia, patre verò Cambyse obscuri generis Persa, natus est. Verum nos de historia huius capitis, hæc pauca præfati, ad explanationem historiæ aggrediamur.

Alphæus quomodo obscurè huius historiæ meminerit.

## *Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, &c.* vsque ad illud, *videbam: & ecce arbor in medio terræ.*

Cur Nabuchodonosor nomen suũ & Danielis hic ponat.

THeodoretus sic explanat hunc locum. *Non sine causa*, inquit, *suum nomen rex posuit: sed vt nomen ipsum verbis, quasi testimonium, auctoritatem faceret.* Cum enim clarissimus, & nobilissimus esset rex, omniũ, quæ in Asia, Ægypto, & Æthiopia erant, imperium adeptus, nomen suum præponit,



nit, quod esset idoneum, eorum, quæ dicerentur testimonium. Appellat autem hic rex Danielem, non eo tantum nomine, quod illi imposuerat, sed addidit etiam nomen Hebræum. *Daniel*, inquit, *cui nomen Balthasar secundum nomen Dei mei*: ita enim à principio, inquit, illum admiratus sum, vt eum nomine Dei, qui à me prædicebatur, appellari voluerim: & causam ostẽdẽs, *quia spiritũ*, inquit, *Dei sancti habet in seruetipso*, & hoc quoque ex prophetæ Danielis doctrina rex didicerat. Vnde enim nisi ex eo cognoscere potuisset, sanctissimi spiritus appellatione rex adeo barbarus, & adulterinis addictus simulacris? Quod autem in Daniele sapientiam & spiritum sanctum laudat, & ab eo interpretationem somnij tam humaniter, & quasi supplicìter petit, satis ostendit, solere homines in rebus secundis, obliuisci eorum, qui de ipsis bene meriti fuerunt, cum autem aduersis præmuntur, illos memoria repetere, vltro accersere, consilium, & auxilium eorum implorare. Sicur, dum valemus, medicos parùpendimus, quorum tamen, grauioribus correpti morbis, præsentiam desideramus, sententiam consulimus. Rex Nabuchodonosor, cum socios Danielis in rogum iussit iniici, nullam habuit memoriam beneficij, quod à Daniele acceperat: sed vbi portentoso somnio territus, intelligẽtiam eius apud sapientes non quiuit inuenire, Danielis sapientiam in memoriam reuocauit, eumque peramãter, ac perquam honorificè tractans, vt sibi quod viderat somnium exponeret, obnixè rogauit. Hieronymus autem super hoc loco sit ait. *Exceptis septuaginta translatoribus, qui verba illa, donec collega ingressus est Daniel cui nomen Balthasar, omnia, nescio qua ratione, prætermiserunt, tres reliqui interpretes, collegam interpretati sunt. Vnde iudicio magistrorum Ecclesiæ, editio eorum, in hoc volumine Danielis repudiata est: & Theodotionis vulgo legitur, qua & Hebræo, & ceteris translatoribus congruit. Vnde, & Origenes in nono stromatum volumine asserit, se, quæ sequuntur ab hoc loco in propheta Daniele, non iuxta septuaginta interpretes, qui multum ab Hebraica veritate discordant, sed iuxta Theodotionis editionem disserere. Quod autem dixit rex. Danielem habere spiritum Deorum sanctorum, sic enim est in scriptura Chaldaica, qua primum hæc pars libri Danielis, à secundo capite vsque ad finem septimi composita est, errore Gentiliũ dixit, qui, quicquid super ipsos ternebãt, Deos arbitrabantur*, Hactenus ex D. Hieronymo. Cur autem appellet rex Danielem collegam, in promptu est ratione reddere, videlicet hic rex Danielem, propter prioris somnij interpretationem, quasi collegam suum in administratione regni fecerat. Nam, vt supra, extremo capit. 2. scriptum est, rex constituit Danielem principem super omnes prouincias Babylonis, & præfectum

Daniel ex editione Theodotionis Ecclesia recepit.

Daniel collega regis cur dicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cur Daniel appellatus sit Balthasar.

præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis.

Causam vero nominis Balthasaris impositi Danieli à rege, hãc reddũt Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in libro de vita & interitu prophetarum, regem Nabuchodonosor, quia volebat Danielem facere cohæredem liberis suis, propterea imposuisse ipsi nomen Balthasaris, iuxta vnigeniti filij sui appellationem. Verum, cum illi significent, hoc esse factum postea, quæ narrantur hoc capite regi Nabuchodonosor contigisse, non potest id esse verum. Siquidem initio huius capitis significatur, Danielem habuisse nomen Balthasaris, priusquam hoc somnium accidisset regi Nabuchodonosor. Suidas scribit, Danielem, propter explanationem arcanarum rerum, fuisse à Nabuchodonosor nomine Balthasaris honoratum. Simile indicat Iosephus libro decimo antiquitatum. Nam cùm dixisset, regem Nabuchodonosor audita interpretatione somnij, quod sibi primum obuenerat, quasi attonitum, procidisse in faciem, & Danielem non aliter quàm Deum adorasse, diuinis fauenem dignatum honoribus, cum hæc inquam dixisset, proximè subiungit. *Nec hoc contentus, imposito illi nomine Dei sui, vniuersa ditioni suæ præpositum esse voluit*. Sed contra hanc Suidæ, & Iosephi opinionem facit, quod in primo huius libri capite traditur, eum Daniel, & alij tres eius sodales, iussu regis traditi sunt præposito eunuchorum, vt linguam, literas, & mores Caldæorum edocerentur, tunc fuisse nomina eorum Hæbraica mutata in alia nomina Chaldaica, & pro Danielis vocabulo, inditum ei fuisse nomen Balthasaris. Hoc autem nomen, fuisse apud Chaldæos, & regale, & diuinum, ex historia huius libri manifestum est. Quod autem dicitur in textu, *& visiones capitis mei conturbant me*: exponens Hieronymus, sic ait, *Nota, quod, & Nabuchodonosor visiones, non oculorum, & cordis, sed capitis nouerit, quia propter gloriam seruorum Dei, futurorum illi mysteria reuelantur*. Super quibus Hieronymi verbis, annotauit Carthusianus in commentario eiusdem loci triplicem esse visionem, vnam cordis, seu mentis, alteram oculorum, vel sensibilium, tertiam imaginationis, quæ hic dicitur visio capitis: quoniam virtus imaginatiua residet in capite, ibique actiones suas exercere deprehenditur.

Triplex visio, mẽtis, oculorum & imaginationis.

*Videbam, & ecce arbor, &c.* vsque ad illud: *Tunc Daniel cœpit intra se tacitus cogitare.*

Homines impij in

NOn solum, inquit Diuus Hieronymus, Nabuchodonosor, sed omnes impij, in Scriptura comparantur arboribus. Vnde Dauid ait in Psalm. 36. *Vidi impium superexaltatum*



*& eleuatum sicut cedros libani*. Nec illi tamen virtutum magnitudine, sed sua eleuãtur superbia: & ideo exscinduntur & corruunt. Quare bonum est illud sectari Domini consilium: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*. Ex illo autem, quod dicitur: *Aspectus eius vsq; ad terminos terræ*, pro quo Theodotio vertit, *altitudo, seu dominatio eius*: argumentantur, qui negant hanc fuisse veram historiã, regem Nabuchodonosor nequaquam sua dominatione orbem terrarum possedisse. Neque enim Græcis, & barbaris, cũctisque Septentrionis, & Occidentis nationibus imperauit, sed tantum Orientis prouincias tenuit, id est, Asiam, non autem Europam, & Libyam. Ex quo intelligi volunt, cuncta, quæ hic narrantur, allegoricè interpretata, ad diabolum esse referenda. Sed nos hæc omnia tanquam hyperbolicè dicta, debemus accipere: videlicet, ob superbiã illius regis, qui tantum gloriatur apud Esaiam, vt cælum se tenere iactet, & orbem terrarum, quasi nidum, & ova volucrum. *Et ecce vigil*. Pro vigili, Theodotio posuit, ipsum vocabulum Chaldaicum, ir, quod in ea lingua per tres literas scribitur, significat autem Angelos, quod semper vigilent, & ad Dei imperium sint parati. Vnde, & nos crebris pernoctationibus, imitamur Angelorum officia: & de Deo dicitur in Psalm. 120. *Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel*. Consuetudo autem Græci, & Latini sermonis, Irim vocat, seu Iridem, quæ per multi colorem arcum, ad terras descendere dicitur.

Scripturæ comparãtur, ex Hier. in cap. 4. Daniel. *Matt.* 11.

Theod. vertit τὸ κῦρος id est, altitudo, siue κυρεία id est, dominatio. Hier.

*Isa.* 14. c. & 10. c.

עיר Angeli, cur vigiles dicantur.

Theodoretus putat, per arborem, ipsum regem significari: altitudinem vero eius vsque ad cælos, non arboris naturam significare, sed sublimes, & superbas regis cogitationes, & quæ ille sibi animo fingebat, atque apperebat. Quocirca Isaias dixit de ipso: *Inducet Deus super mentem magnam regis Assyriorum, & super altitudinem gloriæ oculorum eius*. Mentem magnam ipsum appellauit, vt qui magna sibi fingeret, & somniaret. Quæ fuerint autem illa magna, subiungit, dicens: *Super astra ponam thronum meum, & ero similis altissimo*. Idcirco proceritatem arboris, videt vsque ad cælum peruenisse. Quia vero etiam toto terrarum orbe, vt ita dixerim, rex ille potitus est, propterea vidit arboris cumulum, id est, latitudinis molẽ, vsque ad ipsos fines terræ propagari. *Folia eius pulchra, & fructus eius multus*. Folia vocat, illum decorem, & ornatum, qui cõspiciebatur in eius veste, & throno, & in aulicis, scutatis, hastatis, satellitibus, ac stipatoribus corporis. Fructũ vero tributum nomiãt, quod vndique ei afferebatur: & multum dixit fructum, non autem pulchrum: non enim tributa iussè imposita fuerant. *Et cibus omnium erat in eo*. Siquidem, & agricolæ, ipsius procuratione, fruentes pace fructus è terra percipiebant: & milites,

milites, ab ipso commeatus, & stipendia accipientes vitam in armis degebant. *Subter eam habitabant bestiæ, agrestes, & in ramis eius volucres cæli.* Nam, & ferino more viuentes barbari, & ratione magis vtentes, militioque, & acriori ingenio, & altiori mente præditi homines, sub illius regis imperio vitam trahebant. *Et ecce ir.* Ir, vocat vigilantem: sic enim Græca lingua interpretatur & vigilantem vocat Angelum, vt significet esse eum corporis expertem: qui enim corpore indutus est, somno est obnoxius, qui autem somno præstantior est, is est liber à corpore. Vidit itaque Angelū, cuius natura corporis expres erat, qui de cælo descendit, vt discat rex, omnium rerum auctorem esse Deum, à quo lata sit aduersus ipsum sententia, & intelligens, à quo sit regno spoliatus, pariter etiam intelligat, qui ei regnum tradidisset. *Excidite arborē, excidite ramos, excutite folia, dispergite fructus.* Videt arborem excisam, & ramos separatos: hoc est, regem regno deiectum, & eius principes, præfectos, satrapas, aliosque magistratus, ab ipso separatos. Videt folia excussa, quia omnem, quam sibi comparauerat gloriam, cernit foliorum instar, fluentem, ac tabescentem. Videt fructū dispersum, quia rege in illam calamitatem deiecto, ministri, qui tributa exigebant, ad seipsos deinde, sine vllo metu, omne lucrum conuertebant. Dicuntur autem fugisse volucres, & bestiæ, quæ erant in illa arbore, quia omnes qui præter voluntatem suam illi regi seruire coacti fuerant, inuenta occasione ex tanta regis calamitate, ab eius imperio desciuerunt. *In vinculo ferreo, & æreo, & in herba, quæ foris est, & in rore cæli pernoctabit.* Sicut enim insana regnandi cupiditate, & quali phrenetica crudelitate, contra omnes gentes rabiem suam exercuerat: ita debuit, iusto Dei iudicio, tanquam insanus, & furibundus, vinculis constringi: quibus deinde solutus, ritu ferarum per deserta loca vagabatur, sub diuo infœlix, iumentorum more, herbas depascens. Quod autem tempus huius calamitatis septennio definitum fuit, declarat longanimitatem Dei, qui definito supplicij tempore, expectauit ab eo pœnitentiam, quam illa parere debebat animaduersio. Hæc Theodoretus.

Angeli sunt incorporei.

Angelos ritè nominari, vigiles.

Aptissime autem vocabulo, *Vigilis*. Angeli natura est significata. Nam, quia homines in operando laborant, & fatigantur, propterea somno egent, quo ab operatione vacantes, requiescant, viribusque reficiantur. Sed Angelus, cum sit planè incorporeus, nullatenus fatigatur, aut laborat in agendo, quapropter nec actionis vacatione, aut requiete indiget. Semper igitur Angeli vigilant, id est, nunquam intermittunt, ne puncto quidem temporis, vel naturales suas actiones mentis, & voluntatis, vel beatissimam diuinæ naturæ contemplationem: semperque ad exequenda



exequenda Dei iussa, hominumque tutelam, & custodiam, sunt intentissimi. Inducuntur etiam angeli vigilantes, vt persuasum sit hominibus, quæ in terris geruntur ab hominibus, manifesta esse Angelis, vel ex naturali ipsorum perspicacia, & scientia, vel ex Dei reuelatione: & vt appareat, quam idoneos Deus habeat suæ gubernationis ministros, hoc est, perpetuo vigilantes. Solet autem Scriptura, verbum vigilare, & vigilans, vsurpare, cum vult significare aliquem valde intentum esse, aut debere esse, alicui operi faciendo vel ad id operis perficiēdum maximè paratum, & accinctum esse: idque tam in bonam, quam in malam partem accipitur. Habes exempla in sacris literis plurima. In bonam quidem partem, Canticorum quinto. *Ego dormio, & cor meum vigilat:* & Prouerbiorum 8. diuina sapientia inquit: *Beatus vir, qui vigilat ad fores meas quotidie.* & Dominus, Matth. 24. *Vigilate, quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit.* & Paul. 2. ad Timoth. 4. *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ:* Denique Ioannes in Apocalypsi, cap. 16. *Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua.* In malam autē partem eadem vox sæpe vsurpatur, sicut Isaiæ 29. *Euecti sunt omnes, qui vigilabāt super iniquitatem:* & Ieremiæ 44. *Vigilabo super eos in malum,* & Danielis capite nono. *Vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos.* Porrò, arbor illa vita regis in somnis, procerissima, & amplissima, pulcherrimis frondibus, floribus, & fructibus ornata, secundum mysticum sensum, adumbrauit totam statum primi hominis ante peccatum felicitatem. Eadem, mox bonis suis omnibus, atque ornamentis spoliata, & excisa, seruata tamen radice, vnde rursus crescere, florescere, ac fructificare posset, significauit eiusdem primi hominis miserrimum statum, postquam lapsus est in peccatū, quo omnis eius posteritas vitiata, & perdita est. Fuit tamen radix, & germen eius seruatum: intelligo autem per radicem, Beatissimam Virginē Mariam, peccato Adami nullatenus infectam, sic enim ipsam appellauit Isaias, capite vndecimo. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Per germen autem radicis, Christum Dominum interpretor, qui arborem humanæ naturæ, vitio Adami destructam, & corruptam, non tantum in priorem, qua condita fuerat dignitatem, sed in multo etiam ampliorem, ac florentiorem reparauit.

Quid arbor illa secundum allegoriā significauerit

Maria virgo peccato Adami nullatenus infecta.

*Tunc Daniel cœpit intra semetipsum tacitus cogitare, quasi vna hora, vsque ad illud: cum bestiis erit habitatio tua.*

TAcitus, inquit Theodoretus, *diu cogitat Daniel, priusquam respondeat. Primo enim ostendenda erat humana imbecillitas, & tunc gratia inspiranda, aperienda.* Tacitus, ait Hieronymus, *intellexit Daniel somnium esse contra regem. & tamorem cordis, vultu pallere significabat: dolebatque pro eo, qui ei plurimum honoris detulerat, & ne videretur insultare, atque lætari contra regem. hostem populi sui: denique, detegens id quod intelligebat, loquitur ad regem.* Carthusianus vero, super hoc loco, ita scribit: *Non legitur in textu, quando Danieli ostensa fuit diuinitus interpretatio somnij, sed probabile est, intra hanc horam fuisse illi ostensam. Itaque illo spatio temporis, spiritum colligens Daniel, mentemque ad Deum dirigens, interiori oratione intentissima, & feruentissimo affectu, declarationem eius somnij à Deo postulauit. Alioquin, nulla videtur ratio, cur tam diu contineretur, si iam antea fuisset ei expositio somnij celitus data. Nonnulli tamen existimãt, cogitasse Danielẽ, qua ratione regio culmini seruaret honorẽ nec tamen absconderet veritatẽ, ideoq; per illa horæ præcedentia abatur Daniel, quẽadmodũ sine iniuria veritatis, & offensa regis, responsum sumum componi & ordinari oporteret.* Theodoretus autẽ id quod sequitur, *Respõdit rex Baltasar, somnij, & cogitatiõnes eius ne conturbet te tibi interpretatur, Videt rex Danielẽ perturbatum, & ideo eum consolans demulcet, sciliet, cupiens id, quod ignorat, cognoscere. Videtur igitur ad hunc modum cum eo loquutus. Ne valdè sollicitus Daniel, sed paulatim inuentis ijs, quæ per somnium significatur, ex nobis perficua facito.* Respondet autem Daniel regi: *Dominemi, somnium hoc, his, qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit.* Sapẽtissimè, ac prudẽtissimè regi calamitosa deprecãs, & hoc proœmio exorsus interpretationẽ, nihil tamen tum veritatẽ declarat. *Blandè autẽ, & amicè*, inquit, Carthusianus, *mutuo se affantur rex, & Daniel sic inimicitias, quicquid adhuc ipsi, & ijs ipsos diuersi, ex dilectione processarum, & cura omnium ipsorum in eum effectionum. futurum. Daniel quoque durissimæ regi enunciaturus, propterea tam blandè, reuerenterque alloquitur regem, ne rex vltra modum contristaretur: sciebat enim non esse affectionem addendam afflicto. Sed rursus videri potest, quomodo tam sanctus Propheta, panxerit alli regi, iussissimo Dei iudicio ingrauidatum, optet ab eo transferri ad eius hostes: quorum fuisse aliquos et consiliarios, non est dubitandum. Verum ad hoc respondendum est, eandem optasse id partim affectu quodam humanitatis & pietatis, partim zelo iustitiæ. Regi enim illi pie condoluit, propter singularem eius erga se humanitatem & benuolentiam: hostibus autem eius malum imprecabatur, in quantum per eos erant, quasi ad salutem animæ profuisse tempore illius malis in præsenti vita positi. Adiicit quod Daniel verba sic intelligi voluit præsupposito hoc placito*

Quare Daniel somnium nõ sit cõfestim interpretatus.

Cur Daniel hostibus Nabuchodonosor malũ sit imprecatus.



*Dei, seruatoque ordine æquitatis. Simili zelo incensus Hieremias inquit, Da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij.*

## *Vinciatur ferro, & ære.*

SImiliter suprà dictum est, *colligatur vinculo ferreo, & æreo. Quæruntur à nobis qui historiæ contradicant: ait enim Hieronymus, quomodo in vinculis ferreis fuerit Nabuchodonosor, aut quis eum vinxerit & expeditus alligauerit cum perspicuè scribat furiosos ne se præcipitet, & alios ferro mandatos, cæteris illigari. Ex verbis Danielis videri possit alicui, inquit Carthusianus, fuisse Nabuchodonosor tempore suæ amentiæ, vinculis constrictum atque inclusum, hoc etiã supradictus verbis significat Hieronymus.* Sed huic intelligentiæ videtur obstare quod subditur in textu. *Et erit in herbis quæ foris sunt, & habitatio eius cum feris, & rore cæli conspergetur, & fœnum vt bos comedet. Ex quibus verbis intelligitur, Nabuchodonosor illo tempore, in agris & syluis vagam, & solitariam vitã egisse.* Idemque docet Hieronym. cum ait. *Quis amentes homines non ternas, instar bestiarũ, in agris viuere, locisq; syluestribus?* Sane si ligatus fuisset, & inclusus Nabuchodonosor, non fuisset corpus eius nedum, nec rore cæli perfusum, & sic magis fuisset eius calamitas, & infirmitas grauata. Patet enim furiosos, cum ligantur, magis infirmari. Ministri quoque regis cognouerãt ex Daniele, Nabuchodonosor in syluis, & deserti locis commorando, nequaquam moriturum, sed post illud septennium, & sanitatem mentis, & regni dignitatem recuperaturum. Quocirca Lyranus ligari vinculo ferreo, exponit, supplicio illo, ex diuina sententia, quæ frangi, & dissolui non potest contingit. Albertus quoque eadem verba exponẽs, illud, *vinculo ferreo ligetur*, sic interpretatur, durissima tentatione affligatur, quæ doceret superbiam eius. Consueuit etiam Scriptura eiusmodi metaphoris & similitudinibus vti, vt significet arrogantiam alicuius deprimi & contundi: sic apud Isaiã legimus c. 37. Deum loquentem de rege Assyriorum. *Cum furore aduersus me, superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in maxillis tuis*: hoc est, cõprimam & contundam superbiam tuam. Simile est illud Dauidis in Psa. 32. *In chamo & freno maxillas eorum constringe qui nõ approximat ad te.* Posset etiam dici, Nabuchodonosor, cum primum versus est in furorẽ vinculis cõtrictũ fuisse à domesticis, ne sibi aliisue noceret. Deinde monitu Danielis, fuisse vinculis solutũ & dimissum, vt iret quocunque vellet. Sunt etiam aliqui amentes, qui partim ligati sunt, partim liberi, vt pedibus liberi sint ad incessum, manibus vero ligati ne sibi vel aliis libero manuum vsu, quicquam detrimenti apponant.

An rex Nabuchodonosor, tempore suæ amentiæ fuerit vinculis constrictus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Cum bestiis ferisque erit habitatio tua, & fœnum vt bos comedes: septem quoque tempora mutabuntur super te: regnum autem tuum tibi manebit.*

Quatuor difficultatum explicatio, & primò quomodo eum feris tam diu illæsus manere potuerit.

HÆc verba quatuor continent difficultates, vel potius quatuor argumenta, quibus conantur nonnulli subuertere huius historiæ veritatem, tanquam impossibilem & incredibilem. Primo, dicunt isti, non est credibile regem illum, tam diu cum ferocissimis animalibus solum & inermē, sine vllo sui defensōris versari potuisse. Respondeo, id factum esse, vel quia rex ille, multis rebus, vt infra ostendemus, sanctus erat: similissimus bestiis, ideoque ferus, ipsum, quasi animal sui generis, non lædebant: vel potius, quia singulari prouidentia Dei, per angelorum ministerium, vt totum supplicij sui tempus à Deo præfinitum expleret, à bestiarum læsione seruatus est. Quemadmodum legimus, multos de antiquis & sanctis patribus, inter leones, serpentes, aliásque nocentissimas animantes, non tantum innoxiè, sed familiariter etiam diuersatos.

Quomodo rex delicatus, per totū septēniū potuerit herbarum pastu, vitā traducere.

Deinde argumentantur alij, non potuisse regem illum delicatissimè ab ortu suo educatum, summisque deliciis innutritum, toto septennio nudum, & sub dio, solóque herbarum pastu viuere. Verum ad hoc variis modis respondeti potest. Principio, non esse talem victum simpliciter impossibilem homini, patet eo argumento, quod Plinius lib. 6. c. 30. narrat, quendam esse gentem Æthiopum, quæ solis locustis crudis vtatur: alios rursum herbis pasci: quosdam omnia mandere, & obuiis quibuslibet rebus vesci, ob idque Pamphagos, id est omnia edentes, appellari. Gymnitas verò semper nudos incedere. Legimus item, in sanctorum patrum historiis, complures de his qui morabantur in eremo, & fuisse nudos, & herbarum dumtaxat pastu vitam sibi instituisse. Plurimum quoque conducebat ad illud vitæ genus tolerandum, vehemens Nabuchodonosor imaginatio. Cùm enim imaginaretur se bestiam esse, cibos ferinos tanquam sibi conuenientes, expetebat, humanos verò, tanquam alienos aduersabatur. Plurimum autem facere in huiusmodi rebus imaginationem, præsertim in amentibus & furiosis, quotidianis experimentis notum est. *Videmus*, inquit Hieronymus, *differre multùm inter sanos & insanos: multa enim furentibus sunt facilia, quæ sanis sunt intolerabilia.* Sed illa mihi videtur præcipua ratio, quod temperamentum corporis eius regis, sicut infra docebimus, adeo fuerat immutatū, vt similius esset ferino, quàm humano. Quapropter, cibus bestiarum qui humano temperamento est noxius, non erat tempore tantæ illius regis alienus, sed quodāmodo conueniens & vtilis. Denique posset etiam illud adiici, id factum putandum esse in miraculis diuinæ omnipotentiæ. Etenim Deus, ad edendum exemplum iustitiæ suæ, omnibus seculis memorabile, & ad perdomandam illius regis superbiam, singulari ratione, ad conseruationem vitæ illius regis concurrebat: quemadmodum post resurrectionem corporum, ne ignis inferni, damnatorum hominum, corpora perpetuo crucians, ea tādem aliquando conficiat, dissoluat, planeque consumat, inutabiliter effecit.



Tertio loco, qui veritatem huius historiæ eleuare volunt, illud præterea obiiciunt, quisnam illo septennij tempore regnum Chaldæorū tenuerit. Nam nec tantū imperium sine vno aliquo summo rectore tā diu fuisse, nec si quis eo tempore imperium obtinuit, postea eum resipiscenti Nabuchodonosor, regno cedere, aut sponte voluisse, aut coactum esse, credibile est. Sed ad hoc facile est responsum: potest enim responderi, eo tempore, regis Nabuchodonosor filium, nomine Euilmerodach, partis vice, imperium rexisse. Nam hunc successisse ipsi Nabuchodonosor, expresse traditur extremis verbis libri quarti regū, & apud Hie. cap. quinquagesimosecundo. Si autē Euil merodach non erat eo tempore per ætatem, tanto imperio regendo maturus, atque idoneus, respondeti potest, optimates regni, consensu populi, quo ad rex ad sanam mentem rediit, gubernacula imperij tradidisse. Vt autem postea Nabuchodonosor sine vlla contradictione & difficultate, ab omnibus recipere tetue ad imperium pertexerat Daniel sua auctoritate & sapientia: quippe, prædixerat regem post septennium ad integritatem sensuum, mentisque sanitatem redituum, eumque post id tempotis, rege futurū modestissimū, iustissimum, liberalissimū & clementissimū. Chaldæi autē, qui sepē alias Danielis predicta fuisse vera experti fuerant, in hoc pariter vera fore non dubitabant. Itaque summo illius regis desiderio tenebantur: vt mirum non sit, tandem vt ad se reuersus est rex, fuisse eum ab omnibus non modo sine difficultate, sed summa etiam gratulatione lætitiaque receptum. Atque hoc ipsum indicant verba ipsius Nabuchodonosor, *Optimates, inquit, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum, & magnificentior amplior addita est mihi.* Neque hoc caret mysterio, & perquam vtilis ad istius vtilitatis veræ pœnitentiæ argumento. Nam quod Nabuchodonosor peracta septem annorum pœnitentia, amplioremque priore gloriam & magnificentiam consequutus sit, manifestè ostendit, quanta sit perfectæ pœnitentiæ, quæ numero

Qui illo septēnio imperiū Chaldaicum administrauerit.

Qua ratione Nabuchodonosor imperium recuperarit.

Vtilitas & efficacitas perfectæ pœnitentiæ.

septenatio designatur, vis & efficacitas: quippe quæ non tantum priora bona & ornamenta animi peccando amissa, restituit, sed nonnunquam ampliora & illustriora promeretur. Hæc autem verba Danielis explicans Hieronymus, sic ait: *Qui huic historiæ contradicunt, & quæ hic dicuntur, ad diabolum referunt, eique pristinam dignitatem redditum tres affirmant, in hoc loco velificant: quasi reditus Nabuchodonosor in pristinum statum, hanc diaboli reuersionem significet. Qui respondere debent, quomodo conueniat, vt angeli qui nunquam corruerunt, eum rursus principem habeant, qui per pœnitentiam sit reuersus.*

Quid significent septem tempora quibus Nabuchodonosor serinam vitam egit.

Restat quarto loco disquirendum, quid significent septem illa tempora, quibus Nabuchodonosor in illo statu bestiæ, humanoque sensu ac mente captus fuit. Opinio quorundam fuit, illis septem temporibus denotari tres annos & dimidium: ita vt annus integer dimidiatur in duo tempora, videlicet in æstatem & hyemem, hæ namque sunt duæ principes anni partes, reliquæ duæ, ver, & autumnus, illarum sunt quasi appendices & reliquiæ. Plinius libro septimo capite quadragesimo octauo, retert, quasdam gentes æstate vnum determinasse annum, & alterum hyeme. Supradictam opinionem memorans hoc loco Theodoretus ita scribit. *Septem tempora, alij septem annos dicerunt, alij tres cum dimidio: neque enim in quatuor conuersione diuina Scriptura annum diuidit, sed in duas maxima generales partes, hyemem & æstatem. Septem igitur tempora, tres annos cum dimidio conficiunt, tantoque tempore in calamitate illa Nabuchodonosor permansit.* Videtur igitur ea sententia non displicuisse Theodoreto. Sed eam non esse probabilem, vel eo apparet, quod nusquam in sacris literis, vocabulum temporis præcise sumpti, ponitur ad significandum dimidium annum. Dicamus potius, quod tradunt omnes Hebræi iuxta & Christiani interpretes, septem tempora significare septem annos. Tempus enim, propterea potest recte appellari vnus annus, quod omnis præcipua, vulgoque obseruabilis & nota temporis varietas, vnius anni conuersione circumagitur & continetur: vt hyemis, æstatis, veris, autumni, feracli, metendi, binorum solstitiorum, & æquinoctiorum: denique temporis frigidi, feruidi, & medij. Ac ne vllus ea de re dubitandi locus reliquatur, manifestam habemus è Scriptura huius nostræ interpretationis confirmationem. Nam infra capite septimo traditur, persecutionem Antiochi aduersus Iudæos, vel potius profanationem, & desolationem templi Hierosolymitani ab eo factam, per tempus, & tempora & dimidium temporis duraturã, hoc est per tres annos & dimidium: tanto enim tempore eam duraſſe, legenti primum & quartum caput primi libri



libri Machabæorum, manifestum est. Quod si prædicto capite septimo Danielis, non de Antiocho, sed de Antichristo ferino habeatur, idem planè conficitur. Etenim, confessione Patrum, & antiqua traditione constat, vehementem illam Antichristi persecutionem, duraturam per tres annos & dimidium. Denique, quod Daniel c. 7. dixit *tempus & tempora, & dimidium temporis*, postea cap. 12. numerat mille ducentos nonaginta dies, qui conficiunt tres annos & dimidium. Lege vndecimum, duodecimum, & decimumtertium caput libri Apocalypsis, & inuenies, tempus persecutionis Antichristi, id est, tres annos & dimidium, triplicitèr à Ioanne describi. Primo per quadraginta duos menses: tum per dies mille ducentos sex aginta, denique per tempus, tempora, & dimidium temporis. Liquet igitur, per septem tempora, intelligendos esse hoc loco, septem annos.

An Nabuchodonosor per totos septẽ annos in illo statu bellui-no vesanus fuerit.

Veruntamen Dorotheus in synopsi, & Epiphanius in vita Danielis hosque secuti auctor historiæ, scholasticæ super libri Danielis c. 5. tradunt, illud septem annorum tempus, diuinitus supplicio Nabuchodonosor præfinitum, orationibus Danielis ad septem menses coarctatum & redactum esse: tanto enim tempore rex ille mansit in illo ferino & miserabili statu. Quo exacto tempore, reliquis sex annis & quinque mensibus restituti menti, sed non regno Nabuchodonosor, durissimam egit pœnitentiam, per quam placato Deo, veniaque sceleribus suis impetrata, tandem expletis septem annis, pristinam imperij dignitatem & potestatem recuperauit. Sic illi tradunt. Quorum sententia, videtur mihi ex fabulosis Hebræorum traditionibus deprompta. Eam quidem certè redarguunt verba Danielis: qui cum dixisset regi, ipsum ejectum iri ab hominibus, & cum feris conuersaturum, earumque pastu, victuque vilium: subiunxit, *septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsus super regnum hominum, & cuicunque voluerit tradet illud.* Idem quoque ostendit Nabuchodonosor illis verbis. *Igitur post finem dierum*, videlicet septem temporum, quæ supra ter nominauerat, *ego Nabuchodonosor, oculos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi. & figura mea reuersa est ad me.* Deinde, si vt isti dicunt, tempus septennij, in septem menses fuisset contractum, profectò scriptura id minime tacuisset. Siquidem ea res maximè commendabat, & Danielis gratiam apud Deum, & admirabilem Dei erga peccatores relipiscẽtes ac pœnitentes clementiã atq; indulgẽtiã.

Resellitur opinio Dorothei & Epiphanij.

Theodoretus.

Quomodo eum bus eique in modũ auiũ vngues & capillos peruellisse dicunt, sensus verbis esse, id exponens Theodoretus ad hunc modum scribit, *Expulsus fatuus sit,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*est Nabuchodonosor ab hominibus, primò quidem propter ipsum morbum, furore enim & rabie correptus, infinita mala, si inter homines fuisset, edita sibi facultate, perpetrasset. Deinde, etiam præter edictum quod in illum omnes habebant, sed dum valebat, peculiare ipsum conabantur, cum vero in tantam calamitatem aerumnæ deiecisset, omnes ei insultabant, ob eam delitatem ipsum abominati. Nec mirum videri debet, ipsum ritu bestiarum de herbas comedisse, propriè enim est amentium ac furiosorum, non solum ea facere & dicere, quæ ratione & ordine carent, sed omnia etiam in quæcunque incidentia, commedere. Quod certè etiam nunc potest in his, qui à dæmonibus vexantur, talia enim & faciùt & patiuntur. Non decorum autem visitato more, neque resectis unguium excrementis, necessario tales tantosq; habuit ungues & capillos. Eas autem omnibus insignis abatur, neglectum ipsum fuisse ab omnibus. Diuina enim providentia destituunt, ne propinquorum quidem cura potitus est: cum præsertim ipse abdesset, uxor, liberi, & cognati: sed militat fere, inculta loca peragrabat, bestiarū ibū ventri indulgens. Quia cum in sibi subiectos ferina mente & animo fuerat, merito etiam ferina & agrestis vita damnatus est. Itaque bella in istum regē quadrat illud Psal. 48. Dauidis, homo cū in honore esset, non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similes factus est illis.* Hactenus Theodoretus. *Cor eius ab humano commutetur, & cor ferę detur ei, fœnum sicut bos comedet.* Et infra, *sensus meus redditus est mihi: & figura mea reuersa est ad me.*

Psal. 48.

Disputatio, qualis fuerit transformatio Nabuchodonosor in bestiam.

HÆc verba monent nos, vt qualem fuisse transformationem Nabuchodonosor in bestiam, intelligere opoteat, paulo subtilius & enucleatius tractemus. Ante omnia, intelligere conuenit, multa genera transformationum, tam hominum, quam exterorum animalium, esse literis prodita. Vnum genus est fabulosum, à poetis confictum, veluti est fabula illa de sociis Vlyssis à Circe magna in varias animantiū formas transfiguratis: & de sociis Diomedis in aues commutatis, itemque de asino aureo Apulæi, vel Luciani. Huc referre conuenit, quod Mela cap. primo libri secundi, scribit de Neuris. Istarum singulis tempus esse, quo, si velint, in lupos: iterumquirin eos qui fuere, mutentur. Huius etiam generis sunt quæ ab Euenthe Græco scriptore & à Varrone tradita sunt de Arcadibus, qui stagnum quoddam eius regionis tranantes in lupos transfigurabantur, quod fabulosum esse, vidit, nec dissimulauit Plinius, in cap. 22. lib. 8. ad hunc modum scribens. *Homines in lupos verti, rursumque restitui sibi, falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere, omnia quæ fabulosa tot seculis comperimus.* Cumque prædictam fabulam de Arcadibus enarrasset, subiungit. *Mirum est, quo procedat Græca credulitas. Nullum tam impudens mendacium est, vt tetlo careat.* Sic Plinius. Sed Olaus Magnus Gothus, extremis tribus capitibus libri decimioctani, vulgatissimis exemplis confirmat, in Prussia, Liuonia, & Lituania nescio quibus artificiis magicis, homines transfigurari in lupos, & rursus in humanam speciem restituari. Huiusmodi transformationum pleni sunt libri Metamorphoseos Ouidij.

De quatuor generibus transformationū

Alterum genus transformationis, est physicum & naturale, cuius luculentum exemplum reperitur apud Aristotelem libro quinto de historia animalium cap. 19. *Nascuntur*, inquit, *papiliones ex eruca: erucæ ex vermibus: vermes ex brassica. Primum minus quid mollo, consistit in folio, mox vermiculi inde contrahuntur & accrescunt, tum circa tridium eruncla offeruntur, quæ antea mota cessant: suâque forma immutantur, appellanturque tantisper chrysalides, quasi aureliæ dixeris. Durę intus sunt putamine, ad tactum mobiles, membris arenosis obductæ, non ut, non aliud ex membris quod conspectum sit possident. Longo post tempore putamina rumpto, euadunt inde animalia pennata, quos papiliones vocamus.* Et paulo infra: *Fit ex quodam verme grandiore, qui veluti cornua gemina prætendit, primum toto immutato, ex eo, deinde, quæ bombyx appellatur, ex qua necydalus. Quæ varia sit maturi successio, in semestri temporis spatio completur.* Sic ea loci Aristoteles. Similia scribit Plinius in capite 22. libr. 11. Apponam & hic alterum exemplum, vt incognitum antiquis, tranobis, relatu multorum, & literis nostrorum patrum, qui Lapponicas insulas incolunt, comperium. Est apud Lapponios animal quoddam terrestre, corporis magnitudine figuraque non dissimile cani, mollissimo pilo, & finissimis ad edendum carnibus. Hoc certo quodam tempore incipit vehementer appetere, ac frequentare ipsum mare, in quo identidem natans, & sese mersans, particularim, & membratim pisces fieri incipit, tandem, exuta prorsus terrestris animantis figura, totus in piscis similitudinem & naturam commutatur. De transformatione sexuum, hoc est fœminarum in viros, nota sunt, quæ scribit Plinius libro 7. cap. 4. Nec vult ea quasi fabulosa habeti, quippe quæ in publicis Romanorum annalibus adnotata fuerint, & à Mutiano consule pro veris sibique exploratis prodita, & à se ipso, in Africa, manifesto exemplo compertā.

Secundū genus transformationis physicū seu naturale.

Mirū ingenium cuiusdā lapponēsis animalis.

Tertium genus transformationū magicū.

Tertium genus transformationum, est magicum, & diaboli potentia factum. Huiusmodi autem transformationes fere non sunt veræ, sed simulatæ, non enim sunt, id quod repræsentant. Tamen fuisse quidam existimauerunt transformationes illas ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca



seu diabolicum *Exod. 7. & 8. D. Augus.*

gorum in Ægypto factas, vt Mosi resisterent, sicut habes in libro Exod. D. Augustin. in libro 18. capite 18. decimi. Dei narrat fuisse suo tempore in Italia mulieres quasdam fabulantes, quæ viatoribus caseum dabant, nescio quibus ventificiis infectum, quo sumpto, protinus illi vertebantur in iumenta, & portabant onera, eoque labore perfuncti, rursus menti & figuræ hominis restituebantur. Quemadmodum id fieri potuerit opera dæmonis, prædicto loco disputat Augustinus. Quartum genus transformationum, ritè nominabitur diuinum, scilicet omnipotentis Dei vi ac potestate factum, vel ad declarandam iustitiam Dei, (scelerum vltrice m, vel ad ostendendam eius omnipotentiam seu beneficentiam erga homines. In hoc genere transformationum ponere cõuenit, mutationem vxoris Loth in statuam salis, virgæ Mosis in serpentem, aliasque miras ab eo in Ægypto factas cõuersiones, in libro Exodi traditas, conuersionẽ item aquæ in vinum, & quæ omnium transformationum miracula superat, transubstantiationem panis & vini, quæ quotidie fit in Ecclesia Catholica in sanctissimum corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi. Atque huius generis fuit, transformatio hæc regis Nabuchodonosor in belluam.

Quartũ transformationũ genus diuinum. *Gen. 19. b Exo. 4. 7. 8. cap. Ioan. 2. b.*

Opiniones aliorum de transformatione Nabuchodonosor in bestiam.

Verum enimuerò, quemadmodum rex Nabuchodonosor conuersus fuerit in bestiam, res est nec creditu, nec explicatu facilis, eaque diligentem & accuratam desiderat explicationẽ. Lyranus & Carthusianus referunt, Iosephum sensisse, Nabuchodonosor mutatum fuisse in bouem, quia in sacra historia huius capitis, de eo scriptum est, *fœnum quasi bos comedet*. Sed profecto, Iosephus numquam id prodidit: & in libro decimo antiqui. quo vno dumtaxat loco hanc narrat historiam, nihil simile innuit, quod si Iosephus id dixisset, proculdubio reiiciendum esset tanquam plane contrarium historiæ huius capitis, qua traditur, regi Nabuchodonosor, post illam transformationem, prolixissimè capillos & vngues excreuisse, ad similitudinem autem: habere autem vngues & capillos, minimè conuenit in bouem. Pro certo igitur habendum est, Nabuchodonosor neque in bouem, neque in aliud quoduis animal esse mutatum. Scriptura namque hoc loco, satis ostendit, eundem numero fuisse illum ante mutationem, & in ipsa mutatione: & postquam in pristinum mentis & regni statum reductus est. Nimirum, si mutatus fuisset secundum substantiam, necesse erat, animam eius rationalem in nihilum redigi: & rursus postea, vel eandem, vel alteram ex nihilo creari, ipsumque Nabuchodonosor, nouo quodam, nec antea vnquam vsitato modo regenerari. Videri

Nabuchodonosor non esse secũdum substantiam mutatum in belluam.



detur præterea, Dei sapientiæ, ac bonitati alienum, & incongruum, rem vllam naturæ suæ incomprehensibilem, ad nihilum redigere.

Michael Mediana libro secundo de recta in Deum fide ca. 7. existimasse videtur, hanc mutationem Nabuchodonosor in bestiam, non fuisse verè factam, sed in speciem tantum, ac simulatè, vel quia Deus sic immutabat & afficiebat sensus eorum, qui spectabant illum regem, vt bestiam se videre putarent: id quod solet accidere nonunquam ex morbo, vt phreneticis, interdum ex præstigiis atque incantationibus: vel potius, quia Deus circa corpus ipsius Nabuchonosor, circumposuit figuram quandam bestiæ, sub qua cum cerneretur ab aliis, bestia putabatur. Simile quiddam narrat Hieronymus in vita Hilarionis, ad quem ductam scribit fuisse mulierem, quæ per magicas artes videbatur aliis omnibus iumentum, soli autem Hilarioni mulier, sicut re vera erat videbatur. Sed hæc opinio Medinæ non est probanda. Etenim, Scriptura narrat hoc loco mutationem Nabuchodonosor, vt veram, non vt simulatam: multaque memorat indicia veræ mutationis: videlicet, quod nudus ingredierit modo pecudum, quod vesceretur herbis, quod cum bestiis in solitudine moraretur, & alia huius generis similia. Adde, quod non solet, nec verò decet, miracula & opera Dei, esse ficta & simulata, quæque mentiantur veritatem, & sensus hominum fallant: id enim omnipotentia Dei, bonitateque ac maiestate eius alienissimũ est. Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in vita Danielis, aiunt, Nabuchodonosor secundum interiorem hominis habitum & sensum non esse mutatum, sed tãtummodo secundum externam corporis figuram, quæ ita conformata erat, vt anteriore parte, speciem bouis gereret, posteriore autem, leonis: quo denotabatur, eum regem prioris ætatis fuisse ventri ac libidini deditissimũ: posteriori autẽ ætate, immanitati, crudelitati, rapinis, ac cædibus hominum vacasse. Verum, istorum patrum opinio fide caret. Nam, vel ipsi putauerunt mutationem illam figuræ corporis Nabuchodonosor factam esse in speciem tãtum, & simulatè, hoc est, non re ipsa, sed existimatione tantùm aliorum, quibus talis ille rex videbatur, qualem ipsi depingunt, atqui si ita sentiant, in Medinæ, quam cõfutauimus, opinionẽ reuoluuntur, aut putarunt eam mutationẽ verè factam esse, scilicet, vt Nabuchodonosor exutus figura humana, figuram partim bouis, partim leonis induerit. Verum, hoc nõ est credibile, neque enim id recusset Scriptura, quæ tam subtiliter, & distinctè explicateque cõmemorat alia minutiora, & leuiora, quæ in illa mutatione contigerunt. Nec est verisimile, regem amisisse figuram humanam, tunc

Michael Medina quid de hac mutatione senserit.

Dorotheus & Epiphanius.

nim

enim Chaldæi proculdubio existimassent, illum secundū substantiam muratum esse in bestiam, idque attribuissent artimagicæ, similiter, vt conuersionē illam Iphigeniæ filiæ Agamemnonis, quæ cum esset Dianæ immolanda, repentè in ceruam mutata dicitur. Denique, si non fuisset Nabuchodonosor agnitus ab omnibus, idem qui ante fuerat, non adeo manifestè iustitia Dei, cuius scelera illo supplicio vindicantis, pernotuisset omnibus. D. Thomas in libro secūdo de regimine principum, capite vltimo indicat, Nabuchodonosor mutatum esse in bestiam, nec reuera, nec existimatione aliorum, sed sua tantum opinione, & secundum suam imaginationem, quæ adeo peruersa, & depranata erat, vt ille sibi omnino bestia esse videretur. Verumtamen, etsi, quod inquit D. Thomas, verè accidit, in eo tamen non fuere omnia: nec propter illud vnum dumtaxat, dicitur in Scriptura rex ille in bestiam mutatus. Nec enim ipsi soli, sed aliis etiam videbatur, vt bestia, ideóque voluerunt eum vinculis ferreis vincire, & postea ex consortio, & societate hominum eiecerunt.

D. Tho.

Artificij sententia, de modo quo accidit hæc transformatio.

Quæ igitur est nostra de huius regis in bestiam transformatione sententia? Ego arbitror, regem illum non reuera, id est, nec secundum substantiam, nec secundum externam corporis figuram, transformatum esse in bestiam; nihilominus tamen ob septem, vel octo causas, dici eum regem, quodammodo in bestiam euasisse. Prima causa est, quia secundum imaginationem suam videbatur ipse sibi esse bestia: sic enim in eo vitiata fuerat imaginatio, vt eum esse bestiam ipsi repræsentaret: cuius simile accidere solet hominibus, vel ex phrenesi, vel alio ex morbo. Et hanc vnam dumtaxat causam attigit D. Thomas. Secunda causa, temperamentum corporis eius regis, diuersi, & potentia fuerat efferatum, & factū simile temperamento bestiæ, scilicet eatenus, quatenus in eo natura hominis conseruari posset. Potest autem temperamentum humani corporis multis modis variari. Primo, ita vt pereat corporis pulchritudo, & robur, etiam sanitas. Deinde vt priuetur homo officijs mentis, vbronim, sicut contingit paralyticis, adeo, vt non humano more, sed prono, & curuato corpore alijqui cogantur ingredi, vel etiam manibus pedibusque reptare. Postea, vt mente capiatur, vsuque rationis priuatus, amens efficiatur. Ad hoc, vt etiā ipsius animæ actiuæ potentiæ, & cognitiuæ, quæ inter potentias animæ sentientis, supremū in homine locum tenet, vis, & facultas vitiata, confusa, & peruersa sit. Hoc enim homini accidit, nihil reliqui habet in suis actionibus simile homini. Quocirca recte Aristoteles dixit extremo libro secundo de anima, phantasiam, cæteris quidem animantibus pro intellectu esse datam hominī

Quot modis variari possit temperamentum humani corporis.

Æstimatiuæ, seu phantasiæ vis, & vsus.



mi verò in eum vsum, vt si quando is vsu mentis priuetur, eius vicem in regenda vita humana subeat, atque impleat phantasia. Ad extremum, in tantum variari potest humani corporis temperamentum, vt in eo natura humana conseruari nullo modo queat. Citra hunc igitur vltimum modum, aliis omnibus prædictis modis, commutatum esse illius regis temperamentum existimamus, atque ob eam causam dici in statum bestiarum degenerasse. Tertia causa est, quod multa in corege extabant signa hominis plane efferati, & ad statum, & conditionem bestiarum redacti: quorum vnum signū erat, habitus eius, qui erat ferinus magis, quam humanus. Etenim, semper nudus ingrediebatur, tori, & imbribus, atque aliis cæli iniurijs, more bestiarum, obnoxius. Secundum signum, negligentissimus corporis cultus: siquidem adeo prolixe ipsi excreuerant capilli, vt totum fermè corpus contegerent, vngues quoque ad similitudinem auium ei creuerant. Tertium signum, motus, & gressus: non enim modo humano ingrediebatur, erecto vultu, rectóque corpore, sed prono, & curuo, quin etiam ad similitudinem bestiarum, manibus, & pedibus reptans. Quartum, victus, neque enim delectabatur Nabuchodonosor, eo tempore humanis cibis, sed pastu, & cibatu, potúque bestiarum. Quintum, habitatio: fugiebat enim congressum, & domicilia hominum, atque in syluis vagabatur, & cum bestijs, ac feris conscietiam, morabatur. Sextum, oris, & linguæ vsus: non enim humano more veram articulatas proferebat, sed ritu bestiarum, stridens, & incondiras voces sonans.

Sex signa efferati animi regis Nabuchodonosor.

His igitur de causis, Nabuchodonosor similis factus est bestijs, & ea ratione intelligendum est, fuisse illum in bestiam transformatum. Nam quod dicitur extremo hoc quarto capite: *& figura mea reuersa est ad me*, non significat figuram humanā fuisse ei ablatam, & postea restituram, sed vsque eo deformatam, & immutatam, omnibus iis modis, quos exposui, vt bestiæ potius, quam hominis figuram, & similitudinem esse regiæ se ferret. Hoc Hieronymus confirmat, nam explanans illa verba: *& sensus meus redditus est mihi*, sic ait, *Quando dicit sensum sibi redditum, ostendit non formam se amisisse, sed mētem.* Rupertus quoque, eodem modo hanc Nabuchodonosor transformationē in bestiam, intellexit, & interpretatus est. Nā in lib. 6. de victoria verbi Dei, cap. 29 ad hunc modum scripsit: *Quæri solet, verum mentem solam, non autem figuram amiserit Nabuchodonosor: & ita quidem maiores nostri asserunt, nam cum ipse dicat, sensum, sibi fuisse redditum, satis ostendit non formam se amisisse, sed mentem. Verum, illud obstare, & repugnare videtur, quod idem ipse postea dixit, & figura mea reuersa est ad me: omnibus verbis pro*

Quomodo sit intelligendū figurā corporis restituā esse regi Nabuchodonosor. Rupertus.

*fœtã datur intelligi quod de figura, vel statu humani restitudine nonnihil amiserit: & quod etiã si manus, & pedum effigies, digitorumque discretio, & numerus permanserit, nihilominus tamen quadrupes interfierit: dictum enim ei est, fœnum quasi bos comedes. Bos enim quadrupes, nullis vtitur manibus, sed pronus, humi fœnũ dente demetit, & ei per terrã irrubando, comedit. Sed, & illud, quod illi dictũ est, eum feris, atque bestijs erit habitatio tua, figurã eius nonnulla ex parte demutatã fuisse probat: nõ enim bestia facile fortasse tur illi sine aliqua sui similitudine. Verumtamen quomodocunque figura se habuerit, hoc in laudem omnipotẽtis Dei admirandum est, qui regem tam potentem, tanta mutatione demutauit, quanta* Gen. 19. *exemplum hominum fuisse demutatum, sacra Scriptura nusquam memorat, excepta vxore Loth, quæ respiciens post se, versa est in statuam salis.* Hæc Rupertus. Ea igitur, quã nos expoſuimus, ratione, intelligendum est, quod scripsit D. Gregorius lib. 5 moralium c. 31. regem Nabuchodonosor, ob superbiam, in animal irrationale esse versum: protinus enim, id explanans, subiicit, eũ perdidisse humanum sensum: id est, vsum rationis, & sensuum, prout illi sani homines vti solent, officia, & integritatem.

Interpretatio sententiæ D. Gregorij.

## *Quamobrem consilium meum placeat tibi, Rex, & peccata tua eleemosynis redime: forsitan ignoscet Deus delictis tuis.*

Cur Daniel eleemosynarum largitionẽ tantum suaserit regi.

FVit admodum conueniens regi Nabuchodonosor, maximeque salutare hoc Danielis consilium. Cur enim tria genera sint eorum, quæ Theologi vocant opera satisfactoria pro peccatis, ieiunium, oratio, & eleemosyna: nequaquam rex ille, & suo ingenio, tamtaque imperij amplitudine, ac victoriarum felicitate superbissimus, & qui vsque ad eam diem vitam vixisset mollissimam, & delicatissimam, adduci potuisset, vt vel crebris ieiunijs corpus suum afflictaret, vel assiduum precãdi laborem, graue sane insuetis, sub iret. At, vt multas, & copiosas eleemosynas largiretur, & opibus suis quarum ipsi tanta erat abundãtia, plurimorum egestati subueniret, non arduum ipsi futurum erat. Polcebat etiam ratio iustitiæ, vt qui sæuus, & crudelis in multos fuerat, & alienorũ bonorum rapax, contra, bonis mala compensando, in plurimos misericors, benignus, & beneficus existeret, & suorum scelerum maleficia, maioribus sanaret beneficijs. Quocirca, hoc Danielis consilium expendens Theodoretus *His verbis*, inquit Daniel *incẽdibilem illius regis crudelitatem declarat, quam in sibi subiectos exercuerat. Vt ô Rex*, inquit Daniel, *clementia fructũ percipere, hanc eandem erga eos ostendito, qui vnam tecum sortiti sunt*



*sunt naturam: ita enim iudici persuadere poteris, vt minas extinguat, neque sinat eas ad exitij perduci.* Nouerat præterea Daniel in sacris literis maximè commendari eleemosynam, tanquam rem vtilissimam sanandis peccatorum morbis, deprecandisque malis, quæ nostris sceleribus parata sunt, efficacissimam denique ad conciliandam nobis Dei misericordiam, & indulgentiam apprimè idoneam. Legerat enim apud Dauidem in Psal. quadragesimo: *Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*, & cæteris, quæ deinceps subsit. Apud Salomonem quoque legerat, Proverbiorum capite 15 *Per misericordiam & fidem purgantur peccata*, & capite 16. *Misericordia, & veritate redimitur iniquitas.* Fortasse illud etiam legerat, vel audierat, vel acceperat, quod Tobias dixit filio suo, & scriptum est libris eius, cap. 4 *Eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.* Cuius simile est, quod Angelus Raphael dixit, capite 12. eiusdem libri. *Eleemosyna purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam.* Vetissimè profectò dixit Augustinus in libro quinquaginta homiliarum, homilia 20. *Sacrificium Christiani, eleemosynam esse in pauperes, hinc enim fit Deus peccatis propitius. Nisi autem peccatis fiat Deus propitius, quis remanebit, nisi reus. A peccatis, & delictis, sine quibus præsens vita non ducitur, mundantur homines per eleemosynas. Quæ sunt autem genera, eroganda, & remittendo. Eroganda, quod habes bonum: remittendo, quod potest malum.* Vnde Dominus, Luc. 6 dixit: *Remittite, & remittetur vobis: date, & dabitur vobis.* Tãtum Augustinus.

Eleemosynã quãtum ad remissionẽ peccatorũ conferat.

Sed quomodo Daniel, suppliciũ regi Nabuchodonosor Dei sententia, & decreto constitutum, largiendis eleemosynis auerti posse existimauit? Respõdeo, duplex esse genus diuinæ prædictionis, alterum ex absoluta, & efficaci voluntate Dei profectum, quod omnino impletur, & ad effectũ peruenit. Hoc vocant Theologi scholastici, prophetiam prædestinationis. Alterũ genus diuinæ prædictionis, pertinet ad promissiones, & comminationes Dei intelligẽdas, vtique, cum quadam conditione, quæ si aderit, prædicta euenient, sin aberit, non euenient. Has prædictiones Theologi appellant prophetias comminationis. Exemplum autem huiusmodi prædictionum, tam ad promissiones, quam ad comminationes Dei pertinentium, extat luculentissimum apud Hieremiam capite 18. Fortasse igitur Daniel dubitauit, an diuina prædictio supplicij Nabuchodonosor, ad hoc posterius prædictionis genus pertineret, & similis esset prædictionis eius, quem Isaias de morte Ezechiæ, & eius quem Ionas de euersione vrbis Niniue pronunciauerant.

Duo prædictionũ genera.

*Isa. 30.*
*Ioan. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



D. Hieronymus.

rant. In hac sententia D. Hieronymus eamdem, hunc locum Danielis exponens, his verbis expressit: *Si prædixit sententiam Dei, quæ non potest mutari, quomodo hortatur ad eleemosynas, vt Dei sententia mutetur? Quod facile salutiter. Et hâc vsus exemplo, qui Isaias dixerat esse morituram, & Ninuitarum, quibus dictum fuerat, adhuc quadraginta dies, Ninive subuertetur, & tamen ex pœnitentia Ezechiæ & Ninuitarum, Dei sententia commutata est, non vanitate iudicij, sed eorum conuersione, qui meruere indulgentiam. Alioquin & in Hieremia loquitur Deus se mala minari super gentem, quæ tamen si bona egerit, minas clementia commutare. Rursum bona agenti se asserit pollicuri, quæ tamen si mala fecerit, dicit se suam mutaturum sententiam, non in homines, sed in opera quæ mutata sunt. Neque enim Deus hominibus, sed vitiis irascitur, quæ cum in homine non fuerint, nequaquam punit quod mutatum est.* Sic Hieronymus.

*Hier. 18.*

Cæterum cum Deus per Ezechielem cap. 18. dixerit: *Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius*, cur Daniel dubitanter dixit *forsitan ignoscet Deus delictis tuis*? Respondet Carthusianus, non dubitasse Danielem, quin Deus culpam omnem remissurus esset Nabuchodonosor, si quidem is veram dignamque ageret pœnitentiam, sed non fuisse eum certum, an pœnam, quam ei interminatus fuerat, etiam in præsenti vita remittere vellet. Pœnitenti enim, remittitur quidem culpa, non pariter tamen omnis pœna, nisi forte tantus esset ardor caritatis, tantusque contritionis dolor, vt is etiam omni pœnæ delendæ sufficeret. Deinde, propterea Daniel tali temperamento sermonis vsus est, ne quispiam temerè cuilibet pœnitenti, certam scelerum suorum veniam repromitteret. Nam & facilitas veniæ, præstat peccandi audaciam, nec quicumque dolor pœnitentiæ, expiandis, & abolendis peccatis satis est, sed necesse est dolorem, ratione quadam æquari peccato, vt maiori culpæ, maior dolor respondeat, isque non ex solo timore seruili, sed ex zelo iustitiæ, ac diuino amore proueniat. Refert igitur hoc loco Hieronymus: *Daniel*, inquit, *præscius futurorum, de Dei sententia dubitat: ex quo apparet veram intellectibilis temeritatem, qui audacter peccatoribus veniam pollicentur. Nemini tamen desperandum est, quia & Nabuchodonosor regi, si bona fecerit, indulgentia promittitur.* Sic Hieronymus. Equidem arbitror, propterea sanctos Dei Prophetas, & Apostolos, cum de remissione peccatorum agerent, religiosè, timidè, ac dubitanter loquentes, vsos esse illis verbis *forsitan Deus ignoscet, si forte Deum veniat. Quis scit an Deus ignoscat*, quia sciebant, neminem liquido cognitum, & omnino certum esse posse, peccatorum suorum remissionem. Nam quamuis quispiam intimo se

Cur Daniel dubitanter dixit forsitã ignoscet Deus.

Remissa culpa no semper remittitur omnia pœna.

Cur sancti de remissione peccatorũ à Deo impetranda dubitũ ret ac timide loquuti sunt.

*Prou. 28.*

In hæreticos nostri temporis temere de remissione peccatorũ gloriantes.



tam esse posse peccatorum suorũ remissionem. Nam quamuis quispiam intimo se doloris, & pœnitentiæ sensu commoueri, & affici sentiat, quia tamen obscurum est, an talem, & tantam agat pœnitentiam, quali, quantaque opus est ad remissionem peccatorum, Deique gratiam consequendam, idcirco neminem esse conuenit, de remissis sibi peccatis, adeptaque iustitia omnino securum. Salutariter enim monet nos scriptura, in libro Ecclesiastici capite quinto: *de propiciatu per ore, noli esse sine metu*, & alibi: *Beatus vir, qui semper est pauidus.* Quo licet intelligere, quam sit inanis, & diuinæ Scripturæ monitis, & præceptis contraria, hæreticorum nostri temporis fiducia, certam atque indubitatam sibi, aliisque, dummodo credant, remissionem peccatorum promittentium, quin non aliis tam contingere affirmantium, nisi qui se accepisse ipsam, certissime credunt. Cum tamen Daniel dixerit regi Nabuchodonosor: *Forsitan Deus ignoscet delictis tuis*. Licet enim Cyprianus hunc Danielis sententiam, sine nota dubitationis, in sermone de elleemosyna, hunc in modum citet, *& erit Deus parcens delictis tuis*. Similem tamen particulam, & lectio Chaldæa desiderat, & Hieronymus adhibuit, Pagninus item sic reddidit, *si forte sit prolongatio pacis tuæ.* Alij verò ita conuerterunt, *forte esse felicitas tua prorogabitur*. Quin etiam Græca trãslatio, non solum quæ nunc extat, sed quæ fuit etiam apud veteres, vt videre est in textu Theodoreti, qui in Daniele Theodotionis secutus est translationem, sic habet: *Forte erit Deus longanimis delictis tuis*. Nec solus Daniel ita loquutus est: sed Ioel quoque in capite 2. Cum enim hortatus esset populum ad seriam pœnitentiam adiecit, & illud: *Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem?* Quæ verba exponens Hieronymus, *ne desperetis*, inquit, *veniam scelerum magnitudine, quia magna peccata: magna delebit misericordia. Sed ne forsitan magnitudo clementiæ, nos faceret negligentes, adiunxit. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus.* Ego, inquit, *quod meum est, hortor vos ad pœnitentiam, & Deum non ineffabiliter esse clementem, dicente Dauide, miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: sed quia profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei nosse non possumus, sententiam tempore, & opto potius, quam præsumo, dicens: Quis scit si conuertatur & ignoscat?* Apud Ionam etiam rex & principes Ninuitarum, indicto ieiunio & pœnitentia, sic loquuti sunt. *Quis scit, si conuertatur Deus & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Ideo*, inquit Hieronymus, *ambiguum ponitur & incertum, vt homines dubij eum sint de salute, fortius agant pœnitentiam, & magis ad misericordiam prouocent Deum.* Propheticis similia concinunt

peccatorũ à Deo impetranda dubitũ ret ac timide loquuti sunt. *Prou. 28.*

In hæreticos nostri temporis temere de remissione peccatorũ gloriantes.

*Psal. 50.*

*Ioe. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Apostoli. Nam est in actis Apostolorum ca. 8. Petrus Simonē Magū ad pœnitētiā cohortatus, dixit: *Pœnitentiā age ab hac nequitia tua, & roga Deū, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis.*

Quomodo intelligendū sit, per eleemosynas tolli peccata.

At enimuero, paulo explicatius dicendum est, quemadmodum intelligi debeat, quod diuina Scriptura, & hīc, & sæpe alias tradit, elleemosynis peccata redimi, purgari, pœnitus tolli. Qui largitur eleemosynas, vel iam iustus est, vel est peccator. Si iustus est, cūm iustitiæ nullum mortale peccatum cohærere queat, profectō ipsius eleemosynæ non purgabunt, vēl tollent eius peccata. Valebunt autem, vel ad reliquias priorum peccatorum radicitus excidendas: vel ad expianda peccata venialia, quibus non carent iusti, vel denique ad persoluendam pœnam peccatis debitam, quæ scilicet remissis omnibus peccatis, pœnāque æterna condonata, ad tempus, vel in præsenti vita, vel in purgatorio persoluenda est. Vocabulum autem peccati, etiam pro pœna peccatis debita, non semel in diuinis literis poni, notius est, quàm vt in præsentia demonstrari necesse sit. Confert præterea multum largitio eleemosynarum viro iusto, ad præcauenda imminentia peccata. Etenim, qui frequens & copiosus est in daudis eleemosynis, hunc singulariter protegit ac tuetur Deus, cunctaque peccandi irritamenta & occationes procul ab eo amouet, vel aduersus eas, animum eius validè præmunit ac roborat. Si autem qui in peccatis est, eorum tamen pœnitens & vitam in melius commutare satagens, crebris eleemosynis multorum egestati opituletur, quò placitum sibi, & propitium faciat Deum, & ab eo veniam sceletibus suis impetret, ea donatio elleemosynarum conducit plurimum ad remissionem peccatorum: non sanè quod ipta eam efficiat, solus enim Deus eam facit eo temporis puncto, quo gratiam & iustitiam in animum hominis infundit, sed quòd ad eam accipiendam præparet hominem, eumque reddat idoneum, & quodammodò dignum, cui Deus eximium illud remissionis peccatorum munus impartiatur. Porro, sine fide vel pœnitentia, aut dilectione Dei, quantalibet eleemosynarum effusio, nihil homini ad remissionem peccatorum, & cælestis iustitiæ consecutionē prodesse potest. Siquidem apertè nos docet diuina Scriptura, *Sine fide impossibile est placere Deo.* & alibi: *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* & rursus, *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatē autē non habeam, nihil mihi prodest.* Quocirca, qui in flagitiis infixi hærēt, & nihilominus tamē crebritate eleemosynarū impunitatē, sperāt voluntariè in clarissima luce cęci sunt, & pestilenti opinione sibi blandientes, se ipsi fallunt, ac perdunt. Audiat

Heb. 10. Luc. 13. Cor. 13.



ibi, quid Augustinus in Enchiridio, ad Lauterium c. 71. 76. 77. scriptum reliquit. *Qui sceleratissimè viuunt, ait Augustinus, nec curant talem vitā, moresque corrigere, & inter ipsa flagitia frequēter eleemosynas faciunt, frustrā sibi ideo blandiuntur, quoniā Dominus dixit Pharisæis, Luc. 11. date eleemosynam, & ecce omnia mūda sunt vobis. Quasi verò sine fide possit quemquam mundare eleemosyna: cum dicit Scriptura Act. 15. fide purificās corda eorum. Et Apostolus scribat ad Titum c. 1. inquinatis & infidelibus, nihil est mundum, sed polluta sunt eorum mens & conscientia. Et tamen verum est, quod dixit Dominus, date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Verū qui vult eleemosynā ordinatè dare, à seipso debet incipere, & sibi eam primū dare. Est autē eleemosyna, opus misericordiæ, sed in libro Ecclesiastici capite trigesimo scriptum est. Miserere animæ tuæ, placens Deo. Hæc igitur potissima est eleemosyna, quæ mundat hominem: videlicet ex qua vim habent cæteræ eleemosynæ, quæ in pauperes eroganrur. Mendicat à te anima tua, inquit Augustinus, termone trigesimo de verbis Domini, redi ad conscientiā tuam quicunque male viuis, & mœnies ibi mendicantem animam tuam, ærumnosam, & forte egestate vbmutescentem. Nam si mendicat, esurit iustitiam, miserere igitur animæ tuæ placendo Deo: fac illi prius eleemosynam spiritualē, vt deinde prosint tibi eleemosynæ corporales.*

Cæterum, priusquam ex hoc loco qui est de eleemosynis, Excutiabeam, libet hic paululum excutere sententiam quandam diui Augustini de eleemosynis, sanè obscutam, nec ad intelligendum explicandumque facilem. Augustinus igitur in lib. 21. de Ciuitate Dei. c. 27. docet idem, quod nos hic docuimus, scilicet stimi valhomini non pœnitenti, sed in suis flagitiis permanenti, nihil de obsecuad salutem animæ prodesse eleemosynas. *Qui dignat*, inquit, *pro suis peccatis eleemosynas facit, prius eas facere incipiat à seipso. Indignum est enim, vt in se non faciat, qui facit in proximum, cum audiat dicentem Deum, diliges proximum tuum sicut teipsum. & alibi, miserere animæ tuæ placens Deo. Hunc ergo elleemosynam non faciens animæ suæ, quomodo dignus pro peccatis suis eleemosynas facere dicendus est? Nam ad hoc & illud scriptum est, qui sibi malignus est, cui bonus erit? & alio loco, fili peccasti, non adiicias iterum, & de peccatis tuis deprecare, vt dimittantur tibi. Propter hoc ergo eleemosynæ faciendæ sunt, vt cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, non vt in eis perseuerantes, licentiam malefaciendi per eleemosynas nos comparare credamus.* Post hæc autē verba subiungit Augustinus eam sententiā, quam nos hoc loco expendendā, & interpretandam suscepimus. *Est quidam vitæ modus*, inquit Augustinus, *nec tam malè, vt iis qui eā vivunt, nihil prosit ad capessendā regnū cælorū, largitas eleemosynarū,*

Matt. 22. Eccles. 30. Eccles. 14. Eccles. 21.

*quibus iustorum sustentatur inopia, & sunt amici, qui benefactores suos in tabernacula æterna suscipiant: nec tam bona, vt ad tantam beatitudinem adipiscendam, eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis, quos amicos sibi per eleemosynas fecerint, misericordiam consequantur. Sed quis sit iste modus, & quæ sint ipsa peccata, quæ ita impediunt peruentionem ad regnum Dei, vt tamen sanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam, difficillimum est inuenire, periculosissimum definire. Ego certè vsque ad hoc tempus, cum id sagerem, ad eorum indaginem peruenire non potui. Et fortasse propterea latent, vt studium proficiendi ad omnia peccata cauenda præstet. Quoniam si scirentur, quæ vel qualia sint dicta pro quibus etiam permanentibus, nec profectu vitæ melioris abstemptu, intercessio sit quærenda & speranda iustorum, secura se eis obnoxierit hominum negligentia, neque exolui talibus implicamentis. vllius virtutis expeditionem curaret, sed tantummodo quæreret alioru meritis liberari, quos amicos sibi eleemosynarum largitione fecisset. Nunc verò dum venialis iniquitatis, etiam si perseueret, ignoratur modus, profectûs & studium in meliora proficiendi, orationi iustorum vigilantius adhibetur, & faciendi de mammona iniquitatis, sanctos amicos, cura nõ spernitur.* Hæc Augustinus. In prædictis autem verbis, illud non facilem habet intellectum, qui fieri possit, vt sit aliquis, qui cum eius vita non sit per se sufficiens, promerendæ & consequendæ vitæ æternæ, propter eleemosynarum tamen largitatem, saltus in patriam cœlestem euadat. Nam, vel ille iustus est, vel iniustus: si iustus iustitia eius quantulacunque fuerit, potens est promerendi & adipiscendi vitam æternam, etiam citra tantam eleemosynarum largitionem. Sin autem fuerit iniustus, profecto, quantaslibet effundat eleemosynas, nihil ei, quandiu talis fuerit, ad consecutionem vitæ æternæ proficiet. Deinde, difficile est videre, quænam sint ea peccata, quæ per se quidem impediant peruentionem ad regnum cœlorum, propter eleemosynes autem non impediant. Etenim, aut sunt peccata mortalia aut venialia: si mortalia, omnino impedient, nec, vt non impediant, vllis eleemosynis effici potest: sin autem venialia fuerint, ea sanè quæcunque & quantacunque fuerint, non habent vim in æternũ prohibendi hominem ingressu in cœlum, siquidẽ ea simul cum iustitia & gratia constare possunt, & in sanctissimis viris reperiuntur.

An possit cuiquam in peccatis petmanẽti, prodesse eleemosyna, ad consequendã vitam æternam.

Explicatio sentẽtiæ D. Augustini.

Veruntamẽ equidem reor, Augustini sententiam rectè intelligi, explicari ad hunc modum posse. Sunt quidam homines, iusti quidem, sed ita inconsideratè negligenter, ac dissolute viuentes, vt nec peccandi occasiones fugiant, nec quæcunque peccata venialia admittere pro magno habeant, nec studiosè



studiosè ac sollicitè, quæ valent ad consentandam iustitiam & præcauenda peccata, consectentur. Quinta sunt affecti, magno versantur in salutis periculo, & sine dubio sæpè in peccata mortalia prolaberentur. Fit tamen precibus seruorum Dei, quorum necessitatibus liberaliter illi subueniunt, vt singulari quadam Dei misericordia protegantur, & à lapsu conseruentur: grauiores peccandi occasiones remouente Deo, & tentantis diaboli vires cohibente: & sic tandem salui ad portũ salutis æternæ perueniunt. Quod si contingat eiusmodi eleemosynarios, gratia Dei excidere, & in grauia peccata prolabi, fit, non tam ipsorum studio & diligentia, quippe qui sunt admodum pigri & suæ salutis incuriosi ac negligentes, quam precibus intercessione apud Deum sanctorum hominum, quos illi amicos sibi fecerunt de mammona iniquitatis, vt diuinitus ad saniorem mentem conuersi trahantur ad pœnitentiam: præsertim verò, vt in extremo vitæ, spiritum contritionis, & donum pœnitentiæ, accipientes salui fiant: ita tamen quasi per ignem, hoc est, post hanc vitam purgatorio igne diu multumque purificari, pœnaque scelerum dignè persoluta. Sic igitur explicatam Augustini sententiam, ego quidem facilem intellectu & verissimam esse arbitror. Verum de hoc satis: ad iustoriam regis Nabuchodonosor reuertamur.

*Post finem mensium duodecim, in aula Babylonis deambulans Nabuchodonosor, dixit, nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei.*

Quantã Nabuchodonosor fecerit Babylonem.

FVisse olim Babylonem, vrbem amplissimam & nobilissimam, testimonio plurimorum scriptorum constat. Qualem verò, quantamue eam vrbem fecerit rex Nabuchodonosor, solus scriptorum, de quorum monumentis aliquid ser non extat, indicauit Berosus in historia rerum Chaldaicarum, vt Babylonem, sicut refert Iosephus libro decimo antiquitatum, & libro primo contra Appionẽ: sic autem Berosus prodit. *Nabuchodonosor è Syria & Ægypto victore redeũte Babylonem ex manubiis, tem plum Beli, & reliqua, munificentissimè excoluit, & veteri vrbi alteram extrinsecus adiecit. Et prouiso ne in posterum possent hostes fluminum auertere, & ad vrbem accedere, tres interiori ciuitati per circuitum muros, totidem exteriori, hos coctis latere, illos addito etiam bitumine, circumdedit. Tum sic comminuit verbi, portas, tam seri quæ vel templũ decerant, addidit. Ad hoc iuxta paternam regiam,* Berosus à Nabuchodonosore alteram

*alteram multo sumptuosiorem & ampliorem extruxit: cuius ornatum exponere, longum esset. Illud memoratu dignum, quod hac adeò superba & superaside magnifica regia, quindecim dierũ spatio perfecta est. In ea lapideos moles valde excelsas excitauit, aspectu montibus similes, omniq; genere arborum constat. Hortum quoque fecit pensilem, fama nobilem, eo quòd uxor eius in regione Mediorum educata, montanum prospectum desideraret.* Cuius deinde Berosius scriptores Græcos, qui Babylonem, multaque eius vrbis famosa opera, à Semyramide ædificata falsò prodiderint. Hactenus Berosius, referente Iosepho. Idem de horto pensili, tradit Diodorus lib. 2. nonnihil tamen à Berosò discrepãs. *Erat*, inquit, *hortus pensilis iuxta arcem, non à Semyramide, sed à quodam Syro rege, postmodum in gratiam pellicis factus: quæ cum Persa esset genere, cupiens in montibus videre, iuxta morem Persarum prata viro persuasit, vt artificiosè excitaret hortum, qui arboribus pratisque patriam representaret.* Diodorus igitur, Persam dicit fuisse, quam Berosus Medam nominat, Curtius lib. 5 vulgatũ Græcorum fabulis miraculum, pensiles illos hortos fuisse ait. Syræ autem regem, Babylone regnantem, hoc opus esse molitum, amore coniugis victum: quæ desiderio nemorum, sylvarumque in campestribus locis virum compulit amœnitatem naturæ genere huius operis imitari. Talem igitur tantamque à Nabuchodonosor factam esse Babylonem, Berosi relatione accepimus.

De Babylonis magnitudine ac magnificentia Herodotus.

Quanta verò fuerit vrbs Babylon, tam ante, quàm post regem Nabuchodonosor, vatiè proditum est ab auctoribus. Non igitur extra rẽ fuerit, quæ melioris notæ scriptores, de antiqua eius vrbis amplitudine nobilitateque tradiderunt, ea breuiter hic apponere. Herodotus libro primo ita scribit. *Babylon in ingenti planitie sita est, forma quadrata, magnitudine quoque versus centenum vicenum stadiorum, in summa, quadringentorum & octoginta, in circuitu quatuor laterum vrbis. Tanta est Babyloniei oppidi magnitudo, quod ita exornatum est, vt aliud nullum, quod nos nouimus. Murus eius quinquaginta cubitorum regionum crassitudine, ducentorum autem cubitorum altitudine constat. Est autem regius cubitus, quam mediocris, tribus digitis maior. Eius vrbis per ambitum, centum porta stabant, aeea omnes eum cardinibus itidem postibusque.* Similia Herodoto tradunt Solinus capite 60. diuus Hieronymus super decimum caput Isaiæ, & Paulus Orosius libro secundo capite sexto. Plinius item libro sexto, capite 26. in eandem sententiam hæc scribit. *Babylon Chaldaicarum gentium caput, diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, propterquam reliqua pars Mesopotamiæ, Assyrieque, Babylonia apellata est: sexaginta millia passuum amplexa muri,*

Plinius.



*ris, ducenos pedes alti, quinquagenos latis, in singulos pedis latetalis digitis mensura ampliore quam nostra: interfluo Euphrate mirabili opere vtrinque.* Sed diuersa prædictis, de magnitudine Babylonis, in libr. 2. memorat Diodorus Siculus. *Semyramis, Diodorus.*
*uit, Babylonem condidit, adhibitis ad id operis perficiendi ex omni regione, hominũ millibus ter decies tẽtenis. Vrbs ab vtroq; latere Euphratis, vt medius interfluat, edificata: cuius mœnia, ambitu spacia trecenta & sexaginta complectebantur, frequentibus, & magnis turribus, tanta muri latitudine, vt sex currus una procedere possent, altitudine verò, auctore Ctesia Gnidio, incredibile: vt autem Clitarchus, & comites Alexandri magni, pedum trecentorum sexaginta quinque. Addiderunt etiam, quoties ei anni die vnum stadium muri absolutum, vt tot sint stadiorum circuitus, quot dies annus complectitur: turres autem erant ducenta quinquaginta numero, quarum altitudo latitudoq; magnificentium aquat murorum. Inter murũ atque ædificia, pomerii duo iugera conficiũt. Vt celerius opus consummaretur, est autẽ vno anno absolutum cuilibet ex amicis, stadium confciendũ, tradita ad id impensa, assignauit.* Strabo initio lib. 16. *Babylon*, inquit, *iacet in campo, muri ambitũ habens trecentorum octoginta quinque stadiorũ, eius muri crassitudo pedũ est trẽginta duorũ: altitudo inter turres, cubitorũ quinquagenta, ipsarũ verò turriũ altitudo sexaginta: via super mœnibus tã lata est, vt quadriga occurrentes, facile pertrãsire possint. Vnde ijs hoc vnũ ex septẽ ad spectaculis dicitur.* Deniq; Q. Curtius decade vltima modũ scribit. *Semyramis eam vrbẽ cõdidit, vel vt plerique credidere Belus, cuius regia ostenditur. Murus instructus latericulo cocto, bitumine interlitus, spatiũ triginta & duorũ pedũ latitudine ample ducitur. Quadrigæ inter se occurrentes, sine periculo cõmeare dicũntur. Altitudo muri centũ cubitorũ eminet spacio. Turres denis pedibus quàm muros altiores sunt. Totius operis ambitus trecenta sexaginta octo stadia cõplectitur. Singulorũ stadiorũ structurã singuli diebus perfectã esse, memoriæ proditũ est. Ædificia nõ sunt admota muris, sed ferè spatiũ vnius iugeri absunt. Ac ne totã quidẽ vrbẽ tectis occupauerunt. Per nonaginta stadia habitatur: hæc omnia contigua sunt, credo quia tutius visum est pluribus locis spargi: extera seruit, colunturq;, vt si externa vis ingruat, obsessis alimenta ex ipsius vrbis solo suppeditent.* Aristoteles lib. 3. Politicorum c. 2. magnitudine Babylonis non determinati sed fuisse eam vrbem amplissimam, satis indicat, cum ita scribit. *Non est vrbs ex mœnibus æstimanda: nam Peloponesum vno muro circumdare liceat, cuiusmodi fortassis est Babylon, & quæcunque gentis magis quam vrbis ambitum habet: quia Babylone ab hostibus capta, triduo pars ciuitatis id non sensisse ferunt.* Q. Curtius. Aristoteles. Testimonia sacræ scripturæ

In sacris literis appellatur Babylon, ciuitas gloriosa, inclyta in regnis,

Universidad de Deusto
Biblioteca



in regnis, & regina quinimo apud Italiam vocabulo terræ & orbis, propter magnitudinem ciuitatis, & amplitudiem dominationis. c.13. & 14. vt exponit eo loco Hieronymus apellatur. Latitudinem porro, seu altitudinem murorum eius vrbis fuisse valde insignem, indicauit Hier. eo loc. cum inquit: *Hæc dicit Dominus exercituũ, muras Babylonis, ille latissimus*, vel vt habent alij codices, *altissimus, fossione suffodietur, & porta eius excelsa, igne comburentur*. D. Hieronymus in explanando capite 14. Isaiæ refert in medio loco vrbis Babylonis, pro arce seu capitolio, fuisse turrem illam Babel, quam gigantes post diluuium, ædificare aggressi fuerant. Quæ licet ab illis non fuerit absoluta, inchoatum tamen opus eiusmodi fuit, vt altitudine non minus esset quatuor miliaribus. Vbi hoc legerit, vel vnde cognouerit Diuus Hieronymus, me quidẽ latet, mihi tamen simile verò non videtur, neque enim turris tantæ altitudinis, aut fabricari, aut fabricata tam diu constare potuisset. Herodotus primo libro ita scribit, *Fuit Babylone, Ionis Beli templum arcis portis, id quod mea etiam nunc ætate exstitit, duorũ vndequaque stadiorum amplitudine figura quadrata. In sacri ædio turris solida est crassitudine stadij & altitudine stadij: cui altera sursũ super imposita est turris, & huic subinde altera ad octauam vsque. His forinsecus in circuitu scalæ sunt adiectæ, per quas ad singulas conscenditur turres in mediis gradibus, ductus, sellæq; sunt, in vsum ascendentium ad sedendum & requiescendum factæ in postrema turri, satellum est aliud in qua lectus est sternitur, & apposita mensa aurea, statua tamen in hoc sacello nulla est*. Sic Herodotus. Diodorus autem in 4. e. lib. 7. hunc in modum scribit. *In vrbis medio, templum Ioui Belo Semiramis erexit: cuius amplitudinem, neque scriptores propter vetustatẽ, neque vlla memoria singulatim tradunt. Constat tamen ob illius miranda altitudinem, à Chaldæis, tum Orientem, tum Occidẽtem versus, astrorum in eo obseruationes esse factas*. Non debeo in præteritis relinquere, quod eadem de re prodidit libro 3. Curtius. *Arcem quoque*, inquit, *Babylon habet, ambitu viginti stadia complexam, triginta pedes in terram turrium fundamenta demissa sunt, ad octogintæ summum munimenti fastigium peruenit*. Hæc de Babyloniis arce, eiusque turribus, propterea ex Herodoto, Diodoro, & Curtio huc adduxi, vt manifestum lectori facerem, quod B. Hieronymus de eius arcis altitudine tradit, nõ modo ex prædictis auctoribus non esse depromptum, sed etiam eorum scriptis esse diuersum.

D. Hieronymus de altitudine arcis Babylonis.

Quis fuerit conditor Babylonis.

Restat altera quæstio, de conditore Babylonis hoc loco tractanda. Nam quod hoc loco Nabuchodonosor se facit eius vrbis molitorem, & diuinæ Scripturæ, & Gentilium monumẽtis videtur



videtur esse contrarium. Circa quã quæstionem, mirum dictu, quanta sit apud scriptores opinionum diuersitas. Nam in lib. Geneseos cap. 10. significat Moses, Nembroth fuisse conditorem Babylonis, ait enim fuisse initium regni eius Babylonem. Et sane Paulus Orosius lib. 2. cap. 6. tradit, Nembroth celebrari à multis tanquam Babylonis conditorem. At enim, Daniel in hoc quarto capite, inducit regem Nabuchodonosor gloriantem, & sese iactantem, quod ipse Babylonem ædificasset. Idem de isto rege prodidit olim Berosus, Græcos molitionem Babylonis, reginæ Semiramidi assignantes, mẽdacij arguens, sicut Iosephus refert in priori libro aduersus Appionem. Sed apud Eusebium, libro nono de præparatione Euangelica capite vltimo, Alexander Polyhistor testimonio Eupolemi confirmat, Babylonem fuisse post diluuium à gigantibus ædificatã. Apud eundem Eusebium, eodemque loco, Alphæus affirmat, cum terra Babylonis inundationibus Euphratis tecta esset aquis, primum omnium patrem Nini Belum, siccasse aquas, & vrbem Babylonem molitum fuisse: idemque à multis creditum, & traditum lib. 5. testatur. Q. Curtius. Cæterum, communis est Græcorum, & Latinorum sententia, à Semiramide eam vrbem esse conditam: ita tradunt Herodotus lib. 1. Diodorus li. 3. Strabo. lib. 16. Pomponius Mela. lib. 1. cap. 11. Iustinus libr. 1. & D. Hieronymus, qui super caput secundum Oseæ, ad hoc citat versus illos Ouidij.

*Vbi dicitur altam*
*Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem.*

Metam. lib. 4.

Verumenimuerò, non est admodum difficile, nisi ego falsor, prædictas sententias, citra veritatis iniuriam, ad concordiã reuocare. Equidem arbitror, primum Babylonis conditorem fuisse Nembroth. Nam, id, vt dixi, significare videtur Scriptura Geneseos cap. 10. Erat autem Nembroth robustissimus gigas, quique cum aliis gigantibus ædificare voluit turrim Babel, vt Iosephus ait 1. lib. antiquitatum. Quocirca, non est diuersum, quod apud Eusebium, inquit Eupolemus, Babylonis conditores fuisse post diluuium gigantes: quippe vnus de illis gigantibus, & quidem princeps eorum, fuit Nembroth. Præterea fit mihi simillimum vero, eundem fuisse Nembroth, quem alij scriptores appellant Belum Nini Patrem. Siquidem, vtriusque tempora omnino congruunt: nam vtrumque reperimus, post diluuium annis circiter ducentis Babylone regnasse. Conuenunt etiam mores, ingenium, factaque. Etenim vterque traditur fuisse ingenio ferox, crudelis tyrannus, regnandi cupidus: denique vterque primus mortalium idololatriam in mundum inuexisse dicitur. Cyrillus quidem certè libro tertio, eorum,

Assertis sententia.

Nẽbroth & Belus idẽ sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quos scripsit aduersus Iulianum apostatam, Belum censet, primũ omnũ idololatriæ fuisse inuẽtorẽ & auctorẽ post diluuiũ. Cuius rei illud potest esse argumentum, quod ab isto Belo idola, quæ à multis gentibus colebatur, nomen acceperint: hinc enim ductum est nomen Belial, seu Baal, qui erat Deus Sidoniorum, & Belzebub, Deus Accaron, vt legitur 4. Reg. cap. 1. Beelphegor, Deus Moabitarum. Numer. 25. Baalsamen, Deus Punicorum, apud Augustinum in libro quæstionum super librum Iudicum, quæstion. 16. denique idolum Bel, crebro nominatur in Scriptura: vt videre est apud Isaiam, Hieremiam, & in hoc ipso libro Danielis, infra cap. 14. Hinc igitur palam est, verbis magis inter se, quam sententia dissidere, qui aiunt, Babylonem, & à Nembroth, & Belo esse fabricatam. Clemens tamen in 4. libro recognitionum, si qua huic operi fides nunc habenda est. Nembroth, & quem Græci, ac Latini Ninum appellant, eundem fuisse significat. A Belo autem, seu Nembroth, primo exigua vrbs Babylonis condita est, eaque postea crebris inundationibus Euphratis diruta, & vastata. Hãc, quia Semyramis amplissimè dilatauit, firmissimè munuit, multisque, ac variis operibus exornauit, non immerito etiam condidisse creditã, & celebratã est. Sed quia post Semyramidem, qui deinde consecuti sunt Assyriorum reges, posthabita Babylone, coluere vrbem Niniuen, eamque fecere regiam & caput imperij: sicut Diodo. scribit lib. 3. propterea factum est, vt Babylon à regibus deserta, partim Euphratis eluuionibus, partim incursionibus hostium, diu iaceret ignobilis, & obscura. Tandem, post euersam Niniuen rex Nabuchodonosor, Babylonem cupiens reducere sedem imperij, eam ciuitatem de integro instaurauit, & vt supra dictum est, latissimè amplificatã, magnificentissimis operibus adornauit. Quamobrẽ iure suo potuit dicere, illam à se conditam, & fabricatam. Patet igitur, auctores, qui videbantur de conditore Babylonis variè scripsisse, nec inter se, nec à diuina Scriptura discrepare.

Cur suppliciũ regis Nabuchodonosor duodecim menses fuerit dilatum.

Super illis autem vrbis: *Post finem mensium duodecim, in aula Babylonis deambulabat rex*, ita scribit D. Hieronymus. *Fecit quidem Nabuchodonosor: iuxta Danielis consilium, misericordias in pauperes, & idcirco vsque ad mensem duodecimum, in eum est dilata sententia. Sed quia postea ambulans in aula Babylonis, gloriatur, & dicit: nonne hæc est Babylon ingens, quam ego ædificaui, bonum misericordiæ perdidit, malo superbiæ. Ideò igitur differtur sententia, ne videatur misericordia in pauperes minimè profuisse. Sed statim, vt loquutus est, per superbiam perdidit regnũ, quod per eleemosynas conseruatum fuerat.* Significat igitur D. Hieronymus, quanto tempore Nabuchodonosor largiendis eleemosynis de consilio



consilio Danielis operam dedit, tanto tempore supplicium eius fuisse dilatum. At vero Theodoretus dilationem huius temporis, non ad eleemosynas Nabuchodonosor, sed ad Dei longanimitatem, dantis ei tempus ad agendam pœnitentiam, referendam censet, quemadmodũ in libro Sapientiæ, capite vndecimo scriptum est: *Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam.* In hunc etiam regem bellè quadrat, quod dixit Iob. cap. 24. *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ: at ille abutitur eo in superbiam.* Cùm tantum tempus, inquit Theodoretus, *hoc est, spatium duodecim mensium, ei ad resipiscendum datum esset, male definitum pœnitentiæ tempus consumpsit*, ad quem Beatus Paulus meritò dixerit: *An diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis eius contemnis, ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius.* Rom. 2.

Putant quidam, nec temere verba illa: *Nónne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui*, protulisse regem, non solum magna cum iactantia, & superbia, sed etiam cum Dei contemptu, quasi parùm pendens somnium sibi à Deo missum, eiusque interpretationem à Daniele datam, nec fieri posse existimans, vt sibi tam potenti, & glorioso regi, prædicta ipsi tanta rerum cõuersio, & calamitas, posset contingere.

*Nunc igitur, ego Nabuchodonosor, laudo, & magnifico regem cæli: quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia: & gradientes in superbia, potest humiliare.*

An rex Nabuchodonosor tandem saluus fuerit, per hoc Dei supplicium emendatus, & per pœnitentiam dignè actam, ad extremum, salutem æternam consequutus?

POscit hic locus, vt quæstionem illam tractemus, an rex Nabuchodonosor tandem saluus fuerit, per hoc Dei supplicium emendatus, & per pœnitentiam dignè actam, ad extremum, salutem æternam consequutus? Equidem arbitror, regem hunc fuisse saluum. Adducor in eam sententiam, tum auctoritate grauissimorum scriptorum, tum ratione minimè infirma. Atque ita quidem sensit Iosephus, qui vnus nobis instat Hebræorum omnium esse debet. Is namque libro decimo antiquitatum, affirmat hunc regem, deinde per totam vitam, agnouisse, & laudasse Dei virtutem, ac prouidentiã. Dorotheus in synopsi, & Epiphanius in vita Danielis aiũt, propterea Nabuchodonosor tam dure castigatum esse à Deo, quia Deus ipsum perite noluit. Addunt præterea, eũ deinceps adhæsisse

Nabuchodonosor saluti æternam sit consequutus. Iosephus. Dorotheus, & Epiphanius. Luc. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca



D. Hieronymus.

adhæsisse semper Danieli, & vsque adeò eum dilexisse, vt cohæredem vnigeniti filij sui relinquere eum voluerit. D. Hieronymus in Epistola 7. quam scripsit ad Lætam, de institutione filiæ, probat, de nullius salute esse desperandum, exemplo latronis, qui in cruce conuersus, eo ipso die meruit cum Christo esse in Paradiso, & regis Nabuchodonosor, qui in extremo recepit salutē. Augustinus in epist 122 quæ est ad Victorianum, ideò ait, voluisse Deum coram Nabuchodonosor, trespueros de fornace ignis mirabiliter liberare, & alia miracula in conspectu eius facere, quia volebat eum regē venire in cognitionē veri Dei, & consulebat ipsi ad salutē. Quoniam autem hic noluit cōsulere regi Antiocho, sed magis duritiam cordis eius punire, ideireò nulla coram ipso miracula edere voluit, septem illos Machabæos ex manibus eius eripiendo. In libro autem de prædestinatione, & gratia cap. 15. ostendit Augustinus, multa fuisse, similia in Nabuchodonosor, & in Pharaone: ambos secundum naturam fuisse homines, secundum dignitatem reges, secundum causam tyrannos, & populi Dei oppressores, secundum diuinam correctionem, ambos à Deo clementer flagellatos. Eorum tamen per quam fuisse dissimiles exitus. Etenim regi Nabuchodonosor, flagellatio profuit ad fructuosam pœnitentiam. Pharaoni autem valuit ad maiorem cordis indurationem: Itaque idem medicamentum, eiusdem manu medici cōfectum: vni profuit ad salutem, alteri cessit ad exitium, & in his duobus impletum est illud Pauli: *Odor Christi, alijs est odor vitæ ad vitam, alijs est odor mortis ad mortem.* Et hæc sententia Augustini, refertur in decretis. 23. q. 4. cap. Nabuchodonosor.

D. Augustini preclara, & notabilis doctrina.

Conueniētia & differēdā inter Pharaonem, & Nabuchodonosor.

Theodoretus.

Theodoretus super quintum caput Danielis, ponit hāc quæstionem, cur Deus superbiam Nabuchodonosor ad certum aliquod tempus punierit, at verò superbiam filij eius Balthasaris, subita morte vltus fuerit. Respodet ipse, Deum futurorum præscium, quia præuiderat Nabuchodonosor eo supplicio emendatum iri, dignamque æstimatum pœnitentiam, propterea animaduersionem in ipsum certi temporis spario determinasse. Quia verò prænouerat, prorsus inemendabilem fore Balthasarem, ideò repentina morte, eius scelera finiuit. Denique, huius nostræ sententiæ subscripserunt etiam Nicolaus de Lyra, & Carthusianus, tam hoc loco, quam super 14. caput Isaiæ. Atque hoc ipsum, licet etiam sic argumentari. Daniel omnem huius regis historiam terminat, commemorando plenam, & perfectam eius pœnitentiam, miramque ad Deum conuersionem, nec de relapsu eius in peccata, vel ipse Daniel, qui longo tempore huic regi superstes fuit, nec alibi vspiam diuina Scriptura, verbum vllum facit, est igitur præter rationem

Lyra, & Carthusianus.



nem, atque fidem, dicere istum regem, postea relapsum in priorem superbiam, atque impietatem, tandem periisse.

Veruntamen, vnum illud maxime huic sententiæ videtur officere, ac vehementer aduersari, quod Isaiam in cap. 14. deseribens, quemadmodum rex Babylonis, quem & Hieronymus eo loco, & alij complures interpretes hunc Nabuchodonosor interpretantur, seuerissima Dei vindicta puniendus esset, manifestis verbis indicare videtur, æternis eum inferni pœnis esse damnatum, sic enim scribit: *Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui. Detracta est ad inferos superbia tua. Dixisti, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum lacus.* Hoc præterea confirmatur eo argumento, quòd ferè antiqui Patres tradiderunt, eo loci, sub nomine, & persona regis Babylonis, describi, & designari ab Isaia lapsum è cælo Luciferi in infernū. Quod si verum est, vt esse videtur, quò aptè, & perfectè figura respondeat veritati, dicere conuenit, regem Nabuchodonosor tandem periisse, & damnatum esse, vt etiam in hoc irreparabilis Luciferi casus, æternæque damnationis, rex ille congruens figura fuerit. Ad hanc obiectionem, & quia nonnihil habet difficultatis, & quo omnis dubitatio penitus è medio tollatur, variis modis respondebo. Ac primum respondeo, Isaiam eo loco non nominasse Nabuchodonosor, sed præcisè regem Babylonis, eo autem nomine, non Nabuchodonosor, sed filium eius Balthasarem, de quo infrà cap. 5. agitur, esse intelligendū. Huic interpretationi illud fidem astruit, quod Isaias tam illo capite, quam præcedenti, conjunctè loquitur de supremo exitio regis Babylonis, & de eius vrbis euersionem: manifestum autem est, post mortem Nabuchodonosor, multos annos stetisse & floruisse Babylonem, eam verò, victo occisoque Balthasare à Dario Medo, & Cyro esse captam & vastatam, vt infrà caput quintum explanantes dicturi sumus. Deinde respondeo, vt concedam, in eo loco Isaiam loqui de rege Nabuchodonosor, attamen supradicta verba Isaiæ, *ad infernum detraheris*, dicta esse de Nabuchonosor, non per se, sed prout figura fuit Luciferi. Est autem illa à patribus, in huiusmodi figuris tractandis, verissima regula: cum agit Scriptura de aliqua persona, vt est figura alterius, quædam ab ipsa tradi, quæ possint vtrique personæ accommodari, nonnulla etiam, quæ non aut equè, aut etiam vllo modo conueniant figuratæ, sed rei figuratæ, sicut contra, alia dici, quæ figuratæ tantum competant, nec figurato aptari queant. Exempli causa, in Psalm. 2. quoniam agitur de Dauide, vt est figura Messiæ, quædam vtrique conuenientia dicuntur, vt est illud: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati*

Obiectio ex loco Isaiæ. cap. 14.

Solutio obiectionis, & explicatur diligentiùs superior Isaiæ locus.

Regula interpretandi Scripturam, vbi agit de personis, quæ aliarum figurā gerūt

*sunt*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*sunt inania: allitterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, &c.* & illud, *Ego autem constitutus sum Rex super Sion.* Alia vero traduntur quæ soli Messiæ congruunt, quale est illud, *Ego hodie genui te: & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Similia obseruare licet in Psalmo septuagesimo primo, in quo agitur de regno Salomonis, vt imaginem quandam gestit regni Christi, quamobrem multa de regno dicuntur, quæ vera esse non possunt, nisi ad regnum Christi referantur. Ad eundem igitur modum, quoniam in illo loco Isaiæ agitur de Nabuchodonosor, vt est figura Luciferi, nonnulla de eo dicuntur, quæ soli Lucifero conueniunt, cuiusmodi est illud, *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer?* & illud, *Ascendam super cælum*, & item illud, *Exaltabo super astra solium meum*, quæ in Nabuchodonosor vere dici nullo modo possunt. In hoc igitur etiam rerum numero & genere, censeri, ac reponi debent illa verba, *Vsque ad infernum, & vsque ad profundum laci detraheris.* Ad hæc respondeo, etiam si illa verba dicta essent de æterna Regis Nabuchodonosor condemnatione, ex ipsis tamen non posset necessario concludi, eum re vera fuisse damnatum: in promptu enim est respondere, in illis verbis contineri, non prophetiam seu prædictionem, vt Theologi vocant, prædestinationis, quæ omnino impletur, sed comminationis, quæ non semper ad effectum peruenit: talem enim fuisse constat Isaiæ prophetiam de morte Ezechiæ, & Ionæ de excidio Niniuitarum. Hoc autem modo solere Deum multa prædicere, in vindictam scelerum, hominibus euentura, quæ tamen illis seriam plenamque agentibus pœnitentiam non accidant, Hieremias capite decimo octauo elegantissimis verbis testatur. Illud quoque ad extremum respondere possum, etiamsi verba illa Isaiæ pertineant ad Regem Nabuchodonosor, non tamen eiusmodi verbis significari damnationem eius Regis æternam, sed grauissimam ipsius animaduersionem, & deiectionem in maximam miseriam. Non enim verba illa proprie, sed figurate sunt accipienda. Nam sicut illa, *cecidisti de cælo Lucifer, & exaltabo super astra solium meum, & ascendam super altitudinem nubium*, non possunt accipi proprie, neque enim propriè sumpta, Regi Nabuchodonosor accommodari possent: sed figuratè accipiuntur, scilicet, vt per huiusmodi metaphoras, incredibilis eius Regis elatio animi, & superbia, expressius declaretur: ita etiam quod postea subditur, *detraheris vsque ad infernum, & vsque ad profundum laci*, non



non debet propriè intelligi de inferno damnatorum, sed eo modo loquendi significatur deiectio illius Regis, ex summa gloria & felicitate, in maximam calamitatem & miseriam: Deo seuerissimè eius superbiam atque impietatem vindicante. Consuevit enim Scriptura, vt declaret sublimissimam alicuius elationem, dicere eum ad cælum ascendere, seu elevari: contrà verò, vt exprimat deiectionem alicuius in profundissimam miseriam, dicere eum vsque ad abyssum & infernum esse depressum, & deiectum. Huius rei, cum multa sint in sacris literis exempla, non erunt ea Lectori, tantum minime rudi diuinarum Scripturarum, aut ignota, aut inuentu difficilia.

Cur Nabuchodonosor nō dederit libertatē Iudæis aut eurid Daniel ab eo rege non postulauerit.

Sed cuiuspiam fortasse subibit animum admirari, cur Nabuchodonosor, qui tam insigni miraculo potentiam Dei Iudæorum, in seipso expertus fuit, eumque Deum deinceps, vsque ad extremum spiritum, vere ac pie coluit, cur inquam, quo suum erga Deum, gratum, & religiosum animum testaretur, Iudæos captiuitate non liberauerit, quos vsque ad eam diem durissima seruitute afflixerat: aut cur Daniel, qui apud eum Regem, gratia & auctoritate plurimum valebat, non hoc ab illo postulauerit, haud dubie impetraturus. Sed responderi potest, cogitasse quidem ac deliberasse id facere Regem Nabuchodonosor: verum mox celeri morte occupatum, id perducere ad effectum non potuisse. Vel aliter dici posset, quoniam immutabili Dei sententia, ratum & constitutum erat, vt Iudæi, quo plurimorum, maximorumque suorum scelerum pœnas lugerent Babylonica septuaginta annorum captiuitate puniretur, propterea nec Deum eam mentem & voluntatem liberandi Iudæos, dedisse Regi Nabuchodonosor, nec Danielem id apud Regem agere, aut tentare esse ausum: quippe cui exploratissima de hoc Dei sententia erat: vel singulari aliqua Dei reuelatione sibi facta, vel ex vaticinio Hieremiæ id cognitum habebat, qui vt legitur in libro eius, capite vigesimoquinto, & vigesimonono, prædixerat, Iudæos per septuaginta annos, Chaldæis seruituros, videlicet vsque ad euersionem regni Chaldæorum, & exordium imperij Persarum.

Cur Nabuchodonosor nō eduxerit è carcere Ioachim regē Iuda

Illud magis mirandum accidit: quomodo hic Rex, post suam illam conuersionem, non protinus è carcere eduxerit Ioachim Regem Iuda, quem perfidiosè & iniuriosè tractauerat, contra fidem ipsi datam, vsque ad illud tempus in custodia tenuerat. Non esse autem Ioachim eductum è carcere, nisi

post

Universidad de Deusto
Biblioteca



post mortem Nabuchodonosor, manifestum est ex capite vltimo libri quarti Regum, libri Hieremiæ: videbatur autem, aut rex sua sponte liberaturus Ioachim, aut id ab eo obnixè petiturus Daniel. Sed ad hanc dubitationem, similiter vt responsum est ad superiorem, respondeti posset: vel regem voluisse eum liberare, sed præreptum morte, non liberasse, mox tamen à filio eius Euilmerodach, qui proximè regnauit post Nabuchodonosor, vt patris notam ipsi voluntatem expleret, Ioachim liberatus est, & regio honore tractatus. Vel dici potest, voluisse Deum non esse liberatū Ioachim, quò diutius pro sua impietate puniretur. Siquidem in 4. libr. Regum cap. 24. legimus, ipsum, etiamnum adolescentem, paternæ impietatis fuisse imitatorem: sic enim ibi scriptum est, *Decem & octo annorū erat Ioachim cum regnare cœpisset, tribus mensibus regnauit: fecit autē malum coram Domino, iuxta omnia, quæ fecerat pater eius,*

# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER VI.

### CAPVT QVINTVM.

*Balthasar Rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille, & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem. Præcepit ergo in temulentus, vt asserrentur vasa aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius, de templo, quod fuit in Ierusalem: vt biberent in eis rex & optimates eius, uxoresque eius, & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea* * *quæ asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, uxores & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos & argen-*

* & argẽtea 14. MS. ve-



*teos, æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrū, in superficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis conmutata est, & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renū eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter, vt introduceretur magos, Chaldæos, & aruspices. Et prolocutus rex ait sapientibus Babylonis, quicunque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestum mihi fecerit, purpura vestietur, & torquē aureum habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis, non potuerūt nec scripturam legere, nec interpretationē indicare regi. Vnde rex Balthasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est: sed & optimates eius turbabantur. Regina autem, pro re quæ acciderat regi, & optimatibus eius, domū conuiuij ingressa est: & prolocuta est, Rex in æternum viue: non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur. Est vir in regno tuo, qui spiritum Deorum sanctorum habet in se: & in diebus patris tui scientia, & sapientia inuenta sunt in eo, nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorū, incantatorū, Chaldæorum, & aruspicū constituit eum, pater inquam tuus, O rex: quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiaque interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuenta sunt in eo, hoc est, in Daniele: qui rex posuit nomen Balthasar. Nūc ita que Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem prefatus rex ait: Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iuda, quem adduxit pater meus rex de Iudea? audiui de te, quoniam spiritum Deorum habes: & scientia intelligentia, ac sapientia amplior inuenta sunt in te. Et nūc introgressi sunt in conspectu meo sapientes magi vt scripturam hanc legerēt & interpretationem eius indicarēt mihi, & nequiuerūt sensum huius sermonis edicere* *. *Porro ego audiui de te, quod possis obscura interpretari & ligata dissoluere: si ergo vales scripturā legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquē aureum circa collū tuū habebis & tertius in regno meo princeps eris. Ad quæ respondit Daniel ait coram rege, munera tua sint tibi, & dona domus tua alteri da: scripturā autē legam tibi, rex, & interpretationē eius ostendā tibi. O rex, Deus altissimus regnū & magnificentiā, gloriā & honorē dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et propter magnificentiā, quam dederat ei vniuersi populi, tribus, & lingua tremebant & metuebant eum: quos volebat interficiebat, & quos volebat percutiebat, & quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est: & à filiis hominum eiectus est, sed & cor eius*

* mihi 16. MS G. vetum Hie. & Ch. non leguntur

Universidad de Deusto
Biblioteca



*cum bestiis positum est, & cum onagris erat habitatio eius: fenum quoque vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum est: donec agnosceret, quod potestatem haberet altissimus in regno hominum. & quem misque voluerit, suscitabit super illud. Tu quoque filius eius Balthasar, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia, sed adversum dominatorem cæli elevatus es, & vasa domus eius allata sunt coram te: & in & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibistis in eis. Deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos, qui non videant neque audiant, neque sentiant, laudasti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc, quod exaratum est. Hæc est autem Scriptura quæ digesta est* mane, thecel, phares. *Et hæc est interpretatio sermonis,* mane, *numeravit Deus regnum tuum & complevit illud,* thecel, *appensus es in statera, & inventus es minus habens.* phares, *divisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis. Tunc iubente rege, indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius, & prædicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno. * Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.*

Sup. 4. cap. 23.

* suo MS. G. sed in H. Hier. & C. non additur.

Summa capitis Quinti.

DEscribitur in quinto cap. lib. Danielis, horribilis quidam casus, quo rex Balthasar, subito, vita simul & regno priuatus est, & vrbs Babylon capta, regnumque Chaldæorum translatum est ad Medos. Hæc autem calamitas ei regi accidit, propter inuisam Deo eius superbiam, & impietatem, præsertim verò, quod sacra Deo vasa, Hierosolymis asportata Babylonem, in quodam suo lasciuissimo conuiuio, valdè irreuerenter superbéque tractasset. Videtur caput hoc, contra ordinem historiæ, hic positum esse ante septimum & octauum caput. Siquidē, in his capitibus narrātur, quæ primo & tertio anno regis Balthasaris gesta sunt, in quinto autē capite cōmemorātur quæ decimo septimo anno, id est, vltimo & vitæ eius & regni contigerunt. Sed intelligendum est, propterea in dispositione horum caputum, prætermissum esse à Daniele ordinem temporum, quia consilium & propositum eius fuit, omnem simul historiam contexere, quæ ad reges Chaldæorum pertinebat, ideoque post historiam regis Nabuchodonosor, hanc filij eius Balthasaris, qui vltimus fuit Chaldæorum rex, historiā subtexuit. Nam quæ memorantur cap. 7. & 8. licet huius regis tempore acciderint, tamen nec personam, nec tetrum eius historiam attingunt, sed solius Danielis visiones & reuelationes continent. Adiice quod narratio huius capitis pulchre cohæret cum præcedentis capitis narratione. Etenim regis Nabuchodo-

Cur historia huius capitis contra ordinem temporū posita sit ante caput septimum & octauum huius libri.



odonosor, de quo supra dictum est, hic Balthasar filius vel nepos fuisse dicitur, & vterque propter superbiam adueisus Deum, memorabili diuinæ vindictæ exemplo punitus est. Narratio item vtriusque capitis permixta est, partim enim historica est, partim prophetica, interpretationem scilicet occultam, vel somnij vel scripturæ continens, partim etiam insigni miraculo, vel transformationis Nabuchodonosor in bestiam, vel manus in pariete scribentis, admiranda. Denique in vtraque narratione commendatur Danielis sapientia, & declaratur quanta in gloria & gratia fuerit apud reges Chaldæorū. Quo verō esse probatum est quod in extremo cap. 1. scriptū est, Danielē perseuerasse vsque ad primum annū Cyri, id est, permansisse in gratia apud omnes reges Chaldæorū, quorū vltimus fuit hic Balthasar, qui à Dario Medo, Cyróque victus & occisus est.

Verùm, illud hoc loco ante omnia intelligi conuenit, regem de quo agitur in hoc 5. cap. variis nominibus: tam in sacra Scriptura, quàm in prophanis historijs appellari, quæ nominum ambiguitas, nisi nota & animaduersa sit, errorem affert legentibus historias. Nominatur in hoc cap. Balthasar, sic enim est in Græco, qui autem ex Hebræo vel Chaldaico vertunt, scribunt, Balthasar, vel Baltasar. Videtur Hieremias cap. 50. hunc regem appellare Merodach, ita scribens: *Capta Babylon, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorum.* Cum enim vaticinetur cædem regis, simul cum euersione Babylonis, non alius rex Merodach videtur intelligi posse, quam hic Balthasar, cum quo simul & Babylon, & regnum Chaldaicum concidit. Berosus autem, Alexander Polyhistor, & Alphæus, apud Iosephum libro decimo antiquitatum, & priori libro contra Appionem, & apud Eusebium libro nono de præparatione Euangelica, caput vltimum, regem hunc vocant Nabonidum. Herodotus libro primo, nominat Labinitum, filium reginæ Nitocris, quam, inquit, nobiliorem fuisse & illustriorem Semyramide, prima Assyriorum regina, qua posteriorem fuisse illam dicit, quinque ætatibus, insigni chronologiæ errore: liquet enim Nitocrem fuisse propemodum quingentos & mille annos posteriorem Semyramide. Nec verò miranda esse debet tanta nominum huius regis varietas. Etenim, frequens est tum in diuinis, tum in externis historijs, eundem hominem diuersis appellari nominibus. Penultimus rex Iuda lib. 4. Regum cap. 24. dicitur Ioachim, idem apud Hieremiam cap. 21. vocatur Iechonias. Quin eodem ipso in lib. Esther, rex ille Persarum & Medorū, primo nominatur Assuerus, paulò infra dicitur Artaxerxes. Rex ille, qui tēpli Hierosolymitani ædificationē impediuit, in

Varijs nominibus hunc regem appelleri, in historijs tamen sacris quā prophanis obseruatur.

Lapsus Herodoti in chronologia.

Idem variis nominibus etsi Scripturis apud prophanos auctores sæpè dicūtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



lib. Esdræ c. 4. nominatur Assuerus & Artaxerxes, ab aliis verò historicis vocatur Cambyses, qui fuit Cyri filius, & secundus Persarum rex. Idem quoque licet animaduertere in gentilium historiis. Siquidem vltimus Medorum rex, ab Herodoto nominatur Astyages, & pater eius Cyaxates: Diodorus verò li. 3. c. 9. illum appellat Apandam, hunc Astibaram. Quinimò, cum reges Medorum enumerant Herodotus & Ctesias Gnidius, eos diuersis appellant nominibus. Quòd autem Balthasar de quo scribit hoc cap. Daniel, sit ille ipse qui supradictis locis Herodotus & Berosus memorarunt, patet tribus minimè dubiis argumentis. Primum enim apud omnes tempora omnino congruunt: quod enim ab omnibus narratur, circa idem tempus hoc est, circa Olympiadem quinquagesimam quartâ euenit. Deinde conueniunt personæ: omnes namque scribunt de vltimo rege Chaldæorum, quo victo & Babylon capta est, & imperium Chaldaicum ad Medos & Persas translatum. Denique conueniunt complures circumstantiæ: tradûnt enim omnes hunc miserabilem casum accidisse Regi Babylonis, cum ipse festum diem ageret, faceret ludos, & conuiuia celebraret, eodemque conuiuij die captam esse ab hostibus Babylonem, ipsumque regē interemptū. Cur autē Daniel, hanc solam regis huius historiam scripto prodere voluerit, hanc rationem affert Theodoretus. *Non historiam*, inquit, *simpliciter, sed prophetiam conscribere voluit Daniel, quocirca, non omnia Nabuchodonosor gesta scripsit, sed quorum duntaxat vsus futura erat posteris memoria. Quantam igitur maximam in rege Balthasare ostendit Deus miraculum, quodque efficacissimum esset ad ingenerandum simul cum pietate Dei timorem, non solum tunc viuentibus sed etiā posteris, non existimauit Daniel æquum esse, tantum Dei beneficium, & tam salutare hominibus documentum atque exemplum, silentio occultare, sed opinatus est, se vtiliter ac religiose facturum: si ipsum literis prodendo, clarissimum doctrinæ monumentum omnibus relinqueret.*

Cur Daniel solā hanc regis huius historiā attigerit.

## *Balthasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille, & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem.*

Veteres non prandiu, sed cœnam agebant.

PRo voce *conuiuium* Græcè est δεῖπνον, significans cœnam, sed idem est, nam veteres non prandium, sed cœnam agebant. Illud porro, *vnusquisque secundum suam bibebat ætatem*, duplicem habet sensum. Significat enim optimates sedisse in conuiuio, prout alij alios ætate anteibant, videlicet seniores in honoratiore loco: vel significat, vnumquemque conuiuarum bibisse, prout suæ conueniebat ætati. Verum, & Chaldæis, & Græca, alium sensum videntur reddere, quem Hieronymus fatetur cæteros interpretes expressisse, sic enim habent, *& coram mille vinum bibens*. Quæ lectio significat, regem solum in vna mensa sedisse, sed è regione optimatum, qui in eadem aula, aliis tamen mensis sedebant, eosque rex bibens ad potum inuitabat. Theodoretus præcisè legit, *& coram mille vinum*, nam participium, *bibens*, quod sequitur, ille commungit cum sequenti oratione, & hanc putat esse illorum verborum sententiam, erat paratum vinum quantum mille conuiuis sufficeret ad largè potandum.



De Magnificentia quorūdā Conuiuiorum.

Non potest negari, fuisse magnificum & regale hoc Balthasaris conuiuium, mille conuiuis tam laute & opipare apparatum. Non minus tamen fuisse videtur sumptuosum illud cōuiuium Ptolemæi regis Ægypti, patris Cleopatræ, cuius meminit est Ægypti regnum, illum enim in lib. 33. c. 10. Plinius auctore Varrone, refert mille conuiuas ex comitatu & exercitu Pompeij Magni, tunc res gerentis circa Iudæam, totidem aureis potoriis, mutantem vasa cum singulis, saginasse. Sed hoc Ptolomæi conuiuio, magnificentius fuit illud nuptiale conuiuium Alexandri magni, ad quod adhibita sunt decem millia conuiuarum, singulis, ab eo patera aurea donatis. Alexandrum tamen superasse videtur Assuerus, maritus Esther, in eo conuiuio, quod per centum & octoginta dies, non tantum optimatibus, sed omni etiam populo ciuitatis Susam, incredibili magnificentia præbuit, vt in exordio eius libri traditum est. Verum, meo iudicio, super omnia conuiuia quæ adhuc legi splendidissimum, & quodammodo fidem excedens, fuisse videtur illud Pythij Bithyni, qui platanum auream, vitemque nobilem illam, Dario regi donauit. Hic, si vera sunt quæ traduntur à Plinio, Xerxis copias, hoc est septies centena octoginta, octo millia hominum, excepit epulo, stipendium insuper quinque mensium, frumentumque pollicitus, vt è quinque liberis, in delectu, vnus saltem senectutis suæ concederetur.

lli. li. 33. cap. 10.

Balthasarinum obsidionis periculo.

Sed vix nonnullis verisimile posset videri, regem illum Balthasarem, vsque adeo fuisse vecordem & periculi sui incogitantem, vt quo tempore grauissima obsidione ab hostibus premebatur, eo tempore quasi omnino securus, & otiosus, data festos, ludos & conuiuia cum suis dissolutissimè agitaret. Verum nullo modo de veritate huius historiæ dubitandum est, non solum propter Danielis auctoritatem, sed quia in hoc etiam consentiunt exteri scriptores. Etenim, libro primo Herodotus, & Xenophon lib. 7. de Cyri institutione tradunt eum diem quo à Cyro capta est Babylon, egisse Babylonios festum diem: publicis ludis, saltationibus, & conuiuis, totamque eam noctē

quasi securus, cōuiuia celebrabat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



maximo luxu, & intemperantia transegisse. Quin propterea inquit Xenophon, electum fuisse à Cyro eum diem ad inuadendam vrbem, quod intellexisset, die illum maxime festum esse Babylonis, eosque propter conuiuia, quæ publicè priuatimque, diéque ac nocte agebant, somno fatigatos, meróque oppressos, fore incautos, & ad defectionem vrbis imparatos, & inualidos. Isaias quoque, ducentos ante annos, vaticinatus fuerat, Babylonem captum, & euersum iri, dum principes eius conuiuiis indulgerent. sic enim cap. 21. scriptum est, *Eruat cuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me: Babylon dilecta mea, posita est mihi in miraculum. Pone mensam, contemplare in speculo: comedentes & bibentes, surgite principes, arripite clypeum, &c.* Cæterum, inuestigatione dignum est, quæ res hunc Balthasarem ab hostibus circumsessum, adeo sui periculi & salutis negligentem, & improuidum fecerint. Equidem, quinque vel sex causæ probabili coniectura excogitari possunt, quibus rex ille adduci potuit, vt conuiuia, quasi securus celebraret. Primam causam fingunt Hebræi, quã D. Hieron. his verbis commemorat. *Tradunt Hebræi huiusce modi fabulam: quod vsque ad septuagesimũ annum, quo Hieremias captiuitatem Iudæorum dixerat esse finiendam, de quo & Zacharias in principio voluminis sui loquitur, irritans patrios Dei pollicitationem Balthasar, falsumque promissum, versus in gaudium, fecerit grande conuiuium, insultans quodammodo spei Iudæorum, & vasis templi Dei, sed statim eius consecuta est.* Ex quo apparet, audisse Balthasarẽ, sparsum esse rumorem inter Hebræos, iam finem iuæ captiuitatis appropinquare, id quod confirmare videbatur præsens Babylonis obsidio. vt igitur Balthasar, insultaret Iudæis, vanam eorum spem subsannans, instituisse eum splendidum, & publicum conuiuium, & introductis vasis Dei Iudæorum, simul cum Diis Babyloniorum, horum potentiam prædicasse, qui imperium Chaldæorum ad tantam gloriam, & amplitudinem euexissent: contra vero Dei Iudæorum, cum probris & contumeliis illuxisse imbecillitatem, qui sui cultores nec metu, ne seruituti Chaldæorum subiicerentur, nec tam diu Chaldæis subiectos, ex eorum manibus eripere potuisset. Sic Hebræi mugantur. Verum, bene habet, quod hanc Hieronymus vocat fabulam, nempe, vt alia eorum plurima, sic etiam hoc commẽti simile videtur. Altera causa, quod dies ille, esset Belo sacer & festus, & qui anniuersaria celebritate, publicis ludis, spectaculis, & conuiuiis ageretur à Babyloniis. Erat autem Belus, princeps Deorũ omnium, quos venerabantur Babylonij. Tertia causa, fortasse dies celebrabatur natalis illius regis, vel quo ad regnum electus, seu regali corona insignitus fuerat. Quarta causa fortasse pro

Isaias prædixit Babylonẽ, dum conuiuiis indulget capiẽdam, Balthasar cur in obsidione salutis suæ negligentem fuerit.

*Hier. 25. Zach. 1.*

Iudæorũ fabula.

Belus Babyloniorũ Deus præcipuus.



pro vrbis conseruatione, ac defensione indicta erat generalis supplicatio, & publicum epulum, quod solemne erat Gentilibus, cum in similibus angustiis, & periculis versarentur. Quinta causa, quid si putemus, vsos esse hostes eo stratagemate ad capiendam vrbem, vt cum viderent Babylonem, obsidione, vel nunquam, vel tardissimè cogi posse ad deditionem, laxasse obsidionem discessumque dissimulasse, vt hoc credentes Babylonios, ob idque in defensionem vrbis remissos, ac negligentes, postea facilius opprimerent. Rex igitur Babylonis hoc fide credens, agi verè quod simulatè agebatur, totus in lætitiam, & conuiuia effusus est. Sexta causa, nec illud fide caret, consulto id fecisse regem Babylonis, vt ostenderet se nihil timere hostium obsidionem, vrbemque ducere inexpugnabilem, id quod ad frangendos hostium animos, suorum vero confirmandos, plurimum valere poterat. Et verò, tres ob causas sperare poterant Babylonij, vrbem suam fore inexpugnabilem. Primo, quia vrbs erat munitissima, cum propter alia eius munimenta & propugnacula, tum propter amplissimum, & altissimum fluuium Euphratem, quiin ciuitatem interfluebat. Deinde propter eius vrbis propugnatores, qui, & plurimi, & robustissimi, omnique armorum genere instructissimi erant. Denique propter abundantiam commeatuum, rerumque omniũ, quæ ad tollerandam in multos annos obsidionẽ in opus erant. Nam, vt tradunt Herodotus, & Xenophon, præsentientes Babylonij, futuram vrbis obsidionem, commeatu in xx. annos eam præmunierant.

Babylon, cur inexpugnabilis iudicabatur.

Circa illa verba, *Præcepit rex temulentus*, vel vt est Græcè, *in gustu vini vt afferrentur vasa Templi Dei*, ita scribit Theodoretus. *His verbis docet nos Daniel, non solum impietatis exemplum, sed etiam damnum ab intemperantia vini profectum. Bibens enim rex, dixit in gustu vini: Obruit enim rationem ebrietas, & incontinentia peperit insaniã, & dicata Deo vasa, quo Nabuchodonosor in honore habuerat, & ab humanis vsibus separauerat, ea Balthasar, vt communia & prophana, impurè tractare ausus est.* Exemplo huius regis discimus, quot, quantorumque malorum causa sit ebrietas. Exempla in sacris litteris plurima sunt, & perquam illustria, vt [a] Noe, [b] Loth, [c] Amnon, [d] Holopherni, [e] Simonis Machabæi, [f] & Benadab regis Syriæ: qui maximum habens exercitum, & triginta alios reges secum, bibens tamẽ, & temulentus, cum toto exercitu à pauculis victus & profligatus est. Lege Ecclesiast. capite decimo & Ecclesiasticum, capite 19. nec non, & quandam Senecæ epistolam, quæ in volumine epistolarum eius lxxxiv. numeratur. Pythagoras dixit,

De vitio ebrietatis.

a *Genes. 9.* b *Gene. 19.* c *2. Reg. 13* d *Iudit. 12.* e *1 Mac. 16* f *3. Reg. 20.*

ebrietatem breuem esse insaniam. Anacharsis primum poculum vini, dixit esse sanitatis, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, quartum furoris & insaniæ. Cuius dictum sapiens Alexandri Magni temulentia comprobauit: qui non plures in bello hostes armatus, quàm in conuiuio amicos temulentus occidisse dicitur. Illud præterea magno documento esse potest, quod hic traditur Balthasarem, cum in summum vitæ regnique perdendi adductus esset discrimen, nihilominus tamen, quasi omnis periculi vacuum, conuiuiis & voluptatibus indulgentem, miserrimo exitu, vitam simul, & imperium amisisse. Horum regis similes, videre est multos flagitiosissimè viuentes: qui cum in potestate Diaboli sint, nec longius ab inferno absint, quam quanta est vita hæc, quæ in terris agitur, nimium breuissima & in hac ipsa breuitate, incertissima, perinde tamè soluto, & tranquillo animo viuunt, atque si extra omne periculum, in maxima pace, & securitate versarétur. Sic cæterisomnibus qui in naui erant, tropidátibus, & imminentis naufragij mortisque metu exanimátus, solus Ionas, cuius tamè vnius causa istigandi causa tempestas illa à Deo concitata fuerat, otiose in vtramque aurem dormiebat. Sic filij Iob conuiuantes, subita domus in qua cóuiuabantur, ruina perempti, sepultique sunt. Sic Isboseth, vt est in 2. Reg. c. 4. in cubiculi dormiens, super lectum suum à latronibus occisus, somnum cum morte continuauit. Denique, cuidam copioso, & præditiori, multorumq; sibi annorum fœlicitatem pollicenti, dictum est, Luc. 12. *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti cuius erunt?* Recte igitur scriptum est in Ij. Iob. c. 20. *Laus impiorum brevis est. & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit usque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi fimi quilinium in fine perdetur: & qui eum viderunt, dicent, Vbi est? Velut somnium avolabit non invenietur: transiet sicut visio nocturna.*

In eos, qui summis in peccatis magna trãquillitate animi, ac securitate viuunt. *Ion. 1. Iob. 16.*

## *Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos, argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos.*

Babyloniorum stultitia.

HÆc verba explanans D. Hieronymus, ita scribit: *Quanta fuit stultitia in vasis aureis bibentes, ligneos & lapideos Deos laudare. Laudant autem Deos suos: insultantes Deo Iudæorum, quod illis victoriam tribuentibus libebant in vasis eius.* Fuisse autem morem antiquis, vt in conuiuiis ante oculos haberent Deos quos maxime venerabantur, sub specie, & forma humana, prodidit Athenæus lib. 8. Diopnosophistarũ capite 12. ait enim more fuisse veteribus, priusquam conuiuia inirent

Athenæus quidin cõuiuio



Diis suis sacrificandi, eosque secum adducẽdi in conuiuium, videlicet, quo præsentium Deorum respectus, & reuerentia, modestiores, ac temperantiores faceret eos in conuiuio.

Cæterum de illis Dis aureis, argenteis, ferreis, ligneis, & lapideis, quos Babylonij colebant, non alienum fuerit hoc loco referre, quod apud Baruch cap. 6. in epist. Hieremiæ scripta ad Iudæos qui Babylonem captiui ducebantur, hunc in modum traditur. *Videbitis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humanis portari, ostentantes metum gentibus. Visa itaque turba de retro, & ab ante adorãtes, dicite in cordibus vestris. Te oportet adorare Dominc. Coronas aureas habent illi Dij super capita sua, aperuntur vestes purpureæ eorum. Sacerdotes extergũt propter quòd ipsi domos, qui est plurimus inter eos. Sceptrũ habet vt homo, sicut iudex regionis: qui in se peccante nõ interficit. Habent etiam in manu gladium, & securim: se autem de bello, & latronibus non liberant. Oculi eorum pleni sunt pulvere à pedibus introeuntium domum in qua sunt. Tutantur Sacerdotes ostia domus sua, & serie, ne à latronibus expoliantur. Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre possunt: sunt autem sicut trabes in domo. Corda eorum dicunt eluigere serpentes, qui de terra sunt dum comedunt eos, & vestimentum ipsorum, & non sentiunt. Nigra sunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. Supra corpus eorum, & supra caput eorum, volant noctua, & hirundines. Hostias illorum vendunt Sacerdotes, de sacrificijs eorum sua, & mensruata contingunt. Sedent in domibus eorum Sacerdotes, habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam, quorum capita nuda sunt. Ringunt clamantes coram Deos suos, sicut in cœna mortui. Vestimenta eorum auferunt Sacerdotes, & vestiunt uxores suas, & filios suos. Cum audierint Chaldæi mutum aliquem non posse loqui, offerunt illum ad Bel, postulantes ab eo loqui: quasi possint sentire, qui non habent motum, & sensum.* Hæc propterea commemorare volui, vt liqueret, quales Deos, quoue ritu, & superstitione Babylonij colerent. Sed quod prædictis verbis, eodem loci mox subiicitur, nequaquam est prætercundum, sequitur enim: *Mulieres autem circumdatæ funibus, sedent in viis succedentes ossa aliquarum. Cum autem aliqua ex illis attracta ab aliquo transeunte, dormierit cum eo, proxima exprobrat, quod ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit.* Hanc subobscœnam quidem, perobscuram tamen historiam, valde illustrat, quod in eandem sententiam de mulieribus Babylonicis tradit Herodotus: sic enim in primo libro scriptum reliquit. *Vna Babyloniæ lex est, semel in vita omnibus mulieribus indicenda communis est, semel in vita ad Venerit templum desidentibus, cum externis viris consuetudinem habere. Gazarum cum plurimi sint*

Locus Baruch in ca. 6. per obscurus illustratur.

Herodotus de Babyloniorũ fœdis obseruatum refert.

Sentẽtia Baruch, de Dijs Babyloniorũ, ex cap. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



moribus quid scripserit

*sunt diuitijs tumentes, quæ sui copiam facere recusant, hæ vehiculis eamerotis subuectæ, pro templo consistunt, relicta interim a tergo, magna famulitij turba. Plerasque etiam ad templum Veneris sedili, coroisque temporarium ductæ, e quibus alia seorsum abeunt, alia regrediuntur. Nam diuerticula vndecunque quæ sic funiculis distincta, aditum præbent externis, ad mulieres illas, quam cuique libuerit delegendum. Porrò cum semel illic consederint, non prius domum regrediuntur, quam hospitium aliquod pecuniam mulieri in sinum ejecerit, & cum ea seorsum a fano vsus habuerit. Pecuniam autem illa fas non est reijcere: siquidè in sacrum conferetur vsum, neque vllo fieri licet hospitem aliquem repudiare. Sed quicunque pecuniam primus obiecerit, hunc illa segui debet citra delectum. Congressu autem peracto, quasi Dea expiata, domum reuertuntur. Sicut autem formosiores cuius expediuntur sic deformiores vno aut altero anno, ac triennio, quin etiam diutius coguntur miserè pro templo desidere.* Sic Herodotus. Ex cuius verbis locus ille ex epistola Hieremiæ planior efficitur, & intellectu facilior.

Hæretici idololatriis compacatur.

Diuus Hieronymus, impietatem, & stultitiam Babylonitarum, laudantium Deos aureos, argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos, secundum allegoricum sensum sic interpretatur. *Iuxta tropologiam, hoc dicendum est, quod omnes hæretici, & doctrina contraria veritati, qui assumunt verba Prophetarum, & testimonia diuina Scripturæ abutuntur ad sensum suum: & dant libellos his, quos decipiunt, & cum quibus fornicantur, tollunt vasa templi Dei, & inebriantur in eis, nec laudant Deum, cuius vasa sunt, sed Deos aureos, argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos. Aurei mihi videntur hi, qui secularis rationis compacti sunt. Argentei, qui habent eloquij venustatem, & rhetoricæ artis constructi sunt. Qui autem inferunt fabulas Poetarum, & vetustis vtuntur traditionibus habentes inter se multam, vel elegantiæ, vel finitimæ differentiam, isti vocantur ærei, & ferrei. Qui penitus inepta proponunt*

Deut. 27. Psalm. 10

*ligni appellantur, & lapidei. Quos omnes in duas partes Deuteronomium diuidit, scribens: Maledictus, qui facit sculptile, & conflatile, opus manuum artificis & ponit illud in abscondito. Abscondunt enim omnes hæretici, & operiunt mendaciorum suorum dogmata, vt sagittent in obscuro rectos corde.* Sic Hieronymus.

*Regina autem ingressa domum conuiuij ait: est vir in regno tuo spiritum Deorum sanctorum habens in se: quem rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorum, incantatorum, Chaldæorum, & aruspicum constituit.*

Diuus



Quæ fuerit regina Balthasaris

Diuus Hieronymus supradicta verba exponens, sicait, *Hanc reginam Iosephus auiam Baltasaris, Origenes, matrē scribunt: Vnde & nouit præterita, quæ rex ignorabat. Exigit ergo Porphyrius, qui vxorem Balthasaris sommat vxorem, & illudit eam plus ferè quam maritum?* Theodoretus Originem secutus, putat eam reginam fuisse matrem Balthasaris ita enim scribit: *Videtur mihi hæc regina, mater fuisse ipsius Balthasaris. Vxores enim cum pellicibus conuiuij participes erant: nam vt moris in hoc loco Scriptura habebant in illis vasis aureis, rex & optimates vxores, & concubinæ illius, quæ scilicet non legitimo connubio, sed lasciuiæ causa cū illo conuenerant. Ipsa autem regina post perturbationem illam Balthasaris, ingressa est. Et verisimile erat, eā vt sanioē fœtā, neque ebrietati, neq; lusibus, aut saltationibus, cū alijs tūc indulsisse. Verba autem illa, quibus Balthasarem affatur, Rex in æternum viue, cōtinent formulam salutationis & præfationis, qua olim subiecti regibus, eos salutabant, & ad hoc vsque tempus hic mos inualuit: quidam enim imperiti, regē illos qui nunc sunt, æternos vocare consueuerunt: in syngraphis quoque commerciorum, sic quidam adscribuntur stultitiæ magis quam impietatis damnandi.* Hæc Theodoretus.

An Nabuchodonosor fuerit Pater, an Auus, an Proauus huius regis Balthasaris.

Sed quod regina, Nabuchodonosor appellauit patrem Balthasaris, quod etiam paulo infrà confirmat Daniel, id valde dubium, & explicatu per quam obscurum est: quamobrem multas, & admodū diuersas inter se scriptorū sententias peperit, quas in præsentia breuitee memorabimus, & expēdemus. D. Hierō, explanādo hunc locū, non ignorans propositæ difficultatis obscuritatem, variasque Doctorum sententias, ita scripsit. *Sciendū est, hunc Balthasarē, non fuisse filiū Nabuchodonosor, vt vulgo legētes arbitrētur, sed ixta Berosum, qui Chaldaā scripsit historiā & Iosephum, qui sequitur Berosum post Nabuchodonosor, qui regnauit annis quadraginta tribus, successisse in regnum filium eius Euilmerodach, cuius in fine suæ prophetiæ meminit Hieremias. Refert idē Iosephus, quod post mortē Euilmerodach, in regnū successit filius eius Neglissar, post quem regnauit filius eius Laborsardach, quo mortuo, regnum tenuit filius eius Balthasar, de quo nunc agitur. Quod autem Nabuchodonosor, qui proauus fuit Balthasaris, hoc loco vocetur eius pater, non facit errorem scientibus sanctæ Scripturæ consuetudinem, qua omnes proaui, omnesq; maiores appellantur patres.* Sic Hieronymus. Quæ fuit etiam Bedę in lib. de sex ætatibus mundi, sententia. Sed contra hanc Iosephi & Hieronymi opinionē facit, quod scriptū est apud Hieremiam. c. 27. Siquidē eo loco pollicetur Deus daturum se amplissimum imperium regi Nabuchodonosor, & post ipsum, filio eius, & filio filij: post quem, euersum iri Chaldaicum imperium. Ex quo loco,

Prima sententia Iosephi, & D. Hieronymi, Iosephi. libr. 10. antiq. cap. 12. Hier. 52. Refellitur sentētia Iosephi.

liquido

Universidad de Deusto
Biblioteca



liquido intelligitur, duos tantummodo reges post Nabuchodonosor, ex posteris ipsius, remansisse imperium, hoc est, filium, & nepotem ipsius. Cum autem sub hoc Balthasare destructū sit imperium Chaldaicum, & ipse fuerit vltimus rex Chaldæorum, necesse est confiteri Balthasarem nō ab nepotem, vel pronepotem, vt isti censent, sed fuisse tantum nepotem regis Nabuchodonosor. Alioquin non duo tantum post Nabuchodonosor, vt Hieremias disertis verbis prædixit cap. 27. sed quatuor posteri ipsius Nabuchodonosor regnassent: quod si verum esset, non tam restrictè dixisset Deus, datum esse Nabuchodonosor regnum, & post ipsum filio eius, & filio filij, cum re vera pluribus datus esset: sed potius dixisset, se datum ipsi regnum & posteris eius, vsque ad quartam generationem: quemadmodum promisisse Deū regi Israel Hieu, propter vindictam, quā de mandato Dei, vltus fuerat domum Achab, legimus in lib. 4. Reg. cap. 10. Altera sententia fuit Alexandri Polyhistoris, Alphæi, & Megasthenis, quos memorant Iosephus priori libro contra Appionem, & Eusebius lib. 9. de præparatione Euangelica. cap. 4. Isti prodiderunt, post Nabuchodonosor regnasse alios quatuor: primo loco filium eius Euilmerodach, sed hunc sororis eius maritus Nighlisar, occidit, & secundo loco regnauit: post quem, filius eius Labosardach tertio loco regnum tenuit: quo tamen propter scelera inuiso, & exoso, ob idque à Chaldæis occiso, suffragio principum assumptus est ad regnum vnus de interfectoribus è Babylone, & ex eadē gente, cui nomen erat Nabonidus, quo postmodum à Cyro deuicto, finem habuit regnum Chaldæorum, Medis Persisque subiectum. Hæc illi. Secundum quos, videtur Balthasar, nec filius, neque nepos, aut pronepos fuisse regis Nabuchodonosor. At qui Daniel hoc loco appellat Balthasarem, filium regis Nabuchodonosor.

Secunda sententia Alexandri, Alphæi, & Megasthenis.

Tertia sententia historiæ scholasticæ.

Auctor historiæ scholasticæ enarrans historias Danielis, cap. 5. ait duos fuisse reges Chaldæorū, nominatos Nabuchodonosor: & vnus quidem (inquit) fuit magnus Nabuchodonosor, qui captiuos duxit Babylonem Iudæos, & is duos reliquit filios, maiorem natu, nomine patris appellatum etiam Nabuchodonosor, qui patri in regnum proximè successit, & cuius egregia facta a Megasthene, Beroso, Diocle, & aliis veteribus auctoribus celebrata sunt. Alterum verò filium reliquit minorem natu, dictum Euilmorodach, qui fratri succedens, secundo loco post magnum Nabuchodonosor, Chaldaicum rexit imperium. Hic autem tres habuit filios, hoc ordine imperio succedentes: primum Neglisar, secundum Labosardach: tertium Nabonidum, siue Balthasarem: putat igitur hic auctor, Balthasarem



Balthasarem nepotem fuisse magni Nabuchodonosor, sed quinto loco tamen post illum regnasse. Verum hæc opinio quatuor de causis minimè probanda est. Primò enim, duos facit reges Chaldæorum, appellatos Nabuchodonosor, patrem & filium: cum & sacra & profana historia, vnū duntaxat Nabuchodonosor regem Chaldæorum agnoscat, & commemoret nec inter filios magni Nabuchodonosor, vllus vel in sacris, vel in externis historiis, eo nomine appelletur. Deinde, quia præclara facinora, quæ à veteribus scriptoribus prædicantur, non magni Nabuchodonosor, qui Iudæum euertit imperium, sed filij eius fuisse arbitrantur, cum veteres rerum Chaldaicarum scriptores, quos paulo supra nominauimus, omnino cōtra sentiāt, sicut videre licet apud Iosephum libr. 10. antiquitatum, & priori libro contra Appionem, nec non apud Eusebium libro nono de præparatione euangelica. Ad hoc, faciens Euilmerodach non proximè post magnum Nabuchodonosor, sed secundo loco regnare, contradicit omnibus, tā ecclesiasticis, quā externis scriptoribus, qui Euilmerodach, proximum magni Nabuchodonosor in regno successorē faciunt. Contradicit etiā diuinæ Scripturæ: quippe in 4. libro Regum cap. 25. & apud Hieremiam cap. 52. in vltigesimo septimo anno transmigrationis Ioachim seu Iechoniæ, inducitur iam rex Babylonis Euilmerodach: eo autem ipso anno, vel proximè ante, mortuum fuisse magnum Nabuchodonosor, ex sacris literis concludi potest, siquidem transmigratio Ioachim, facta est octauo anno regni Nabuchodonosor, vt traditur in 4. lib. Reg. cap. 24. Præterea, regnasse Nabuchodonosor tres & quadraginta plenos, atque integros annos, in confesso est apud omnes. Quocirca finis regni Nabuchodonosor, vel attigit, vel propè attigit 37. annum transmigrationis Ioachim, in quo tamen iam regnasse Euilmerodach, sacra historia. Postremo, hic scholasticus historicus, in eo cunctis auctoribus aduersatur, quod Nighlisar & Labosardach, filios esse ait Euilmerodach, & fratres Balthasaris, cum vel neutrum ille cognatione contigerit, vel certè secundum alios, Nighlisar auus, Labosardach verò pater fuerit Balthasaris.

Quarta opinio, imprimis nobilium fuit auctorum, Eusebij in chronicis. Seueri Sulpitij in lib. 2. sacræ historiæ, Theodoreti quoque super quintum caput Danielis, hi putarunt duos fuisse filios regis Nabuchodonosor, Euilmerodach maiorem natu, qui secundum patrem regnauit, & Balthasarem minorem natu, qui post fratrem regnum administrauit. Miror autem Hieronymum, hanc, quæ est opinio grauissimorum auctorum, cā dicere hoc loco, vulgi esse sententiam. Sed profectò eam opinionem manifestè peruincit esse falsam, illud Hieremiæ testi-

Quarta sententia Eusebij, Sulpitij, Theodoreti.

monium

monium quod supra 27. capite libri Hieremiæ, productum expendimus. Eo namque loco promittit Deus, se daturum regnum Nabuchodonosor, & post ipsum filio eius, & filio filij. Sed hic Balthasar, vltimus fuit Chaldæorum rex, qui & vitam, & regnum Chaldaicum perdidit, non igitur is fuit regis Nabuchodonosor filius, sed eum nepotem fuisse ipsius necesse est. Quintam sententiam inuexit Nicolaus de Lyra, qui super secundum caput Danielis, in eo quod Balthasarem facit nepotem Nabuchodonosor, rectè quidem sentit, sed in eo fallitur, quod censet duos tantum regnasse post Nabuchodonosor Euilmerodach dico, & Balthasarem. Quos autem, citati à Iosepho & Eusebio auctores trádunt, inter hos duos regnasse, videlicet Neglisar, & Labosardach, eos Nicolaus affirmat, eosdem cum illis fuisse, diuerso tamen appellatos nomine, siquidem Euilmerodach binomius erat, appellabatur enim etiam Neglisar, similiter quoque binomius erat Balthasar, nam præter hoc nomen appellabatur etiam Labosardach. Verum non satis queo admirari, quemadmodum hoc fingere, & affirmare ausus sit Nicolaus de Lyra, cum Berosus, Alexander Polyhistor, Megasthenes, Alphæus, Neglisar & Labosardach: diuersos fuisse reges, & diuersis temporibus regnasse, quam Euilmerodach & Balthasarem, apertissimis verbis confirment.

Quinta sententia Nicolai de Lyra.

Sexta, & ipsius auctoris sententia.

Adiiciam prædictis opinionibus sextam præterea sententiam, quam ego cæteris probabiliorem iudico, Balthasarem censeo equidem non filium, sed nepotem fuisse regis Nabuchodonosor: nec post ipsum tamen secundo, sed quarto loco regnasse. Dicam breuiter, quibus in eam sententiam ducar argumentis. Mouit me maximè illud Hieremiæ testimonium, supra non semel à me tractatum, & ad confutadas superiores opiniones adhibitum. Deus enim apud Hieremiam capite 27. pollicetur daturum se regnum regi Nabuchodonosor, & post ipsum, filio eius, & filio filij. Ex quo palam est, de posteris Nabuchodonosor, non plures duobus, id est, filio & nepote, post ipsum regnasse. Et quia Balthasar vltimus fuit posterorum Nabuchodonosor, qui regnarunt Babylone, siquidem eo regnante Babylonicum imperium à Medis & Persis euersum est: propterea Balthasarem, non filium, sed nepotem fuisse Nabuchodonosor, sentire necesse est. Si qui autem alii, inter filium & nepotem Nabuchodonosor regno Chaldaico præfuerunt, sicut multi tradunt, fuisse Neglisar; & Labosardach, eos non fuisse de posteris Nabuchodonosor, existimare conuenit. Vt autem sentiam Balthasarem, non secundo loco post Nabuchodonosor, sed quarto loco regnasse, duobus aliis in regno ipsum



ipsum prægressis, facit auctoritas plurimorum & grauissimorum scriptorum, Berosi, Alexandri, Megasthenis, Alphæi, Iosephi, Eusebij, Hieronymi, & Bedæ: qui inter Euilmerodach & Balthasarem, duos alios, Neglisar & Labosardach, reges Chaldæorum intercessisse tradunt. Hoc ipsum nos sentire ac dicere cogit diuina Scriptura: quippe quæ apud Hieremiam ca. 25. & 29. & extremis verbis posterioris libri Paralipomenon docet, à captiuitate Iudæorum à Chaldæis facta, vsque ad eorum liberationem, & Chaldaici regni euersionem, præteriisse septuaginta annos. Incidit autem captiuitas Iudæorum in annum decimumnonum regni Nabuchodonosor, sicut libr. 4. Regnũ capite 25. scriptum est. Quoniam autem Nabuchodonosor annos tres & quadraginta vixit in imperio, fit, vt post captiuitatem, viginti quinque annis regnum tenuerit. Reliqui sunt igitur ad complendam septuaginta annorum Iudaicæ captiuitatis summam, post mortem Nabuchodonosor anni quinque & quadraginta. Hos annos ex regno Euilmerodach & Balthasaris, colligere non possumus. Etenim Balthasar, concessu omnium, regnauit annis decem & septem: Euilmerodach, secundum Alexandrum, Megasthenem, & Alphæum, duos tantum annos regnauit. At verò secundum Seuerum Sulpitium in libro secundo sacræ historiæ, regnauit annis duodecim. Verum nos sequamur Iosephum, qui longissimè omnium, huic regi protogauit imperium, annos ipsi decem & octo assignãs: qui anni simul cum illis decem Balthasaris, non plures triginta quinque conficiunt. Desiderantur igitur præterea decem anni, ad numerum illum septuaginta annorum explendum. Ergo necesse est confiteri, præter Euilmerodach & Balthasarem, aliquos alios post Nabuchodonosor, & ante Balthasarem, regnum Babylonicum administrasse. Cur autem Balthasar, qui nepos fuit Nabuchodonosor, non statim secundo loco post ipsum regnauerit, sed alij qui non erant de posteris Nabuchodonosor, ipsum Balthasarem in regno præcesserint, nec sacra scriptura vsquam tradit, nec ab vllo scriptorum, quod ego sciam, proditum est. Verum, si licet coniectura quasi diuinare, existimari posset cum Euilmerodach pater Balthasaris, a marito sororis Neglisar occisus est, vt tradunt auctores, quos prioni libro contra Appionem citat Iosephus, fuisse tunc Balthasarem admodum paruulum, & ab eius cognatis, patrisque amicis fuisse neci, ad quam filij Euilmerodach quærebantur, subductum, & ad tuta loca deductum, ibique commoratum, quo ad patris hostes regnauerunt: quibus ob scelera inuisis & exosis, ob idque à principibus Chaldæorum interfectis Balthasar prin-

Probatur auctoris sententia ex Scripturis & antiquis auctoribus.

Cur Balthasar Patri Euilmerodach non statim successerit Auctoris coniectura.

principum suffragio in paternum regnum est restitutus.

Obiectio ex loco Baruch cap. 1.

Restat vnus etiamnum scrupulus, qui, ne malè habeat lectorem, hoc loco à nobis eximendus est. Scriptura in libro Baruch cap. primo, facere videtur Balthasarem primum filiorum regis Nabuchodonosor, & proximum eius in regno successorem. Etenim narrat eo loco, Ieconiam & Iudæos, qui erant Babylone, scripsisse ad Iudæos, qui erant Hierosolymis, vt orarent Deum pro vita regis Nabuchodonosor, & filij eius Balthasaris. Quibus verbis, nec dubiè nec obscurè significarunt Balthasarem fuisse maximum natu filiorum Nabuchodonosor, proximumque regni hæredem: alioquin non dixissent, vt orarent pro Balthasare, sed pro eo, qui primus erat filiorum Nabuchodonosor, primusque post ipsum futurus in regno successor. Verum non erit difficile, hunc etiam lectori scrupulum excutere. Dicamus igitur, illum Balthasarem, cuius meminit Baruch, fuisse alium, quam hic fuit, de quo nunc agimus, & cuius in hoc quinto capite, tristissimus ac miserrimus vitæ pariter & regni exitus à Daniele describitur. Hoc autē ita esse, ex ipsa Scriptura licet ad hunc modum argumentari: in 4. lib. Regum capite 25. & apud Hieremiam capite 52. ab externis præterea scriptoribus, quos memorant Iosephus, & Eusebius, traditur, post Nabuchodonosor, proximè in regnum successisse Euilmerodach. Constat deinde, hunc, de quo nunc agimus, Balthasarem

Soluitur hæc obiectio.

vltimum fuisse regem Chaldæorum, vt in historia huius quinti capitis docet Daniel. Liquet item ex capite 27. Hieremiæ, post Nabuchodonosor regnasse apud Chaldæos filium eius, & filium filij, quibus omnibus conficitur, hunc Balthasarem alium fuisse ab eo, quem posuit Baruch, & quem significat primum fuisse filiorum Nabuchodonosor, proximumque in imperio successorem. Quis autem fuerit ille Balthasar, quem memorat

Quis fuerit Balthasar cuius Baruch meminit

Baruch, mihi quidem non liquet: mea tamen coniectura est, illum fuisse vel eundem, qui alio nomine dictus est Euilmerodach, vt fuerit ille binominis, & regnante patre Nabuchodonosor, appellatus sit Balthasar, post patris autem mortem suscepto imperio, nominatus fuerit Euilmerodach: vel illum quidem fuisse primum filiorum Nabuchodonosor, ad quē si vixisset, post mortem patris deuenisset imperiū, sed quia mortuus est viuente patre, ideo mortuo Nabuchodonosor, proximè successit in regnum Euilmerodach, licet fuisset secundus inter filios Nabuchodonosor.

*In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis, contra candelabrum, in superficie parietis aulæ regiæ. Ingressi autem omnes sapientes regis, non potuerunt, nec scripturam legere, nec interpretationem indicare regi. Hæc autem erat Scriptura: Mane, Thecel, Phares, & hæc est interpretatio sermonis. Mane, numerauit Deus regnum tuum, & complenit illud, Thecel, appensus es in statera, & inuentus es minus habens: Phares, diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.*



DE manu illa: quæ visa est regi scribere in pariete, & de Scriptura eius, nonnihil hoc loco dicendum est. Illud autem quod hic dicitur, *In eadem hora apparuerunt digiti*, magnam habet emphasim, significat enim, quo tempore rex ille vino æstuans, planeque temulentus, impurè ac lasciuè tractabat sacra vasa, insultans Iudæis, & in eorum Deum superba, contumeliosa verba iactans, eo ipso tempore horrificum illud visum regis oculis esse obiectum: scilicet vt rex tametsi vecors & insanus, non posset tamen non intelligere, tristissimum illud portentum ad se pertinere, & insignem aliquam sibi calamitatem portendere. Nam ideo etiam Scriptura illa exarata est in pariete, qui erat è regione regis, & candelabri lucentis in regis aula, vt ante oculos regis posita, non posset ab eo non cerni.

Tremendum vindictæ diuinæ exemplū.

Sed quia hoc loco dicitur rex vidisse illam manum, an verò ceteri, qui eodem loci aderant eam viderint, non exprimitur: propterea putat Lyranus soli regi visam esse manum, cæteris autem minime. Ex quo ipse concludit, manum illam non fuisse rem aliquam, & corpus solidum, quod extra sensus & imaginationem regis existeret, sed fuisse quandam similitudinem manus formatam diuinitus, & insidentem in sensu & phantasia regis, propter quam videbatur ille sibi videre manum in pariete scribentem: quemadmodum phrenetici multa sibi videre videntur, extra ipsos esse, quæ reuera non sunt. Nam si manus illa fuisset corpus aliquod solidum, quod extra sensus reuera existeret, æque fuisset aspectabilis & conspicua omnibus, qui inibi aderant, nec à solo rege, sed patiter ab omnibus esset visa. Ita sentit Lyranus. Cui ego minimè assentior. Scriptura enim simpliciter dicit apparuisse quasi manū hominis: & eam fuisse corpus aliquod solidum & sensibile, similitudinem humanæ manus referens, omnes tradunt interpretes. Nec quia solus rex nominatur, qui manum viderit, propterea negatur cæteros vidisse, satis enim fuit scripturæ, memorare regem vidisse, cuius vnius causa illud portentum fiebat. Nec, si cæteri

An illam manū solus rex viderit, & cæteris minime.

Refellitur Lyranus.

eam manum non vidissent, ex eo tamen cõcludi posset, eam manum non fuisse corpus aliquod extra sensus existens, huiusmodi enim visiones, diuinitus & per miraculum factæ, pro Dei voluntate, his, aut illis manifestæ fiunt, vel occultæ: solis enim patescunt, quorum causa fiunt, cæteros autem, etiã ante quorum oculos fiunt, perstrictis eorũ sensibus, latẽt. Multi namq; spiritus, tam boni, quam mali, assumptis corporibus, sic apparuerunt hominibus, vt quibusdam se manifestarent, alijs autem ibidem manentibus, minimè. Aderat maximus & validissimus exercitus curruum & equorum igneorum, ad propugnationẽ Elisæi paratus, aduersus Syros, quos tamen Elisæo cernente, minister eius non cernebat: vnde Elisæus, vt traditur in lib. 4. Reg. cap. 4. orauit Deum dicens: *Domine aperi oculos huius, vt videat: & aperiit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisæi.*

Quomodo Chaldæi scripturam illius manus legere nõ potuerint.

Sed mirum dictu est, quod hic subditur, sapientes Babylonis non potuisse legere illam scripturam: cũ tamen Chaldaicè scripta esset: & vt scripta fuerit Hebraicè, nihilominus tamẽ facilis erat eius lectio, tum propter magnam linguæ Chaldaicæ & Hebraicæ affinitatem & similitudinem: tum propter diuturnam Chaldæorum consuetudinem cum Hebræis. Denique, in promptu erat, vnum aliquẽ de Hebræis, qui Babylone erãt, accersere, quo scripturã illam legẽte, & singulorũ verborũ significationes interpretãte, quid illa scriptura, saltẽ verborum, significaret, cognoscere non poterant. Quocirca existimo, quod dicitur nõ potuisse eos legere scripturam, id nõ de simplici, & qualicunque lectione, sed de ea quæ fit cum intellectu verborum, certam aliquã ex ipsis verbis sententiam exprimẽdo esse accipiendũ. Non enim illi legẽtes scripturam scire poterãt, quã separatim singula eius verba sententiã reddebãt: aut quomodo inter se connecti & copulari, ad certũ aliquem sensum eliciendũ deberent. Quod si quis tamen simpliciter intelligi debere verba Danielis, ideoque illos scripturã legere non potuisse, contendat, huic ego non valde repugnabo, dummodo sciat is, admittendum sibi esse nouum miraculum: necesse enim fuit sapientes illos Babylonios, si nullo modo eam scripturã legere potuerunt, perstrictos eos tunc, nouo quodã miraculo, circa eã scripturam scientiam linguæ Hebraicæ aut Chaldaicæ, quam proximè antè nouerant. Quod autem illi sapientes, eã scripturam interpretari non potuerunt, belle significat, diuinam scripturam, sicut Dei spiritu condita est, ita sine eodem spiritu nec rectè intelligi, nec vt oportet explicari posse. Verissimè igitur docuit nos princeps Apostolorum in primo capite suæ posterioris epistolæ, omnẽ prophetiam scripturæ propriã interpre-

Scriptura eodem spiritu explicanda quo condita est.



tatione non fieri, non enim voluntate humana allatã esse aliquãdo prophetiam, sed spiritu sancto inspiratos, loquutos esse sanctos Dei homines.

Interpretatio scripturæ illius manus.

Sed age portentosam illã scripturã, paulũ, excutiamus. Hanc interpretans, sic ait D. Hier. *Tria tantum verba in pariete scripta signauerat: Mane, Thecel, Phares: quorum primũ, numerũ, secundum appensionem, tertium diuisionẽ sonat. Non solũ ergo lectio nõ pus fuit, sed interpretatione opus fuit, si quæ legebãtur: vt intelligeretur, quid hæc verba præditerent: quod scilicet numerasset Deus regnum illius regis atque complesset: & appendisset in statera iudicij sui, & antè, cum iugularet gladius, quam natura dissolueret, & impleta eius in Medos diuideretur & Persas. Cyrus enim rex Persarum, & Dareus Darij auunculo, subuertit imperium Chaldæorum.* Sic Hieron. Verum proprie vim & notionem cuiusq; illorũ trium verborũ aperiamus. Dicitur Deus numerasse regnũ Balthasar, & complesse illud, quia tẽpus quo duraturũ erat regnũ Chaldæorum, spatio septuaginta annorũ, post captiuitatẽ Iudæorũ, à Deo definitum & constitutũ esse, prædixerat Hieremias cap. 25. & 29. Quo tẽpore autẽ hæc scripturã facta est, eo tẽpore iã terminus illorum annorũ proxime aderat. Illud autẽ quod subdit, appẽsum fuisse regẽ illũ in statera, & inuentum minus habere, eã habet sententiã: Deũ exactissima æquitate, & rectissimo examine iudicij sui, pondera sse omnia illius regis opera, quasi in statera quadã iustitiæ suæ: & in altera quidẽ lãce, quæ deterrior erat, apparuisse pondus enorme scelerũ & maleficiorũ illius regis: in altera verò lãce quæ leuissima erat, apparuisse minus habere illũ regẽ pietatis erga Deũ, & iustitiæ erga homines, quã haberet regi, eique potissimum, quẽ Deus tot regnis populisq; præfecerat, & quẽ exemplo aui sui Nabuchodonosor, vt sui verbis fugeret & pietatem coleret, tam ruiditer ac salutariter admonuerat, & prædocuerat. Atque hinc ex re (inquit Theodoretus) discimus, nihil esse, quod apud Deum non pondere. Iudicium Dei æquitas.

Misericordiæ Dei modus.

ret, quippe qui, vt in li. Sapientiæ scriptum est cap. 11 *Omnia in mensura, numero, & pondere constituit.* Quin etiam, illud insubditur nobis, misericordiam & diuinam lenitatem Dei, mẽsuram quadã & põdere hominibus adhiberi. Quãdo itaque trãsgressus quispiã est diuinæ clemẽtiæ fines, continuo accipit diuinæ iustitiæ sententiã. Deniq; quod vltimo loco subiicitur: *Diuisum est regnũ tuũ, & datũ est Medis & Persis.* Significat, mox futurum regnum Chaldæorum, & ab ipso Balthasare, atque omni eius progenie, ad Medos, & Persas transferendum. Hoc, ducentos annos ãnte Spiritu prophetico præuiderat, & pronunciauerat Isaias, cum dixit cap. 47. *Non est solium vltra filia Chaldæorum*, & ca. 3. *Ecce ego super eos suscitabo Medos &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Similia quoque vaticinatus est Hieremias capite quinquagesimo & decimo quinto.

Cabalistica interpretationis figmentum, vnde originem habeat.

Non est silentio prætereundum, Rabinos Hebræorum, ex occasione huius scripturæ, & interpretatione eius a Daniele tradita, ansam accepisse excogitandi, vel confirmandi nouum quoddam in sacras literas expositionis genus, Cabalisticum ab illis appellatum, quo non tantum sententias, & integras diuinæ Scripturæ orationes explanant, sed etiam syllabas, & singulas quasque literas separatim expendentes, quasi lateat in singulis aliquid misterij, examinant: & variis tam historicis, quam mysticis sensibus interpretantur: sumpto hinc argumento, quod quemadmodum licuit Danieli singulas dictiones illius Scripturæ, per integras orationes explicare, ita cæteris synagogæ Rabinis licitum esset, simili ratione etiam syllabas & ipsas dictionum literas, alteram ab altera diuellendo, & separatim expendendo, interpretari per aliquas dictiones, quas literæ illæ significant. De quo genere interpretandi, legi possunt, quæ Sixtus Senensis in libro tertio bibliothecæ sanctæ, cum elementariæ expositionis methodum tractat, scripta, & annotata reliquit. Verum enimuerò quæstionem hoc loco quã dam ponit Theodoretus, cur scilicet Deus, Nabuchodonosor castigatum, emendatumque temporario supplicio, rursus in regnum reduxerit, hunc vero Balthasarem, statim regno vitaque priuarit. Affert ille huius rei duplicem causam: alteram, quia Nabuchodonosor non viderat alium regem, qui ante se impietatis, & superbiæ aduersus Deum pœnas luisset, propter ea eum dignum venia, iusto Dei iudicio, esse iudicatum. At Balthasar, cum ante oculos haberet domesticum recensque sui sui luculentissimum exemplum, nihilo melior factus, superbissimus, & maiorem in modum impius contra Deum fuerit. Iure itaque iustus iudex, illum ad tempus certũ puniuit: hunc autem nulla venia dignum censuit. Aducit Theodoretus alteram causam, nimirum Deo futura omnia prouisa esse, & æque quam præterita, esse notat: præcognita igitur Nabuchodonosor pœnitentia, eius quoque animaduersionem moderatus est: contra verò, prospecta Balthasaris ob firmata & inemendabili impietate, finiendam morte eius improbitatem iudicauit.

Cur Deus pepercerit regi Nabuchodonosor ad tẽpus dum taxat castigato Balthasari autem nullo modo pepercerit.

Tropologica illius manus ex planatio.

Cæterum, tropologicam illius manus, & Scripturæ sententiam, atque interpretationem, ne tacitam omnino transeamus, sciendum est, manum illam in pariete scribentem, designare seuerissimam Dei iustitiam, omnium, quæ ab hominibus quoquo modo peccantur, conscium, & iudicem simul, ac vindicem. Hæc supplicia cuique pro scelerum eius meritis, & ante præscribit, & suo tẽpore infert. Ac licet malefacta non numquam dissimulet, nullum tamen inultũ tandem relinquit. Quin etiam, tarditatem vindicte, vt quidam dixit, supplicij gratiate compensat, potest etiam illa manus scribens in pariete ante cãdelabrum, & ante oculos regis, significare tyndere sim. describentem sua cuiusque in conscientia eius peccata, & pœnas peccatis constitutas, comminantem: & hoc quidem tam clare, vt oculus mentis, vel ipso naturali lumine illustratus, nõ posse nõ videre. Vnde Iob ait ca. 13. *Scribis aduersus me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.* Tria autẽ illius scripturæ verba, significãt tres res nouissimas, quarũ rerum memoria, flagitiosæ viuentibus, solet esse acerbissima, & maximè horrenda: hæc autem sunt, mors, iudicium Dei & infernus: quibus rebus illa tria vocabula mirificè congruunt. Etenim vocabulum illud, *Mane*, significans numerauit, designat numeratos esse a Deo omnes dies vitæ hominis, tempusque mortis suæ cuique præfinitum, itaque venturã mortem, certissimum est, tempus vero aduentus eius, maximè dubium, & incertum est, non tamen longinquum. Rectè igitur Iob c. 14. *Breues sunt dies hominis, & numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non possunt.* Alterũ vocabulũ, *Thecel*, significans quasi appensum in statera, denotat extremum Dei iudicium, quo tamquam iustissima trutina, & statera, omnia hominũ facta, dicta, operata, & cogitata, subtilissimè ponderabũtur, atque examinabuntur. De hac statera loquitur Iob, cum dixit c. 31. *Si ambulaui in vanitate, appendam me in statera.* Et in Prouerb. c. 16. *Pondus & statera, iudicia Domini sunt.* Quicunque autem in illo Dei examine inuentus fuerit minus habens, id est, non habens opera digna vita æterna, reiicietur à Deo, & sempiternis inferni supplicijs condemnabitur. Hanc stateram diuini iudicij perhorrescebat Dauid, cum in Psal. 142. supplicans Deo, dicebat: *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Tertium vocabulũ, *Phares*, significans diuisum, bene adumbrat statum inferni in quo qui sunt, omnino, & in omnem deinceps æternitatem diuisi, & separati sunt à societate non modo beatorum, sed etiam viatorum. Siquidem, non possunt illi amplius flecti ad bonum, nec veniam mereri, nec agere pœnitentiam. Denique nihil facere, quod Deo acceptum, & vtile ipsis esse queat. De quibus scriptum est in Euangelio: *Segregabit eos ab hœdis.* Rupertus in libro septimo de victoria verbi Dei aliam huius scripturæ mysticam interpretationem, primis decem capitibus sublimiter iterat, hic à me breuitatis causa prætermissam.



Valer. Maxim. libro 1.

Triamarime horrenda peccatoribus mors iudicium Dei, & infernus.

*Matt. 25.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Tunc iubente rege, indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius: & prædicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno suo.*

Daniel etiam tristia impio regi nuncians beneficio afficitur.

SEntentiã huius loci contrans Iosephus, libr. 10 antiqu. ita scribit: *Hæc interpretatione Danielis accepta, rex non potestatem non vehementer contristari: attamen Danieli suam munificentiam non subtraxit, tanquam malorum præmuncio, sed donis, quæ pollicitus est, exhibuit, sic cogitãs, quòd non bona audierat, sed iure culpata esse, non Prophetæ animum illum boni viri fructum officio, sed interpretationi sit, vt erat euenturum, tametsi parum lætus sequeretur.* Diuus autem Hieronymus hunc locum exponens, sic ait: *Non mirum si Balthasar audiens tristia, soluerit præmium, quod pollicitus est: aut enim longo post tempore credidit ventura, quæ fuerant prædicta, aut dum Dei Prophetam honorat, sperat se ventura consequuturum. Quam si non impetrauit, maius fuisse credendum est sacrificium in Deum, quam honorem in hominem. Accepit autem Daniel insignia regia, torquem, & purpuram, vt Darii, qui erat successurus in regnum, fieret notior, & per notitiam honoratior.* Quod autem dicitur, Danielem tertium in regno esse constitutum, tribus modis exponitur. Iosephus interpretatur tertiam partem regni promissam a Balthasare interpretanti scripturam, & donatam esse Danieli. Sed hoc, nec est verisimile, nec ipsa verba id significant. Hieronymus igitur duas alias interpretationes ponit, vel vt significet, futurũ posse regem, in toto regno tertium dignitate, auctoritate, potestate: vel futurum vnum de tribus primis principibus, qui præerant omnibus satrapis, & rectoribus, & ad quos summa gubernationis imperij pertinebat, sicut in exordio sequentis capitis declaratur. Et fortasse, inquit Albertus, vnus istorum trium principum, præerat exercitui, secundus aulæ regiæ, tertius regiminiterræ, & prouinciarum. Priorem tamen interpretationem sequitur Theodoretus.

Quid significet se tertiũ in regno

Quæ fuerint insigna honoris antiquitus aliis exhibita.

Sed quia hoc loco commemorantur, tanquam maximi honoris, & dignitatis ornamenta, purpura, & torques aurea, quibus reges afficiebant eos, quibus summum honorem tribuebant, non fuerit alienum, ex variis Scripturæ locis ostendere, quæ fuerint insignia dignitatis, & honoris quibus antiquitus reges eos donabant, & ornabant, quos in regno suo maxime honorare cupiebant. Legimus in li. Gen. c. 41. Pharaonẽ sic honorasse Iosephũ, cuius prionam esse volebat in regno suo dignitatem, ac potestatem. *Tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu Ioseph: vestiuitque eum stola byssina, & collo torque aureo circumposuit, fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamãte præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti.* Non dissimili honoris genere, ab Assuero affectum esse Mardochæum, traditur in libro Esther, c. 6. Cum enim Assuerus interrogasset Aman, quid deberet fieri viro, quem rex honorare desideraret: ille autem reputans, quod nullum alium rex, nisi se vellet honorare, respondit: *homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs, & imponi super equum, qui de stabulo regis est, & accipere regiũ diadema super caput suum, & primus de regijs principibus, ac tyrannis, tenere equum eius, & per plateam ciuitatis incedens, clamet, & dicat: Sic honorabitur, quemcunque rex voluerit honorare. Cui dixit rex: festina, & fac vt locutus es Mardochæo Iudeo.* In lib. 3. Esdræ, licet is liber non sit Canonicus, in c. 3 scriptum est, tres iuuenes Darij regis administros, & custodes corporis, cum inter se disceptarent, quæ res esset omnium fortissima, ita esse loquutos. *Dicamus vnusquisque nostrum sententiam nostram, eam quæ signorum, & cuiusmodi apparuerit sermo, sapientior dabit illi rex Darius dona magnas purpura coperire, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum frenis aureis, & cydarim byssinam, & torquem circa collum, & secundo loco sedebit a Dario, & cognatus Darij vocabitur.* In primo libro Machab. c. 6. narratur, Antiochum Epiphanem mortifero afflictatum morbo, desperatoque salute, Philippo vni de intimis amicis, quem præposuerat vniuerso regno suo, dedisse diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. In c. autem 10. eiusdẽ libri dicitur, Alexandrũ Antiochi filiũ qui cognominatus est Nobilis, misisse Ionathæ fibulam auream, quam consuetudo erat dari cognatis regis. Est autem fibula proprie ornamentum cingulo ad vestem subligandam, sicut ostendit Virgilius quarto Æneidos.

Tertiusliber non est Canonicus.

Fibula quid.

*Aurea purpureum subnectit fibula vestem.*

Eidem Ionathæ, miserat ante rex ille Alexander, purpurã, & Coronam auream. In eiusdem libri capite 11 proditum est, Antiochum prædicti Alexandri filium, misisse Ionathæ honoris causa, vasa aurea in ministerium, & dedisse ei potestatem bibendi in auro, & vt purpuram indueret, & haberet fibulam auream. Deniq; in hoc 5. c. memorat Daniel, Balthasarem sic dixisse: *Quicunque legit Scripturam hanc, & interpretationẽ eius mihi manifestam fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit:* nec solum ista promisit, sed etiam Danieli præstitit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Balthasaris regis stultitia.

In quo non possum non vehementer admirari stoliditatem & vecordiam istius regis, qui audita ex Daniele, seuerissima Dei contra se suumque regnum sententia, cognitaque tanta sibi imminentis mali mole, non ingemuerit, nihil doluerit, nec peccata sua confessus & detestatus sit, non misericordiam Dei supplex imploraverit: non ipsum Danielem apud Deum precatorem atque intercessorem adhibuerit: denique non sicuti annis ante Nabuchodonosor, confugerit ad pœnitentiæ asylum & perfugium, quo iram Dei, vindictamque auerteret: sed contentus fuerit admirari sapientiam Danielis, eumque pro munifis præmiis remunerari, atque honorare. Ex quo intelligitur quemadmodum sit occurrendum ei dubitationi, quæ cuiuspiam fortasse animum subire posset, cur scilicet, Daniel, sicut regem Nabuchodonosor, ita quoque hunc Balthasarem non sit cohortatus ad pœnitentiam, & ad elargiendas eleemosynas, & aliquam ipsi veniæ spem iniecerit. Respondendum enim est, propterea id non fecisse Danielem, quia nouerat obstinatum esse in malo illius regis animum, & ad pœnitentiam minimè flexibilem: nouerat præterea sententiam Dei, de exitio illius regis, non fuisse tantum comminatoriam, sed planè absolutam, atque omnino immutabilem. Veruntamen simillime illi regi faciunt, hodieque permulti, qui cum maximis sceleribus coopeti sint, libenter tamen, & frequenter adeunt ad Concionatores: qui quo vehementius inuehuntur in scelera, eo magis illi eorum laudãt eloquentiam, suscipiunt doctrinã, etiam ardorem spiritus in vitia insectandis admirantur, neque tamen, vel tantillum ipsi commouentur ad pœnitentiam, nihil loquæ meliores, quam venerant, è contione discedunt. Aptissimè quãdrat in illos, quod apud Ezechielem, capit. 33. dixisse Dominum legimus Prophetæ: *Filij populi tui dicunt, venite ad alterum: venite, & audiamus, quis sit sermo egrediens à Domino. Et veniunt ad te & sedent coram te, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, qui in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmen musicum, quod suaue dulcisque sona canitur & audiũt verba tua & non faciunt ea.*

Cur Daniel non sicut regẽ Nabuchodonosor, ita hunc Balthasarem cohortatus sit ad spem veniæ, ex largitione eleemosynarum.

In peccatores qui frequẽter audiunt verbum Dei, sine vllo tamen pœnitentiæ fructu.

## *Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum: annos natus sexaginta duos.*

Eadẽ nocte, qua hæc Balthasaris

HÆc est clausula historiæ, quæ narratur in hoc quinto capite, tragicum continens illius regis, & totius Babylonici imperij exitum, & exitium. Sed mirum dictu, vsque eo improuisum & subditum, tantum malum & regi & vrbi accidere potuisse, vt qua nocte, rex securissimus, lætissimusque, conuiuia



conuiuia cum suis ageret, eadem ipsa nocte, & vrbs caperetur, & rex ab hostibus occideretur. Diuus Hieronymus, ne quod hic traditur, id fortasse cuipiam incredibile accideret explanãs hunc locum, ita scribit, *Iosephus scribit in decimo Iudaicæ antiquitatis libro, aliqua Babylone à Dario & Cyro, Balthasarem regem Babyloniæ, ita tamen venisse obliuionem sui, vt celebrarentur conuiuium, & in vasis templi biberet, & obsessus voluerit epistolis, vnde potest fieri historia, quod eadem nocte sit captus atque interfectus: omnes omnes, aut visionis interpretationisque pauore terrentur, aut occupati sunt festinitate & ebrietate comitij.* Hæc Hieronymus. Verũ, prædicta Danielis verba, vt pauca sunt, & in speciem non difficilia intellectu, ita secum implicatas habent, nec paucas, nec faciles explicatu quæstiones, quas nos hoc loco minimè conuenit dissimulare, & prorsus inexplicatas omittere: quin potius enitamur, quantum possumus, eas enodare & expedire, non tam incensurt doctorum & prudentum hominũ reprehensionem, quod res difficillimas, si non absolutè perfectèque, certè pro nostra facultate cum diligentia & cura tractauerimus, quam si eas propter difficultatem, penitus intactas reliquissemus.

vidit, & vrbs capta & ipse occisus eũ. *Iosephus in lib. 10. antiq. cap. 12.*

Prima quæstio. An Balthasar rex Chaldæorum, tunc fuerit occisus. De veritate huius historiæ, nequaquam dubitare nobis licet: quippe quam scripsit Daniel, qui præteritum quod verissimus Dei vates fuit, etiam rebus ijs interfuit, quas scripto prodidit. Sed in eo nonnulla est difficultas, quod externi quidã scriptores, nec sanè obscuri, videntur ea de re aliter sensisse, & tradidisse. Etenim apud Iosephũ libro decimo antiquitatum, & priori libro contra Appionem, & apud Eusebium libro nono de præparatione Euangelica ca. vii. Alexander Polyhistor, Megasthenes, & Alphæus tradunt, regem Babyloniæ Balthasarem quem ipsi nominant Nabonidum, cum à Cyro fuisset obsessus, tandem ei se dedidisse, & obtinuisse ab eo, non vitam modo, sed commodam etiam in prouincia Carmaniæ habitationem, vbi aliquanto tempore viuens, naturali morte defunctus est. Herodotus libro primo narrans Babylonem à Cyro captam, de regis qui tunc regnabat, & quem ipse vocat Labynitum, aut morte aut conseruatione, nullum verbum facit. Veruntamen Xenophon in libro septimo de Cyri institutione, apertissimis verbis scribit, regem Babyloniæ capta vrbe, in suo palatio districto acinace ilrenuè dimicantem à militibus Cyri esse interemptum. Hoc nempe simillimum vero est: si enim Cyrus tanta erga hostem suum clementia & indulgentia vsus fuisset, nequaquam Græci tertom Cyri effusissimi laudatores, præsertim autem Xenophon, qui de victoribus, & rebus gestis

An Balthasar rẽ fuerit occisus.

Alexander Megalhenes, Alphæus de Nabonido quid scripserit

Xenophon, tradit eũ in tertio fectũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cyri octo libros scripsit, non vera tantum narrans, sed multa quoque, quo illustriorem Cyri laudationem faceret, narrationi affingens mendacia, tam insigne ac memorabile Cyri clementiæ exemplum tacuissent. Sed profectò supradicti auctores, quod Cyrum erga avum suum Astyagem bello à se victum egisse memorant Herodotus & Iustinus, id falsò in regem Babylonis transtulerunt. Et vero minimè sit credibile, Cyrum acerrimo hosti, & potentissimo regi pepercere voluisse, nimirum eo vivo, sperare non poterat turò se Chaldæorum imperio potiturum: præsertim cum exploratum haberet, tam semel eum regem pulsum regno, aliquot annos exulasse, eundem tamen postea regnum recuperasse.

Herod. lib. 1. Iust. lib. 1

An Balthasar Babylone sit occisus.

Secùda quæstio, An Balthasar sit occisus Babylone. In Scriptura, nihil de ea re traditur explicate & manifestè. Auctores illi, quos supra diximus prodidisse regem Babylonis, servatum fuisse à Cyro, etiam tradunt, cum rex Babylonis intellexisset, Cyrum magno & valido cum exercitu venire oppugnatum Babylonem, cum paucis fugisse Borsippum, locum natura, situ, & artis providentia, militari tuique munitissimum: sed cum eodem Cyrus admoussset exercitum, regemque arctissimis premeret obsidione, ille desperata loci defensione, se rotum fidei & clementiæ Cyri permisit. Censent igitur illi, regem Chaldæorum non Babylone, sed Borsippi esse captum. At vero Xenophon libr. 7. perspicuè & affirmatè scribit eum regem Babylone captum fuisse, ac trucidatum. Atque hoc viderut magis congruens historiæ Danielis. Nam, licet in hoc capite nulla fiat explicata mentio Babylonis, attamen ex ipsa narratione Danielis apparet, hunc regem Babylone esse captum. Namque Daniel scribit, eum fecisse mille optimatibus suis munificentissimum convivium, tantum autem convivium, totque convivis facere Borsippi non potuisset, videlicet eo rex cũ paucis, vt ipsi tradunt, confugerat. Deinde, perturbatus rex portento illius manus in pariete scribentis, accersi iussit omnes sapientes Babylonis, eosque venisse narrat Daniel. Atqui si rex fuisset Borsippi, non potuissent sapientes, tam citò, & tam facilè Babylone Borsippum venire. Quippe & vrbs Babylon, & omnia circumquaque vicina loca, exercitu Cyri obsessa tenebantur.

An Balthasar illa ipsa nocte convivij sit occisus.

Tertia quæstio. An eadem ipsa nocte rex Balthasar sit occisus, qua nocte Daniel scripturam illius portentosæ manus regi interpretatus est: cum id manifestè hoc loco affirmet Daniel, non est vlla ratione de eo dubitandum. Quocirca demiror Ioannem Zonaram, Christianum nempe scriptorem, qui in primo tomo annalium, non est veritus scribere, opinionem fuisse quorundam, Regem Chaldæorum Balthasarem, illa ipsa nocte, qua Daniel scripturam in pariete diuinitus exaratam ipsi expossuerat, fuisse interfectum, in quam tamen opinionem non admodum ipse videtur propendere, Iosephus libro decimo antiquitatum ait, non multo tempore post interpretationem illius scripturæ, Balthasarem esse occisum. Quæ sententiæ Iosephi ambigua est, nam si per illud, *non multò post tempore* Iosephus intellexit: vel annos, vel menses, vel etiam dies, falsus est, & scripturæ contradicit, sin autem intellexit paucas horas verus est, & sacræ historiæ consentiens. Xenophon quidem certe libro 7. tradit eodem illo die quo Babylonij diem festum agentes, ludis & conuiuiis vacabant, vrbem esse captam, regemque nec datum. Mirum tamen est, qua ratione tam repente tanta, & tam munita vrbs capi potuerit. Diuus Thomas libro 3. de regimine principum capite 7. significare videtur, id esse factum non humano consilio, & viribus, sed planè diuina ratione & potentia, ideoque miraculi loco esse habendum. *Etenim cum Deus*, inquit, *euertere vellet regnum Chaldæorum, & tradere Cyro, qui liberatus erat captiuitate Iudæi, fecit subitò siccari Tigrem & Euphratem fluuios, qui Babylonem interfluunt, eòque ratione facilem dedit Cyro aditum ad inuadendam vrbem.* Hoc autem censet Diuus Thomas colligi posse ex 45. capite Isaiæ, quo loco promittit Deus se affuturum Cyro, & fauras, ad propugnacula hostium subuersurum, & introitum ipsi ad expugnandas vrbes, quamuis munitissimas patefacturum. Verum & Tigris fluuius longissimè abest Babylone, nec tale, tantumque miraculum, in vlla veterum historia reperitur, nequaquam tacituris id Græcis, alia, falsa etiam miracula fingere solitis. Propior verò est, & credibilior causa, & ratio, quam Xenophon & Herodotus affectunt, Cyrum cum animaduertisset, aut nullo modo, aut non nisi longissimo tempore, Babylonem expugnari, & capi posse: conuertsum ad stratagemata, hoc visum esse consilio: prope Babylonem, quo scilicet loco Euphrates vrbem ingreditur, multas fecisse latas, & altas fossas, ignorantibus Babyloniis eius consilium & propositum: eo autem die quo Babylonij omnis periculi securissimi, ludis & conuiuiis intentissimi erant, deriuasse Cyrum in eas fossas Euphratem, intantum eius inanito alueo, vt à militibus commodè transmeari posset. Itaque vrbem ingressis, facillimum fuit, & ciuitatem capere, & Babylonios vino somnóque fatigatos, & incautos, inopinatóque hostium ingressu consternatos superare. Tradunt alij,



Zonaras reprehenditur.

Quomodo tã repentè Babylõ capi potuerit.

D. Thomas.

Cyri stratagema ad Babylonem capiendam

Babylonios, audito creditoque Danielis vaticinio, quod statim diuulgatum fuerat, non aulos esse hostibus repugnare, seque & vrbem, regemque in potestatem hostium dedisse. Illud quoque proditum est à nonnullis, regem Babylonis à suis satellitibus, & ab aulicis esse necatum, scilicet quo maiorem initrent gratiam à rege Persarum & Medorum, ad quem vaticinio Danielis cognouerant, imperium Chaldæorum esse deuoluendum.

A quo capta Babylon & occisus Balthasar.

Quarta quæstio: A quo rege capta sit Babylon, & rex Balthasar interfectus. Omnes fere Græci scriptores, hanc victoriam vni dumtaxat Cyro assignant, nulla Darij Medi facta mentione. Vnum tamen excipio Xenophontem, qui ait, Cyaxarem Medorum regem, & Cyri auunculum, principem, & auctorē fuisse inferendi belli Babyloniis, ad id autem bellum conficiendum accitisse in auxilium Cyrum, eo tempore Persis præfectum, quo magna cum parte exercitus ad expugnandam Babylonem misso, ipsum Cyaxarem ad custodiam regni, cum aliquanta parte exercitus, in Media remansisse, Babylonis igitur expugnationem, omnemque eius victoriæ gloriam, soli tribuit Cyro. Iosephus lib. 10. antiquit. (sequitur autem Iosephum in explanatione huius loci Danielis D. Hieronymus) confirmat, bellum hoc Babylonicum, à duobus esse gestum confectumque, à Dario Medorum rege, & Persarum principe Cyro. Atque hoc verisimilius fit, rem ipsam, etiam humana ratione æstimantibus: Etenim ad necem Balthasaris, conuenisse Medos & Persas, ostendit Daniel cum dixit: *Diuisum est regnū: & datum est Medis & Persis.* Idem quoque significatum fuerat, in duobus brachijs argenteis illius statuæ, quæ visa est Nabuchodonosor in quiete, à quibus subuertendum erat caput aureum. Qua similitudine præsignabatur imperium Chaldaicum à duobus principibus Medorum & Persarum esse destruendū. Isaias quoque, principes, qui venturi erant ad expugnandum Babylonem, licet legitur cap. 21. figuratè appellauit, *ascensorem cameli, & ascensorem asini:* his verbis insinuans, Darium Medum, & Cyrum. Nec sane probabile est, quod ait Xenophon, Darū Medum, qui princeps & auctor illius belli suscipiendi & gerendi fuerat, remansisse in Media, vt regnum custodiret. Si quis autē perconteretur, cur hanc victoriam vni tantum Cyro Græci attribuant, respondebo multas reddi posse causas. Primo Græcos sic repetisse in annalibus Persarum, qui omnem eius victoriæ laudem sua regi Cyro asseruerant. Deinde, quia vt Strabo inquit, in extremo lib. 15. Semper Græci, maximè auerunt Persis, inter omnes barbaros, eorum res magnificantes, tum quod ipsi etiam sub ditione Persarum aliquando fuerant, saltem Ionēs,

Babylon à Dario Medorū & Cyro Persarū regibus capta.

Cur Græci scriptores soli Cyro Babylonis expugnationē tribuerunt.



nes, qui Asiam colebant, tum quod ipsi de Persis nobilissimas & glorioſissimas victorias retulerant. Ad hæc, quod imperium Babylonicum, perexiguo tempore, & vt quidam tradunt, vno tantum anno, penes Darium Medum fuit, mox autem deuenit ad Cyrum, & ad eius successores, per annos ducentos triginta. Si quis præterea de nobis quærat, si non Darius tantūm, sed etiam Cyrus Balthasarem vicit, cur Daniel hoc loco solum numerat Darium, tacito Cyro, sicut etiam Isaias cap. 13. & Hieremias cap. 51. euersionem Babylonis & regni Chaldæorum: solis Medis asscribunt. Respondebimus, in sacris literis eam victoriam merito soli Dario attribui. Primo, propter excellentiam regiæ maiestatis, quæ tunc erat in Dario, quippe qui rex erat Medorum, penes quos eo tempore monarchia erat, & imperium in Persas, quorum præfectus Cyrus erat, deinde propter auctoritatem propinquitatis, siquidem Darius erat auunculus Cyri: denique, propter ætatis dignitatem, tunc enim Cyrus iuuenis erat: eum namque tradit Cicero lib. 1. de diuinatione, quadraginta fuisse annorum, cùm suscepit imperium: at senem fuisse tunc Darium, testatus est Daniel, affirmans eum duos, & sexaginta annos eo tempore esse natum. Adhuc, quod, vt non semel supra dixi, princeps & auctor eius belligerēdi Darius fuerat, Cyrus vero quasi eius adiutor in auxiliū ab eo accitus est. Atque hęc ipsa diximus, quæ ex Hieronymi extremo in hoc ca pite commentario, magna ex parte sumpta sunt: in eo namque ita scriptum est. *Quod autem vincente Cyro rege Persarum, & Dario rege Medorum, solus Darius successisse in regno scribitur, ordo etatis, & propinquitatis, & regni seruatus est. Darius enim sexaginta duorum annorum erat, & nauti regnum Medorum, quia Persarum legimus, & auūculus erat, quare qui prior erat iure naturæ successor regni debuit numerari. Vnde & in visione, quæ contra Babylonem legitur, tam in Isaia cap. 13. quam in Hieremia cap. 51. animaduertere licet, eos qui Babylonem & regnum Chaldæorum euertisse erant, solos Medos nulla Persarum facta mentione nominari.*

Cur Daniel solū Darium huius victoriæ auctore nominat.

Hieronymus.

Verum Theodoretus supradictam Iosephi sententiam refellit, negans Cyrum simul cum Dario Babylonicum hoc bellum confecisse, cuius opinionem quia etiam nostræ sententiæ aduersatur, propterea hic eā primum verbis ipsius commemorandam, tum etiam breuiter refellendam putauimus. Sic igitur scribit Theodoretus, hunc Danielis locū explanās. *Iosephus, Darij Astyagis filium fuisse asserit, & Cyri auunculum, à Græcis appellatum Cyaxarem, vtrumque autem simul cum exercitu venisse Babylonem, eámque per obsidionem petisse, & ab ipsis eadem nocte eo ipsum Balthasarem, qua nocte scriptas in pariete literas interpretatus est Daniel. Sed non ita credendum est. Siquidem infra narrās*

Theodoretus Iosephi

*Daniel,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iosephū redarguit.

*Daniel, se permansisse in regno Darij Medi, & in regno Cyri Persæ scripsit: edidit aliud Darij regnum fuisse, & aliud Cyri. Quod si vna eorum fuisset contra Babylonem cum exercitu profectio, totum omnino eorum regnum fuisset, nunc autem aliud hoc, & aliud illud fuisse confirmat Daniel.* Quinetiam in fine cap. 13. huius libri est scriptum, *Rex Astyages appositus est ad patres suos, & accepit Cyrus Persæ regnum eius. Non igitur eodem tempore Darius, & Cyrus regnum obtinentes, Balthasarem interfecerunt: verum Darius Assuero prior: Cyrus posterior, regnauit. Neque etiam, quæ dicuntur à Iosepho, ea cū Græcis historijs consentanea sunt: non enim facilè erit in illis conuenire Cyaxarem Astyagis filium, fuisse eum, qui dicitur hoc loco Darius, & qui cum Cyro dicitur à Iosepho contra Babylonem eius exercitu esse profectus. Quocirca omnino Iosephi narratio à fide abhorret.* Hæc Theodoretus. Qui sententiam Iosephi, eandemque Hieronymi & nostram, duobus præcipuè argumentis infirmare conatur, quæ tamē ipsa satis infirma sunt. Primò sic argumētatur, si Darius & Cyrus simul gessissent hoc bellum, fuisset verisque vnum regnum, & eodem tempore vterque regnasset, sed ex historia Danielis constat, eos diuersis temporibus regnasse, falsum igitur est quod Iosephus inquit: eos simul bellum illud confecisse. Verum nos respondemus,

Respōdetur argumentis Theodoreti, Cyrus & Darius quomodo simul regnauerūt.

illo tempore solum Darium regnasse, & regnum tam Medorum, quam Persarum tenuisse, idque liquidò cognoscitur ex sequenti capite sexto, vbi apertissimè declaratur, eum fuisse regem Persarum, & Medorum. Tunc autem Cyrus, filius sororis Darij, nomine auunculi, Persas regebat, & inde à Dario accitus est ad illud bellum gerendum. Præterea, cum alij tradunt, tum Diuus Hieronymus exponens sequens caput sextum, non semel ait tunc fuisse vnum regnum Darij, & Cyri, quia tunc non erant diuersi reges, sed vnus tantum, videlicet Darius: & sub illo, ac nomine ipsius, regno Persarum Cyrus præerat. Adde quod Cyrus filius erat sororis Darij, futurus proximè post ipsum (cernebat enim ille liberis impetij hæres.) Deinde, quod secundo loco ponit Theodoretus, non inueniri in historijs Græcorum, Cyaxarem filium Astyagis, fuisse hunc quem Daniel appellat Darium, nullius sane ponderis est argumentum, nos enim supra in præfatione huius libri ostendimus, tam in sacris, quam in prophanis historijs, eosdem reges adeo diuersis nominibus appellari, vt nemo suspicaretur eosdem esse, nisi aliis ex rebus id compertum & perspectum haberet. Quamquam, an Darius fuerit filius Astyagis, vt putauit Iosephus, & Diuus Hieronymus, an potius ipsemet Astyages Cyri auus, vt alij tradiderunt, & magis historiæ Danielis, nec non & Iustini, atque Herodoti monumentis videtur cōgruere,



nolumus hoc loco decernere, ea de re in sexti capitis explanatione oportunius disputaturi.

Cur Balthasari à Cyro vel Dario bellū sit illatum, Herodoti, Xenophontis & historiæ Sethasiæ sententię

Quinta quæstio, Cur Darius, vel Cyrus, bellum intulerint Balthasari regi Babylonis. Herodotus libro primo, eius belli auctorem solum faciens Cyrum, significat, non alia eum causa ad id belli esse impulsum, quam immodica regnādi, qua æthabat, cupiditate. Cum enim omnes gentes cuperet suo subiicere imperio, omnium maximè Babylonios, tunc potentissimos ac florentissimos, à se debellandos esse iudicauit, videlicet illis subiectis, facillimum sibi fore ratus, cæteras quoque gentes suæ ditioni subiungere. Quod igitur de Cyro dixit Herodotus, idem nos de Dario possumus dicere. Xenophō li. 1. aliam indicat fuisse Dario, quem vocat ipse Cyaxarem, belli aduersus Babylonios suscipiendi causam. Ait enim, regem Babyloniorum inita cum Asiæ principibus societate, molitum esse, Medos, penes quos tunc erat monarchia, debellare. Eius igitur regis consilijs & conatibus, vt maturè Darius seu Cyaxares occurreret, prior illū bello aggredi voluit. Auctor historiæ Scholasticæ, exponēs librum Danielis, in 8. refert, à quibusdā esse traditum, matrē Balthasaris, cuius causa facti sunt hostiles illi pensiles, veterū prædicatione nobilitati, filiam fuisse huius Darij, & quia Balthasar nullum habebat filiū, propterea Darium per cædē eius festinasse regnum Chaldæorū occupare. Sed hæc futilia sunt, & similia figmentis. Nec admodū dissimile est, quod hoc loco inquit Theodoretus, hunc Darium nepotem fuisse regis Nabuchodonosor, hoc est filium filiæ, ideoque Balthasarem quem censet ipse filium fuisse Nabuchodonosor, huius Darij putat fuisse auunculum, quam nos sententiam in exordio sexti capitis & libr. septimi, qui hunc proximè sequetur, diiudicabimus. At verò diuina Scriptura, necem Balthasaris, & regni Chaldaici excidium, refert ad Deum, qui vindicare voluit grauissima scelera Chaldæorum, propriè autem vlcisci superbiam & impietatem Balthasaris. Enimuerò Isaias & Hieremias, duo maxima narrant crimina Babyloniorum, propter quæ tantis à Deo malis sint affecti. Vnū crimē fuit deprædatio, vexatio, & oppressio plurimarum gentium, præsertim verò Iudæorum. Audi quid Deus mandet Isaiæ cap. 14. *Sumes parabolam contra regem Babylonis, & dices: quomodo cessauit exactor, quietus tributum? contrituit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cadentem populos in indignatione, plaga insanabili, subiicientem in furore gentes persequentem crudeliter?* & quæ deinceps sequuntur. Hieremias verò capite 51. sic ait: *Fugite de medio Babylonis, nolite tacere super iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis eius est à Domino, vicissitudinē ipse retribuet ei. Calix aureus Baby-*

Excidij Chaldaici impeq; rij causæ fuerunt, Chaldæorum scelera, & Balthasaris impietas, & superbia,

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Babylon in manu Domini inebrians omnem terram de vino eius biberunt gentes, & ideo commota sunt.* Propter inimicam autem eruditatem, qua Babylonij tractarunt Hebræos, hanc eis contigisse calamitatem, testificatur est Hier. cap. 50. ita scribens, *Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum: primus comedit eum rex Assyriorum nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis. Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: ecce ego visitabo regem Babylonis & terram eius sicut visitaui regem Assyrij & reducam Israel ad habitaculum suum.* Alteram etiam Chaldæorum fuit superstitiosissima idololatria, nec ea quidem simplex, aut vnius modi, sed varia, & multiplex. Quapropter Hier. cap. 51. ita scribit. *Siccitas super aquas Babylonis eorum: & non habitabitur vltra usque in sempiternum, neque extruetur usque ad generationem & generationem: & subuertetur, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham: quia terra sculptilium est, & in personis gloriatur.* Est quoque gens Chaldæa, sitremantium, augurum, & aruspicum vanitati, omnibusque maleficiorum generibus deditissima. Vnde loquens Isaias cap. 47. de futuro Babylonis exitio ita scribit. *Venient tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas, & viduitas. Vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantationum tuarum vehementer. Venient super te malum, & nescies ortum eius: irruet super te calamitas quam non poteris expiare: veniet super te repente miseria, quam nescies. Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior: stent, & saluent te augures cæli: qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt annunciarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: vnusquisque in via sua errauerunt, non est qui saluet te.*

Gen 19. Chaldæi fuerunt astronomiæ iudiciariæ deditissimi.

Balthasar punitus, quia sacra vasa cõtumelioseetractauit.

Regem porro Balthasarem propterea Deus ita pupiuit, quia superbissimus, & contumeliosissimus fuerat aduersus Deum: & eius sacra vasa impurissime sceleratissimeque tractauerat. Si autem Balthasar, sacra vasa diuino cultui consecrata, qui fecerat ebrietatis, & lasciuiæ instrumenta, regno pariter, atque vita priuatus est: cur igitur similem vindictam non pertimescunt, qui reditus & bona Ecclesiastica alendis pauperibus, ornandoque cultui diuino relicta & dicata, effundunt & prodigunt, eaque lauté, luxuriosé, ac libidinosé viuendo, abliguriunt, & consumunt, vel, qui sententias, & verba diuinæ Scripturæ ad iocos, ad scommata, ad hominum ludibria, & contumelias, iniuriosque, & sceleratè detorquent. Verum, quia verbis consequi possit, quanta Dei vindicta hæreticorum nostri temporis maneat: qui res sacras ludibrio, & cõtemptui habent, easque locis, & personis sacris abripientes, ad impu-



In hæreticos nostri temporis sacrarum rerũ violatores, raptores, euersores

Stephanus papa I. de consecr. dist. 1. c. vestimenta.

I. li Ma. 6. 2. Mach. 3 Non vidi, quin prædicta fuerant à Prophetis de Babylonis excidio, ea fuisse impleta.

Gene. 19.

puros, & flagitiosos vsus conferunt. Meminerint isti propter similia sacrilegia, quid contigerit Antiocho Epiphani quid Heliodoro, quid Marco Crasso, quid aliis permultis sacrarum rerum contaminatoribus, & raptoribus, & quorum facta imitati ne eorum exitus perhorrescant. Aduertus illos valent quæ scripsit Stephanus Papa eius nominis primus in Epistola sua prima decretali ad Hilarium. *Testimetia*, inquit, *quibus Domino ministratur, & cultus diuinus honestè & honorificè à ministris Ecclesiæ celebratur, sacrata debent esse, & honesta, qua nec ad alios vllus vsus, quàm Ecclesiasticos, admitti, nec ab aliis, nisi à sacratis hominibus contingi, aut ferri debent, ne vltio, quæ Balthasar sacra regem percussit, super hos transgredientes, & talia præsumentes, veniat diuina, & corruere eos faciat diuinæ vltionis instum flagellum ad ima.* Idem tradunt de sacris vasis Sixtus I. in ij. sua Epistola, & Sylueller in Synodo Romana, actione 1. c. 9.

Sexta quæstio, Isaias, & Hieremias hanc Babylonis expugnationem, & euertionem, & regni Chaldæorum ad Medos, & Persas translationem, quæ vicio Balthasare à Dario Medo, Cyroque facta sunt prænunciantes, dixerunt, Babylonem ab imis fundamentis ita euersum, & destructum iri, vt Sodomam, & Gomorrham destruxit Deus: & sic vastatum iri, vt non futura deinceps hominum, sed bestiarum habitatio. Atqui cum capta est Babylon, cæso Balthasare, non legimus eam ita fuisse vastatam, & diruram, vt ab illis prædictum est, quinimo in exteris historiis proditũ est, etiam post Darij, & Cyri tempora, vsque ad Alexandrum Magnum fuisse opibus pollentem, ædificiis magnificam, habitatoribus frequentissimam, multisque rebus toto orbe in primis claram, & nobilem, ponam hoc loco verba Isaiæ, & Hieremiæ, quibus liquido cõstet, quod dixi. Sic est apud Isaiam. cap. 13. *Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomã, & Gomorrham. Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem, & generationem, nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus. &* c. 14. *Perdam Babylonis nomen: & reliquias, & germen, & progeniem, & ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum. Iurauit Dominus dicens: Si non, vt putaui, ita erit, & quomodo mente tractaui sic eueniet. Dominus decreuit, & quis poterit infirmare, & manus eius extenta, & quis auertet eam?* Hieremias verò ita scribit cap. 50. *Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach. Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem, & non erit qui habitet in ea, ab homine vsque ad pecus. Et*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Paulò infrà. *Confusa est Babylon mater vestra nimis, & adnichilata pulueri, quæ fecerat vos. Ecce nouissima erit in gentibus, & deserta, & inuia & arens. Non erit habitabitur, sed relinquetur tota in solitudinem omnis qui transibit per Babylonem stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius.* Hæc vaticinia Isaiæ, & Hieremiæ de Babylonis excidio non viderunt impleri, quin potius vt fieri cuentus ipse, propheticas illarum rescellere. Quidam, vt hæc se extricent difficultate, relicta veritate historiæ, confugiunt ad allegorias, quos Diuus Hieronymus super decimo tertio capite Isaiæ, vehementer, & sanè meritissimo, reprehendit.

Quomodo Babylon paulatim, sed indies magis ac magis deleta sit.

Dicendum igitur est, calamitatem, & excidium, quod Babyloni per Prophetas minatus fuerat Deus, contigisse quidem ipsi, non totum tamen simul & vno tempore, sed paulatim, & particulatim; hoc est, illustris temporibus, ærumnis diuersis percussa est calamitatibus, donec in eum miseriæ statum deuenit, quem prædixit Vates depinxerunt. Namque prima ei calamitas accidit à Dario Medo, & Cyro, per hos nempe ablatū est Chaldæis imperium, & ad Medos, Persasque translatum. Nec post id temporis suæ gentis, sed externis regibus Chaldæi, parucrunt. Deinde, magna Babyloni calamitas contigit tempore Darij Hystaspis, qui rebellantes Babylonios perdomuit ex pugnata Babylone, vt cumbunque ipsis solo adæquata, vt narrat Herodotus lib. 3. & Iustinus lib. 1. Pollex, condita propè Babylonē Seleucia à Seleuco Nicanore, & à Parthis Ctesiphonte, vt scribit Plinius li. 6. c. 26. fermè habitatoribus exhausta est. Ad hoc, tempore Adriani Romanorum Imperatoris, vt tradit Pausanias lib. 8. nihil præter muros reliqui habebat Babylon. Pomponius hic verba Pausaniæ, qui commemorās miserabiles calamitates, & excidia, quendam clarissimarum, & nobilissimarum ciuitatum ita scribit: *Myrina, quæ olim Teucris temporibus Cumæ Græcis imperabat, & regia Assyriæ Ninus fuerunt, deletæ sunt. In Bœotia vrbs Thebæ, quæ olim Græcis primipatum tenebant, nunc ad arcem vnam, & non ita multos annos redacta, septimi nonnisi vix domus seruant. Eam verò, quæ ciuitas vrbes ipsum magnificentissime excelleriant, & pyramides Thebæ, & Memnonium Orchomenus, ne mediocres quidem iam primis hominū fortunis adæquant. Delet, temporum istorum cineres oculum, adeo tam deserta est, vt prodidisse templi amoris, quod Athenienses mirantur habuisse, fidelibus tantum numeres præsici celebrata sit. Babylon, omnium, quæ vnquam sol aspexit vrbium maxima tam nihil præter muros reliqui habet, quod ipsum ne ipsi quidem Assyrij vrbe dignum arbitrati sunt. Hanc ipsam vrbem ad nihilum fortuna redegit.* Hæc Pausanias, præterea tempore D. Hieronymi, sic deiecta & deserta

Nobilissimæque & quot vrbes sint planè exciæ.





erat Babylon, vt sicut ipse narrat super 13. cap. Isaiæ, intra nouaginta eius vrbis, non nisi fere ad venationes regum continerentur. Postremò, hoc nostro tempore, vsque eo ignobilis, & abiecta est, illa tamopere quondam celebrata Babylon, vt vix vlla tantæ eius magnificentiæ, & claritatis vestigia appareant.

Verùm, non committam, vt verba D. Hieronymi, quæ optimo mi nostræ non parium, & locem, & idem asserimus, hoc loco describere præter mittam. In eumque super 13. cap. Isaiæ, reprehendentem eos, qui cum veritatem historiæ de exitio Babylonis ab Isaia prædicto, tueri pertenderent, additamenta confingebant allegorias, hunc in modum scribit: *Audiamus Hieronymum, audiamus Babylonium, & scriptum in superbam Chaldæorum, sententiam intelligamus, quid sit, & quare nunc euenerit, quæ non fuerat hæc diuersi, non quidem per certa tempora, sed per ordinem singulorum regum, qui Babylonis potiti sunt, debeat ordinem historiæ texere, & ad singula verba commentarios scribere. Sed ne longum faciam, & tempus in supervacuis consumam, ipse Hieronymus quadrifariam diuisit Babylonis excidium. Primum, quod Cyrus, & Darius Medus, Babylonem ceperint, & Belsazar rex Chaldæorum interfectus sit. Secundum, quod Darius Hystaspis, qui rebellantes Babylonios perdomuit ex pugnata Babylone, vt cumbunque ipsis solo adæquata, vt narrat Herodotus lib. 3. & Iustinus lib. 1. Pollex, condita propè Babylonē Seleucia à Seleuco Nicanore, & à Parthis Ctesiphonte, vt scribit Plinius li. 6. c. 26. fermè habitatoribus exhausta est. Ad hoc, tempore Adriani Romanorum Imperatoris, vt tradit Pausanias lib. 8. nihil præter muros reliqui habebat Babylon. Pomponius hic verba Pausaniæ, qui commemorās miserabiles calamitates, & excidia, quendam clarissimarum, & nobilissimarum ciuitatum ita scribit: Myrina, quæ olim Teucris temporibus Cumæ Græcis imperabat, & regia Assyriæ Ninus fuerunt, deletæ sunt. In Bœotia vrbs Thebæ, quæ olim Græcis primipatum tenebant, nunc ad arcem vnam, & non ita multos annos redacta, septimi nonnisi vix domus seruant. Eam verò, quæ ciuitas vrbes ipsum magnificentissime excelleriant, & pyramides Thebæ, & Memnonium Orchomenus, ne mediocres quidem iam primis hominū fortunis adæquant. Delet, temporum istorum cineres oculum, adeo tam deserta est, vt prodidisse templi amoris, quod Athenienses mirantur habuisse, fidelibus tantum numeres præsici celebrata sit. Babylon, omnium, quæ vnquam sol aspexit vrbium maxima tam nihil præter muros reliqui habet, quod ipsum ne ipsi quidem Assyrij vrbe dignum arbitrati sunt. Hanc ipsam vrbem ad nihilum fortuna redegit.* Hæc Pausanias, præterea tempore D. Hieronymi, sic deiecta & deserta erat Babylon, vt sicut ipse narrat super 13. cap. Isaiæ, intra nouaginta eius vrbis, non nisi fere ad venationes regum continerentur. Postremò, hoc nostro tempore, vsque eo ignobilis, & abiecta est, illa tamopere quondam celebrata Babylon, vt vix vlla tantæ eius magnificentiæ, & claritatis vestigia appareant.

D. Hieronymus, de desolatione Babylonis quidlectibat.

Videque admodū tradūdam tiat allegoriæ.

Verùm, non committam, vt verba D. Hieronymi, quæ optimo mi nostræ non parium, & locem, & idem asserimus, hoc loco describere præter mittam. In eumque super 13. cap. Isaiæ, reprehendentem eos, qui cum veritatem historiæ de exitio Babylonis ab Isaia prædicto, tueri pertenderent, additamenta confingebant allegorias, hunc in modum scribit: *Audiamus Hieronymum, audiamus Babylonium, & scriptum in superbam Chaldæorum, sententiam intelligamus, quid sit, & quare nunc euenerit, quæ non fuerat hæc diuersi, non quidem per certa tempora, sed per ordinem singulorum regum, qui Babylonis potiti sunt, debeat ordinem historiæ texere, & ad singula verba commentarios scribere. Sed ne longum faciam, & tempus in supervacuis consumam, ipse Hieronymus quadrifariam diuisit Babylonis excidium. Primum, quod Cyrus, & Darius Medus, Babylonem ceperint, & Belsazar rex Chaldæorum interfectus sit. Secundum, quod Darius Hystaspis, qui rebellantes Babylonios perdomuit ex pugnata Babylone, vt cumbunque ipsis solo adæquata, vt narrat Herodotus lib. 3. & Iustinus lib. 1. Pollex, condita propè Babylonē Seleucia à Seleuco Nicanore, & à Parthis Ctesiphonte, vt scribit Plinius li. 6. c. 26. fermè habitatoribus exhausta est. Ad hoc, tempore Adriani Romanorum Imperatoris, vt tradit Pausanias lib. 8. nihil præter muros reliqui habebat Babylon. Pomponius hic verba Pausaniæ, qui commemorās miserabiles calamitates, & excidia, quendam clarissimarum, & nobilissimarum ciuitatum ita scribit: Myrina, quæ olim Teucris temporibus Cumæ Græcis imperabat, & regia Assyriæ Ninus fuerunt, deletæ sunt. In Bœotia vrbs Thebæ, quæ olim Græcis primipatum tenebant, nunc ad arcem vnam, & non ita multos annos redacta, septimi nonnisi vix domus seruant. Eam verò, quæ ciuitas vrbes ipsum magnificentissime excelleriant, & pyramides Thebæ, & Memnonium Orchomenus, ne mediocres quidem iam primis hominū fortunis adæquant. Delet, temporum istorum cineres oculum, adeo tam deserta est, vt prodidisse templi amoris, quod Athenienses mirantur habuisse, fidelibus tantum numeres præsici celebrata sit. Babylon, omnium, quæ vnquam sol aspexit vrbium maxima tam nihil præter muros reliqui habet, quod ipsum ne ipsi quidem Assyrij vrbe dignum arbitrati sunt. Hanc ipsam vrbem ad nihilum fortuna redegit.* Hæc Pausanias, præterea tempore D. Hieronymi, sic deiecta & deserta erat Babylon, vt sicut ipse narrat super 13. cap. Isaiæ, intra nouaginta eius vrbis, non nisi fere ad venationes regum continerentur. Postremò, hoc nostro tempore, vsque eo ignobilis, & abiecta est, illa tamopere quondam celebrata Babylon, vt vix vlla tantæ eius magnificentiæ, & claritatis vestigia appareant.

Quādiu steterit imperium Chaldæorum.

Verùm, non committam, vt verba D. Hieronymi, quæ optimo mi nostræ non parium, & locem, & idem asserimus, hoc loco describere præter mittam. In eumque super 13. cap. Isaiæ, reprehendentem eos, qui cum veritatem historiæ de exitio Babylonis ab Isaia prædicto, tueri pertenderent, additamenta confingebant allegorias, hunc in modum scribit: *Audiamus Hieronymum, audiamus Babylonium, & scriptum in superbam Chaldæorum, sententiam intelligamus, quid sit, & quare nunc euenerit, quæ non fuerat hæc diuersi, non quidem per certa tempora, sed per ordinem singulorum regum, qui Babylonis potiti sunt, debeat ordinem historiæ texere, & ad singula verba commentarios scribere. Sed ne longum faciam, & tempus in supervacuis consumam, ipse Hieronymus quadrifariam diuisit Babylonis excidium. Primum, quod Cyrus, & Darius Medus, Babylonem ceperint, & Belsazar rex Chaldæorum interfectus sit. Secundum, quod Darius Hystaspis, qui rebellantes Babylonios perdomuit ex pugnata Babylone, vt cumbunque ipsis solo adæquata, vt narrat Herodotus lib. 3. & Iustinus lib. 1. Pollex, condita propè Babylonē Seleucia à Seleuco Nicanore, & à Parthis Ctesiphonte, vt scribit Plinius li. 6. c. 26. fermè habitatoribus exhausta est. Ad hoc, tempore Adriani Romanorum Imperatoris, vt tradit Pausanias lib. 8. nihil præter muros reliqui habebat Babylon. Pomponius hic verba Pausaniæ, qui commemorās miserabiles calamitates, & excidia, quendam clarissimarum, & nobilissimarum ciuitatum ita scribit: Myrina, quæ olim Teucris temporibus Cumæ Græcis imperabat, & regia Assyriæ Ninus fuerunt, deletæ sunt. In Bœotia vrbs Thebæ, quæ olim Græcis primipatum tenebant, nunc ad arcem vnam, & non ita multos annos redacta, septimi nonnisi vix domus seruant. Eam verò, quæ ciuitas vrbes ipsum magnificentissime excelleriant, & pyramides Thebæ, & Memnonium Orchomenus, ne mediocres quidem iam primis hominū fortunis adæquant. Delet, temporum istorum cineres oculum, adeo tam deserta est, vt prodidisse templi amoris, quod Athenienses mirantur habuisse, fidelibus tantum numeres præsici celebrata sit. Babylon, omnium, quæ vnquam sol aspexit vrbium maxima tam nihil præter muros reliqui habet, quod ipsum ne ipsi quidem Assyrij vrbe dignum arbitrati sunt. Hanc ipsam vrbem ad nihilum fortuna redegit.* Hæc Pausanias, præterea tempore D. Hieronymi, sic deiecta & deserta erat Babylon, vt sicut ipse narrat super 13. cap. Isaiæ, intra nouaginta eius vrbis, non nisi fere ad venationes regum continerentur. Postremò, hoc nostro tempore, vsque eo ignobilis, & abiecta est, illa tamopere quondam celebrata Babylon, vt vix vlla tantæ eius magnificentiæ, & claritatis vestigia appareant.

Verùm, non committam, vt verba D. Hieronymi, quæ optimo mi nostræ non parium, & locem, & idem asserimus, hoc loco describere præter mittam. In eumque super 13. cap. Isaiæ, reprehendentem eos, qui cum veritatem historiæ de exitio Babylonis ab Isaia prædicto, tueri pertenderent, additamenta confingebant allegorias, hunc in modum scribit: *Audiamus Hieronymum, audiamus Babylonium, & scriptum in superbam Chaldæorum, sententiam intelligamus, quid sit, & quare nunc euenerit, quæ non fuerat hæc diuersi, non quidem per certa tempora, sed per ordinem singulorum regum, qui Babylonis potiti sunt, debeat ordinem historiæ texere, & ad singula verba commentarios scribere. Sed ne longum faciam, & tempus in supervacuis consumam, ipse Hieronymus quadrifariam diuisit Babylonis excidium. Primum, quod Cyrus, & Darius Medus, Babylonem ceperint, & Belsazar rex Chaldæorum interfectus sit. Secundum, quod Darius Hystaspis, qui rebellantes Babylonios perdomuit ex pugnata Babylone, vt cumbunque ipsis solo adæquata, vt narrat Herodotus lib. 3. & Iustinus lib. 1. Pollex, condita propè Babylonē Seleucia à Seleuco Nicanore, & à Parthis Ctesiphonte, vt scribit Plinius li. 6. c. 26. fermè habitatoribus exhausta est. Ad hoc, tempore Adriani Romanorum Imperatoris, vt tradit Pausanias lib. 8. nihil præter muros reliqui habebat Babylon. Pomponius hic verba Pausaniæ, qui commemorās miserabiles calamitates, & excidia, quendam clarissimarum, & nobilissimarum ciuitatum ita scribit: Myrina, quæ olim Teucris temporibus Cumæ Græcis imperabat, & regia Assyriæ Ninus fuerunt, deletæ sunt. In Bœotia vrbs Thebæ, quæ olim Græcis primipatum tenebant, nunc ad arcem vnam, & non ita multos annos redacta, septimi nonnisi vix domus seruant. Eam verò, quæ ciuitas vrbes ipsum magnificentissime excelleriant, & pyramides Thebæ, & Memnonium Orchomenus, ne mediocres quidem iam primis hominū fortunis adæquant. Delet, temporum istorum cineres oculum, adeo tam deserta est, vt prodidisse templi amoris, quod Athenienses mirantur habuisse, fidelibus tantum numeres præsici celebrata sit. Babylon, omnium, quæ vnquam sol aspexit vrbium maxima tam nihil præter muros reliqui habet, quod ipsum ne ipsi quidem Assyrij vrbe dignum arbitrati sunt. Hanc ipsam vrbem ad nihilum fortuna redegit.* Hæc Pausanias, præterea tempore D. Hieronymi, sic deiecta & deserta erat Babylon, vt sicut ipse narrat super 13. cap. Isaiæ, intra nouaginta eius vrbis, non nisi fere ad venationes regum continerentur. Postremò, hoc nostro tempore, vsque eo ignobilis, & abiecta est, illa tamopere quondam celebrata Babylon, vt vix vlla tantæ eius magnificentiæ, & claritatis vestigia appareant.

Universidad de Deusto
Biblioteca



imperij Cyri, videlicet per 70. annos, proditum est in sacris literis. Etenim sic est apud Hieremiam capite 25. *Erit vniuersa terra in solitudinem, & stuporem, & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis, septuaginta annis. Et cum impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum visitabo: & ponam illam in solitudines sempiternas.* Extremis autem verbis lib. 2. Paralip. commemorata prius eversione Hierosolymæ, incendio templi, cædeque Iudæorum subdirur. *Si quis esset gladium, ductus Babylonem seruauit vos, & filios eius, donec imperaret vex Persarum. Vt complerentur seruo Domini ex ore Hieremiæ, & reciberet terra sunitis diebus dissolationis Sabbatha sua, vsque dum complerentur septuaginta anni, & vsque ad annum primum Cyri regis Persarum.* Si igitur hos septuaginta annos captiuitatis, vsque ad eversionem regni Chaldæorum, adiicias prædicta decem, & octo annis, quos regnauerat Nabuchodonosor ante captiuitatem Iudæorum, efficies, quam supra posuimus, summam annorum octoginta octo, quibus imperium Chaldæorum sterile dicimus.

Sex errores circa durationem regni Chaldæorum.

Veterũ, & doctorum hominum in nimia, & Chronologia tam sui etiã exactione nõ tantũ vanaesse dignos Beroſij. Alexãdri Polyhistoris. Clementis

Ex his, quæ dicta sunt, licet quorundam veterum auctorum sex errores, circa durationem regni Chaldæorũ animaduerterit. Nec mirum in hoc offendisse nonnullos veterum, etenim res lubrica, & ad lapsum proclivis chronologia est, multi labũtur inscitia, quidam oblivione, nec pauci per incogitantiam. Quapropter, si quid in descriptione temporum antiqui scriptores, cæteroqui diligentes, & docti, peccarunt, cum excusatione humanæ imbecillitatis, liberaliter illis condonandũ est.

Quis enim tam lynceus aut quis tam præsenti memoria intentoque animo semper esse potest, vt in tãtis veteris historiæ, & chronologiæ tenebris, nusquam offendat, cui nihil excidat, quem nihil vsquam effugiat. Nos igitur, veterum, & doctorũ scriptorum, vel in chronologia, vel aliis in rebus errata, non ad reprehensionem eorum, quos suspicimus, & colimus, sed ad lectoris tantum admonitionem, & cautionem indicamus. Est autem primus error Beroſi, qui in libr. tertio de rebus Chaldaicis, vt refert Iosep. priori libro contra Appionẽ ab initio regni Nabuchodonosor, vsque ad extremum vitæ Balthasaris, & regni Chaldæi, annos computat dumtaxat sexaginta quinque. Alter error fuit Alexandri Polystoris, qui apud Eusebium li. 9. de præparatione Euangelica, c. vlt. annos numerat tantum bis. Tertius error fuit Clementis Alexãdrini in 1. li. Stromatũ: & Eusebij in chronicis, quẽ sequutus est D. August. lib. 18. de ciuitate Dei, isti numque annos viij. & xxxx. tantum tribuerunt regno Chaldaico. Quartus error est Seueri Sulpitij, in libro secundo



do sacræ historiæ, qui huic imperio Chaldæorum solos septuaginta annos assignat. Quintus error est Pauli Orosij, qui in libro 2. cap. 2. Affirmat quo tempore Romę reges à Romanis ex pulsi sunt, eodem tempore hanc, quam Daniel memorat Babylonici imperij eversionem contigisse. Verum non ita fuit. Siquidem eversio regni Chaldaici circa finem quinquagesimæ quartæ Olympiadis facta est: Cyrus enim secundum omnes meliores nostræ auctores, in principio quinquagesimæ quintæ Olympiadis regnare incepit: reges autem Roma exactos esse ie xagesima septima Olympiade, cum alij, tum in primis diligens auctor Dion. Halicar. tradit. Sextus error est Iosephi, qui in libro 10. antiquit. ab exordio regni Nabuchodonosor, vsque ad finem regni Balthasaris, annos computat centum, superque decem & octo. Quanquam Beda in lib. de sex ætatibus mundi, prædictos numeros, apud Iosephum eo loci mendosos, & ab aliis vitiatos esse suspicatur. Reperius quoque in libro suorum commentariorum super Danielem Bedam sequutus, de eo ipso dubitat. Nec temerè profectò illi de hoc dubitant: quippe, Iosephus libro vndecimo antiquitatum, à captiuitate Iudæorũ, quæ facta est anno 18. regni Nabuchodonosor, vsque ad eius relaxationem, hoc est vsque ad excidium regni Chaldaici, & principatũ Cyri, numerat annos septuaginta, qui addũi prioribus 18. eandem quam nos supra tradidimus, octoginta & octo annorum imperij Chaldaici, summam efficiunt.

Alexãdri, & Eusebij, Seuer. Sulpitij.

Orosij.

Iosephi.

Octaua quæstio, Quot, & qui reges hoc temporis spacio apud Chaldæos regnauerint. Eusebius in Chronicis, & Severus Sulpitius libro 1. sacræ historiæ, tres tantum numerant Nabuchodonosor, Euilmerodach, & Balthasarem. Theodoretus, ora tione sexta in Danielem, prædictis addit quartum, hoc est, Darium Medum. Auctor historiæ scholasticæ super libro Danielis cap. 5. sex reges recenset: duos enim reges Chaldæorum, dictos Nabuchodonosor, patrem, & filium, non solum auctor ille facit, sed etiam Antonius Sabellicus Eneadis secundæ lib. quinto, & Ludouicus Viues in commentario super cap. 26. libro 18. Augustini de Ciuitate Dei: tertium regem commemorat etiam filium magni Nabuchodonosor, minorem tamen natu priore appellatum Euilmerodach: huius tres fuisse filios, qui hoc ordine regnarunt, Nigliſſar, Labosardach, & Nabonidum, seu Balthasarem. Sed prædictas omnes opiniones nos supra refutauimus: cum super hoc ipso quinto cap. quæstionem illam tractaremus, an Balthasar fuisset filius regis Nabuchodonosor, quo loco probauimus, sequuti Iosephum, diuum Hieronymum, Bedam, aliosque præclaros auctores, quinque reges tenuisse hoc imperium Chaldaicum: primo, regem Nabuchonosor

Qui, & quot reges, prædicto tẽporis spacio imperio Chaldaicũ tenuerint.

donosor. Deinde filium eius Euilmerodach: tù sororis huius meæ virum Nigliſſar poſtea, eius filium, Laboſardach: extremum, hunc regem Balthaſarem filium Euilmerodach, & nepotem Nabuchodonoſor.

Verum numero annorum quibus regnarunt ſinguli prædictorum regum Babylonis.

Nota præterea, Quam diu quiſque illorum quinque regum regnauerit. Præter Euſebium & Sulpitium, omnes conſentiunt, Nabuchodonoſor regnaſſe triginta & quadraginta annis. Balthaſarem vero decem & ſeptem. At Sulpitius tribuit Balthaſari quatuordecim, Sed longe à vero abeſt Euſebius in Chronicis, qui Euilmerodacha, & Balthaſari ſimul, non plus duodecim annos aſſignat regem autem Nabuchodonoſor regnare facit annos tantum triginta ſex: & Euilmerodach dicit ſuccedere patri Nabuchodonoſor, anno poſt captiuitatem ſedechiæ, decimonono: poſt tranſmigrationem autem Iechoniæ, anno tregeſimo: cum in 4. lib. Reg. cap. 25. & apud Hieremiã cap. 52. non obſcure ſignificetur, poſt obitum Nabuchodonoſor, filium eius Euilmerodach regnare cœpiſſe, anno poſt tranſmigrationem Iechoniæ 37. Verùm, vt dixi, Beroſus, & alij veteres, quos citant Ioſephus lib. 10. antiq. & prior lib. contra Appionem. Euſebius item libro primo de præparatione Euangelica capite vltimo, & poſt hos diuus Hieronymus ſuper 5. Daniel. & Beda in libro de ſex ætatibus mundi hoc conſentiunt, Nabuchodonoſor regnaſſe quadraginta tribus annis, Laboſardach menſibus, & Balthaſarem annis ſeptendecim. De reliquis duobus magna eſt varietas. Beroſus autem apud Ioſephum primo libro contra Appionem, duos tantum annos attribuit Euilmerodach, quatuor verò Nigliſſar. Ioſephus libro decimo antiquit. Euilmerodach, aſſignat annos octodecim ipſi Nigliſſar quadraginta. Sed vt ſuprà monui, ex Beda & Ruperto, illi numeri vitiati ſunt eo loco apud Ioſephum. Denique Seuerus Sulpitius putat, Euilmerodach regnaſſe annis duodecim. Nos, vt conſtet ſummæ ſeptuaginta annorum, ab anno regni Nabuchodonoſor 18. vſque ad extremum regni Balthaſaris, quam paulo ſupra conſtituimus, cognoſcat regi Euilmerodach, & Nigliſſar ſimul, tribuere annos 27. quibus annis, quot reſcunque ſtatorum ductum aſſignari contingat, incompertum eſt.



BENE-



# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER VII.

### CAPVT SEXTVM.

Infra. 9. a

Auferet Daniele. 1. M. 5.

Regio. 47. M. 5. Hieroni.

Placuit Dario, & conſtituit ſuper regnum ſatrapas centum viginti, vt eſſent in toto regno ſuo. Et ſuper eos, principes tres: ex quibus Daniel vnus erat, vt ſatrapæ illi redderent rationem, & rex non ſuſtineret moleſtiam. Iccirco Daniel ſuperabat omnes principes, & ſatrapas, quia ſpiritus Dei amplior erat in ille. Porro rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum: vnde principes & ſatrapæ quærebant occaſionẽ vt inuenirent libellũ ad Darium regem, nullamque eam ſum & ſuſpicionem reperire potuerunt, ex qua fidelis eſſet, & omni culpa & ſuſpicione non indigne etiam in re. Dixerunt ergo viri illi, non inuenient hui Daniele cauſam aliquã accuſandi, niſi forte in lege Dei ſui. Tunc principes & ſatrapæ ſurripuerunt regi, & ſic locuti ſunt ei, Dari rex, vt æternum viue: conſilium inierunt omnes principes regni, magiſtratus & ſatrapæ, ſenatores & iudices, vt decretum super hoc ſtatuas, & edictum, vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunq; Deo & homine, vſque ad triginta dies, niſi à te rex mittatur in lacum leonum. Nunc itaque rex confirma ſcripturam, & ſcribe decretum: vt non immutetur, quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis, nec præuaricari liceat. Porro rex Darius proposuit edictũ, & ſtatuit. Quod cum Daniel comperiſſet, id eſt, conſtitutã legem ingreſſa eſt domum ſuã: & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo ſicut & ante facere conſueuerat. Viri ergo illi curioſius inquirentes inuenerunt Danielẽ orantem & obſecrantem Deum ſuum. Et accedentes locuti ſunt regi ſuper edicto. Rex, nonne tu conſtituiſti, vt omnis homo, qui rogaret quemquam de diis & hominibus, vſque ad dies triginta, niſi à te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos reſpondens

rex. ait, verus est sermo iuxta decretum Medorum, atque Persarum, quod peruaricari non licet. Tunc respondentes dixerunt coram rege, Daniel de filijs captiuitatis Iudæ non curauit de lege tua, & de edicto, quod constituisti, sed tribus temporibus per diem orat obsecrationi suæ. Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est, & pro Daniele posuit animo, vt liberaret eũ. & vsque ad occasum solis laborabat, vt erueret illum. Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito rex, quia lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum quod constituerit rex, non liceat immutari. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum. Dixitq; rex Daniele, Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusque est lapis vnus, & positus est super os lacus, quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem. Et abiit rex in domum suam, & dormiuit incœnatus, cibosque non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit: appropinquansque lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit: & affatus est eum. Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis semper, potuitne liberare te à leonibus? Ex Daniel regi respondens ait: Rex in æternum viue. Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & nõ nocuerunt mihi: iuxta quia coram eo iustitia inuenta est in me, sed et coram te, rex, delictum non feci. Tunc valenter rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu, & nulla læsionis vena est in eo, quia credidit Deo suo. Iubente autem rege, adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Danielem, & in lacum leonum missi sunt ipsi, & filij, & vxores eorum, & non peruenerunt vsque ad pauimentum lacus, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt. Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis habitantibus vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum, vt in omni regno imperij mei tremiscant, & paueant Deum Danielis. Ipse est enim Deus viuens, & æternus in sæcula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in æternum. Ipse est liberator atque saluator, faciens signa & mirabilia in cælo, & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonis. Parrò Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darij regnumque Cyri Persæ.

1. Math. 2460.

Mayn. 1. M.S.C. GS. ara. G Sup. 1. 21. d.

Summa capitis sexti.

DArius Medus, occiso Balthasare captaque Babylone, & imperio Chaldæorum ad Medos Persasque translato, Danielem, quem Babylone repererat à regibus Chaldæis, propter admirabilem, & diuinam magis quam humanam sapientiam, ad summos honores & dignitates euectum, paritque beneuolentia, & gratia complexus Babylone duxit secũ in Mediã, vnumque de primis tribus principibus, qui omni eius imperio præerat cõstituit: quin etiã quo magis ipse omni labore



labore ac molestia vacaret, Danielis prudentia fideque confisus, vniuersi regiminis molem, humeris eius imponere cupiebat. Quæ res magnam Danieli, apud Medorum & Persarum principes inuidiam, & ex inuidia periculum creauit. Itaque falso ipsi, contemptæ ab eo regiæ maiestatis, obiecto crimine, in lacum leonum deiicitur: sed inde saluus & viquequaque illæsus egre dienata ante admiratione potentiæ ac prouidentiæ Dei, qui ab ipso colebant, regis animum implenit, vt eum maximum esse Deum, & rex ipse cognosceret, summisque laudibus prædicaret, & per omne imperium suum nomen eius publicari, & celebrari, & ab omnibus honorari iuberet.

## *Placuit Dario, & constituit super regnum satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo.*

QVisnam fuerit hic Darius, qui Babylonem cœpit, imperiumque Chaldaicum ad Medos & Persas transtulit, vt in extremo præcedente capite dictum est, & qui Danielem in tanto honore ac dignitate collocauit, sicut narratur hoc sexto capite, res est valde obscura, perplexa, & incerta. Itaque vt in rebus obscuris, & ambiguis euenire solet, ea de re variæ sunt auctorum sententiæ. Ego sex, vel septem opiniones breuissimè commemorabo. Prima opinio fuit quorumdam, quos refert auctor historiæ scholasticæ super libro Danielis, cap. 8. tradidisse, hunc Darium fuisse auum Balthasaris, virum regis Chaldæo cum; hunc enim ex filia illius esse genitum. Et quia Balthasar filios non habebat, propterea mortuo Belsatie, Darium eo interepto, Chaldæorum regnum occupare. Verum, quia nec auctor historiæ scholasticæ eam sententiam approbat, nec auctores eius, nominatim memorat, nec vlla eius sententiæ probabilis ratio suppetit, idcirco eam quasi fictitiam reiicimus. Secunda opinio est Seueri Sulpitij, in libro secundo sacræ historiæ asserentis, hunc Darium regnasse decem & octo annis, quia tempestate apud Medos regnabat Astyages. Sed id non est consentaneum rationi. Nam & hunc Darium imperasse Medis, ex hoc sexto capite Danielis constat: & Astyagem imperium Medorum tenuisse, omnes tradunt externi scriptores, sed hoc non potuit, vt eodem tempore simul duo reges essent Medorum.

Quis fuerit ille Darius Medus qui Chaldæis imperium euerterit. Prima opinio quam historia scholastica commemorat.

Secunda est Seueri Sulpitij.

Tertia opinio est Theodoreti in oratione sexta super Danielem, nam, vt supra docui commentarios suos in Danielem, digessit in orationes, quas habuit ad populum. Censet autem Theodoretus, hunc Darium fuisse nepotem ex filia regis Nabuchodonosor. Itaque is matrem habuit Chaldæam, sed patrem Medum: ideoque cognominatus est Darius Medus, non autem

Tertia est Theodoreti.

Darium Medū nō fuisse filiū filiæ regis Nabuchodonosor cōtra Theodoretum demonstratur.

Darius Chaldæus. Fuisse autem eum nepotem Nabuchodonosor, hoc modo argumentatur Deus per Hieremiam cap. 27. promisit datorum se regnum amplissimum regi Nabuchodonosor, & filio eius & filio filij: cum igitur Balthasar fuerit filius Nabuchodonosor, vt ipse Theodoretus paulo ante fatebatur, & Daniel significat capite quinto, appellans Nabuchodonosor patrem Balthasaris, post Balthasarem autem proxime tenuit regnum Chaldaicū hic Darius, ergo vt constet illud Dei promissum, necesse est hunc Darium nepotem fuisse regis Nabuchodonosor. Sed enim, minim è vera esse hanc opinionem arbitror. Principio, quod sumit Theodoretus pro certo & probato, Balthasarem fuisse filium Nabuchodonosor supra super 5. capite ita sum esse nitendum: fuit enim Balthasar filius filij Nabuchodonosor: quapropter promissum illud Dei, quod est apud Hieremiam, in ipso completum est. Deinde illud varietatum Hieremiæ, quas sumit Theodoretus fiunt sententiam, plane subuertit eam. Siquidem eo loco Dominus pollicetur se datorum regnum filio Nabuchodonosor, & filio filij: atqui Darius vt fatetur Theodoretus non fuit filius filij Nabuchodonosor, sed tantum filius filiæ: ergo non ad ipsum pertinebat illud Dei promissum. Sed ad hoc respondet Theodoretus, licet Darius esset filius filiæ, dictum tamen esse eo loco Hieremiæ nium filij, quod consuetudo sit scripturæ genealogias describere non per feminas, sed per mares. Est sane ita, vt inquit Theodoretus, sed cum id tamen fieri possit citra veritatis iniuriam: Vt autem, qui nullo modo est filius alicuius, dicatur simpliciter eius filius, nec solet, nec vere potest facere Scriptura. Ad hoc, Deus promisit, conseruaturum regnum Chaldaicum in illis tribus, in Nabuchodonosor, in filio eius, & in filio filij, quod promissum pertinebat ad beneficium, & quandam veluti mercedem regis Nabuchodonosor at Darius, tantum abest vt regnum Chaldaicum conseruauerit in familia regis Nabuchodonosor, vt omnem familiam eius interfecerit Balthasare penitus extincto, regnumque a Chaldæis ad alienas gentes, Persas dico, & Medos transtulerit. Atque hoc significauit Daniel supra cap. 5. exponens tertium vocabulum illius scripturæ, *Phares*, & dicens diuisum est à te regnum: & datum est Persis & Medis.

An Darius Medus idem fuerit qui gestisse cum Chaldæis, eosque Babylone expugnata sublegat à Græcis scriptores appellant Darium Hystaspis. Siquidem hunc externi auctores, vt Herodotus lib. 1. & Iustinus lib. 1. tradunt, bellum

Quarta opinio est, hunc Darium Medum esse quem externi scriptores appellant Darium Hystaspis. Siquidem hunc externi auctores, vt Herodotus lib. 1. & Iustinus lib. 1. tradunt, bellum gessisse cum Chaldæis, eosque Babylone expugnata sublegat à Græcis

apertè indicat, aliud fuisse regnum Darij, & regnum Cyri Persæ. Duæ reliquæ opiniones prioribus multò sunt probabiliores: & profectò vtraque satis probabiliter teneri ac defendi potest.

An hic Darius Medus fuerit is qui Astyages à Græcis appellatus est.

Sexta opinio est, hunc Darium fuisse eundem, quem Græci appellant Astyagem auum Cyri. Ita quondam sensisse & tradidisse, refert Diuus Hieronymus super quintum caput Danielis. Et vero, idem sensisse videtur Eusebius, faciens in Chronicis Astyagem vltimum Medorum regem: post quem Cyrus proximè regnauerit. Huic sententiæ fides attribuitur, ex eo quod scriptum est infra in extremo capite decimoterrio, post mortem Astyagis Cyrū suscepisse regnum. Cum igitur, & hic Darius, extremus fuerit rex Medorum, eique proximè in regno Cyrus successerit, his consequens est, hunc Darium esse eum ipsum, qui à Græcis dictus est Astyages. Verum aduersus hanc opinionem duo possunt obiici. Vnum est, à nullo externorū scriptorum esse traditum Astyagem gessisse bellum cum Chaldæis, & Babylonem expugnasse, atque imperium Chaldæorum ad Medos, & Persas transtulisse: quæ tamen omnia de hoc Dario Medo tradūt in sacris literis. At enim, huic obiectioni sic potest occurri: Astyagem quidem debellasse Chaldæos, sed quia Cyrus eius ex filia nepos, iuuenis fuit bellicosissimus, & egregiam eo in bello operam nauauit: quin, belli prosperè conficiendi, comparandæque victoriæ princeps fuit, ideo tam Persæ, quam Persis fauentes Græci, omnem eius belli, & victoriæ gloriam vni Cyro tribuerunt. Alterum, quod posset obiici, est illud, falsum esse quod pro eius opinionis confirmatione ex vltimis verbis capitis decimitertij sumptum est, Cyrum proximè regnasse post mortem Astyagis. Id enim neque si Xenophontem sequamur, neque si credamus Herodoto, verè à nobis dici potest. Xenophon namque post Astyagem, regnare facit Cyaxarem eius filium, post verò Cyrum. Herodotus verò tradit Cyrum, cum is bello petiisset Astyagem, vicisseque, relegasse eum in Carmaniam, eoque viuo imperium sibi vendicasse. Ante mortem igitur Astyagis, Cyrus regnare cœpit. Verum hanc etiam obiectionem non difficile est repellere. Nam quia Cyrus quoad vixit auus eius Astyages, non regnauit legitimè, sed per vim, post mortē autem Astyagis, iuste regnauit, quippe qui rerum eius erat verusque regni hæres: propterea diuina Scriptura iustum Cyri regnum tantummodo spectans, exordium regni eius, non ex quo per vim, sed ex quo legitimè regnare cœperat, æstimare & declarare voluit.

Darius Medus, fuit is, quem Xenophon Cyaxarem appellat.

Obiectio

Solutio.

Septima opinio est, fuisse hanc Darium, filium Astyagis, & auunculum Cyri, & esse eum quem Xenophon in libris de Cyropædia,



ropædia, vocat Cyaxarem. Astyages enim habuit hunc filium Cyaxarem, & filiam, ab aliis dictam Mandanem, de qua natus est Cyrus. Hic igitur Darius seu Cyaxares, debellare cupiens Chaldæos, socium & adiutorem gerendi belli asciuit Cyrum filium sororis: cui etiā confecto bello vnicam filiā, carebat enim liberis, despondit, & nomine dotis regnum reliquit. Itaque post obitum huius Darij, omne imperium eius Cyrus obtinuit. Hanc sententiam maximè probant & sequuntur, Iosephus libro 10 antiquitatum, & D. Hieronymus super quinto, & nono capite Danielis, Lyranus item super sexto & nono capite Danielis. Sane magna ex parte in hunc Darium quadrant, quæ Xenophon de Cyaxare, in illis libris prodidit, nec quicquam hæc sententia falsi, vel absurdi continet: quin etiam pulchrè cum sacra historia, externam & prophanam concordat. Vnum tantummodo est, quod ei multum officere ac vehementer aduersari videtur. Etenim, Herodotus lib. 1. Valerius Maximus lib. 1. cap. de somniis, Iustinus lib. 1. Seuerus Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ, alique complures, tam Græci quam Latini, quasi rem veram certamque tradiderunt Astyagem carnisse filia, & vnam tantum filiam, quæ Cyrum peperit, habuisse, eique in regnum proximè Cyrum successisse. Non igitur verum est, quod supra de Xenophontis sententia diximus, Cyaxarem fuisse filium Astyagis, & post ipsum quidem, sed ante Cyrum regnasse. Ad hoc respondeti potest dupliciter. Posumus enim equi auctorem historiæ scholasticæ, qui super libro Danielis capite 16. affirmat, Astyagem non habuisse filium, sed vnicam tantum filiam, Cyaxarem vero seu Darium Medum, non fuisse natura filium Astyagis, sed consobrinum. Verum cum Astyages bello peteretur, & premeretur à Cyro, odio eius, scilicet, ne ad ipsum aliquando regnū suum deueniret, filium sibi adoptauit Cyaxarem, regnique hæredem nuncupauit. Cyrus igitur deuicto Astyage, regnum quidem concessit Cyaxari, quoad vixit, aut contentus victoria sui, aut, veritus, ne si etiam Cyaxarem regno pelleret, omnium contra se Medorum odia & vires conciaret. Ex quo apparet Cyaxarem nec fuisse filium Astyagis, sicut tradidit Herodotus, non enim natura fuit filius: & fuisse tamen quodammodo filium, videlicet adoptione, quemadmodum narrat Xenophon.

De Cyro & Astyage valde diuersa, Iuuo con

Si cui autem hæc opinio propterea nullam habere fidem videatur, quia nulla probabili coniectura, nullius que veterū auctoritate firmata est, adiungam alterum responsum. Cum Xenophon & Herodotus de Cyro & Astyage plurimum inter se dissentiant, licitum esse nobis, in eo de quo nunc agimus, Herodoto præferre Xenophontem. At enim, Herodotus, & pervetus,

trans, scripsisse Herodotum & Xenophontē, patius tamē Xenophōti quam Herodoto credendum.

uetus, & valde grauis auctor est? Verò, sed Xenophon paulo recentior eo fuit, nec auctoritate inferior. Atqui Xenophontei, libros illos de Cyro, non ad fidem historiæ, sed ad effigiem iusti imperij, atque optimi principis scripsisse, in primo libro epistolarum ad Quintum Fratrem dixit Cicero. Credo equidem multa in illis libris, ad ueteris, & illustrioris Cyri laudem, ficta esse à Xenophonte. Verum non pauciora apud Herodotum reperiri mendacia, idem Cicero testis est, quippe in libro de legibus, apud Herodotum innumerabiles ait esse fabulas: itaque uolgo pater mendaciorum dictus est Herodotus. Sed quibus tebus Xenophon & Herodotus in historia Cyri, & Astyagis inter se differant. Mihi iam à principio, Herodotus Astyagem facit ultimum Medorum regem, Xenophon, penultimum. Tum ille negat, Astyagi fuisse filium, sed unicam tantum filiam, hoc negat Xenophon, filium eius appellans Cyaxaren. Postea ille scribit, Astyagem detrusum esse à Cyro, regnoque pulsum, & relegatum in Carmaniam, ibique obisse. Xenophon tradit, illum in regno suo, admodum puerulo Cyro, naturali morte decessisse, regnumque filio Cyaxari reliquisse. Deinde, tradit Herodotus Cyrum obscuro natum Patre, & humiliter educatum fuisse, Pollorei contra Xenophon, Cyrum inquit, Patre, Persarum principe, quique genus duceret ex Perseo generatum, & in aula Patris, atque Aui educatum. Ad hoc Herodotus ait Cyrum misertime in bello, quod gessit cum Thomyri Massagetarum regina, periisse: Xenophon verò scribit illum domi suæ tranquillissimè, ac felicissimè vita defunctum. Denique Herodotus prodidit, Cyrum regnasse nouem, & viginti annos, Xenophon autem annos triginta sex. Illud præterea animaduertendum est, hunc Darium Medum, quatuor nominibus esse appellatum, dictus est Darius à Daniele, hoc 6. capite, & supra capite quinto: itaque capite nono. At verò Septuaginta interpretes appellarunt eum Artaxerxem, vt super hoc sexto capite, testificantur Diuus Hieronymus, apud Xenophontem nominatur Cyaxares, postremo, istis postremis verbis decimi tertij capitis, nominatur Astyages, post quem dicitur regnasse Cyrus. Atque hæc posteriora duo nomina in Darium conueniunt secundum ultimam opinionem, quam nos cæteris probabiliorem iudicauimus.

Quatuor nomina Darij Medi.

Opinio Iosephi Scaligeri falsa.

Sed postquam hæc scripseram venere in manus meas octo uolumina Iosephi Scaligeri, de emendatione temporum, opus sane varia, & cuiusque eruditione subtilem, atque elegantem eloquio, sinceramque. In 6. autem uolumine cum dixerit de regibus Chaldæorum, qui post Nabuchodonosor regnauere apud



apud Babylonios, duo ponit Scaliger, ipse fatetur, vera certaque mihi autem falsa, nisi ego me fallo, aut potius, nisi meæ antiquissimi, & nobilissimi auctores fefellerunt. Primo putat Scaliger, quem Daniel capite quinto vocat Balthasarem regem Babylonis fuisse eum, quem Berosus apud Iosephū in primo libro contra Appionem, & apud Euseb. libro nono de præparatione Euangelica capite vltimo, Alexand. Polyhistor, & Megasthenes, appellarunt Labosardachum, filium nempe reginæ Nitocretis, filiæ Magæi Nabuchodonosor. Hoc ego falsum censeo. Interim, Berosus tragicè Labosardachum regnasse puerum, & nouem tantum menses, & quia improbis moribus esse videbatur, à suis fuisse interfectum. Hæc nequaquam congruunt cum iis, quæ de Balthasare scripsit Daniel. Quippe, in 5. capite nominat Daniel vertum anno regni Baltasaris. Et in quinto capite ea narrat de conuiuio eius, ac conuiuarum multitudine, ac dignitate, de pellicibus eius, & concubinis, quæ puero minimè competunt. Nec Daniel obscurè indicat, Balthasarem non à suis, sed ab hostibus esse occisum. Sed illud fortius est argumentum apud Hier. c. 27. legimus, Deum promisisse, datum tum se regi Nabuchodonosor amplissimum imperium, nec tantum ipsi, sed etiam filio ipsius, & præterea filij filij, post Nabuchodonosor, filium eius Euilmerodach, paternum tenuit imperium, cuius filium Balthasarem, non supra docuimus, præ gressis duobus aliis regibus, vltimo loco paternum, & auitum imperium obtinuisse, ac secundum Scaligerum, qui hunc Balthasarem, seu Labosardachum, facit filium, non quidem filij regis Nabuchodonosor, sed filiæ, illud Dei oraculum non est impletum, non enim filius filij Nabuchodonosor, imperium eius tenuit.

An Balthasar fuerit is, quē Berosus, & alij appellarunt Labosardach.

Altera opinio Iosephi Scaligeri, de Dario Medo.

Deinde, arbitratur Scaliger, quem Daniel capite quinto appellat Darium Medum, & ait, interfecto Balthasare, interfuisse in regnum Babylonis, ea ætate annos duos, & sexaginta, fuisse eum ipsum, quem Berosus, Megasthenes, & Alexander Polyhistor nominarunt Nabonidum, quem tradunt, post necem Labosardach, ad regnum Babylonicum communi principum suffragio esse assumptum, & hunc esse posteriorem illum Labynitum, quo regnante scribit Herodotus, Babylonem esse à Cyro expugnatam. Hic namque Darius Medus, seu Nabonidus, cum regnū Babylonicum vii. & xx. annos tenuisset, ageretque lxix. ætatis annum, bello victus est à Cyro, regnoque spoliatus, & in Carmaniam relegatus. Hæc Scaliger. Quæ videntur mihi nec pacta, nec tenuibus rationibus posse refelli. Principio, Darius fuit natione Mesus, hoc est, Babylonius alienigena, & aduena: at secundum Berosum, Nabonidus fuit Babylonius, & su-

An Darius Medus fuerit is, quē Berosus, & alij appellarunt Nabonidum.

Refellitur opinio Scaligeri.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& superioribus Chaldæorum regibus gentilis. Porrò, nullo modo est credibile, Babylonios detulisse imperium hominiMedo, cum eo tempore, Chaldæi haberent Medos, non tantum, vt alios, sed etiam, quia longè prolato imperio, inditionem Chaldæorum immunecbant, vt suspectos, & formidabiles. Facit huic meæ opinioni fidem Herodotus, qui primo libro scribit, regnum Babylonis Nitocridem, cuius filio Labyneto regnante, Babylon à Cyro capta est, nouis, exquisitisque munimentis firmasse Babylonem aduersus Medos: vtpote quorum potentiam inditis magis, ac magis crescere non sine periculo Babylonis intelligebat. *Nitocris*, inquit Herodotus, *animaduertens imperium Medorum ingens, & pacatum, subactisque ab his multa oppida, & inter hæc Ninum, præmunijt se omnibus quam potuit maximè.* Et paulo infra. *Ad hæc*, inquit, *quecumque erat regio ad inuadendum opportuna, & compendiaria ex Medi via, hanc interseptit, ne Medi commercia Assyriorum, ipsius negocia cognoscerent.* Deinde Darium illum Medum, prius non fuisse hominem priuatum, vt censet Scaliger, sed regem Persarum, & Medorum, & quidē ante Cyrum, patet ex cap. 6. Danielis. Quæro igitur ex Scaligero, quando Darius Medus regnum Medorum, & Persarum tenuerit. Etenim auctore Scaligero perdidit ipse regnum Babyloniorum, anno ætatis 61. Olympiadis, hoc est, quatuordecim annis postquam Cyrus regnare cœperat. At hæc, Darius Medus, occupato regno Babylonis, non ibi mansit, sed Danielem secum ducens in Mediam, vt ait D. Hieronymus, apud Medos, & Persas regnabat, sicut liquido perspicitur ex capite. 6. Danielis. Hunc autem Darium, per vim inuasisse in regnum Babyloniensi, non autem pacifice, & Chaldæorū fustragius, vt ait Scaliger, & de Nabonido Berosus, & alij tradiderunt, facti ostendunt Isaias. c. 13. & Hieremias ca. 51. cum de Babylonis euersione vaticinantes, euersores eius non alios, quam Medos, & Medorum regem nominant, nulla Persarum facta mentione. Ex quo apparet, euersam esse Babylonem à rege Medorum, videlicet dum stabat imperium Medorum, neque dum fuerat per Cyrū ad Persas trāslatum. Quid quod Daniel interpretatus illud vocabulum, *Phares*, dixit Balthasari, *diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.* Cuio statim post eadem Balthasaris, regnum Babylonicum ad Persas, & Medos deuolutum est? sed proxime post fuit penes hunc Darium Medum. hic igitur Darius rex fuit Persarum, & Medorum ante Cyrum, & per vim, non autem electione Chaldæorum, Babylonicum imperium occupauit. Hæc, quæ disputauimus, si vera sunt, vt videntur esse, nō esse à veterū, hoc est, Iosephi, Hieron. Theodoreti, Bedæ & aliorū sententia, quam supra sequutus sum, discendum censeo

*Daniel. cap. 5.*

*Deus*



*Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.*

QVemadmodum illud miraculum euenerit, vt Daniel ob sectus leonibus, nihil ex illis detrimenti cœperit, paucis explicandum est. Ante omnia scire conuenit, quinque modis fieri posse, vt aliquis expositus leonibus, citra vllum mi raculum, ab illis minimè lædatur. Primò, si quis possit, ruentis in se leonis pallio, vel alia quapiam re, caput aut oculos operire, nihil ei nociturum leonem non obscurè auctores tradidecunt. Plinius certè li. 8. c. 16. narrat, Romæ in publicis spectaculis, non semel contigisse, vt leo sæuissimus operto capite, continuo omnem ferocitatem, & rabiem deponeret, itaque torpescere, vt etiam demitteretur non repugnans, sed præstat Plinij verba hic apponere. *Carpere leones ardentes erat quādam apud fauces maximè, principatu Claudij, cuius rationem docuit passeris Getuli, sago contra ingruentes impetum obiecto, quod spectaculum in arenario proximum transactum est, vix credibile modo torpescente tanta illa feritate, quamuis lesi in tectu operto capite, ita vt denunciatur non repugnans videlicet, ante nis vir constat in oculis. Quemmus miserit, ô Lysimache, Alexandri iussu, simul inclusso, strangulatum leonem.* Sic Plinius. Deinde, si leo bene pastus, & satur fuerit, raro est sæuire in hominem solitum, auctor est Aristoteles in lib. 9 de historia animalium. ca. 44. Ad hoc, si leo à tenetis vnguiculis domestica consuetudine ciuratus, & mansuefactus fuerit, non solum erit homini innoxius, sed etiam familiaris. *Primus hominum*, ait Plinius prædicto loco, *leonum manus tractare, & ausus, & effoudere manu suefactum, Hanno ex clarissimis Pœnorum traditur, damnatusque illo argumento, quoniam nihil nō perfuasurus, vir tam artificij ingenij videbatur, & male credi libertatem, cui in tantū cessisset etiā feritas.* Præterea, solēt leones benefactoribus suis, non tantum nō nocere, sed etiam blanditi, & quoquo modo possunt, etiam in seruire, & quasi gratiam, velle reprendere, hoc videre licet in iis qui curam domesticam leonum agunt, eos namque illi non modo familiariter tractant, sed etiam impunè verberant. Eius rei duo ponit exempla Plinius, eo quem dixi loco. Sed omium, quæ adhuc equidem legi, illud, meo iudicio, clarissimū, maximeque memorandum fuit, quod Appiō in lib. 5. Ægyptiacorum, apud Aulum Gellium lib. 5. ca. 14. prodidit vidisse se Romæ in circo maximo, cum venationis amplissimæ pugna populo exiberetur, inter sese mutuam eumsdam vasti terrificique leonis, & serui Daci, cui Androclus nomen erat, miram, plenamque amoris & officij recognitionem, ex veteri beneficio, quod

Quibus modis quis possit cum leonibus cōuersari, & impune? Secūdo, si satur fuerit. Tertio, si ciuerit. Hanno Carthaginensis leonē primum fuefecit. Quatuosi beneficio affectus fuerit. Memorabilis historia leonis, qui seruum agnouit de se bene meritum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quod olim Androdus in illum leonem contulerat. Præterea, non ferè consueuit leo, nisi maxima fame vrgeatur, in prostratos, & supplices sæuire. Luculentum est eius rei exemplum, quod suprà dicto loco narrat Plinius sibi compertum: *Capitanam* inquit, *Getulia reducem, audiui, multarum in syluis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se fœminam, profugam, infirmam, supplicem animalis omnium generosissimi, cæterisque imperatri, indignam eius gloriæ prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, multeri alloquii ferus quippe, vbi etiam serpentes extrahi cauæ, cogique in pœnam, verum falsumve sit, vita non decreuit.* Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium cap. 44. atque Æliauum lib. 13. c. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. capite vltimo.

Miraculum Danielis illesi à leonibus, septem modis potuisse fieri. 4. Reg. 6.

Veruntamen, quod Daniel corrigit, non humano cõsilio & ratione potest atque factũ est, sed in miraculis diuinæ omnipotentiæ numerari debet. Id autem septem modis fieri potuit? Etenim, simul vt deiectus est in lacum, leonum Daniel, fieri potuit, vt ministerio angelorum, ex eo loco leones alium in locum transferrentur. Potuit etiam ita præstringi acies visus leonum, vt præsentem Danielem non viderent, similiter vt narratur in quarto lib. Regum, accidisse Syris, qui Elisæum, ad quem comprehendendum venerant, præsentem non cernebãt. Idẽ quoque effici potuit, altissimo grauissimoque somno sopitis & oppressis leonibus, aut obstructo eorum ore, cohibitisque vnguibus, qui vnus tantum modus visorum à Daniele hoc loco commemorari, cum ait, *misit Dominus angelum suum, qui clausit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Quamquam mihi ego fallor, quod dicitur, occlusa fuisse ab angelo leonum ora, non tam significat id quod ipsa verba præseferunt, non enim satis fuisse occludi leonum ora, sed præterea vngues coerceri, & cohiberi necesse esse: quam figurata oratione indicat, angelum prohibuisse, ne leones Danieli nocerent. Sic etiam dicit Paulus epistole ad Hebræos capite vndecimo: *sancti obturauerunt ora leonum*, non quia leonibus ora obstruxerint & occluserint, sed quia effecerunt, vel Deus per ipsos effecit, vt leones, quasi obstructo essent ore, toti essent vngues, nihil eis nocerent. Potuit etiam illis leonibus adimi fames, omnisque cibi auiditas: quin etiam extendi fastidium, & tædium inijci. Potuit item temperamentum corporis leonini, quod tale est, vt ex eo feritas, & iæuitia in homines existat, in aliud mitioris, & placidioris ingenij commutari. Ad extremũ, id potuit euenire, mutata leonum phantasia. Etenim propterea leo sæuit in aliquem, quod is interiori sensu repræsentatur leoni, vel tanquam ipsi contrarius & inimicus, & à quo possit lædi: vel tanquam cibus sibi conueniens, & ad pastum suum pertinens. Si hæc igitur mutetur phantasia leonis, & ita diuinitus conformetur, vt intimis sensibus percipias leo hominem vel tanquam sibi amicum, & benefactum, vel tanquam rem à pastu ciboque suo alienam: vel denique tanquam aliquid sibi pernitiosum & formidabile: sic leo affectus erga hominem, ad eum lædendum nequaquam incitabitur. Esse autem aliqua quæ leonibus metum & pauorem incutiant, vsu exploratum est. Aristoteles quidem & Plinius prædictis locis, tria genera rerum leones pauere ac perhorrescere affirmant: rotarum circumactos orbes, fonitusque currum, galli cristas & cantum: super omnia vero, fulgentes ignes.

Sancti quo modo leonũ ora obturauerint.

Quæ leones terrent.

# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

# COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER VIII.

## CAPVT SEPTIMVM.

ANNO primo Baltassar regis Babylonis, Daniel somnium vidit, Visio autem capitis eius in cubili suo. & somnium scribens, breui sermone complexus est, summatim ipsi rem enarrans, ait: Vidi ego in visione mea nocte, & ecce quatuor uenti cæli pugnabant in mari magno. Et quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari, diuersæ inter se. Prima quasi leæna: & alas habebat aquilæ. aspiciebam donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce bestia alia similis urso in parte steterit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius: & sic dicebant ei surge, comede carnes plurimas. Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis: quatuor super se: & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, co-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*medens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans, dissimilis autem erat cæteris bestiis, quas videram ante eam: & habebat cornua decem. Considerabam cornua, & ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius: & ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu illo, & os loquens ingentia. Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flamma ignis, rotæ eius, ignis accensus. Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius: & millia millium ministrabant ei. & decies millies centena millia assistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur & vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traderetur ad comburendum igni: aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas: & tempora vitæ constituta essent eis, usque ad tempus & tempora. Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum pervenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient. & potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, regnum eius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sumebar his, & visiones capitis mei conturbabant me. Accessi ad unum de assistentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonis, & docuit me. Bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi, & obtinebunt regnum usque in seculum & seculum seculorum. Post hæc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde aliis omnibus, & terribilis nimis: dentes & ungues eius ferrei: comedebat, & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat. Et de cornibus decem, quæ habebat in capite: & de alio, quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo, quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat cæteris. Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum adversus sanctos, & prævalebat eis donec venit antiquus dierum: & iudicium dedit sanctis excelsis, & tempus advenit, & regnum obtinuerunt sancti. Et sic autem bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & devorabit universam terram, & conculcabit, & comminuet eam. Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt: & alius consurget posterus, & ipse fortior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos Altissimi obteret, & putabit, quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius usque ad tempus, & tempora dimidium temporis. Et iudicium sedebit: ut auferant potentiam, & conterant, & disperent usque in finem. Regnum autem & potestas: & magnificentia regni quæ est sub omne cælum, detur populo sanctorum Altissimi: cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges servient ei, & obedient. Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me, verbum autem in cor meum conservavi.*

§. Ap. 5. cap. 11.

§. Isa. 9. & 7 sup. d. 14.

§. 1 nc. 1. cap. 11. Dieb. 4. 6. 7 sup. 3 §. 100. 4. 31.

EX dispositione, atque ordine huius libri Danielis, palam est, propositum illi fuisse, in priore libri parte, omnes historias regnum Chaldæorum, continuata serie contexere, & quæcunque vel sibi, vel sodalibus suis sub Chaldæorum regibus, & sub Dario Medo notabilia, & memoratu digna contigissent, ea uno loco describere: id quod fecit Daniel sex præcedentibus capitibus. In posteriori autem libri parte prescribere instituit Daniel omnes visiones, & revelationes sibi à Deo datas: idque sex subsequentibus capitibus diligenter præstitit. Quapropter cessat admiratio cur quæ hoc capite narrantur, ante historiam quinti capitis non fuerint posita, cum hæc primo anno Balthasaris, illa vltimo, id est decimo septimo evenerint. Describitur autem in hoc septimo capite, admirandum quoddam visum in quiete Danieli diuinitus obiectum, de quatuor principalium mundi regnorum, sub imagine quatuor animalium ex oceano & progressione regni Christi æterno, de extremo iudicio, de persecutione Antiochi adventus Iudæos, quæ adumbravit Antichristi circa mundi occasum, aduersus electos persecutionem. Quibus autem rebus hæc visio Danielis à somnio regis Nabuchodonosor, libro in secundo capite exposito, differat, cum vtriusque visionis idem fuisse videatur argumentum, satis ostendimus, cum interpretationem illius somnij enarremus. Tempus, quo hæc visio seu somnium Danieli contigit, fuisse primum annum regni Balthasaris, ab ipso Daniele in exordio huius capitis prænotatur, quod tempus incidit in quinquagesimum quartum annum vltimæ captiuitatis Iudæorum, qui fuit decimus octauus ante eorum liberationem, & ab ortu Romæ, centesimus septuagesimus sextus, quo tempore Tarquinius Priscus, apud Romanos regnum administrabat, & apud Græcos quinquagesima Olympias agebatur, & Daniel non minor erat octogesimo anno. Quod autem iussio capitis scriptum est, Danielem hanc suam visionem breui sermone complexum, summamque perstringendo contignasse literatum monumentis, satis aperte declarat scriptorem & auctorem huius libri, non alium fuisse quam Danielem, falsamque arguit opinionem Hebræorum, quos tamen in libro sexto Etymologiarum sequutus est Isidorus, affirmantium, hunc librum non à Daniele, sed à viris magnæ

Diuisio libri Danielis in duas partes, quarum altera historias alteta visiones complectitur.

Summa huius septimi capitis.

Tempus huius visionis.

Danielvrus huius libri auctor.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hiid.li.6. Ori.c.2. magnæ synagogæ, ipsius Esdræ æqualibus fuisse conscriptum. Prædictis consonat, à Theodoreto, & Hieronymo iuuer hoc loco scripta. Theodoretus in oratione septima sic ait: *Ad hæc vsque verba, Daniel magis historico more prophetiam conscripsit de Nabuchodonosor, Balthasar, & Dario Medo. Quibus veluti historiæ percursis, deinceps exponere incipit eas prædictiones, quas per diuinam reuelationem dictus est. Ac primum quatuor bestiarum vocabulo significationem ponit, similis regi Nabuchodonosor per quam similitudinem. Hæc namque ille in vna imagine quadripartitam vidit monarchiam: & hic ex vno mari quatuor bestias ascendentes vidit. Iterumque autem vetus Lectionem hanc habuit: omnia enim quæ sibi, vel vigilanti, vel dormienti, diuinitus erant patefacta, & ad diuinæ prouidentiæ demonstrationem futurumq; synagogæ & Ecclesiæ mysteriorum præsignificationem pertinebant, nam sufficiebat ei sibi tantum nota, silentio suppriмere sed quo ad omnium utilitatem permaneret, vtili scripto prodidit. Hæc ita similima scribit Hiero. In superioribus, inquit, ordo seruatus est historiæ, quid sub Nabuchodonosor & Balthasare, & Dario Medo mirabilium signorum acciderit, prosequendæ in his verò narrantur somnia, quæ singulis sint visa temporibus. quorum solus propheta conscius est, & nullam habent apud barbaras nationes signi vel reuelationis magnitudinem: sed tantùm scribuntur, vt apud posteros, eorum quæ visa sunt memoria perseueret.*

Dan.2.

## *Ecce, quatuor venti cœli pugnabant in mari magno: & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari, diuersæ inter se.*

Quatuor venti principales, Eurus, Zephyrus Auster, & Boreas.

QVorum est, quid significet hæc visio quatuor ventorum. Haud dubiè per quatuor ventos significatur hoc loco quatuor principales venti, qui ex quatuor principalibus mundi partibus, ortum & motu habent: ex ortu solis, Eurus: ex occasu Zephyrus: ex meridie, Auster: ex Septentrione Boreas. Quæ ventorum distinctio, quatuor regnorum, de quibus hic agitur varietatem significat, quorum aliud fuit orientale, aliud occidentale, boreale item aliud, & aliud meridionale. Porrò ventorum pugna, quæ hic describitur, in ventis inter se oppositis intelligenda est. Per illud autem: *In mari magno*, consuetudine sacræ scripturæ, significatur mare mediterraneum: hoc enim in sacris literis mare magnum nominatur, quod distinguatur à lacubus, aliisque magnis aquarum congregationibus: quæ secundum proprietatem linguæ Hebraicæ, apellantur maria. Namque Oceani, qui solus propriè mare magnum dici debet, ex vlla in sacris literis expressa mentio repetitur: nisi forte quispiam existimet, ad Oceanum referenda esse illa Dauidis verba, quæ sunt in Psa. 103. *hoc mare magnum*

Mare magnum est mare mediterraneum.



*num & spatiosum manibus: illic reptilia quorum non est numerus.* Sed quia dicit, *spatiosum manibus*, hoc est in varia loca & sinus diuersorum, apertus videtur id quadrare in mare mediterraneum, quod multitudinem sit eo osum ac sinuosum est. Quoniam autem vis, impetus, pugna ventorum, & maior & vehementior in mari, quam in terra, & in ampliori mari, quam in angustiori esse solet, ideirco vidit Daniel, ventos in mari magno valdè concitatos, inter se pugnare.

Visio ventorum inter se pugnantium quid significauerit.

Quid autem eiusmodi visio ventorū inter se pugnantium significauerit, tres sunt interpretationes. Prima est D. Hieronymi, qui similitudine ventorum significari ait, bonos angelos præpositos quatuor monarchiis. Etenim communis est patrū doctrina, cuilibet regno præsidere vnum aliquem angelum, qui curam eius agat in iis quæ ad gubernationem eius, tum corporalem, tum spiritualem pertinent. Id quod probat Hieronymus ex cantico Moysi, quod est in 32. ca. Deuteronomij, in quo secundum translationem magistri interpretum, in hæc verba scriptum est. *Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerū angelorum Dei.* Dicitur autē angelos bonos pugnare inter se, non affectu, sed effectu, nam enim sui quisque regni, & gentis curam gerat, & vtilitati consulat, viu venit, vt nonnunquam angelorum, qui diuersis præsunt regnis, optata & postulata apud Deum sint non se contraria. Exempli causa, angelus præsidēs regno Babyloais, nolebat Hebræos liberari captiuitate, & in patriam reuerti, quod esset ex consuetudine, plurimum Chaldæi ad veri Dei cognitionem & veneration em proficerent: contra verò, angelus, in cuius tutela erat populus Hebræus, ardentissimè optabat eius populi liberationē, propter ingentes ac multiplices doctrinas cum tam religionis, quā morum, quod ex societate & consuetudine Chaldæorum Hebræi capiebant. Porrò angeli rectè computantur ventis, & quia natura eorum, sicut venti, est inspectabilis, & quia incredibili vigent velocitate, tam ad motum, quam ad omnes actiones suas peragendas, denique, quia ipso effectu, magis quam per se ipsi à nobis cognoscuntur. Sed ea de re luculenta extat in libro de cœlesti hierarchia Beati Dionysij sententia. *Cum veterum appellatione*, inquit, *cœlestes illi spiritus censeantur, natura summa celeritas, quæ cuncta ferme aspectu vlla nostra celeritate penetrat, motuque ille ex summis ad infima, rursusque ex imis ad summa ita momento pertingit, superna ad superiorū celsitudinē tollit, primosque subsistentias ad eadem à posterioribus sortis suæ consortia, prouidentissimi nostri signatur. Ventus enim diuinam cœlestium spirituum præfert speciem, & diuinæ actionis imaginem, secundam naturalem mobilitatem,*

Quomodo boni angeli pugnent inter se.

Dan.12.

Curare diuinitus hactenus solitudine ventorū significetur, ex sententia D. Dionysij Areopagitæ.

*vim quæ animanti, & celerem atque insuperabilem discessum mobilium principiorum ac summam incognitam nobis atque inuisibilem latebram spiritus, inquit Dominus, vbi vult spirat, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat.* Sic Dionysius.

Aberti Magni sententia.

Altera interpretatio est Alberti Magni, nomine ventorum interpretantis angelos malos, qui in quatuor monarchiis, de quibus in hac visione agitur maximam potentiam & imperiū habuerunt, siquidem in illis, non verus Deus, sed dæmon, & idola colebantur. Qui pugnare dicuntur inter se, scilicet effectiuè, quod homines illarum monarchiarum, ad bella atrocissima, fœdissimaque cædes concitarunt.

Theodoreti expositio.

Tertia interpretatio Theodoreti est, quæ videtur mihi vero propior. Ait ille, similitudine quatuor ventorum inter se pugnantium, adumbratos esse maximos tumultus, & perturbationes, quæ in exortu cuiusque monarchiæ exstitêrunt. Quo circa, præmisit Daniel pugnam ventorum, & mox subdidit monarchiarum origines. Nimirum maximam orbi terrarum attulisse perturbationem, Ninum monarchiæ Assyriorum conditorem, declarat Iustinus initio suæ historiæ, & Diodorus libro tertio. Quemadmodum exoriens Cyri monarchia, totam Asiam commouit, tremefecit, atque conquassauit. Iustinus item eodem in loco, & ante ipsum Iustinum in primo libro tradidit Herodotus. Quid de Alexandro dicam, cuius inexplebilis dominandi cupiditas, quantum concusserit & exagitauerit omnem terrarum orbem, cum ex aliis rerum eius scriptoribus, tum ex prooemio prioris libri Machabæorum, perspicuè intelligitur. Nihil dicam de Romanis, quorum impetum, aliorum mundi regnorum diminutione, labefactatione, & interitu, ortum, auctum, firmatumque est.

Turbulentissima fuerunt omnium monarchiarum initia.

Sequitur in narratione visionis, *Et ascendebant de mari quatuor bestiæ grandes & diuersæ.* Sicut in statua quæ visa est in somno regi Nabuchodonosor, quatuor monarchiæ figuratæ sunt quadruplici materia, ex qua constabat statua auri, argenti, æris, & ferri, sic in hac visione, significantur eædem monarchiæ, quatuor bestiarum similitudine. Sed cur monarchiæ comparantur bestiis? An quia reges cuiusque monarchiæ, ferè legibus mos fuisse ferocissimos, molestque inhumaniter & crudeliter præesse, gestisse, quosdam etiam morum immanitate, bestiis quam hominibus fuisse similiores. Sed cur grandes bestiæ dicuntur? videlicet, propter amplitudinem ditionis, & magnitudinem imperij, quod in vna quaque illarum quatuor monarchiarum diu floruit. Dicūtur autem bestiæ de mari ascēdisse, quia quod ascendit, id prius erat in humili loco, vnde paulatim euehitur ad celsiorē locū, sic principia cuiusque monarchiæ fuerūt admodum

Cur monarchiæ comparantur bestiis?

Quid sibi vult bestia ascendens de mari.



modum parua & obscura, paulatim vero, quasi per gradus, ad summum imperij & potentiæ fastigium ascenderunt. Licet hoc cernere in regno Chaldæorum, quod diu antea, vna modo pars fuerat monarchiæ Assyriorum. Persæ item fuerant Medorum. Macedonum gens, multis seculis ignobilissima fuit, & contemptissima. Quis nescit quam obscura, & ferme pudenda, Romanorum origo fuerit, pastorum nempe partim latrocinātium, & capto viuentium quorum regnum per ducentos quadraginta annos, non vltra decem & octo milliaria pro ætu potuerit. Ad extremum, in hac visione, *mare magnum*, significat hunc mundum, vel statum, & conditionem rerum humanarum, sanè meritissimo. Est enim mundus hic, amaritudinis, & acerbitatis vsque quaque plenissimus: est: item admodum inconstans & inconstabilis, periculisque refertus. Denique, sicut in mari plurimi sunt, & diuersi generis, pisces, alij minimi, alij mediocres, & alij magni & minores quidem præda sunt maiorum: sic ferè vsu venit in hoc mundo. Postremo, bestiæ illæ dicuntur fuisse differentes inter se: quia in illis quatuor monarchiis magna fuit ingeniorum, studiorum, morum, institutorū, legum, religionum, denique disciplinæ militaris, & rationis belligerandi varietas & dissimilitudo.

Per mare magnū, significari, hunc mundū.

*Prima, quasi leæna, alas habens aquilæ: & aspiciebam donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra: & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei.*

Sicut in visione illius statuæ, quæ regi Nabuchodonosor contigit, regnum Chaldæorum significabatur aureo capite (aurum enim cæteris metallis antecellit: sic in hac visione, idem regnum significatur similitudine leonis & aquilæ: quæ inter terrestres, volucresque animantes, principatum obtinent. Et quamuis, quæ hoc loco dicuntur, pertineant ad ipsum regnum Chaldæorum, ea tamen præcipuè inueniuntur esse vera in rege Nabuchodonosor, qui princeps eius regni quasi conditor, & amplificator fuit. Comparatur leænæ, secundum Rhetonymum, propter ingentem ferociam & libidinem leænæ. Namque vt tradunt Aristoteles & Plinius, fœmina est leæna, maximè cum nutrit catulos, semperque gestit ad coitum, nec vnius leonis contenta congressu, etiam cum pardo, & hyena miscetur. Crudelitatem quidem Chaldæorum, diuina scriptura multis locis exaggerat: intemperantiam verò & incredibilē libidinum obscenitatem, indicat Baruc cap. 6. & Herodotus lib. 1. Curtius item lib. 5. Alij hanc similitudinem applicant

Regnum Chaldeorum leonis & aquilæ cōparatur, & cuius cap. 2.

cant ad regem Nabuchodonosor, quem propterea existimant comparari leænæ, quia fuit maximè bellicosus, & formidabilis cunctis gentibus. Theodoretus ideo aut coparari leoni, qui est animal regii, vt demonstretur, regnum Babylonicũ fuisse omnium regnorum duplici nomine, præstantissimum & quia fuit antiquissimum primumq; omnium: & quia maximè diturnum, quippe plus mille trecentis annis auctore Cresia Gnidio, & Diodoro perduranit. Apud Hieremiam capite quarto, Nabuchodonosor nominatur leo. *Confortamini*, inquit, *nolite stare: quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit. Egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem: ciuitates tuæ vastabuntur, remanebunt absq; habitatore.* Quod autem dicitur habuisse alas aquilæ, significat mira eius regni, brevissimo tempore, incrementa, & incredibilem regis Nabuchodonosor in consequendis victoriis, & dilatando Imperio celeritatem. Abacuch de militibus & exercitu eius regis, ita scribit capite primo: *Ego suscitabo Caldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis est, leones pardis equi eius & velociores lupis vespertinis: equi eius volabunt, quasi aquila festinat ad comedendũ.* Ad hoc, sicut aquila omnium animo volat altissimè, nec reuerita solem, conturnaci constantique acie in ipsum intuetur, ita rex ille tanta fuit superbia, vt Deum contemneret, & sese pro Deo adorari iuberet, cuius superbissima illa verba refert Isaias cap. 14. *Ascendam super cælum, super astra exaltabo solium meũ, similis ero Altissimo.* Volitea, dicuntur eumdæ ipsi alæ: vel quia illius regis superbia adeo cotusa & depressa est, vt in bestiã fuerit mutatus, sicut dictum est supra, in capite quarto: vel quia regnum Chaldæorum, omni quo gloriabatur, a Medis spoliatum imperio, Persarum & Medorum dominationi parere: ac seruire coactum est.

*Stetit super pedes quasi homo.* Post illã Nabuchodonosor trãsformationem in bestiam, agnouit ille se hominem esse fragilem ac mortalem, nec quasi aquilã in cælum volare debuisse. Veteriam Chaldæi qui humanæ conditionis oblíti, propter amplitudinem, & diuturnitatem imperij superbissime & inhumanissime cæteros omnes tractabant, tandem bello à Medis Persisque contriti, & subiugati, homines se cæteraruinque simili conditione natos, senserunt. Lucidentes hic locus illustrari potest alio Scripturæ loco, qui est in posteriore libro Machabæorũ, capite nono, videlicet exemplo regis Antiochi, cuius superbia exprimitur illis verbis. *Videbatur sibi stultissimus ea imperare, & aliis iudices montium in statera appendere, & fide-*

Nabuchodonosor leo nominatur.

Alę aquilæ quid significent.

Nabuchodonosor superbia.

Is quomodo sit humilis effectus.

Mirũ in rege Antiocho



*ra sibi continere:* postea vero conceptus, punitusque à Deo, insanabili fœdissimoque morbo, de se humiliter & demisse sentiens, dicebat, *Iustum est hominem subditum esse Deo, & mortalem non pares Deo sentire.* Possunt extrema hæc verba intelligi de rege Nabuchodonosor, qui propter superbiam, captus mente regnoque priuatus, & ex hominum electus societate, per septem annos, quadrupedũ ingressu, victu, & habitatione vsus est, sed postea Dei potentiam iustamque humilitatem & infirmitatem agnoscens, humanam figuram, sensum & incessum regnumque recepit.

deprimẽ de humane superbiæ exemplum.

*Et ecce bestia alia similis vrso, in parte steterit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius: & sic dicebant ei, surge comede carnes plurimas.*

Similitudine vrsi figuratur alterum regnum, quod fuit Persarum, & Medorum, hoc autem, euerso Imperio Chaldęo nũ Persarum, secũdam obtinuit monarchiam. Comparatur autem vrso, vt interpretatur Theodoretus, ob immanem crudelitatem, qua omnes barbaros superarunt Persæ, exquisitissimis, & acerbissimis supplicijs vtendo. Etenim, vellipia carnis hominibus detrahebãt, & membratim corpora secãdo, lentissima, & amaa mortis eos, qui punichãtur, necabãt. Verũ, non placet hæc Theodoreti expositio: apud nullũ enim legitantã Persarum in supplicijs immanitatem. Nec sanè id congruit figuræ: non enim vrsus ferocior, & seuior leone, aut pardo. Illud igitur similius vero comparari vrso regnum Persarũ, ob tres vrsi proprietates, quas fusè tractant Aristoteles libro 7. de historia animalium ca. 17. Ælianus libro 6. cap. tertio. Plinius libro 8. capite 36. Prima proprietas est: vrsum esse tolerantissimum, & patientissimum laboribus cibique adeò parcum, vt longissimum hyemis tempus, sine vllo pastu cibaruque trãsigat: sic antiquos Persas continentissimos fuisse, & simplicissimo, ac vilissimo victu esse victu, tradit Xenophon, & memorat hoc loco Diuus Hieronymus. Secunda proprietas: vrsum in ortu, non esse aliud, nisi candidam quandam carnem, rudem, atque informem, sine oculis, & pilo, vngues dumtaxat prominentes ostendentem, quam lambendo parens, paulatim figurat, & ad speciem vrsi conformat, est igitur vilis, & imperfecta vrsi origo, quo denotatur, abiecta fuisse Persarum primordia, sed posteà multo labore, & industria, claritatem illis, & potentiam accessisse. Tertia proprietas est, vrsum infirmo esse visu, & vitio ophthalmiæ obnoxio, quique sæpius hebetetur, esse præterea inualidissimo capite, itaque, non semel in spectaculis Romanis, vt tradit Plinius,

Cur regnum Persarum comparatur vrso.

Contra Theodoretum.

Vrsorũ proprietates, quas Persarũ regnũ eis cõparatur.

Hier. li. 2 in Iouinianum.

Xenoph. in Cyropædia.

vrsus

Universidad de Deusto
Biblioteca



vrsus infracto colapho, exanimati visus est. Hæc re significatur Persas in bellis, non tam solertia ingenij, prudentiaue disciplinæ militaris, aut corporum robore, quam innumerabili hominum turba, vel eorum quibus cum belligerabant, ignauia præualuisse.

Deinde sequitur, *in parte stetit*, quod sic exponunt Hebræi. Persas, in alias quidem gentes, sæuos, & crudeles fuisse: ergo Hebræos, autem stetisse, id est, cohibuisse crudelitatem, quin etiã humanitatem, & benignitatem exercuisse. Siquidem quatuor Persarum reges, Cyrus, Darius Hystaspis, Longimanus, & Mnemon, humanissime Iudæos tractarunt. D. Hieronymus sic interpretatur: *In parte stetit*, id est, primum erexit se, & insurrexit, atque inualit in vnam partem sibi victoriosam, hoc est, regnum Chaldæorum, quo acquisito, facilè fuit cetera suo imperio subiungere. Theodoreti hæc est eorũdem verborum interpretatio. Propterea dicitur regnum Persarum in parte stetisse, quia, etsi destructum ab Alexandro Magno diu iacuit: postea tamen tempore Imperatorum Romanorum, rursus exhirexit, & stetit, sed in parte tantum, non enim omne imperium quod olim habuerat, recuperauit, sed aliquam dumtaxat ipsius partem. Cum enim trium orbis partium esset dominationem complexum, Ægyptum, & Æthiopiam acquisit, item Palæstinorum, & Phœnicum, Syrorumque dominationem, ademptumque ei est Asiæ imperium, & itidem Pontus Euxinus ab illius sceptris defciuit. Solam igitur Persidem, Mediam, & Assyriam, paucasque aliquas alias finitimas nationes, imperio suo continet.

Cur in-perium Persarũ in parte stetisse dicatur.

Quid per tres ordines dentium designetur.

Postea subditur, *Et tres ordines erãt in ore, & in dentibus eius.* Pro, *tres ordines*. Hieronymus in commentario legit etiam, *tres versus*. Græca habent, & itidem Pagninus, *tria latera*. Theodoretus præter hoc, legit etiam, *tres alas*, quidem ex Chaldaico vertunt, *tres boles*. Per hæc autem tria, quę vrsus habebat in ore, seu inter dentes, interpretantur Hebræi tres reges, qui post Cyrũ in Persida regnauerunt, sicut infrà significabunt in cap. 11. quos recte D. Hieronymus redarguit, quatuordecim Persarum reges commemorando. Quocirca, ipse significari putat tria regna, ex quibus primo coaluit, & conualuit Persarum imperium, hæc fuere regnum Medorum, & Persarum, atque Chaldæorum. Theodoretus insinuari existimat, tres mundi partes, Oriẽtem, Septemtrionem, & Meridiem, ad quas portigebatur, & pertinebat Persarum imperium: Cyrus enim omnem Orientem vsque ad Heli-pontum, in suam ditionem redegit: Cambyses Ægyptum & Æthiopas, subiecit. Darius Hystaspis Scytharum Nomadum potitus est imperio. Dicuntur autem tria illa fuisse in ore,



in ore, & in dentibus vsi, quoniam ex omnibus subiectis gentibus, amplissima capiebant tributa, quibus magnam partem, ad nimium luxum, & delitias abutebantur. Postremo, illud quod dicitur. *Et dicebant ei surge, & comede carnes plurimas*, bifariam exponitur. D. Hieronymus, namque, ac plerique, referunt id ad regem Assuerum maritum Hester, cui Aman suasserat, vt omnem Iudæorum gentem internecione deleret. Videtur etiam commodè referri posse ad Cyrum, huius monarchię Persarum conditorem, qui auctore Herodoto, insatiabili cupiditate dominandi, omnesque gentes sub imperium suum subiiciendi flagrabat. Cui conuenanea scribit Iustinus libro primo narrans, Thomyrim Scytharum reginam, quam Cyrus bello perierat, interfecto Cyro vna cum ducentis millibus Persarũ, iussisse caput eius amputari, & conici in vtrem humano sanguine repletum, cum hac exprobratione crudelitatis: *Bibe sanguinem quem sitiisti, & cuius insatiabilis semper fuisti.*

Dictũ regine Thomiris in Cyrum.

*Post hæc aspiciebam: & ecce alia bestia quasi pardus, & alas habebat quasi auis, quatuor super se: & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei.*

Cur Alexander Magnus comparatus sit pardo alato, & quadricipiti.

TErtia monarchia Alexandri Magni, & Græcorũ, præsignata est in hac visione sub imagine pardi alati, & quadricipitis. Comparatur pardo Alexander, tum quia pardus animal est velocissimum, quodque præceps fertur, & saltu ruit in prædam, quo indicatur incredibilis celeritas victoriarum Alexandri, quippè qui, vt ait D. Hieronymus, ab Illirico, & Adriatico mari, vsque ad Oceanum Indicum, & Gangem fluuium, victoriis magis, quam præliis, orbem percurrit, & sex annis, magna parte Europæ, vniuersa Ægypto, Syria, & Palestina, omnique Asia, vsque ad Indiam potitus est. Tum quia pardus, est animal variis maculis insignitum, quæ varietas maculatura denotat vel gentium & regnorum varietatem sub ditione Alexandri redactam, vel admirabilem virtutum & vitiorum in vno Alexandro mixturam. Fuit enim vir ille vitiis equè quam virtutibus insignis. Quatuor alæ pardi, significabant quatuor præcipuas virtutes, quibus Alexander tantum imperium breuissimo tempore adeptus est. Prima virtus fuit, eximium robur corporis, & incredibilis patientia laborum. Secunda virtus fuit, magnitudo animi, & audacia, nulla timentis, aut refugientis pericula. Tertia fuit, vigor animi, & quod de Iulio Cæsare scripsit Plinius, quasi quodam igni, volucre ingenium, atque incomparabilis celeritas in suscipiendis pariter, atque conficien-

Alexandri virtutes quatuor.

Plinius li. 7. c. 5.

ficiendis rebus. Quarta fuit excellens, etiam maior vllis hominum, liberalitas, & clementia, non solum erga suos, sed etiam erga hostes, vel singularis disciplinæ militaris scientia, qua ducem, ac milites eius, & super omnes, ipse pollebat. Possumus ité illas alas interpretari insanam Alexandri cupiditatem diuinitatis, quam ille, non minus odiosè, quam insolenter affectabat. Non enim sat illi fuit terrarum orbi dominari, nisi etiam in cælum volare contenderet diuinos honores concupiscens, sibique arrogans, seque pro Deo adorari, & quasi filium Iouis Ammonis coli iubens.

Vesana Alexandri diuinitatis affectatio.

Quatuor capita pardi, significabant quatuor præcipuos Alexandri successores, qui vni illius imperium, post obuium eius, quadripartitò diuisum, tenuerunt. Philippum dico Aridæum, seu Antipatrum, qui regnarunt in Macedonia, Antigonum qui in Asia, Seleucum, qui in Syria, & Ptolemæum Lagi, qui in Ægypto regnauerunt. Primi autem posteriorum successores, longo tempore prædicta regna tenuerunt, de quibus infra, & comodiùs, & plenius verum dicendi erit. Extremo loco hic dicitur tantam illam potestatem fuisse datam Alexandro: quibus verbis declaratur: Alexandrum, non tam viribus suis, quã Dei concessu, opeque, & singulari prouidentia, tantum imperium esse consequutum. Atque hoc etiam ipse Alexander confessus est. Nam, vt narrat Iosephus libro vndecimo Iudaearum antiquitatum, cum Alexander venisset Hierosolymam, vidisset que Iudæorum Pontificem Iaddum, qui sibi obuiam extra vrbem. Pontificali habitu, ornatuque decoratus processerat, protinus ad illius se pedes abiecit, eumque adorauit. Deinde, rogatus ab amicis, cur, præter morem suum, ei Pontifici tantum honorem habuisset, respondit, se non honorasse hominé, sed in homine Deum qui eo dem illo habitu, & ornatu, in somno visus sibi esset, cùm in vrbe Macedonię Dio verbaretur, & cum animo suo de suscipiendo bello aduersus Persas agitaret, idémque certam sibi victoriæ spem ostendisset. Verum, quia super capite secundo huius libri, explanando visionem Thaux, paulò fusius de Alexandro diximus, propterea hoc loco breuiores esse licet.

Alexandri successores præcipuè

Alexander Dei munere adeptus est Imperium. Iosephus li. 11. c. 8. Alexander Magnus, adorat Pontificem Iudæorũ.

*Et ecce bestia quarta terribilis, mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans, dissimilis autem erat cæteris bestijs, quas videram ante eam, & habebat cornua decem.*

Quarta



QVarta hæc bestia, vt omnes interpretantur, & res ipsa loquitur, imaginem, & similitudinem referebat Imperij Romani. Verum, quo planius, & enucleatius, figura hæc descriptio monarchiæ Romanorum intelligatur, nonnullas quæstiones hoc loco tractabimus.

Romanũ Imperium per quartam bestiã designatũ.

Prima quæstio, Cur nec species, nec nomen exprimitur eius bestiæ, cui comparatum est Romanum imperium, quemadmodum in tribus bestijs superioribus factum est. Hebræi, vt hic refert Diuus Hieronymus, multo suo nugantur, diuinant enim eam bestiam fuisse aprum, propterea, quod in Psalm. 79 in quo de republica Iudæorum agitur, quam illi extruxerunt Romani, ita scriptum est. *Exterminauit eã aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.* Sed nugæ, quasi vero aper robustior & ferocior sit leæna, vrso, & pardo, quibus tamen terribilior esse fuisse quartam bestiam, testatur Damel. Diuus Hieronymus propterea existimat tacitam fuisse speciem, & nomen illius bestiæ, vt intelligeretur, incomparabilem fore potentiam, & scelerationem Romanorum, vtpote cui significandæ, nulla species bestiarum satis idonea inueniretur. Aliam causam Theodoretus affert. Ideo, inquit, non habet nomen quarta bestia, significans imperium Romanorum, quia in prioribus imperijs, vna fuit semper gubernationis forma & ratio, fuit enim regia principatus, apud Romanos vero, admodum varia & multiplex fuit. Primo enim fuit regalis, tũ cõsularis, postea partim cõsularis partim tribunitia, nonnunquã etiã dictatoria, tandem imperialis. Quapropter, priora regna, singula singulis bestijs cõparari potuerunt. Romanum autem imperium, vni alteri bestiæ singulari, non potuit comparari. Si autem terribilis illa bestia repræsentans imperium Romanum, exprimi deberet sub nomine vnius alterius bestiæ, omnium quas nouere mortales, sæuissimæ, illa profecto fingi posset quam Aristoteles libro secundo de historia animalium, de sententia Ctesiæ Gnidij cuiusdã primo, ita describit. *Apud Indos si Ctesiæ credendum est, bellua gignitur, cui nomen Martichora, huic illi dentes, triplici vtrinque ordine, magnitudo hirtitudo, & pedes leonis, facies & aures hominis, oculi cæsij, color rubica, cauda scorpionis, modo terrestri, aculeo armata spiculaque agnata tantum, vox fistulæ, tubæve non absimilis, cursus, non minoris pernicitatis, quam cerui, feritas tanta, vt nunquam possit vulnerare, appetitus præcipuè carnis humanæ.*

Romano rum gubernatio varia.

Mãticho rarum ferarum maximè terribilis

Secunda quæstio, Quoniam hoc loco traditur, imperium Romanum fore superioribus regnis longè maius, & potentius, quæritur, quanta fuerit hæc Romanorum potentia, & quibus in rebus maximè posita esset. Respondeo, magnitudinem

Quanta fuerit Romani imperij

Romani

amplitudo, & potentia.

Romani imperij, tribus præcipuè ex rebus existimari posse. Primo amplitudine ditionis, tum potentia bellica, tam terrestri, quam nauali, denique ingenti pecuniæ vi, & copia. Quanta fuerit Romanæ ditionis amplitudo, describit Strabo in fine libri sexti, & libro 17. atque apud Iosephum libro secundo de bello Iudaico cap. 3. ex Agrippa. Appianus item in prooemio historiæ Libycæ. Imperarunt Romani tribus mundi partibus, non quidem vsquequaque, sed latissimè: tamen Occidentalis terminus imperij, fuit extremitas Hispaniæ: Orientalis, Euphrates, Taurus, & Armeniæ Septentrionalis, Rhenus & Danubius: Australis, Æthiopes. Dominabantur vniuerso mari mediterraneo, & omnibus, quæ in eo sunt insulis, præterea in Boreali Oceano, ipsi Britaniæ. Quid multa? eò dobitat affirmare Appianus omnes priores monarchias Assyriorum, Medorum, Persarum, & Græcorum, vix dimidiatæ Romani imperij partè possedisse. Hoc ipsum in exordio suæ historiæ confirmat Polybius. Bellica porro potentia, terrestris quidem ordinaria, ac militum stipendariorũ, varia fuit diuersis temporibus, nunc maior, nunc minor: tempore Appiani, hoc est, principatu Adriani, (sicut ipse Appianus scribit in prooemio historiæ Libycæ, tanta ferè erat bellica potentia terrestris Romanorum: ducenta milia peditum, quadraginta millia equitum, trecenti elephanti bellicosi: tria millia curuum, armorum vero in supplementum, trecenta millia. Nec minor erat naualis potentia, habebant enim Romani duo millia nauium, mille, & quingentas triremes, magnas vero naues, prioris puppibusque aureis, scilicet ad ostentationem Romanæ maiestatis, & vsus imperatorum, octoginta: ad hæc parata erant instrumenta nautalia eo numero, vt armandæ duplo maiori, quam quæ dicta est, classi, sufficere possent. Postremo de incredibili copia pecuniæ, in diuersis artibus, ad vsus bellicos comparatæ, scribit Appianus, eam fuisse ad septuaginta quinque millia talẽtorum Ægyptiorum, talentum autem Ægyptium, sicut auctoritate Varronis confirmat Plinius lib. 33. cap. 3. pendebat pondo seu libras octoginta, quocirca singulis libris, aureos, cẽtum assignando, vnum talentum Ægyptium, idem valebat, quod octo millia nostrorum aureorum, quo fit, vt summa illa quinque & septuaginta millium talentorum Ægyptiorum, secundum nostram computationem, sexcenties dena centena millia aureorum, & vt vulgò loquimur, seicento milliuni efficeret.

Copiæ militares & terrestres Romanorũ, tempore Adriani imperatoris.

Naualis & maritima Romanorũ potẽtia.

Eorundẽ pecuniæ copia.

Qua ratione Romani ad tantam

Tertia quæstio, Qua ratione ad tantam imperij magnitudinem Romani pervenerunt. Tria Romanis ad tantum imperiũ animo concupiscendum, omnique vi sua comparandum, fuere incitamenta, quæ fusius enarrat D. Augustinus libro quinto de



ciuitate Dei, cap. 12. amor libertatis, non enim pati poterant cuipiam subesse, immensa cupido dominandi, insatiabilis gloriæ laudisque auiditas. Quibus rebus quasi tribus acerrimis stimulis, ad amplificandum imperiũ toto orbe, incredibiliter incitabantur. Sed quibus viis, quo intendebant, tanta felicitate pervenerunt. Tractat hoc Iulius Cæsar apud Dionem lib. 38. & Cato apud Sallustium in bello Catilinario, Augustinus quoque præcitato loco, & beatus Thomas libro 2. de regimine principum. cap. 4. 5. & 6. Nos ab illis fusius dicta, in pauca contrahentes, dicimus, quinque rebus Romanos tantam imperij potentiam esse consequutos. Primo quidem, plurimum ad id valuit summus amor patriæ, & boni publici, pro quo, non tantum externa bona nihili pendebant, eorumque iactura libenter faciebant, sed etiam sanguinem, vitamque profundere non dubitabant: cuius rei clarissima fuere exempla, Regulus, Decij & alij quàm plurimi. Deinde, summum studium & obseruantia ciuilis iustitiæ atque humanæ fidei, tam domi quam foris, tam erga suos ciues, quam erga externos, quin etiam hostes. Postea, magnitudo & constantia animi, etiam cum vincebantur, inuicti, & cum maximis contriti fuere cladibus, vt contigit ipsis tempore Annibalis, integri, erecti, atque excelsi. Ad hæc, maxima seueritas & duritia contra sibi pertinaciter repugnantes, singularis verò clementia, & humanitas erga sibi deditos & subiectos. Veritissimè enim dixit elegantissimus poëta, quos versus etiam supra memoranimus.

Quibus viis eam adepti sint.

*Tu regere imperio populos Romane memento.* Vir. li. 6. Æne.
*Hæ tibi erunt artes, pacisque imponere morem,*
*Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Ad extremum eximia & excellens prudentia, & grauitas in regendis populis, incomparabilis item disciplinæ militaris excellentia, quam longa oratione lib. 3. de bello Iudaico cap. 3. exponit Iosephus. Atque hæc de virtutibus Romanorum à nobis breuiter dicta, etiam confirmat diuina scriptura in 1. lib. Machabæorum cap. 8.

An Romani tantũ imperium iustè sint adepti.

At enim, si de nobis quispiam quærat, an Romani tantum hoc imperium iustè sint adepti, non dubitãret respondebimus, eos quædam iniustè, sed multa iustè consequutos. Iniuste quidem viderut Pompeius Asiam legitimis eius regibus ademisse, illud causatus indignos esse regno, qui nec ipsum defendere potuerint, ne amitterent, nec amissum postea recuperare curauerint. Nihilo sanè magis iustè, idem Iudæam Romanis seruire, & tributa pendere coegit. Quid memorem Cyprum, quam Romani, vt sextus Rufus inquit in epitome rerum Romanarum, auarius quàm iustius fuit assequuti? Iuuat verba

Universidad de Deusto
Biblioteca



Romanique quãtaue iniuſtè adepti ſunt.

Lucij Flori ex cap. 9. libri tertij de hiſtoria Romana, hic adſcribere. *Cyprus*, inquit, *Romanis ſine bello recepta eſt. Inſulam veteribus diuitiis abundantem, & ob hoc Veneri ſacratam, Ptolomæus regebat. & diuitiarum erat fama, nec falſò, vt vilior gentium populis, & donare regna conſueuit. Pullo Clodio tributo duce, ſocij, viuique regis, confiſcationem mandauerit. Sed ille ad rei famam veneno ſatis præcepit.* Polybius quoque licet Romanorũ ſtudioſiſſimus, non dubitauit tamen ſcriptis prodere in libro tertio, Romanos per vim, & iniqua ratione Sardiniam extorſiſſe Chartaginenſibus, minatos, cum illi bello Africo vehementer premerentur ſe bellum ipſis illaturos, niſi Sardiniam ipſis cederent.

Quæ iuſtè poſſederunt.

Multa tamen, honeſta & iuſta ratione Romanorum imperio acceſſerunt, vel voluntaria deditione & electione populorum, qui vltro ſe Romanis dederit, eorum perterriti potentiam, videlicet, vt ante libenter facerent, quod verebantur ne poſtea facere cogerentur: vel iuſta eorum dominatione, eximiſque virtutibus allecti, tutiores rati fore ſe, ac feliciores, ſub eorum imperio, vel denique hæreditario iure, & legitima ſucceſſione, ſiquidem nec pauca, nec parua regna, legitimorum principum teſtamento Romanis ſunt relicta. Atque hoc modo regis Attali teſtamento, Aſiam poſſederunt, Bithyniam quoque defuncti Nicomedis teſtamento: Cyrenas item cum cæteris ciuitatibus Libyæ, & Pentapolis, Ptolemæi antiquioris liberalitate. Suſceperunt: Lybiam præterea ſupremo Appionis regis arbitrio ſunt aſſecuti, quemadmodum in epitome rerum Romanarum tradit Sextus Ruſus. Atque hic, noſtra ſuperiorum quatuor beſtiarum interpretatio terminatur. Simillimam (ne hoc Lector ignoret) Hippolytus martyr in oratione, quam ſcripſit de conſummatione ſeculi, & de Antichriſto, earundem quatuor beſtiarum poſuit explanationem.

Porphyrij interpretatio, referentis hæc ad Antiochũ Epiphanem.

Quæ deinceps ſequuntur in viſione Danielis de decẽ cornibus quartæ beſtiæ, & de cornu paruulo ex illis nato, quod tria illorum decem euellit, habens oculos quaſi hominis, & os loquens ingentia hæc in quam verba, tres habent interpretationes. Prima interpretatio fuit impij Porphyrij, qui hæc retulit ad Antiochum Epiphanem, acerrimum Iudæorum hoſtem. Putauit autem Porphyrius, tertiam & quartam beſtiam in hac viſione, non ſignificaſſe duo regna diuerſa, Græcorum ſcilicet & Romanorum, vt nos expoſuimus, ſed vnum dumtaxat regnum, quod generali vocabulo dicatur Græcorum, & hoc quidem prout fuit ſub Alexandro Magno, comparatum eſt pardo: prout autem fuit poſt Alexandri mortem, ſub eius ſucceſſoribus, figuratum eſt per illam quartam beſtiam. Cornu autem



autem paruulum interpretatur Antiochum Epiphanem, qui euelliſſe dicitur tria cornua, quia, deuicit & ſubiugauit tres reges, duos Ægypti Ptolemæos, Philometorem Euergetem, tertium autem, regem Armeniæ Artaxiam. Hanc Porphyrij expoſitionem refellit hoc loco D. Hieronymus. Sane, antiqui patres, & ſcriptores eccleſiaſtici, hunc locum Danielis, de Antichriſto intelligendum, & interpretandum cenſent. Porphyrij interpretationem, verba hæc ad Antiochum Epiphanem referentis, eſſe falſam & Danielis ſenſui alienam, tribus argumentis conuincitur. Etenim, tertiam & quartam beſtiam, non vnum idemque regnum, ſicut volunt Porphyrius, ſed duo, & inter ſe diuerſa regna ſignificare, in hac ipſa viſione teſtificatus eſt Danieli angelus, dicens, ſicut habes paulò ante, *hæ quatuor beſtiæ magnæ, quatuor ſunt regna, quæ conſurgent de terra*: & paulò poſt, *beſtia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis*. Deinde Scriptura tradit hoc loco, quartam beſtiam fuiſſe ferociorem & potentiorem prioribus tribus, atque regnum Græcorum, non fuiſſe potentius, & terribilius penes Alexandri ſucceſſores, quam fuerat penes ipſum Alexandrum: quinimo longe anguſtius, obſcurius, & infimius fuit. Præterea ſcriptum eſt hoc loco, fuiſſe decem cornua ante illud cornu paruulum, id eſt, decem reges, ſed nec ante Antiochum Epiphanem fuere decem reges Syriæ, ſed tantum octo, nec tempore eius, plures tribus, Græcorum regna poſſidebant. Nam quod ipſe dicit, illa decem cornua ſignificaſſe decem reges omnium ferociſſimos, & ſæuiſſimos, qui non ex vno aliquo regno tantum, ſed ex tribus regnis Græcorum, hoc eſt, Macedoniæ, Ægypti, & Syriæ colligendi ſunt, adeò futile & inane eſt, vt ſatis appareat ab ipſo eſſe confictum. Nec verum eſt, Antiochum ſubiugaſſe tres illos reges: vicit quidem Philometora, & magnis cladibus afflixit, verum iuſſu Romanorum, Ægypto diſcedere coactus, regnum ei non ademit. Simile contigit Aſiaxiæ Armenorũ regi. Quod autem addit de rege Euergete, nullo modo poteſt conſtare. Duo enim eius nomine, reges fuere Ægypti prior, tertius Ægypti rex quinque & quadraginta annis, priuſquam regnum caperet Antiochus, deceſſit: poſterior, ſeptimus rex Ægypti poſt Magnum Alexandrum, viginti annis poſt Antiochi obitum regnum iniit. Mirari igitur licet Porphyrij, vel tam aperte mentientis impudentiam, vel inſciam, hiſtorias, & cronologias regum Ægypti, tam puerilites ignorantis. Admonendus eſt lector, quiſquam leuiculi erraſſe in quod ſanctus Hieronymo hoc loco (haud dubiè per ignorantiam, quomodo multa etiam doctiſſimis viris ſolent obrepere) lapſus eſt. Namque refellens

Refellitur Porphyrius.

D. Hier. lapſus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Porphyrium, alterum Ægypti regem post Alexandrum, cognominatum Philometorem. & septimum appellatum Euergetem, mortuos esse priusquam nasceretur Antiochus. Atqui certa regum Ægypti cronologia, tam ab Eusebio in chronicis, quam ab ethnicis scriptoribus explicata, manifestum facit Philometorem, & simul cum Antiocho regnasse vndecim annis, & post ipsum prope viginti: Euergetę vero, ad viginti annos post mortem Antiochi, initium regnandi fecisse.

Quit fuerit Mahumetes. An hęc sit o Danielis pertineat ad Mahumetę

Altera interpretatio huius loci Danielis, eorum est, qui, quæ dicuntur hoc loco de illo cornu parvulo, ea referunt ad pseudoprophetam Mahumetem, cuius regnum nunc præcipuè est penes Turcas. Fuit autem Mahumetes, gente Agarenus, Arabs patria, genere obscuro & ignobili, tenuissima fortuna, nulla prorsus doctrina, religione, quodammodo mixta ex Paganismo, Iudaismo, & Christianismo, aliis præterea aliquot nonnullorum hæreticorum erroribus, simulationum artificiis ac maleficiis eruditissimus, vixit circa annum Domini sexcentesimum, Romanum imperium regentibus Heraclio & Honorio. Cui, si isti adaptant, quæ hoc loco traduntur de illo cornu parvulo: dicitur enim Machumetes cornu parvulum propter obscuritatem originis, & patriæ eius initia: euellit tria cornua, quia primum ipse, post eius sectatores, tria viciniora regna vexauerunt, & occuparunt, Arabiæ, Syriæ, & Ægypti: nunc autem eius factio, principes, alumni, ac defensores, Turcas dico, trium mundi partium magna ex parte imperium possident, Asiæ, Europæ, Syriæ Ægypti, & Africæ. Habuit oculos hominis, quia solertissimus, & sagacissimus fuit ad fallendos homines. Loquebatur ingentia, quoniam gloriosissimè iactabat se prophetã esse maximum, simulabat habere se familiares cum angelis sermones, intimamque collocutionem; dicebat legem suam, absolutiorē ac meliorem esse lege Mosis, & Christi. Denique archi tecti huius interpretationis, non dubitant affirmare, perduraturum hoc regnum Machumetanum, vsque ad finem mundi: tunc autem per secundum Christi Domini aduentum, funditus esse subuertendum. Hæc illi. Primus, opinor, huiusmodi opinionem inuexit Ioannes Annius Viterbensis, in eo libro, quem de quæstionibus Apocalypsis scriptit ad Sixtum Quartum Pontificem Maximum: ex videlicet loco in quo declarat quæ sit illa bestia, quam in Apocalypsi ca. 17. Ioannes descripsit. Eã postea opinionem, sequi hoc 7. cap. & Valabius, & Hector Pintus approbarunt. Sed immerito: nam esse falsam, & a sententia verborum Danielis valdè abhorrentem, conflat duobus minimè dubiis argumentis, Ioannes Annius.

Ioannes Annius.

Primum enim hic dicitur, tunc futurum illud cornu parvulum, cum quartum regnum, quod est Romanorum, dispertitum fuerit in decem reges: at, quo tempore fuit Mahumetes, eo tempore vnus dū taxat imperium Romanum tenebat & administrabat. Deinde scriptura, inquit hoc loco, illud cornu parvulum infestaturum & diuexaturum populum Dei, per tempus, tempora, & dimidium temporis: hoc est, per tres annos, perque dimidium annum, atqui luce clarius est, persecutionem Mahumeti & sectatorum eius aduersus Christianum populum, non tantum tribus annis & dimidio duraſſe: quin, hodieque in Christianos exerceri, & desæuire.



Est igitur tertia expositio antiquorum patrum, & scriptorũ Ecclesiasticorum, hunc locum Danielis referentium ad Antichristum: quorum opinationem paucis verbis in hunc modũ commemorat D. Hieronymus. *Ergo dicamus*, inquit, *quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt, in consummatione mundi, quando regnum destruendum est Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter se diuidant: tum vndecimum regem parvulum surrecturum, aui tres reges de illis decem, superaturus scilicet, Ægypti, Africæ, & Æthiopiæ reges: quibus interfectis, etiam septẽ alij reges victori colla submittent. Dicitur autem rex ille habiturus oculos hominis, ne eum putemus, iuxta quorundam opinionẽ, diabolum esse, sed vnum de hominibus, in quo totus sathanas habitaturus sit corporaliter: habebit etiam os loquens ingentia, quia erit homo peccati filius perditionis, ita, vt in templo Dei sedere audeat, faciens se quasi Deum.* Hactenus Diuus Hieronymus. Verum numero illo decem regum, in quos alij omnes censuerunt, dispertitum iri tempore Antichristi Romanum imperium Beatus Augustinus putat, non tam significari certum quendam numerum regũ, quã omnes reges in Romano imperio vsq; ad finem seculi futuros, post quos, venturus est Antichristus, soler enim scriptura ita denario numero, vt septenario, centenario & millenario, ad exprimendam vniuersitatem, plerumque vti. Ponam hic verba Augustini: sic enim scribit libro vigesimo de ciuitate Dei, c. 23. *Verẽ me fateor, ne in decem regibus, quos tantũdem decem homines videntur intellecturus esse Antichristus, forte fallamur, & ille inopinatus aduenerat, non existentibus tot regibus in orbe Romano. Quid enim, si numerus ille denarius, vniuersitatem regũ significare est, postquam ille venturus est, sicut millenarius centenario, & septenario, significatur plenitudo vniuersitatis.* Hæc Augustinus. Sed cum Daniel dicat, illorum decem regum tres Reges debellaturum Antichristũ, non viderunt negari posse quin quo tẽpore venturus est Antichristus, futuri sint in orbe Romano decem reges, vel multi reges, nam sæpè in Scriptura, numerus decem vel decies non significat proprie denarium numerum.

Per cornu parvum intelligi ficati Antichristũ opinio est veterum patrum.

2. Thess. 2.

Quid significetur decem cornua, seu decem reges secũdum D. Augustinum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed indefinitè magnam aliquam multitudinem sicut videre licet Geneseos 31. Iob. 19. Numerorum 13. 1. Regum 1. Ecclesiastes 7. Danielis 1. Antichristus igitur obscura origine paruisque initiis, paulatim crescet viribus, eatenus, vt debellatis vicinioribus regibus, cæteros ad sui obseruantiam, & obedientiam compellat. Erit callidissimus, & vaferrimus ad decipiendos homines. Quod autem inquit Diuus Hieronymus, totum Sathanam habitaturum in eo corporaliter non est sic intelligendum, vt existimemus diabolum substantialiter vel personaliter copulatum tri corpori, seu naturæ humanæ, quæ erit in Antichristo, sicut diuinitas hypostaticè coniuncta est cum natura humana Christi, ideoque in ipso habitat, vt Paulus ait, omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed habitabit Sathan in Antichristo, penitus ipsi dominando, tam secundum corpus, quàm secundum animam: fere similiter, vt in energumenis habitare dicitur, non tamen vexando, & cruciando illum, sed instruendo, instigando, & incitando tam corporaliter, quam spiritualiter, ad omnia, quæ per ipsum fieri volet. Docebit illum multa, & mira naturæ secreta & curiosarum artium arcana, quæ superant communem hominum captum, & intellegentiam. Multa quoque per illum parrabit prodigia & miracula, vel quæ occultis naturæ viribus fient, vel quæ simulata, veritatem mentientur, & ad decipiendos homines confectentur. Quamobrem Paulus nominat ea signa mendacia. Abditos præterea reteget illi thesauros, magnamque vim auri & argenti submini strabit. His rebus munitus, instructus, ornatosque Antichristus, multos ad se mortalium trahet partim terrore suæ potentiæ, partim admiratione scientiæ & prodigiorum, denique amplissimorum promissione præmiorum, munerumque largitione. Cui, dicitur, fore os loquens ingentia, propter incredibilem eius superbiam & arrogantiam: de qua Paulus posterioris epistolæ ad Thessalonicenses cap. 2 ita scribit. *Qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur, aut colitur Deus: ita vt sedeat in templo Dei, ostendens se quasi sit Deus.* Tradunt veteres, Antichristum simulaturum se Messiam, eaque ratione Iudæorum omnium ad se animos studiaque raptorum: rursusque ædificaturum Hierosolymam, templumque instauraturum, & inibi sedem ac solium Iouis collocaturum. Vetum de Antichristo iusta in enarrando 11. & 12. cap. distinctius, plenius que dicemus. Legendus est Beatus Gregorius in libro. 32. moralium cap. 11. vbi exponens supradicta verba Danielis de decem cornibus, & de cornu alio inodico, eaque ad Antichristum accommodans, quædam secundum mysticum sensum valdè notanda, tradit.

Quomodo Satan habitaturus sit in Antichristo. *Colos. 2.*

2. *Thes. 2.*

Antichristus se Messiam simulabit.

*Aspicie-*



*Aspiebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius, quasi lana munda: thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accensus: fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius: millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt.*

Demonstratis in illa visione Danieli quatuor potentissimis olim futuris in orbe terrarum imperiis, quorum posterius, prioris ruina & interitu exercitari & amplificari debeat: deinceps in eadem visione ipsi præmonstratum est futurum Messiæ regnum, præsertim autem in quo ipse vna cum populo sancto suo, deletis aliis omnibus regnis, post mundi renouationem, sempiterno & felicissimo æuo regnaturus est. Sed quia id præibit generale hominum iudicium, expressis aliquot maximè notabilibus eius circumstantiis, eiusmodi iudicium describitur. Deinde, monstratos, quemadmodum filius hominis, id est, Messias, æternum a Deo patre regnum accipiet, in omni terra cæloque, atque in omnem æternitatem regnaturus.

Christiza gnum a Daniele præuisum.

Inter circumstantias illius extremi & generalis iudicij hoc loco præscriptas, prima tangitur illis verbis, *& throni positi sunt.* Quo significatur in illo iudicio, præter Deum & Christum iudicem, fore alios quosdam quasi iudicis assessores, sedentes super thronis. Et de Apostolis quidem explicatè id Christus iudicaturis dixit Matthæi capite 19. *sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Idem tradunt Theologi de sanctis, qui vitam Apostolicam æmulati, restrictiorem ac rigidiorem Christianæ vitæ rationem, & disciplinam coluerunt. Hoc videtur innuisse Paulus, cum prioris ad Corint. epistola capite. 6. scripsit, *nescitis, quia sancti de hoc mundo iudicabunt.* Eodem videtur spectare illud Isaiæ capite tertio. *Veniet ad iudicium Dominus cum senioribus populi sui.* Ioannes item in Apoca. ca. 4. cum thronum Dei, vidit alios viginti quatuor thronos, in quibus sedebant viginti quatuor seniores. Secunda circumstantia: *Antiquus dierum sedit.* Hic antiquus dierum, potest intelligi vel simpliciter ipse Deus, vnus, & trinus, vel proprie Deus pater, idque magis videtur congruere huic visioni. Etenim paulo infra subiicitur quendam quasi filium hominis, venisse vsque ad antiquum dierum, & regnum ab eo accepisse. Si intelligatur simpliciter Deus dicitur ipse antiquus dierum, id est, longæuus,

Cum Christo quidam obsecunt tuti.

Deus eue antiquus dierum dicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& vt alias solet dicere Scriptura, plenus dierum. De multitudine verò annorum Dei scripsit Iob cap. 36. *& numerus annorum eius inæstimabilis*. Vel antiquus dierum dicitur, id est antiquus ante omnes dies, omniaque tempora: vel auctor conditórque omnis antiquitatis dierum & temporum, vel eminenter atque excellenter in se ipso continens omnem temporis antiquitatem. His enim modis omnibus, Dionysius in libro de diuinis nominibus cap. 10. hanc Danielis sententiam interpretatus est. Eo autem loquendi modo, Scriptura describit, vel potius adumbrat, Dei æternitatē. Annotauit prædicto loco Dionysius, aliquando scripturam repræsentare nobis Deum, quasi senem, & antiquum, quo denotet eius æternitatem: aliquando vero, tamquam iuuenem ætatēque florentem, scilicet, vt significet simul cum illa Dei antiquitate, incorruptum vigorem, & nullatenus diminutam pulchritudinem esse coniunctam. Theo. quosdam ait verba hæc ita legisse, *antiquarij dies*: qua lectione duo significantur, & æternitas Dei, qui tempori dat antiquitatem, ac veritatem, eiusdémque immutabilitas, cuius comparatione omnia, vel ipsa quoque tempora, senescere, & antiquari dicuntur. Nam, quod dixit de cælis, & terra, Dauid Psalmo centesimo primo: *Ipsi peribunt, & sicut vestimentum veterascent: tu autē permanes, & idem ipse es, & anni tui non deficient*. Id æque in alia omnia quæ à Deo sunt condita, quadrat. Hieronymus ait, induci Deum sub specie senis, vt demonstretur grauitas, maturitas, & tranquillitas animi in iudicando: quippe, quæ frequentius in sene, quàm in iuuene insunt: sicut Iob dixit, in cap. 12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, apud Deum est sapientia & fortitudo, ipse habet consilium, & intelligentiam*. Si autem hoc loco antiquus dierū, proximè denotet Deum patrem, secundum est ipsum figurari tamquam senem, in comparatione filij propter assumptam ab ipso filio, excetro aliquo tempore, naturam humanam, vel propter, vt in Scholis loquuntur Theologi, priotitatem originis. Quemadmodum enim pater non quidem duratione, vel natura, sed auctoritate originis, dicitur esse prior, & maior filio, ita quoque antiquior.

Deus Pater quare dicatur filio antiquior.

Quid in Deo candor vestitum, & al & puritas diuinæ naturæ, quæ nulla, vel naturali, vel morbot capil tali labe, infecta est, aut inficī potest, ob idque maximè idolotū, vti nea est ad iudicandum. Tribuuntur ipsi, capilli albi, tamquam est lana, quiddam consequens, & congruens antiquitati, sembus significēt enim canescit caput, & barba: id autem minè facit ad iudicis

Tertia circumstantia. *Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda*. Per candorē vestimenti, figuratur, interprete Theodoreto, incomparabilis munditia, auctoritatem, & reuerentiam: *Coram cano capite, inquit Moses. Leuit. 19. assurge*. Alij, vestimentum candidum, exponunt diuinam prouidentiam rerum cælestium: capillos verò albos, prouidentiam rerum sublunarium, & vtramque dici candidam, quia vtraque est ordinatissima, & iustissima, licet nonnullis imbecillitate humanæ rationis diuina æstimentibus, secus videatur. D. Hieron. capillos cādidos interpretatur, synceritatē, & integritatē diuini iudicij: quippe in eo nulla erit accepta tio personarum, nulla item dissimulatio, vel mali, vt non puniatur, vel boni, vt non remuneretur. Similitudo porrò lanæ, eo spectat, vt significetur, etiam in illo iudicio, seueritatem diuini iudicij, non omnis prorsus mansuetudinis, misericordiæ, & clementiæ fore expertem. Nō enim Deus, etiam impios, secundum omnem iustitiæ suæ rigorem punit, sed citra condignum.

Quarta circumstantia. *Thronus eius flamma ignis*. Thronus Dei sedentis ad iudicandum, indicat iudicis auctoritatem, atque maiestatem. In Psalmo nono scriptum est de Deo: *Sedisti super thronum qui iudicas æquitatem*. Sessio Dei ad iudicandū insinuat, eum magna cum quiete, & tranquillitate iudicaturum: sic est in libro Sapientiæ cap. 12. *Tu autem Dominator omnium, cum tranquillitate omnia iudicas*. Thronus autem flammeus, & igneus, quinque res donat. Namque in flamma, est claritas, est item ardor: claritas throni, ostendit omnia, de quibus iudicium facturus est Deus esse clarissima illi, atque manifestissima, itaque nullatenus errare potest in iudicando propter ignorationem veri. Deinde, ostendit illud iudicium nullis fore occultum, sicut nec pleraque Dei iudicia mortalibus abdita, & incognita sunt: tunc autem omnibus, & hominibus, & Angelis erunt clarissimè conspicua, nec quisquam tam manifestæ testatæque veritati contradicere audebit. Ardor præterea throni, tria indicat: primo, Deum ad iudicandos homines venturum, non hominum odio, vel cupiditate vindictæ, sed ardore amoris, quo veritatem, & iustitiam amat, tum declaratur efficacitas illius iudicij, cuius executio nullo modo impediri poterit: ad extremum, ignis autem reddit purum, & illustrius, paleā verò denigrat, adurit, & consumit: sic in illo iudicio, summa bonis claritas, & gloria accedet: improbi verò incredibili cum probro, & ignominia ad sempiternas inferni pœnas relegabuntur. Depingitur autem Dei thronus, suppositis rotis, mobilibus, & versatilibus, quales fuisse antiquitus regum throni memorantur. Qua similitudine rotaturo, declaratur Deum ita sedere in throno, immobilem secundum suam naturam, vt secundum rotas tamen suæ potestatis & efficacitatis, per omnia

Quid sessio Dei, & thronus eius flammeus, & ardens designēt.

Quid significent rotæ throni.



auctoritatem, & reuerentiam: *Coram cano capite, inquit Moses. Leuit. 19. assurge*. Alij, vestimentum candidum, exponunt diuinam prouidentiam rerum cælestium: capillos verò albos, prouidentiam rerum sublunarium, & vtramque dici candidam, quia vtraque est ordinatissima, & iustissima, licet nonnullis imbecillitate humanæ rationis diuina æstimentibus, secus videatur. D. Hieron. capillos cādidos interpretatur, synceritatē, & integritatē diuini iudicij: quippe in eo nulla erit accepta tio personarum, nulla item dissimulatio, vel mali, vt non puniatur, vel boni, vt non remuneretur. Similitudo porrò lanæ, eo spectat, vt significetur, etiam in illo iudicio, seueritatem diuini iudicij, non omnis prorsus mansuetudinis, misericordiæ, & clementiæ fore expertem. Nō enim Deus, etiam impios, secundum omnem iustitiæ suæ rigorem punit, sed citra condignum.

Quarta circumstantia. *Thronus eius flamma ignis*. Thronus Dei sedentis ad iudicandum, indicat iudicis auctoritatem, atque maiestatem. In Psalmo nono scriptum est de Deo: *Sedisti super thronum qui iudicas æquitatem*. Sessio Dei ad iudicandū insinuat, eum magna cum quiete, & tranquillitate iudicaturum: sic est in libro Sapientiæ cap. 12. *Tu autem Dominator omnium, cum tranquillitate omnia iudicas*. Thronus autem flammeus, & igneus, quinque res donat. Namque in flamma, est claritas, est item ardor: claritas throni, ostendit omnia, de quibus iudicium facturus est Deus esse clarissima illi, atque manifestissima, itaque nullatenus errare potest in iudicando propter ignorationem veri. Deinde, ostendit illud iudicium nullis fore occultum, sicut nec pleraque Dei iudicia mortalibus abdita, & incognita sunt: tunc autem omnibus, & hominibus, & Angelis erunt clarissimè conspicua, nec quisquam tam manifestæ testatæque veritati contradicere audebit. Ardor præterea throni, tria indicat: primo, Deum ad iudicandos homines venturum, non hominum odio, vel cupiditate vindictæ, sed ardore amoris, quo veritatem, & iustitiam amat, tum declaratur efficacitas illius iudicij, cuius executio nullo modo impediri poterit: ad extremum, ignis autem reddit purum, & illustrius, paleā verò denigrat, adurit, & consumit: sic in illo iudicio, summa bonis claritas, & gloria accedet: improbi verò incredibili cum probro, & ignominia ad sempiternas inferni pœnas relegabuntur. Depingitur autem Dei thronus, suppositis rotis, mobilibus, & versatilibus, quales fuisse antiquitus regum throni memorantur. Qua similitudine rotaturo, declaratur Deum ita sedere in throno, immobilem secundum suam naturam, vt secundum rotas tamen suæ potestatis & efficacitatis, per omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca



quæcumque cælo terraque continentur, celerrimè percurrat, & permeet: nam, & in libro Sapientiæ cap. 7. traditur, omnibus mobilibus mobiliorem esse sapientiam, eamque attingere omnia propter suam munditiam, & cum sit vna, posse tamen omnia, & in se permanentem, cuncta mutare, & innouare. Rotæ finguntur igneæ propter vim, & efficaciam potentiæ, ac voluntatis Dei, cui obsisti nequaquam potest, omnia enim quæcumque voluit, fecit in cælo, & in terra.

*Psalm. 14*

Quinta circumstantia. *Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.* Sic exprimitur sententia illius vltimi, & generalis iudicij, ipsius iudicis ore prolata, & ab omnibus, qui coram aderunt, exaudita, & percepta. Quæ instar rapidissimi fluminis, improbos demerget, absorbebit, & ad tartarum deturbabit, ita vt non possint illi eorum iudici consistere, sicut in Psalmo primo dictum est: *Non resurgent impij in iudicio*, vel vt sonat Hebræa, *non stabunt, vel consistent.* Illud autem, *rapidus, & igneus*, indicant sententiam illam iudicis, quam celerrime, & efficacissime, contemptis dæmonum turba improbis, & in tartarum delatis, executioni mandandam. Dionysius in libro de cælesti Hierarchia. cap. vltimo superiora verba Danielis, ita exponit. Videndum apud Danielem, quid sibi velint flumina, rotæ, & currus, qui cælestibus *virtutibus contexta inferuntur. Nempe diuina flumina, diuinos significant lactices, largissimam Angelis, atque indefitientem inundationis copiam largientes, vt alij ex alijs fœcunditatis alantur. Currus autem, coniunctam similium & immalium societatem signant. Rotæ vero, quæ altæ quidem sunt, semper tamen in anteriora, sine vlla conuersione, in nullam partem declinando, incedunt: vim actionis Angelicæ, quæ rectâ perpetuo vià, atque arduam perget, insinuant. Quippe omnis illorum cursus, spiritalisque votatio, ad eam illa erectam, & arduæ, cælesti intentione dirigitur. Possumus, & inexta alium sensum intellectualium votarum figurale idescriptionem expanere. Est enim ea, vt Propheta ait, cognomen iudicium Gel, Gel, quod Hebraicè reuelationes, ac reuolutiones significat. Igneæ namque, ac diuinæ rotæ, regyrationes habent: quod semperno motu, circa summum, idemque versentur bonum: reuelatiues autem, quod occulta sacramenta reuelent, Cælum uiores quosque promouerint, sublimèque diuinæ fulgoris radios in inferiora agmina descendendo, transfundant.* Sic Dionysius.

*Dionysius Areopagita.*

Sexta circumstantia. *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant illi.* Declaratur his verbis, incomparabilis Dei iudicis authoritas, magnificentia, & maiestas, ex innumerabili multitudine, eximiaque dignitate eorum, qui ei assistebant, & qui quasi apparitores, & administri, ad eius peragenda, & obeunda munera, erant paratissimi. Verum, circa hæc

*Quid flumen igneum, & rapidum egrediêsa facie Dei.*

*Dei authoritas quomodo declaratur.*



hæc verba, tria sunt annotanda. Ante omnia scire conuenit, variam esse horum verborum lectionem, nec apud paucos mendosam. De priori numero, *millia millium ministrabant illi*, inter omnes conuenit: vnum excipio Tertullianum, qui in libro quem scripsit aduersus Praxeam, multo ampliorem habet huc numerum: sic enim legit, *millies centies centena millia*. Sed in posteriori numero, mira est varietas, & dissensio. Theodoretus, in textu quidem non habet eum numerum: sed in commentario sic eum habet: *decies centena millia*, sic etiam habet translatio Latina versionis Græcæ, quæ est in Biblijs, tam Complutensibus, quam Regijs. Verum proculdubio corruptus est, & mendosus numerus: quippe Græca lectio, vt mox dicemus, multo secus habet. Translatio D. Hieronymi eadem autem est, atque nostra Latina, sic habet, *decies millies centena millia*: sic legit etiam Iustinus in Dialogo, quem habuit cum Tryphone Iudæo. Beda quoque legit Gregorius homilia 34. in Euangelia, & in lib. 17. moralium cap. 9. atque idem conuertit ex Hebræo Pagninus. Græca porro lectio ita hunc numerum expressit, μύριαι μυριάδες quod ad verbum sonat decies mille dena millia: nam vox μυριάς, valet decem millia, vt ex multis Herodoti locis, præsertim ex libro septimo, & ex Suida, vbi huius vocis notionem explicat, perspici potest tridemque intelligitur ex versione Græca libri Ionæ, in cuius extremo, quod Latina versio habet, *plusquam centum viginti millia*, Græcè est, *plusquam duæ decim μυριάδες*. Vox autem μυριάς, nomen est adiectiuum, eundem plane numerum significans: nam sicut Latinè dicimus decem decades, centum centurias, mille milleonarios: ita Græcè dicitur, μυριάς μυριάδες, id est, decies mille dena millia. Atque hoc modo legit verba hæc Danielis Dionysius Areopagita in libro de cælesti hierarchia c. 14. eodem modo legit Augustinus lib. 2. de Trinitate cap. 18. idemque valet apud Tertullianum in libro contra Praxeam, hic ipse numerus, sic expressus: *millies centena millia apparebant ei*. Quamquam videtur Tertullianus, commutasse numeros, & priorem nostrum, posteriori loco, posteriorem autem, priori loco posuisse. Hanc autem lectionem, equidem censeo rectissimam, & emendatissimam: tum quia sic est Græcè, & apud Dionysium, atque alios antiquos Patres, tum etiam, quia sic est Chaldaicè, qua lingua scriptum est hoc caput à Daniele, legitur enim Chaldaicè: *Ribo, Ribam*, idem significans, quod decies mille dena millia. At enim, dicet aliquis, qui possimus tueri Latinam versionem, quæ longè aliter habet, quam tamen sartam tectam custodiri, in Concilio Tridentino Patres sanxerunt? Sed facilis est responsio. Interpres Latinus non tam spectauit verba ipsa Chaldaica, quâ sci-

*Varietas lectionis.*

*μύριαι μυριάδες.*

*Quid sit apud Græcos.*

*Concil. Trident. sci. 4.*

eorum

Universidad de Deusto
Biblioteca



corum sententiam, & mentem Danielis, cui propositum fuit eiusmodi numeris insinuare, innumerabilem quandam Angelorum multitudinem, ponè definitam multitudinem pro indefinita. Ad hanc autem innumerabilitatem Angelorum melius exprimendam interpres simul iunxit eos numeros, qui magnam aliquam multitudinem notant, eosque in seipsos multiplicauit, dicens: *decies millies centena millia.*

Secundo loco admonendus est lector, ne fortè existimet tantum esse Angelorum numerum præcise, quantus prædictis numeris exprimitur: nam, vt diximus, vt alias sæpè in sacris literis, sic hoc loco, definita multitudo posita est pro indefinita. Illud tantum significare voluisse Danielem, patet, maximam esse & mortalibus incomprehensibilem angelorum multitudinem. Hoc etiam docuit Iob. cap. 25 *Numquid est numerus militum eius*. & Ioannes in Apocalypsi capite quinto, *numerus eorum milli millium*: & Paulus ad Hebræos 12. *Accessistis ad cœlestem Hierusalem, multorum millium angelorum*. Athanasius in eo libro, quo respondit ad nonnullas quæstiones Antiochi, respondens ad sexagesimam quæstionem, quosdam, ait opinatos, ita se habere numerum angelorum ad numerum hominum, vt nonaginta nouem ad vnum: alios verò, vt se habet nouem ad vnũ. Id autem eo argumentari, ex duabus illis Domini parabolis, vna de nonaginta nouem ouibus in deserto relictis, & vna oue quæ amissa fuerat, quæsita: altera de nouem drachmis seruatis, & vna perdita. Subdit eodem loci Athanasius, nonnullos putasse, tot esse angelos, quot sunt homines, propter illud, quod est in Deut. cap. 32. *constituit numerum populorum secundum numerum angelorum eius*. Ita enim verterunt eum locum septuaginta interpretes. Diuus Gregorius homilia 34. in Euangelia: viderunt sensisse, certè indicat plures esse homines quam sunt angeli. Siquidem ait, tot fore homines beatos, quot sunt angeli beati: ex hoc, licet ita argumentari, sed homines damnati plures erunt, quam beati, multi enim sunt vocati, pauci verò electi: contra verò, angeli mali, pauciores fuerunt bonis: quod multi colligunt ex eo, quod Ioannes in Apocalypsi capite 12. scripsit draconem, id est, Lucifernm, detraxisse de cœlo tertiã partem stellarum, id est angelorum: ergo omnes homines, tam boni, quam mali, plures sunt angelis bonis, & malis. Augustinus certè in primo capite libri vigesimi secundi, de Ciuitate Dei: significat ruinam malorum angelorum instauratum iri in cœlesti Ciuitate, numero scilicet electorum hominum supplemento. At, fateor, probabilius est, ne dicã certum, quod tradit Dionysius, eo, quem paulo supra posui loco, non solum angelos plures esse hominibus, sed etiam omni multitudine rerum

* Quantus sit numerus angelorum.

*Luc. 15.*

*D. Gregorius.*

*Matth. 20*

Auctoris de angelorũ numero sententia.



rum sensibilium, & corporatarum. Quemadmodũ enim corpora cœlestia magnitudine multò exuperant caduca omnia & mortalia corpora, ita incorporeæ & intelligentes illæ naturæ angelorum multitudine, omnibus corporeis, & sub sensum cadentibus rebus antecellunt.

Illud extremo loco hic animaduertendum est: ex hoc Danielis loco, petiam esse celebertimam illam Theologorũ distinctionem, qua illi omnes angelos distribuunt in assistentes, & ministrantes. Verum, assistere Deo, ambiguæ ac dubiæ significationis est, sicut admonuit Diuus Gregorius libro decimo septimo moralium, capite nono. Nonnũquam enim idem valet, quod frui Dei præsentia, eiusque faciem coram cernere, quo modo assistere, de omnibus beatis angelis, etiam qui nominantur ministrantes, communiter dicitur. Nam de angelis singulorum hominum custodibus, quos infimi ordinis esse angelorum constat, dixit in Euangelio Dominus, *angeli eorum semper vident faciem patris, qui in cœlis est*. Hæc nimium significatione vium esse putandum est Raphaelem, in libro Tobiæ, & Gabrielem in Euangelio Lucæ, cum dixerunt, ex iis se angelis seu spiritibus esse, qui coram Deo assistant, seu adsint. Sed enim cum assistere dicitur de angelis, prout opponitur ei, quod est ministrare, & missi ad externa munera peragenda idem significat, quod proximè videre omnia in Verbo, & inde notitiam omnium, quæ agenda sunt haurire, nec mitti in terras ad exequenda ministeria. Atque hac ratione Dionysius censet quatuor superiores ordines, hoc est, Seraphim, Cherubin, Thronos, & Dominationes, esse assistentium angelorum, reliquos inferiores, esse ministrantium. Nam quod ait Paulus epistolæ ad Hebræos capite primo, omnes esse administratorios spiritus, id debet intelligi, non immediatè, sed mediatè: hoc est, non quod per se ipsi expleant ministeria, quæ ad electorum salutem pertinent: sed ipsi tamen angelos, quorum interest eiusmodi ministeria exequi, docent & erudiunt, diuinaque mandata tradunt ab ipsis conficienda. Quod si etiam supremi angeli nonnunquam alicui ministerio destinantur, id quidem adeo fit raro, vt propterea distinctio illa angelorum in assistentes & ministrantes, minimè tolli debeat. Sunt igitur quinque ordines proprie ministrantium angelorum, nũ qui diuina nuncia ferunt hominibus, proprie dicuntur angeli: & eorum principes, insignioribus nunciis deputati, archangeli, qui miracula & prodigia faciunt. Virtutes nominantur: si- cui qui plurimum pollent potentia, vt qui Ægyptiorum primogenita omnia, & centum octoginta quinque millia Assyrio rum in vna nocte cecidecunt. Potestates nominantur denique

Distinctio angelorũ in assistentes & ministrantes vnde petita.

*Matt. 18.*

*Tob. 12.*

*Luc. 1.*

Qui angeli sint ministrãtes. & qui assistentes. Explicatur locus Pauli ad Heb. c. 1.

Officia ordinum angelorum.

Principa-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Exod.12. 4.Reg.19. Principatus vocantur angeli, qui prouinciis, & regnis præsunt. Legimus enim apud Danielem cap. 10. principem regni Persarum, & principem regni Græcorum, nec non & principem populi Hebræi. Qui autem cælestes orbes perpetuò conuertant. Virtutum aut potestatum ex ordine numero esse, credun tur. Diuus Gregorius libro 17. moralium cap. 9. ex hoc loco Danielis probat, plures esse ministrantes angelos astantibus. Nam quot inquit Daniel, *millia millium ministrabant ei*, non accipit ipse multiplicatiuè, sed partitiuè, vt ita loquar, hoc est, nō pro certo aliquo numero, sed pro numero indefinito, maximo tamen, & qui vix possit exprimi. Quod autem subditur: *& decies millies centena millia assistebant ei*, intelligit Gregorius multiplicatiuè, scilicet pro certo aliquo numero definito, longè, scilicet, minori, quam est prior. Similia Gregorio tradit Rupertus, in libro suorum commentariorum in Danielem capite 15. At verò Tertullianus videtur in contrariā fuisse sententia, quippe qui in libro aduersus Praxeam scripto, angelorum, quos ipse vocat appatitores Dei, id est, ministros, numerat millies centena millia: cum astantiū angelorū ponat, millies centies centena millia. Eadē est Dionysij Areopagitæ sententia, quāto superiores sunt ordines angelorū, tāto numerosiores esse arbitrātis. Quod etiā magis congruit cum sententia Danielis, qui virorum quē angelorū numerū, per definitas numerorū species expressit sed amplioremtamen astantium quam ministrantiū edidit.

D.Gregorius plures facit angelos ministrantes, quam assistentes. Rupertus, Tertullianus

Septima & vltima circumstantia: *Iudicium sedit, & libri aperti sunt*: hoc est, iudex sedit in throno, paratus ad iudicandum: & aperti sunt libri, videlicet, in quibus ea continebantur, de quibus vel secundum quæ, iudicandi sunt homines. Hunc Danielis locum mirificè illustrat, alter similis locus in Apocalypsi capite 20. qui sic habet: *Vidi thronum magnum & candidum, & super eo sedentem, & omnes mortuos stantes in conspectu throni: & vidi libros apertos, & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum*. Quem locum explanans Diuus Augustinus libro secundo de ciuitate Dei capite 14. per libros apertos intelligit sanctos, qui cum Christo venturi sunt ad iudicium: quos propterea existimat appellatos libros, quia in illis expressa cognoscetur Dei voluntas, & diuinæ legis obseruantia. Quocirca improbi in eos intuentes, liquidò cognoscent, quæ bona ipsi facere debuerint, quæque facere neglexerint. Secundum eos autem libros Ioannes ait iudicandos esse mortuos, tum quia, vt Paulus inquit, sancti de hoc mundo iudicabunt: tum etiam, quia sanctorum vita, quasi quoddam erit iudicium & condemnatio improborum: hinc enim palam erit, præ-

Qualis sunt libri qui in extremo iudicio proferendi & aperiendi sunt. Locus Apocalypsis capite 20. à D. Augustino explicatus.

1.Cor.6.



cepta Dei non fuisse obseruatu impossibilia, etiam homini mortali & fragili, quod tamen improbi, excusandis scelestibus suis, solent præterexere. Ille autem alter liber vitæ, interprete Augustino, qui sic legit illa verba Ioannis, *liber vitæ omnium sanctorum*, eamque lectionem in quibusdam libris reperiri, confirmat Beda, ille inquā alter liber vitæ, interprete Augustino, nō est aliud nisi notitia clara & indubitata omnium ac singulorum, quæ in hac vita quisque egit, siue bona siue mala, quam notitiam tunc Deus omnipotenti sua vi, ante oculos mentis cuiusque ponet, vt quæcunque bene aut male gessit, incredibili celeritate cognoscat. Beda, libros apertos in die iudicij, interpretatur sacras Scripturas: tunc enim patebit veritissima fuisse, quæ nos de illo extremo iudicio sacræ literæ docuerant: videlicet, factum iri generale omnium hominum iudicium, in quo exigenda sit omnium etiam verborum otiosorum subtilis & exacta ratio: ibique nullum fore locum intercessioni, aut perfugium misericordiæ: denique sententiam tunc a iudice proferendam irrevocabilem fore, & quæ tunc vel supplicia, vel præmia hominum decernentur, fore sempiterna. Plerique, libros apertos interpretantur, singulorum hominum conscientias, in die iudicij aperientur, atque explicabuntur, & sua cuique probè pariter atque improbè facta, dicta, cogitataque demonstrabuntur: sic loquitur Paulus ad Rom. cap. 1. *In die, inquit, iudicij Domini nostri Iesu Christi unicuique testimonium conscientiæ suæ, cogitationibus inuicem accusantibus aut defendentibus.*

Beda quid per libros apertos intelligat. Matt.12. Matt.25.

Diuus Hieronymus putat significari duos libros, vnum bonorum operum: qui dicitur in diuina scriptura liber vitæ seu viuentium: atque hic liber est apud Deum & sanctos angelos, alterum malorum operum, qui est penes diabolum: quem ipse tunc proferet ad homines accusandos, & condemnandos. Quapropter in Apocalypsi capite 13. satan appellatur accusator fratrum: quin id ipsum nomen diaboli significat. Et hic liber ritè nominatur liber mortis, vt in quo scripti sunt æterna morte condemnandi. Nam quod Augustinus ait, & beatus Thomas in prima parte q. 23. confirmat, nō sicut datur liber vitæ, ita dari librum mortis: hoc intelligendū est de libro mortis, qui sit apud Deum: non enim in morte positū est scribere in libro eos, qui repudiantur & reiiciūtur, sed eos tantum, qui eliguntur. Non est tamen negandum, eiusmodi librum mortis, esse penes dæmonem, & cum de homine coram Deo iudicium fiet, esse ab eo proferendum. Veruntamen, quemadmodum liber militiæ, tribus modis intelligitur, vel in quo scribuntur milites ad militiam delecti, vel in quo

D.Hieronymus Liber vitæ & liber mortis qui sint. Liber vitæ tribus

Universidad de Deusto
Biblioteca



modis sumi potest.

traduntur præcepta tractandæ militiæ, & disciplinæ militaris, vel in quo descripta sunt militum tam bona quam mala facinora: ita quoque liber vitæ dicitur, vel in quo scripti sunt electi ad vitam æternam, qui est liber æternæ prædestinationis: vel in quo ea continentur, quæ conducunt ad consequendam vitam æternam, huiusmodi liber est diuina scriptura, & lex Dei, vel in quo bona & mala opera hominum cõscripta sunt, qui liber, vt exponit Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei. c. 14. non est aliud, quam mira quædam vis & potestas Dei in extremo iudicio, quæcunque vel benè vel male ab hominibus facta, dicta, concupita, & cogitata sunt singulis in memoriã reduces: & quasi in conspectu mentis liquido recognoscenda constituens. Ex his liquet, quales intelligere oporteat fore libros, quos Daniel in illo iudicio apertos vidit.

*Ecce, cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem æternam, & regnum, quod non corrumpetur: & omnes reges, omnésque populi, tribus, & linguæ, seruient & obedient ei.*

Christus cur filius hominis dicatur.

QVod hîc dicitur, filium hominis, id est Messiam, sic in Euangelio sæpenumero appellatum, propter assumptã naturam humanam: cum nubibus venisse vsque ad Deum patrem, videtur reuera euenisse eo tempore, quo nube euectus ascendit in cælos, tunc enim omnes sancti angeli, beatæque animæ eorum, quos è limbo eduxerat, simul cum eo, in cælum ascendentes deduxerunt eũ vsque ad thronum Dei patris, cantantes id quod scriptum est in Apocalypsi cap. quinto. *Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, & omnem creaturam quæ super cælum est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo sunt omnes audiui dicentes, sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum.* Dicitur autem agnus tunc fuisse dignus accipere diuinitatem, non quidem vt Deus esset, nam hoc fuerat etiam ab initio suæ generationis, & nullo ipsius præcedenti merito: sed quia propter passionem suam messias præcedenti merito: sed quia propter passionem suam messias fuerat honorem & gloriam diuinitatis, hoc est, vt tam ab angelis: quam ab hominibus tanquam Deus sapiens, fortis & gloriosus adoraretur, & coleretur: & hoc est, quod Paulus dixit, Christum propter ipsius obedientiam exaltatum esse a Deo, datumque illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur cælestium, &c.

Quomodo Christus dicatur in Apocalypsi cap. 5 fuisse dignus, post passionẽ & mortẽ accipere diuinitatem. *Philip 2.*

Cæterum de illo quinto regno priores quatuor monarchiæ consequuturo, easque funditus euersoro, cuius incomparabile gloriam, amplitudinem, potentiam, & æternitatem, tam magnificis verbis prædicat Daniel, magnum nobis certamen est cum Gentilibus & Iudæis, etiam cum quibusdam viris Catholicis, Gentilium omnium, non armis, sed scriptis, acerrimus hostis, & acerbissimus infectator Christianorum Porphyrius, cum illud cornu paruulum interpretatus esset regem Antiochum Epiphanem, infestissimum Iudæorum hostem, quam eius interpretationem paulo supra & memorauimus, & refellimus, consequenter exponit quintum regnum, a quo scilicet illud cornu paruulum factum & contritum est, non aliud fuisse quam principatum Machabæorũ, qui multa bella cum Antiocho prospere gesserunt: eiusque ducibus superatis profligatisque exercitibus, & sibi immortalem gloriam, & patriæ, ac ciuibus gloriosam libertatem acquisiuerunt: quarum rerum historiam plenissime narrant libri Machabæorum. Verum hanc Porphyrii sententiam, falsam esse atque à mente Danielis longissime remotam, & supra ostendimus: & nunc præterea tribus argumentis penitus euincamus. Principio, Daniel aperiens illius quinti regni originem & auctorem: ait, quendam similem filio hominis venisse in nubibus cæli, vsque ad antiquum dierum, est igitur huius regni cælestis & diuina origo, quapropter ad terrenam illam: & temporariam Machabæorum dominationem minimè pertinet. Deinde, regnum illud destructurum erat, sibique subiecturum alia omnia regna, cunctasque orbis terrarum nationes: at Machabæi, vix intra Iudææ augustissimos fines, principatum tenere potuerunt: nec illis: æternæ gentes seruierunt. Adiice, illud regnum prædicari à Daniele indissolubile ac sempiternum, quod regno Machabæorum neutiquam competit. Nam si loquamur de tribus illis nobilissimis & gloriosissimis Machabæis, Iuda, Ionatha, & Simone, quorum admirandæ virtutes, nec vnquam satis laudata facinora, omnium seculorum memoria prædicabuntur, eorum principatus, duos tantum & triginta annos stetisse, in priori libro Machabæorum proditum est: siquidem cœpit anno regni Græcorum centesimo quadragesimo sexto: cuiusque regni anno centesimo septuagesimo septimo, post mortem Simonis, finitum est. Sin autem loquamur de eo principatu, prout ab illis Machabæis conditus, in eorum deinceps successoribus perduravit vsque ad Herodem, ne ille quidem fuit plus annis centum viginti sex, vt tradit Iosephus li. 14 antiquitatum. Etenim,

Quãdiu principatus Machabæorum duraverit.

nim, initium habuit circa Olympiadem centesimam quinquagesimam quartam: exitum vero & finem, circa Olympiadem centesimam octogesimam quintam, Sed pauca hæc satis sint aduersus Porphyrium: cuius opinionem miratur Theodoretus, etiam quibusdam pietate præstantibus vitiis placuisse: sic enim scribit in extremo huius capitis commentario, *Vehementer miror, quosdam pietatis magistros, quartam bestiam vocasse regnum Macedonicum, seu Græcorum. Debuerant enim considerare, tertiam bestiam quatuor habuisse capita: quod aperte indicabat post Alexandri obitum, quadripartitam fore regni eius diuisionem. Ad hoc, debuerant animaduertere, quartam bestiam eodem tempore decem habuisse cornua: & cornu paruum, tria priora cornua radicitus euulsisse: at verum regnum Alexandri, non decem reges, sed quatuor tantum successisse. Illud quoque considerandum ipsis fuit, post quartæ bestiæ interitum, sanctos Dei Altissimi, regnum toto orbe florentissimum & æternum accepisse: atqui post Antiochum Epiphanem, figuratum illum cornu paruo, nequaquam sancti tale regnum exceperant. Nam etsi potentiam quandam adepti sunt Machabæi: no tamen diu regnarũt. Etenim Iudas tres annos, Ionatas undecim, Simon octo, præfuerunt populo: alij cum paululũ regnassent, vel morte extincti, vel magis attriti calamitatibus imperioque pressi sunt. Alioqui, ne omnes quidem illi Sancti, cum quidã illorum impersi exitissent: & vt omnes isti fuissent sancti, his tamen omnibus deletis, Herodes alienigena & impius, totius Iudææ rex constitutus est. Quomodo igitur verum erit, quod ab angelo dictum est, post deletum cornu illud paruum, omne regnum, omnemque gentium potestatem & dominationem quæ sub cælo est, datum iri sanctis Altissimi & regnum eorum fore sempiternum? Iterum enim nihil in illam Machabæorum dominationem competere liquido certum est,* ita ille Theodoretus.

Theodoretus.

Disputatio cum Iudæis.

Deinceps pugnãdum nobis est cum Iudæis, qui Christianis infensi intestique, & iniquo animo ferentes, quæ de illo quinto regno tam præclara, & gloriosa prædixit Daniel, ea ad regnum Christi, & Christianorum accommodari, nullum nõ mouerunt lapidem, vt clarissimæ veritati, quantas maximas possent, tenebras offunderent: & quam ipsũ lucem refugerent, alios quoque expetent. Itaque obnixe contendunt ostendere quæ de illo quinto regno traduntur hic à Daniele, ea regno Christianorum nullatenus conuenire. Paulus Burgensis, ex nouum figurauit Christũ dominũ nostrũ. nobilis factus Christianus, bene longam, & accuratam de regno Christi aduersus Iudæos disputationem scripsit. Duo autem imprimis aduersũs Christianos Iudæi probare conantur. Vnum est, regnum Christianorum, non esse illud quintum regnum à Daniele descriptum: alterum est, illud cornu paruulum à sanctis fractum, & contritum, secundum germanam & propriam verborum Danielis sententiam significare Christum: regni Christianorum principem, & conditorem. Illud, tribus argumentis confirmant. Primo illud quintum regnum, Daniel affirmat, futurum diuersum a regno Romanorum, quin etiam potentiam Romani imperij deleturum, ac regnum Christi non euertit potentiam imperij Romani: quippe viuente Christo sub Augusto & Tiberio floruit principatus Romanorum, quam cum maxime, & postea mortuo Christo, multis seculis perduranit. Quinimo princeps Christianorum, qui est Summus Pontifex, coronat Imperatorem Romanum, simulque vterque principatus viget & floret, tantum abest, vt regnum Christi Romanum imperium omino destruxerit. Quid, quod potentia & magnificentia Regni Christianorum, ab imperatoribus Romanis, primũ quidem à Constantino Magno, tum ab alijs qui post ipsum imperio præfuerunt, profecta & confirmata est. Summus item Pontifex, potentiam sui principatus a Romanis imperatoribus accepit. Addunt Iudæi alterum hoc argumentum: Danielem affirmare, illud quintum regnum fore totius orbis potentissimum, cæteraque regna subiecta illi fore, quod minime quadrat in regnum Christianorum, plurima namque sunt regna illi contraria, non solum diuersa, & non subiecta. Cernimus præterea imperium Turcarum potentius esse, atque florentius, quã regnum Christianorũ, denique multo plures sunt qui non parent Christianorum regibus, quam qui sunt eis subiecti. Postremo, idem confirmant eo argumento illud quintũ regnum prædicari à Daniele, incorruptibile ac sempiternum: atqui Christianorum imperium magna ex parte corruptum & euersum est: amisit enim dominationem in Africa, Ægypto, Syria, Asia, nec in paucis Europæ partibus. Id autem quod est secundum partes corruptibile aliquando totum tandem corrumpetur, sic enim Aristoteles in libris de cælo argumentatur, cælum esse incorruptibile, quia post omnem omnium hominum memoriam, nulla eius pars, vel minimum corrupta est.

Iudæorũ rationes quibus asstruunt regnum quintum nõ significasse regnũ Christianorũ.

Aristot. li. 1 de cælo, c. 3. tex. 12

Quod autem illud cornu paruum significauerit Christum, ita probant Iudæi. Dicitur illud cornu, initio fuisse paruulum: similiter Christus, initio humilis, obscurus, & contemptus fuit, paucos item eosque viles atque ignobiles habens discipulos, & sectatores. Loquebatur illud cornu ingentia, id est magnifica de se & gloriosa prædicebat. Christus quoque iactabat se sine peccato esse, de cælo descendisse, antiquiorem esse Abrahamo, filium Dei, & saluatorem mundi. Proferebat etiam

Iudæorũ rationes quibus probant Christũ Dominũ nostrũ esse cornu paruulũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



illud cornu sermones contra excelsum, id est, blasphemabat Deum. Christus itidem iniuriosus, contumelioſus, & blasphemus in Deū fuit, primus enim docuit, & in vulgus enunciauit Deum generasse filium, & habere filium naturalem sibi consubstantialem & coæternum, & cum ipse homo esset, Deo se tamen æqualem faciebat. Traditur præterea, illud cornu tentasse mutare tempora & leges, id est, tollere temporales festivitates Iudæorum, ritusque ac cęremonias legales: hoc ipsum Christus facere agressus est, violato sabbato, contemptisque legis Mosaicæ cæremoniis. Quas cùm sectatores, legis obseruantiam, non solum neglexerunt, sed etiam damnarunt, & omnino interdixerunt. Quid multa? Cornu illud, tribus annis & dimidio regnaturum erat: tanto etiam tempore regnasse Christum confessione ipsorum Christianorum cōstat. Nam ex quo post baptismum in publico versati ac docere, ac sectatores habere cœpit, vsque ad eius necem, tres anni, additis præterea aliquot mensibus, transierunt. Ad extremum, Danieli ostensum est, illud cornu paruulum tandem sit fractum contritumque à populo Dei, & sanctis Altissimi: nec hoc non maximè quadrat in Christum, quem Iudæi, qui erant populus Dei, ignominiosa crucis morte necatum è medio sustulerunt.

Resellitur Iudæi.

Hæc Iudæi, odio Christiani nominis cæci, aduersus clarissimas veritatis contumaciter, & perfidiosè disputant. Sed adeo tetra rerum tenebrosa sunt, & infirma, vt de illis verissimè dici queat illud Dauidis ex Psalmo 63. *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmata sunt contra eos linguæ eorum.* Verum quo motior, & restatior sit prædictarum rationum inanitas ac futilitas, sciendum est, duplicem Christi aduentum in sacris literis prædici, ac prædicari: primum, & secundum. In priori aduentu, venit Christus non ad iudicandum, & damnandum, sed vt ipse dixit, *a* ad saluandum mundum, saluandum dico spiritualiter magis quam corporaliter. Quapropter, cum vitæ formam ac rationem in priori aduentu susceperit, quæ ad curandos spirituales animorum morbos: persectamque mentis sanitatem comparandam plurimum conferre posse visa est. Quocirca non venit Christus cum humana potentia & gloria: sed humilis, & pauper, clarissimum præbens exemplum patientiæ humilitatis, sui ipsius mortificationis, denique omnium terrenorum bonorum despicientiæ: his enim rebus sciebat ad extirpandos examinis hominum errores, & vitia, virtutesque, ac cœlestem doctrinam inserendam, esse opus. Non igitur primum venit in mundum, temporale ac terrenum possessurus regnū, sed potius spirituale, ideoque *b* dixit

Duplex Christi aduentus prædicatus in scriptura.

a *Ioan.3.*

Quale Christi regnū in



suis discipulis venisse se, non ministrari, sed ministrare: & Pilato, *c* regnum suum non esse de hoc mundo, & item Apostolis dixit, *d Regnum Dei intra vos est*: nec regnum eius nominatur regnum mundi, sed regnum cælorum: latro quoque pendēs in cruce, tamque moribundus Christo itidem cruci affixo, & morituro dixit: *e Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.* Nec tantum Christus huiusmodi regnum terrenum, & humanum non ambiuisse quæ fuit, sed etiam studioſè, curioſeque fugit. Cum *f* enim sciret multos esse, qui ipsum regem facere vellent, sese illis subduxit, fugitque. Fuit igitur in priori Christi aduentu regnum eius non corporale, sed spirituale: atque hoc regum, in illa visione statuæ, quam rex Nabuchodonosor vidit in quiete, præfiguratum est: & quæ de eo regno Daniel eam visionem regi interpretatus, disseruit, ea ad priorem Christi aduentum magna ex parte pertinere, duo sunt manifesta indicia. Alterum, quod ibi Christus significatur similitudine lapidis abscissi de monte sine manibus, quod significauit carnalem Christi ex matre, sine admixtione virilis feminis generationem: alterum, quod ibi Christus significatus primo tamquam paruus lapis, deinde paulatim in maximum montem excrescens: quod ad posteriorem Christi aduentum nullo modo, ad priorem verò, apprimè potest accommodari. Hoc autem spirituale Christi regnum destruxit omnia alia regna: non quidem corporaliter secundum humanam eorum potentiam, sed spiritualiter, videlicet, sicut ipsum erat spirituale: destruxit inquam, secundum vitia, & errores: præsertim verò, secundum idololatriam, quæ per omnem orbem vigebat, & regnabat. Nec ad hunc modum destruxit omnia regna simul, & vno omnia tempore, sed paulatim, & longo temporum processu. Etenim fere nullum in orbe regnum est, in quo fides, & religio Christiana non aliquando floruerit. Ex his palam est, hoc Christi regnum longè diuersum fuisse à regno Romanorum. Hoc enim corporale, terrenum, & temporale fuit, illud spirituale, æternum, cæleste. Et regnum quidem Romanum destructum est à regno Christi, non quidem corporaliter. Sic enim non aduersatur regno Christi, sed spiritualiter, quia destruxit errores, superstitiones, denique idololatriam, quæ Romanis maximè dominabatur: secique, vt Romanum Imperium spiritualiter esset subiectum, atque obediens imperio Christi. Quo licet intelligere, summum Pontificem, qui vicarius Christi, summam in regno eius potestatem habet, non tam corporaliter, quàm spiritualiter toto orbe regnare, & hac spirituali dominatione cunctis mundi principibus præcellere, & in vniuersum orbem terrarum habere

prioti eius aduentu.

b *Mat. 20 Luc. 18. 22. 27. & Luc. 23.*

f *Ioan. 6.*

*Daniel. 2.*

Quomodo prior Christi aduentus a Daniele præuisus fuit.

Regnum Romanorū a Christo destructum spiritualiter

Monarchia summi pontificis spiritualis.

imperium. Quapropter, & si ditionem terrenam ab imperatore Romano potuit accipere, attamē spiritualē, propter quā est summus Pontifex, & totius Ecclesiæ monarcha, nec hominibus, nec ab angelis potuit accipere. Quis enim, nisi telus Deus potuisset concedere diuinū illud munus, & potestatē remittendi peccata, consecrandi corpus Christi, gratiam conferendi, excommunicandi contumaces, animas ligandi, ac soluendi, denique cœlum aperiendi, & claudendi, &, vt in ea, quæ ad fidei Christianæ doctrinam pertinent, condendis, atque decernendis, nullatenus falli posset? Non imus inficias, hoc regnum Christi, aliquatenus diminutum & corruptum esse, non per se quidem. sic enim incorruptibile est, sed ratione eorum, qui huic regno subditi sunt, quos aliquando plures esse contingit, & aliquando pauciores. Quamquam ex eo non poteit concludi, hac ratione fore aliquando, vt totum Christi regnum in terris sit corruptum, & planè deletum. Siquidem, quantum in vna parte orbis diminuitur, tantum propagatur in altera: id quod nostris hisce temporibus contigisse liquido cernimus: quantum enim Christiana religio in hoc nostro orbe contracta, & coangustata est: tantum, atque eò amplius, est dilatata in nouo orbe Occidentali, & in tot tamque Orientis regionibus, & prouincijs. Itaque similiter Christi regnum dici potest corruptibile, vt Philosophi docent quatuor elementa esse corruptibilia: scilicet, non secundùm se tota, vt loquuntur ipsi, sed secundùm partes. Etenim nunquam totum elementum simul interit, sed tantum modo per partes, ita tamen, vt quantum ipsi ex vna parte deperit, tantum ex altera eidem aggeneretur.

Est à Deo immediatè.

Quomodo regnū Christum terris sit corruptibile, & incorruptibile.

Quod autem Iudæi, inueterato nostri odio insani, & amentes, comminiscuntur, illud cornu paruulum, significasse Christum Dominum nostrum: adeo manifestè falsum & absurdum est, vt iuuet magis ridere huiusmodi commentum, quam confutare. Nonne Danieli ostensum est, postquam illud cornu esset fractum, & contritum, tunc demū regnum sanctorum Altissimi, fore potentissimum, atque florentissimum? Si igitur contritio illius cornu significauit Christi cædem factam à Iudæis, & regnum Sanctorum Altissimi, denotabat interitum populi Hebræi, quomodo vaticinium illud eum ipso euentu, & veritate, non solum non congruit, sed etiam omnino pugnat? Quantum namque Iudæi post necem Christi floruerint, & quam feliciter regnauerint, res ipsa docet, & ipsi experti sunt, hodieque experiuntur. Ab eo enim tempore quo Christū occiderūt, vltio mortis eius, ira eos persequitur, vrget, præmitque omni orbe, miserrimum vbique terrarum perpe-

Christū Dominū nostrum non esse significatū per cornu paruulum,





fos exilium, durissimamque seruitutem, nulloque loco eos cessisse, & à tantis malis, vel ad punctum temporis, respirare sinat. His accedit, Danieli ostensum esse, illud cornu paruum, ex medio aliorum decem maiorū cornuum quartæ bestiæ, progeneratum iri, id est tunc futurum cum illa quarta bestia, figurās imperium Romanum, habebit decem cornua, id est, vt supra diximus, decem, vel multos reges: quorum regnum tres, illud cornu paruum primo euellet, id est, debellabit, & subiugabit. Hæc autem nullo modo congruere Domino nostro, etiam Iudæi, nisi scienter, ac voluntariè cæci esse velint, non possunt non liquido videre. Non est igitur dubitandum, regnum illud sanctorum, figuratum in statua Nabuchodonosor, & à Daniele interpretatum, fuisse regnum spirituale Christi, quod in primo eius aduentu fundatum, ad hanc diem stetit, & vsque ad consummationem seculi permansurum est. De cuius regni amplitudine, opulentia, maiestate, gloria, & felicitate, multa extant apud Vates, tam priores Danicle, quam posteriores, clarissima, & præstantissima vaticinia: apud Dauidem in Psalmo 2. 44. 71. 109. 144. apud Isaiam capite secundo, vigesimo quinto. 30. 33. 49. 60. 65. & 66, denique apud Aggæum capite secundo.

Illud præterea adnotandum est, hoc Christi regnum spirituale, omnibus huius mundi regnis octo rebus præcellere. Primò duratione, stetit regnum Christi ab ortu suo ad hanc diem, octo reliquis annos mille quingentos octoginta, in posterum verò stabit, ac perstabit vsque ad consummationem seculi. Omnium verò priorum monarchiarum diuturnissimum fuit Assyriorum imperium, quod tamen mille quadringentos annos non excessit. Deinde amplitudine ditionis, & dominationis. Etenim fere omnes mundi regiones dominatu suo complexum primò est: & nunc in nouo orbe & in terris Orientis, quæ loca vix aures, ne per auditionem quidem cognouerant, regnum Christi latissimè ac florentissimè viget. Tum vi & efficacitate imperij: siquidem aliorum omnium regnorum vis, & potentia, ad eas tantum, quæ extra hominem sunt, vel summum, ad ipsa hominum corpora pertinere potest, at regnum Christi, vsque ad intimos animorum recessus penetrat, atque animis mentibusque præcipuè dominatur. Præterea præstantia effectus, & vtilitatis: quibus enim Christus dominatur, eos peccati, & diaboli seruitutis excusso iugo, verè facit liberos, iustos ab omni vitio rum & errorum labe integros & puros, denique filios Dei, atque hæredes vitæ æternæ. Postea, modo, quo regnum, hoc quo acquisitum & partum. Non enim, vt mundana regna, terrenis animorum, bellica potentia, & cædibus hostium, sed

Regnum Christi omnibus antecellit, & ratione.

Secundò

Tertiò vi & efficacitate.

Quartò, vtilitate.

Quinto, modo,

est.

paupertate, humilitate, perdomandis cupiditatibus, bonis omnibus terrenis negligendis, malisque tolerandis, quin etiam mortis ipsius oppetitione, quam, & Monarcha ipse Christus, & principes eius sectatores, voluntarie subierunt, regnum hoc spirituale ab initio constitutum, & postea toto orbe amplificatum, & vsque ad hanc diem conseruatum est. Ad hæc excellentia legum, & institutorū, quibus regnum hoc a Christo descriptum, temperatum, & firmatum est. sic enim Dauid in Psalmo decimo octauo, de lege Mosis tam magnifica, & mira

Sextō, legum excellētia.

prædicat, dicens: *Lex Domini immaculata, conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis, &c.* Quanto verius eadem, ac multo etiam maiora, de hoc regno Christi, & lege Euangelica dici possunt? Sapientiores Philosophi, fere doctorum omnium assensu dixerunt monarchiam, optimum esse genus gubernationis, præsertim vero, quod ad princeps sapiens, & iustus fuerit: atqui huius regni Dux, Moderator, & princeps vnus, est Christus, adeo sapiens, & bonus, vt nec ipse falli, nec alios fallere queat, nec a perfectione probitatis, & sanctitatis, vel transuersum vnguem discedere. Præstat etiam cæteris regnis fine, qui quidem in aliis regnis, præterquam quod humanus, & temporarius est, in hoc autem regno, cælestis & sempiternus: etiamipsius principis, magis quam subditorum vtilitate, & gloria continetur. Huius autem regni finis est, eos, qui sub hoc regno viuunt, ad immortalem, & beatam vitam omni æuo fruendā perducere.

Septimo, fine.

Octaua ipsius regis præstantia.

Octaua huius regni excellentia æstimari debet ex præstantia dignitatis eius, qui præest huic regno. Qui de rebus principi ad benè, ac fœliciter imperandum, necessariis præcipiunt, tres in primis commendant: prudentiam, iustitiam, & potentiam, in quibus rebus, velle alios principes cum Christo vlla ex parte comparare, non est aliud, nisi per exiguum lucernæ lumen, cum immensa claritate solis contendere, & componere velle. Isaias cap. 9. cum de Christo dixisset, *& imperium eius super humerum eius*, protinus tex illius principis eximias proprietates subiungit: *Vocabitur*, inquit, *nomen eius Admirabilis*: nam clarum nomen, & celebris fama, quæ in hominum laude, & admiratione versatur, magnam principi auctoritatem, & maiestatem afferunt. Tum addit *Consiliarius*, quasi diceret, vsque adeo non eget cuiusquam consilio, & in tantum superest illi prudētia, vt aliis consiliarius esse possit, & debeat. Consilio autem, & prudentia stabiliri, & nobilitari regna docuit Salomon in Prouerbiis. Postea subditur, *Fortis*, scilicet, ad debellandos omnes hostes, sibique subiectos validissime defendendos, & custodiendos. Ad hoc nominatur Deus:

Locus Isaiæ cap. 9. explicatur.

Prouer 12.

ex quo



ex quo apparet, nequaquam timendum esse, ne monarchia hæc, cuius & Conditor, & Rector, ac Defensor Deus est, vllo tempore deficiat. Præterea dicitur, *pater futuri seculi* regnum eum Christi inchoaturi in hoc seculo, ita in altero perfectum est, & omnibus numeris absolutum: cum cæterorum regnorum, idem qui huius seculi, terminus & finis futurus sit. Illud autem nomen *patris*, indicat hoc regnum non constare seuitia tyrannica, nec regali fastu, sed paterna suauitate, caritate, & benignitate: & ita Christum potestate regem esse omnis, vt amore tamen & cura, singulis pater sit. Postremo, laudatur, *princeps pacis*, id est, pacificus: videlicet, qualis fuit Salomon, qui multis rebus similitudinem eius prætulit. Est sane finis omnium regnorum, vt iuste secundum leges, & item tranquille ac pacifice viuatur. Sed ea pax, quemadmodum & iustitia, eiusdem tantū & humana est. Christus delecto peccato, victo mundo, debellatisque damonibus, necnon & patre placato & propitiato, spiritualem nobis æternamque pacem attulit. Quapropter in eius ortu pacem cecinere angeli: & ipse abiturus ad patrem, pacem suam, quali legauit discipulis, dicens: *pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*, & post resurrectionē quibus se viuum ostendit, eos verbo pacis salutauit. Ipse solus animum hominis explere, & omnem eius satiare auiditatem potest, quippe de eo scriptum est. *Qui replet in bonis desiderium tuum*: & alibi, *Qui satiat animam inanem, & animam esurientem implet bonis*. Vtiusquam vero immensa hæc humani animi capacitas impleatur, non potest perfecta pax & quies contingere.

Finis omnium regnorū pax

*Luc. 2. Ioan. 14. Ioan. 20. Psal. 102. Psal. 106.*

Hactenus ostendimus, regnum Christi præmonstratum in visione illius statuæ, fuisse potissimum spirituale regnum, quod in priori eius aduentu constitutum, vsque ad consummationem seculi permansurum est. Alterum vero regnum, quod in secundo aduentu, Christus, & in cælo, & in omni terrarum orbe, tam spiritualiter, quam corporaliter, obtinebit, significatum est Danieli, in visione, quæ narratur hoc septimo capite. Atque huius rei, duo manifesta sunt argumenta. Alterum argumentum est, quod hic dicitur Christus venisse in nubibus cæli, vsque ad antiquum dierum, regnum ab eo acceptum, venturum autem Dominum cum nubibus cæli in secundo aduentu, ipse Dominus indicauit Matthæi 24. cum dixit, *Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate*, & ca. 26. interrogatus cum adiuratione a pontifice Iudæorum an ipse esset Christus, respondit: *Tu dixisti: verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientē in nubibus cæli.* Et cum spectantibus dicit Paulus ascendit in cælum, nubes suscepit eum ab oculis eorum:

In visione, quæ describitur hoc septimo capite, præcipue agi de regno Christi, quod post secuturum eius aduentū est futurum.

A a 5 & angeli

Actor.1. Matt.17. & angeli dixerunt illis: *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodū vidistis eum euntem in cælum.* Cuius rei præmiserat Christus quasi quoddam specimen in sua transfiguratione, quæ in nube lucida facta est. Nubes autem ille inquibus vēturus dicitur Dominus ad iudiciū, partim faciēt ad obumbrandos mortalium oculos, quo facilius aduenientis Christi claritas & splendor sustineri queat: partim ad gloriæ Christi accessionem, cui nubes illæ velut sedes erunt, & vehiculum, quo sæpenumero dicitur vsum esse Deum in præcipuis apparitionibus, vt legimus in sacris literis. Alterum eiusdem rei argumentum est, quod Daniel hoc loco inquit, prius contritum iri cornu paruulum, deinde florentissimum illud regnum sanctorum futurum: sed illud cornu paruulum significauit Antichristum, vt supra ostendimus: ergo regnum, quod in hac visione Danieli adumbratum est, procul dubio existimandum est, ad regnum Christi quod erit post finem mundi pertinere. Et hæc quidem cum Iudæis sint à nobis disputata.

Exeuntur opinio Chiliastarū, eiusq; defensores fuerūt Papias, Irenæus, Iustinus. Tertullianus, Lactantius, Victorinus, Sulpitius, & Apollinarius.

Tertium restat nobis certamen cum quibusdam vitis Catholicis, sed non sine verecundia, & reuerentia subeundum. Nimirum, quos vitos propter eximiæ sanctitatis & doctrinæ præstantiam admiramur & colimus, cum his nunc decernendum nobis est: duce tamen veritate, comiteque modestia, nec maiori contentione, quam quæ falsi refellendi, verique demonstrandi causa necessario suscipienda est. Fuit quondam opinio, magno assensu multorum & nobilium auctorum confirmata, labores & afflictiones sanctorum, in hoc mundo, ab initio eius vsque ad finem, non plus lex annorū millibus duraturas, quēadmodum fabrica huius mundi, sex diebus effecta & consummata est, ita vt cuique illorum sex dierum respondeat vnus millenarius annorū. Nam vt Dauid in Psal. 89 cecinit, & Petrus scripsit in 3. capite posterioris epistolæ, vnus dies apud Deum, tanquam mille anni, & vicissim mille anni tāquam vnus dies. Completis autem illis sex annorum millibus, suscitatum iri ex mortuis omnes sanctos, Christumque descensurum in terras, & in his regnaturum cum sanctis per mille annos, subiectis ipsis omni terrarum orbe cum incredibili gloria & bonorum omnium abundantia, & tali propemodum fœlicitate, qualem Poetæ mentiendo, illi suo aureo sæculo affinxerunt. Sanctos præterea eo tempore cum summa castimonia & integritate diuinitus vxores, & ex his filios, alumnos sanctitatis procreaturos: & vt verbo dicam nihil eis quod ad summā in terris fœlicitatē perfruendā pertineat, defuturū: & hanc esse, quā Ioannes in Apocalypsi appellauit primam resurrectionem.

Apoc.20.



Exactis

Exactis porro his mille annis, solutum iri Sathan, & grauissimam omnium quæ fuere vnquam, per Antichristum aduersus electos Dei persecutionem concitaturum. Postea, cunctis mortalibus ad vitam reuocatis, futurum generale iudicium, atque improbis ad æternas inferni pœnas relegatis, assumptum iri sanctos in cælum, ad sempiternam fœlicitatem animo simul, & corpore percipiendam: & hanc esse quæ prædicto loco Apocalypsis vocatur à Ioanne secunda resurrectio. Huius sententiæ auctor fuisse videtur Papias, discipulus Apostolorum, vt refert Diuus Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, ad quam adhæsit etiam Iustinus, in eo dialogo quem habuit cum Tryphone, & Irenæus libro quinto aduersus hæreses. Hieronymus libro vndecimo commentariorum in Ezechielem, eiusdem opinionis probatores, & sectatores nominat Tertullianum in libro de spe fidelium, Victorinum in commentariis super Apocalypsi, Appollinarem quoque, Lactantium item in septimo institutionum volumine, Seuerum præterea Sulpitium æqualem & familiarem suum, in eo dialogo qui Gallus inscribitur. Verum, eam sententiam omnium disertissime tractat, & enucleatissime declarat prædicto loco Lactantius, inter alia, hæc scribens, *Terra aperiet fœcunditatem suam, & vberrimas fruges sua sponte generabit: rupes montium mella sudabunt: per riuos vina decurrent, & flumina lacte inundabunt.* Nec vero existimandum est, horum sententiam fuisse eandem, quæ tribuitur Cerinthi hæresiarchæ, quem Eusebius, libro tertio historiæ ecclesiasticæ, capite vigesimo secundo, auctoribus Caio, & Dionysio Alexandrino confirmat, similiter vt prædictos auctores, fecisse regnum Christi per mille annos terrenū, sed ipsum tamen in omni delitiarum mollitie, & carnalium voluptatum obscenitate posuisse. Itaque Diuus Augustinus cum hanc sententiam semper damnauerit, in illa tamen priori se fuisse aliquando, in libro vigesimo de Ciuitate Dei capite septimo, confitetur.

Lactantius lib. 7 cap. 24.

Augustinus.

Verum enimuero eam sententiam, licet doctissimis & sanctissimis viris probatam, dupliciter in præsens tamen habeo refellere, nam & falsam esse contendo, nec illud regnum Christi, quod ipsa finxit, ad hoc quintum regnum à Daniele commemoratum, vllo modo pertinere, & falsam quidem esse, duobus argumentis constat. Nam nec Christus, nec Apostoli, regnū aliquod terrenū & reporale, nec in hac vita fœlicitatem vnquam sanctis promiserunt. Quinimo Christus apertè dixit, regnum suum non esse de hoc mundo, ipsumque semper appellauit regnum, vel spirituale, vel cælorum, & cum

Refellitur opinio Chiliastarū.

Ioan.18.

Matt. 22.

& cum de statu sanctorum post resurrectionem ageret. *Tum (inquit) nec nubēt, nec uxores ducent, sed erunt similes angelis Dei.* Deinde, horum opinio eorum ipso confutata est. Siquidem illi dixerunt natum esse Christum in sexto millenario, videlicet sequum computationem annorum ab exordio mundi, quam in libris septuaginta interpretum repererant. Quocirca & Dionysius Augustinus existimauit sua ætate sextum volui millenarium: & Lactantius, qui claruit principatu Constantini Magni, ex illis sex annorum millibus, tantum suo tempore superfuisse dixit ducentorum annorum expectationem. Ergo secundum istorum computationem, tam hoc tempore transacto septimo millenario, octauus millenarius ageretur: nec tamen illud cœleste nunc Christi regnum per mille annos duraturū, adhuc in terris, vel ad breuissimum tempus visum est. Nulla vero ex parte illud regnum congruere cum regno quinto, quod hoc loco describit Daniel, duo sunt indubitata argumenta. Etenim Daniel inquit, quintum illud regnum suscitatum iri, postquam illud paruum cornu fractum & contritum fuerit significabat autem illud cornu, vt supra docuimus, Antichristum, ante cuius tamen aduentum, per mille annos regnum illud terrenum futurum, ibi existimant. His adde, quintum illud regnum latū à Daniele, ex eo quod nullis eius finis esset futurus, sed in omnem æternitatem permansurum esset, regnum vero ab isto confictum, annis duntaxat mille definitum, & determinatum est.

Regnum Christi quod tin xerunt Chiliastę nō esse quintū illud regnum, hic à Daniele descriptum

Quibus rebus multi, cū primis docti & sancti viri in prędictā opinionē deducti sunt. Item. apud Euseb. lib. 3 cap. 31. De Papia Eusebij testimonium.

Sed enim quæret aliquis, ecquidnam istos tam doctos & graues viros mouere potuerit, vt eiusmodi opinionem, non modo falsam, sed ne in specie quidem admodum probabilem, tantopere ipsi probarēt. Equidem, quibus rebus eos putem adductos, vt ita sentirent, paucis hic subiiciam. Primo monit illos auctoritas Papię, qui discipulus fuerat Apostolorum: eum certe Irenæus Ioannis apostoli auditorem laudat. Sed Papiam fuisse tardo & rudi ingenio, ideoque non satis intellexisse, quæ ab Apostolis sub figuris & similitudinibus rerum corporalium dicebantur, spiritualiter tantum intelligenda: confirmare possumus Eusebij auctoritate, qui libro tertio historiæ Ecclesiasticæ capite trigesimo tertio, de Papia hunc in modum scribit. *Asserit Papias regnum Christi post humanæ carnis à mortuis resurrectionem, mille annos humano & corporeo more in terris futurū. Quæ quidem dogmata, credo eum propterea excepisse, quod Apostolicas interpretationes, quæ ab illis essent expositæ sub arcanis figuris & obscuris parabolis, male intellexisset. Nam homo erat, sicut ex scriptis eius facile licet coniecturam capere, ingenij perquam tenuis. Veruntamen plerisque viris ecclesiasticis, qui eius hominis antiquitatem,*



*tatem pro suarum partium defensione citabant, persimilis erroris auctor extitit vt Irenæo. & si quispiam alius eadem cum illo sentire videbatur.* Sic Eusebius. Monit quoque illos, res ipsa à fatis per se laudabilis & gloriosa, multisque optabilis, certē in vulgus admodū probabilis & plausibilis. Ea porro sententia, si Christianis hominibus penitus persuaderetur, magnāvim habere posse videbatur, ad eorū animos, ne malis pro Christi nomine seredis, ipsi deficerent, expectatione tantæ fœlicitatis, etiam in terris aliquando perfruendæ, vehementer confirmandos, atque sustentandos. Mouerunt præterea, eos nonnullæ Scripturæ sententiæ. In quibus mira de regni Messiæ, gloria, opulentia, & magnificentia etiam corporali ac sensibili prædicantur: quæ tamen, vel intelligenda sunt de cœlesti regno Christi, post consummationem seculi futuro: vel de spirituali regno Christi, quod nunc in terris viget. Sunt enim omnia illa variorum promissa & prædicta, spiritualiter interpretanda. Siquidem, solenne est in sacris literis, spiritualia bona & gaudia, quo facilius intelligantur, etiam à non doctis & ingeniosis, corporalium & sensibilium bonorum figuris & similitudinibus exprimere. Verum, super omnia mouit ipsos, locus ille Ioannis, qui est in Apocalypsi capite vigesimo, quo loco Ioannes duplicem facit resurrectionem: & post primam ait sanctos cum Christo felicissimè regnaturos per mille annos, deinde, iterum fathan solutum iri, & futurum generale iudicium, sanctosque omnes in cœlos assumptum iri, consummatæ felicitatis vitam sempiterno cum Christo agituros. & hunc vocat Ioannes secundam resurrectionem. Sed profecto Ioannes vocabulo primæ resurrectionis, non aliud significare voluit quam statum sanctorum animarum, quæ solutæ corporibus æternis fruebantur in cœlos. Denique felicissimè tenuitur vsque ad diem iudicij: quod omne tempus, significatum est à Ioanne, numero mille annorum, videlicet ponendo numerum definitum pro indefinito: id quod fit non raro in sacris literis: ponitur enim numerus millenarius, vt magna aliqua multitudo significetur: quemadmodum supra hoc ipso capite de angelis dixit Daniel, *millia millium ministrabant ei: &c.* Et Dauid in Psalm. 104. *memor erit verbi sui, quod mandauit in mille generationes:* & in libro Ecclesiastici capite decimosexto, *melior est vnus vir timens Deum, quam mille impij.* Secunda vero resurrectio, denotat apud Ioannem eo loco consummatam sanctorum fœlicitatem corporibus ad vitam beatam atque immortalem reuocatis: sicut secunda mors, significat damnationem impiorum, pœnas animo & corpore luentium sempiternas.

Locus Ioannis Apocalypsis 20. de Christi regno mille annorum, & de publica resurrectione.

Sed,

Allegorica Ruperti interpretatio huius loci.

Sed, ne præter modum instituæ, & servatæ adhuc brevitatis longiores simus, huic de Christi regno disputationi finem imponemus, si vnam quandam Ruperti eorum quæ de extremo iudicio, & Christi regno a Daniele tradita sunt, allegoricam interpretationem, futuram lectori non iniucundam, huic commentationi loco adiiciamus. In libro suorum commentationum in Danielem, capite decimotertio, superiora verba Danielis explanans, ita scribit Rupertus. *Aspiciebam, inquit Daniel, videlicet, desiderans & suspirans, eo desiderio ac suspirio quod commune erat omnium iustorum, non ignorantium* 5 *regno Dei excidisse propter Adam, & expectantium, vt in nobis reuperaret ipse regni sui gloriam. Quod & ita factum est, throni positi sunt, & thronus eius flamma ignis. Thronus vnus, & plures throni: vna enim Ecclesia est, & plures sancti, quorum in cordibus ille antiquus dierum sedet: Deus quippe receptus in illis non fuit. Thronus eius Abrahæ, thronus eius Dauid, thronus eius singuli sancti in quorum illi cordibus per fidem sedit. Throni eius positi, id est, sancti, longa expectatione in occursum regni eius præparati sunt. Qualis ille sedet? Vestimentum eius quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. Gloriosa hæc regni eius insignia sunt, nix quippe remissionem peccatorum, lana mundatis nostra operum tum significat: Vnde Dauid* 6 *psalmo quinquagesimo, lauabis me, & super niuem dealbabor, & item* 6 *psalmo trigesimoprimo, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Flumius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius. Licet ignis ira, & flamma hic possit intelligi vindicta futura, tamen hic fluuius igneus dulciori adhuc digno est intellectu, maximè quia sit dictum est, egrediebatur à facie eius. Quid enim non dulce, quid non amabile procedit à facie eius? Ergo fluuium igneum, dicimus esse Spiritum sanctum, de quo in Psalmo quadragesimoquinto. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, & apud Isaiam capite sexagesimosexto, ibi Spiritus sanctus dicit, ecce ego declino in eos, vt flumen pacis, & vt torrens inundans gloria gentium. Qui propterea dicitur egredi à facie Dei, quia subsistit aliter procedit ex filio, qui est velut facies, & imago patris. Igneus, & rapidus erat, quia mentes igneas reddit, & linguas disertas, & quidlibet facit, quod ipso effectu probauit, super discipulos descendens sub specie ignis, quo incensi illi, protinus loquelæ coperunt linguis variis, & rapidis ita vt silentium illis nulla posset facilis potestas indicere. Ex tunc thronus eius, id est, Ecclesia facta est flamma ignis, & rota Euangeliorum eius igni accensa. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Dato Spiritu sancto qui ab ipso procedit, innumerabiles homines, qui prius non erant eius, per aquam, & per eundem renati Spiritum, distributis ordinibus, diuersisque numeribus seruire cœperunt ma-*

Vna Ecclesia & plures Sancti.

Fluuius igneus Spiritū sanctum significat

Actor. 2.



*iestati eius: alij per actiuam vitam ministrantes ei, alij per contemplatiuam ipsi assistentes. Plures autem in actiua vita ministrant, pauciores in contemplatiua ei assistunt. Bene ergo inde scripta quantitate dictum est millia millium ministrabant ei: decuria vero, & decies millies centena assistebant ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Hæc vtriusque iudicij, quasi consimilis est narratio. Vtrumque iudicium significatione comingit. Etenim iudicium iam sedit, vt princeps huius mundi eiceretur foras: sedebit adhuc, vt idem princeps cum angelis suis tanquam caput cum omni corpore, meritas recipiat pœnas. Vnde sequitur, quod interfectus esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset igni ad comburendum. Item libri iam aperti sunt, aperiente Agno librum inquam septem sigillis signatum, aperiente inquam illo sensum discipulis suis, vt intelligerent scripturas. Aperti sunt autem libri per primum iudicium, ita tamen, vt qui non videbant, viderent, & qui videbant, cæcifierent. Aperiendi sunt deinde libri conscientiarum, vt iudicetur singuli, ex his quæ ibi scripta sunt. Manifestè hactenus descriptum est iudicium diuinum, sed non est dictum, qualem per manum, vel personam, sit agitandum. Non enim iudicabit per semetipsum ille antiquus dierum. (Pater enim non iudicat quenquam) ideo sequitur, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat ad antiquum dierum, & accepit ab eo potestatem, & honorem, & regnum, &c. Igitur quod Dominus de se dixit Ioannis capite quinto. (Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio) hac prophetica visio, lucido satis defendit testimonio. Sed cur filius debeat potius iudicare? subdit ipse, quoniam filius hominis est: ac si diceret, quia persona filij sese operosius impendit ad reparationem mundi, in tantum vt fieret filius hominis, sola enim ipsa incarnata est, & passa pro salute mundi, propterea merito ei debetur potestas iudicandi, vt sola spectetur persona filij, secundum formam visibilem hominis, qui quam semetipsam sola exinaniuit. Hactenus pertinet Ruperti explanatio, quam hoc loco commemorandam duximus.*

Ioan. 12. Matt. 25

Apoc. 5.

Luc. 24.

Ioan. 5.

Cur filius potius iudicare debeat quã Pater.

BENE.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER IX.

### CAPVT OCTAVVM.

† Ciuitate. M. S. legunt vide notationem.

† Contra Oriente & addũt quedam. M. S.

ANno tertio regni Balthasar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel post id quod videram in principio visionis meæ, cum essem in Susis castro, quod est in Ælam † regione vidi autem in visione esse me super portam Vlai. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & vnum excelsius altero atque successerat. Pellens vidi arietem cornibus ventilantem † contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem: & omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius, fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est. Et ego intelligebam, ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente: super faciem totius terræ, & non tangebat terram, porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Et venit vsque ad arietem illum cornutũ, quem videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Cumque appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum: & percussit arietem: & comminuit duo cornua eius: & non poterat aries resistere ei: cumque eum misisset in terram, conculcauit eum, nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum, magnus factus est nimis: cumque creuisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua subter illud, per quatuor ventos cæli. De vno autem ex eis, egressum est cornu vnũ modicum: & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli: & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eos. Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Ro-

† Tradebatur autem datum est † contra iuge sacrificium propter peccata: & pro-



sternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Et audiui sanctum loquentem, & dixit vnus sanctus alteri, nescio cui loquenti, vsquequo visio, et iuge sacrificium, & peccatum desolationis quæ facta est, & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur? Et dixit ei: Vsque ad vesperam & mane † dies mille trecenti: & mundabitur sanctuarium. Factum est autem cum videret ego Daniel visionem, & quæreret intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait: * Gabriel fac intelligere istum visionem. Et venit, & stetit iuxta, vbi ego stabam: cumq; venisset, pauefactus sum ego, & cecidi in faciem meam, & ait ad me: intelligis fili hominis, & quoniam in tempore finis complebitur visio. Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram, & tetigit me, & statuit me in gradu meo, dixitque mihi: Ego ostendam tibi, quæ futura sunt in nouissimo maledictionis: quoniam habet tempus finem suum. Arietem quem vidisti habentem cornua, rex Medorum est atque Persarum. Porro hircus caprarum, rex Græcorum est: & cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus. Quod autem fracto illo stetere quatuor pro eo quatuor reges de gente eius consurgent, sed non in fortitudine eius. Et post regnum eorum cum creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudine eius, sed non in viribus suis: & supra quam credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos: & populum sanctorum secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius: & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principem principum consurget, & sine manu conteretur. Et visio vesperæ & mane, quæ dicta est vera est: tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et ego Daniel langui, & egrotaui per dies: cumque surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur.

† Dies addunt. MS. & Hier. 6. vide annot. Francisci Lucæ, * Instr. 9. c. 21.

EXplicatur hoc capite altera quædam visio, quæ Danieli diuinitus contigit, duobus annis post eam, quæ septimo capite commemorata est. In qua visione, Daniel vidit Regem Persarum, & regem Græcorum, sub figura arietis, & hirci, inter se maxima contentione pugnantes: sed regem Græcorum præualuisse, victo contritoque Persarum rege. Verum, regis Græcorum imperium, non fuit diuturnum, mox namque eo rege defuncto, diuisum est in quatuor reges. Ex quorum vno quodam, nasciturus erat Antiochus sæuissimus Iudæorum hostis: cuius Daniel præuidit: & incredibilem aduersus Iudæos crudelitatem, & fœditatem, ac miserrimum interitum. Est itaque hæc visio similis priori, & quia de regnis huius mundi agit, & quia persequutionem Antiochi contra

Summa capitis octaui.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Differentia inter priorem visionem, & hanc.

ludæos præmonstrat. Differt autem, quod prior visio continebat quatuor regna, hæc duo tantum, & sub imaginibus diuersorum animalium. In illa, luculenter exprimebatur regnum Christi, de quo nullum in hac fit verbum. Præterea, proprium est huius visionis quod in ea representatur inter Darium regem Persarum, & Alexandrum regem Græcorum, futura olim, post quinquaginta, & duentos annos dimicatio. Multæ item eius cum tantæ illius persequutionis Antiochi exprimuntur in hac visione, quæ non tantum in superiori expositæ. Itaque licet dicere, visionem hanc fuisse maiorem quandam priori visionis explicationem. Sicut hæc enucleatius declarata, & distinctius expressa est in altera visione, facta Danieli tertio anno Cyri, quæ infra, capite vndecimo, describitur. Sciendum est autem, ab exordio huius capitis, vsque ad finem capitis, & Scripturam, & Sermonem esse Hebraicum, cum, quæ à secundo capite vsque ad finem septimi, scripta sunt, sermone constet Chaldaico.

*Ego Daniel, post id, quod videram in principio, vidi visionem meam, cum essem in Susan castro, quod est in Ælam regione: vidi autem in visione, esse me super portam Vlai.*

Quibus fuerit hæc visio Danielis, & an insomnio, an in vigilia ipsi acciderit,

IN exordio prænotauit Daniel, & tempus, & locum in quo hæc sibi visio diuinitus contigerat, quod itidem fecisse alios Prophetas, libri eorum declarant. Et ipse quidem Daniel manifestè dicit, hanc fuisse visionem: sed an fuerit imaginaria, an intellectualis, vel sensibilis, non indicauit. Fuisse tamen imaginariam, non est dubitandum: quippe, similitudines arietis, & hirci pugnantium inter se supra palodem Vlai, demonstratæ Danieli, sine dubitatione vlla permanent ad visionem imaginariam. Verum hoc bifariam potuit fieri, vel in vigilia, sed mente ab externis sensibus abstracta, sicut in raptu, & ecstasi accidere solet, quales fuere visiones Ezechielis, & Ioannis in Apocalypsi: vel in somno, sicut fuit visio Nabuchodonosor, & Pharaonis. Dubium igitur est, vtro modo hæc visio Danieli obtigerit. Sed credibilius est accidisse in somno, sicut Theodoretus sensit. Nam cum prior visio, præcedenti capite exposita, in somno facta sit, & hinc dicat, initio huius capitis Daniel, se habuisse post illam visionem, nec diuersum fuisse eius modum significet, videtur eo ipso insinuari, & eiusdem generis, & rationis fuisse visionem. Illud quoque hanc opinationem iuuat, quod extremis verbis huius capitis, Daniel inquit, se finita hac visione, languido, & ægro corpore surrexisse, videlicet ex lecto in quo somni causa, decubuerat. Cæterum, verba illa Danielis: *Cum essem in Susan castro Ælamitico regionis, vidi me esse super portam Vlai*, quinque complicatas habent quæstiones. Primam quæstionem excitauit Dionysius Carthusianus in extremo commentario suo super hoc octauo capite, quam ipse confitetur esse sibi inexplicabilem: hæc autem est, qua ratione dicat Daniel, se eum hanc visionem habuit, fuisse in ciuitate Susan regionis Ælamiticæ: siquidem Susiana ciuitas, & regio Ælamitica, non ad dominationem Babyloniorum, sed ad ditionem Persarum, vt tradunt omnes cosmographi, & historici pertinebat: Daniel autem tempore huius visionis, sub imperio erat regum Babylonis, nec ante cædem huius Balthasaris, quatuordecim post hanc visionem annis factam in potestatem, & regionem Persarum deuenit. Sed responderi potest ad hanc quæstionem dupliciter: primo, sicut respondet Theodoretus, quod dicitur fuisse Danielem in ciuitate Susan, non esse intelligendum, fuisse eum ibi, secundum præsentiam corporalem, sed tantummodo visionem imaginariam, vt sensus sit, videbat mihi esse in ciuitate Susan, quomodo Ezechiel, & Ioannes, in spiritu, & per visiones imaginarias, in remotissimis locis fuisse dicuntur. Nec sine causa vtio hæc representata est Danieli, quasi ipse esset in ciuitate Susan, sed quia, vt inquit Theodoretus, visio hæc præmonstrauit regnum Persarum, euersum iri à rege Græcorum, vbi autem Susorum erat sedes regum Persarum, ibique præcipue eorum gaza erat condita, quam vrbem expugnauit Alexander, omnes gaza potitus: propterea satis congruebat visioni, quæ erat de regno Persarum, vt repræsentaretur quasi facta Susis, quæ erat vrbs Persarum regia, & gazophylatium. Illud præterea responderi potest: reuera Danielem eo tempore fuisse Susis, hanc enim sententiam redderet videtur nostra translatio Latina: & id quod obiicitur, Susianam regionem non fuisse eo tempore Babyloniæ ditionis, sed Persicæ, nihil negotij est diluere: fuit enim Susiana regio, auctore Strabone, l. b. 15. in confinio Persidis, & Babyloniæ: quocirca simillimum veri est, tempore Danielis, quo longè, lateque prolatum fuerat Chaldæorum imperium, eam regionem sub regum Babylonis dominatu fuisse. Cosmographi autem, & historici, qui Susianam prouinciam Persarum regno assignant, haud dubie loquuntur de regno Persarum, postquam subactis Chaldæis, multisque aliis gentibus, in amplissimam monarchiam euasit.

Altera quæstio. Quænam fuerit ciuitas Susan, cuius, & hoc loco, & alias sæpe meminit Scriptura. Strabo libro decimo quinto, scribit: eam vrbem fuisse conditam à Thitono patre Memnonis: sed probabilius est, quod ait Diodorus libro



Prima quæstio quatenus neporuit Daniel, quo tempore hæc visio contigit versati in ciuitate Susan.

Solutio quæstionis duplex, & prima ex tentetia Theodoreti.

Secunda ex sententia aliorum.

Secunda quæstio quæ fuerit ciuitas Susan, & à quo condita.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tertio, capite sexto, cum præcipua ex parte ab ipso Memnone fuisse tempore belli Trojani, fabricatam. Cui opinioni fidem facit, quod ea vrbs diu cognominata est Memnonia, vt tradit Herodotus libro quinto, nec abnuit Strabo, qui ait, antiquum eam vrbem fuisse, centum viginti stadiorum, quibus tamen Polybius, eodem referente Strabone, alia octuaginta stadia addidit. Plinius libro sexto, capite 27. à prædictis auctoribus discordans, eam vrbem inquit, à Dario Hystaspis esse conditam. *Infra est, inquit, Susiana, antiqua vetus regia Persarum. Susa à Dario Hystaspis filio condita.* Quæ sententia, nisi eam, vt planè illam reiicere volumus, interpretatione adumbrata est, & intelligendum, Susanam vrbem, non quidem ab imis fundamentis extructam esse à Dario, sed maiorem in modum ab eo communitam, amplificatam, exornatam, & condendis in ea Persicis thesauris nobilitatam. Strabo libro decimoquinto, affirmat, Susa, factam esse regiam Persarum à Primo Cyro, duas ob causas: tum quod Persis ab aliis regionibus longissime remota, incommodissima tanti imperij administrationi visa sit: Susa verò, quod inter Persidem & Babylonem media esset loco, vt commodissime ex aliis imperio Persarum subiectis prouinciis, illud conuenire posset, opportunissima ad sedem regum illic collocandam, iudicata sint. Tum etiam hunc honorem reges Persarum tribuere voluerunt, constantissimæ fidei, atque obedientiæ Susianorum aduersus Persas quippe, qui toti exteranum gentium, quæ Persarum parebant imperio, nunquam à Persis, defectionem aliquam tentauerunt.

Locus Plinij de eo dictore vrbis Susorum explicatus.

Tertia quæstio eũ Susan fuerit vrbs amplissima, cur hic à Daniele appellatur castrũ

Tertia quæstio. Cum Susa vrbs fuerit amplissima, & potentissima, cur eam Daniel hoc loco appellat castrum, dicens: *Cum esset in Susan castro.* Diuus Hieronymus hanc reddit causam: *præterea, inquit, appellauit castrum, quod ea vrbs validissimis esset circũdata mœnibus, & in modum castri tota undique munita.* Illud etiam dici posset, illa verba significasse, Danielem fuisse in ciuitate Susan, sed in præcipua tamen eius parte, hoc est, in castro, seu arce ciuitatis: quæ arx olim à conditore cognominata est Memnonia, & tam munimenti causa, quam condentis, & antiquitatis laude, admodũ nobilis, & celebris fuit. Narrat Polybius lib. 5. Molonem, cum multas ciuitates regi Antiocho Magno abstulisset, venisse Susa: & vrbem quidem non diffidenter cepisse, arcem verò, diu multumque tentata expugnatione, ea peregisse quam potuisse. Quidam pro vocabulo illo, *castrum*, verterũt ex Hebræo, *regiam, seu metropolim*, vt habent in suis versionibus Pagninus & Vatablus. Quamquam tempore Danielis, necdum Susa, regum sedes constituta fuerat.



Nec desunt, qui tradant, quo tempore Daniel vixit, fuisse Susorum ciuitatem eo tempore per exiguam, & ignobilem, omnemque eius claritatem fuisse in castro, seu arce, atque ob eam causam Danielem, vt refert Iosephus, turrem quandam extruxisse mirabili structura, tantæque dignitatis, & magnificentiæ, vt in ea postea reges Persarum, Medorum, & Parthorũ sepelirí voluerint, eiusque turris custodia (scilicet ob Danielis memoriam) vni alicui gentis Iudæorum Sacerdoti, semper ea mandabatur. Sed profectò, in historia eius turris lapsum esse memoria hoc loco D. Hieronymus, quam fœlix est legẽti Iosephum, apud quem in lib. 10. antiq. peripicuis verbis expressum est, eam turrim fuisse ædificatam à Daniele, non in Susis, sed in Ecbatanis: quæ erat metropoli Medorum. Nam quod author historiæ Scholasticæ super Danielem, ca. 7. tradit, eandem ciuitatem fuisse olim appellatam Ecbatana, & Susan, fatis ut pa ret, ab ipso, qui chorographiæ non esset valdè peritus, fuisse confictum.

D. Hieronymus lapsum in historia Iosephi.

Historiæ Scholasticæ error.

Quarta quæstio. Daniel ait, Susan castrum fuisse in regione Ælam, & D. Hieronymus hoc loco affirmat, Susan fuisse metropolim Ælamiticæ regionis. Sed contra sentiunt Strabo, Iosephus, & Theodoretus, qui Susan in Persidem includunt, fuerit in eiusque partem faciunt. Plinius autem li. 6. c. 27. regionem Susianam, & Ælamiticam in duas distinguit prouincias, easque interfluo Eulæo flumine disterminat. Mihi sit admodum verisimile antiquitus omnem illam regionem, quæ est infra, & supra Eulæum, dictam esse Ælamiticam. Postea crescente Susianorum claritate factas esse duas prouincias, & inter medio Eulæo distinctas. Denique, Persis imperium obtinentibus, & vrbe Susorum facta Persarum regia, fuisse tunc ciuitatem Susorum, & Susianã regionem, quasi partem quandam Persidis habitam. Ex hac nostra interpretatione apparet, tempore Danielis, Susan pertinuisse ad prouinciam Ælamiticam: postea contigisse quod tradit Plinius, vt Susiana regio distingueretur ab Ælamitica: ad extremum euenisse, vt Susa tanquam pars, & metropolis ipsius Persidis haberetur, quemadmodum Strabo, Iosephus, & Theodoretus prodiderunt. Illud præterea hoc loco intelligendum est, pro eo quod in nostra versione Latina legitur, *in regione Ælam*, antiquos codices Latinos, & vt quidam putant, etiam emendatiores, habere, *in ciuitate Ælam*, sic vertisse Symmachum, testis hoc loco est D. Hieronymus, qui ait ciuitatem Ælam fuisse, à qua tota regio nominata est Ælami tica, sicut a Babylone Babylonia. Certe, vocabulum Hebraicum, & ciuitatem significat, & regionem, licet hoc frequentius. Si legamus, *in ciuitate Ælam*, necesse erit per Susan castrum, non

Varia lectio narrata in textu explicatur.

Universidad de Deusto Biblioteca



ipſam Suſorum vrbem, neque enim vrbs Suſorum in ciuitate Ælam eſſe poterat, ſed caſtrum ſeu arcem appellatum Suſan, quæ erat in ciuitate Ælam, intelligere.

Quinta quæſtio, de varietate lectionis.

Quinta quæſtio ſuper illis verbis *vidi me eſſe ſuper portam Vlai*. Multiplex eſt loci huius lectio. Prima eſt, quam habet vulgata verſio Latina, quæ ergo Hieronymi eſt. Cuius lectionis hæc eſt ſententia, portam Vlai eſſe nomen cuiuſdam portæ illius ciuitatis, ſicut Troia & Roma multas habebat portas, diuerſis nominibus appellatas. Aquila vertit, *ſuper Vbal Vlai eſſe*: Theodotio tãtum, *ſuper Vbal*, quã lectionẽ habet Theodoretus, licet in commentario dicat vertiſſe quoſdam *ſuper portã*. Symmachus trãſtulit, *ſuper portam Vlai*: Pagninus *(ſuper fluuiũ Vlai)* nouã trãſlatione Vaubil *(ſuper flumen Eulæum)*. Quæ lectio ſatis congruere videtur cum loco, & cum ciuitate Suſan, cuius arcem, & templum Dianæ, illis regionibus augustiſſimum, eiusdem fluuij Eulæum, cuius fluminis aquam vſque adeo Perſarum regibus fuiſſe in deliciis accepimus, vt non aliam biberent, & quocũque irent etiam in longinqua portari iuberent. Suidas enim libro ſexto, capite 29, ſcribit Plinius, *Suſanidi Hymnade diſſerminat amnis Eulæus ortus in Media modicæ capit ſpacij, cumculo candidus, vnde ſuſque exoritur, & per Meſabatenen lapſus, circuit arcem Suſarũ, ac Dianæ templum augustiſſimum illis gentibus, & ipſe amnis in magna eſt cæremonia, ſiquidem regem ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant.*

Amnis Eulæus Perſidem rigat.

*Et ecce aries vnus ſtabat ante paludem, habens cornua excelſa, & vnum cornu excelſius altero, atque ſucreſcens.*

Cur Perſarum regnũ arieti ſit comparatum. Ruperti.

ARietem ſignificaſſe regnum Medorum & Perſarum, ipſemet angelus infra declarat. Cur autem regnum Perſicum arieti comparatum fuerit, non eſt in promptu explicare. Solus interpretum Theodoretus eam reddidit rationem, quod ſicut aries ſua lana grauatur, & tam propter carnes, quam propter lanam nocet datur, ita regnum Perſarum, nimia opum abundantia, & imperij magnitudine, quaſi grauatum, præſumque, tandem corruerit. Poſſet etiam illud addi, quod ſcribit Rupertus libro octauo de victoria verbi Dei c. 30. *Quæſiſti, inquit, dignum eſt, cur in viſione priori regnum Perſarum per ſimilitudinem vrſi, in hac autem viſione, per ſimilitudinem arietis ſignatum fuerit. Ad quod congruè reſponderi poteſt, quia cauſa diuerſa, immò contraria regni illius fuere erga Dei populum. Cauſa illas tam longè diuerſas dicere non dubitauerim, quã diuerſa ſunt natura horum animalium, vrſi & arietis, quorum alterum rapto, & cruore viuit: alterum innocuum, neque ſanguinem ſitit, neque rapto viuit. Promptum eſt hoc diſcerni ſi reſpicimus regnum illud ſecundum Aman, quàm crudele fuerit: ſecundum regem, quàm clementer illi populo ſe impenderit. Aman quippe veritus ne aduersus ſe, cruce furere, immanis rabie Iudæorum genus cunctis ſum ore aperto hians deuorare voluit. Reges autem Perſarum, quamuis arietis, lanis ſuis id eſt, opibus crudelia, quibus regna illud abundant eundẽ populum foue & dilexit, nullumque locum malitiæ ſuæ inflixit, ſicut aries dente nemini potuit, immo vitam gentis illius laſciuæ grauis regina Eſther, & Mardochæus. Sic Rupertus.* Eſth. 3. Eſth. 8.

Quid ſignificent duo cornua arietis, Ruperti.

Quid autem ſignificent duo cornua arietis, vnum excelſius altero, tres ſunt interpretationes. Prima eſt diui Hieronymi, qui ait ſignificari duos reges, hunc imperij & Monarchiæ Medorum ac Perſarum conditores, Darium Medum, & Cyrum. Hic autem, quia potentior illo fuit, & multoque latius imperium amplificauit, propterea celſiori cornu ſignificatur. Quam interpretationẽ & probat Rupertus, & pluribus verbis in lib. 8. de victoria verbi Dei ca. 31. hunc in modum pertractat. *Sequitur inquit, cur hircus vnius tam ĩmodica cornu habere viſus eſt, arietis autem duo cornua. Facilis patet reſponſio. Corpora quæ horũ animalium, ſingula regna ſignant: cornua vero eorundẽ regnorũ reges ſignificare. Ceſſat autẽ ſolus Alexander, & ante & poſt vnius Perſas regnũ Græcorũ nullis imperij ſocijs & conſortes tenuiſſe. Regnũ autẽ Perſarum & Medorum, duos reges vnius Babylonis ad tantã magnitudinem & potentiam extulerunt: Cyrus & Darius Medus annumerãtur enim & Aſtyagis filia, quã Græci Cyaxarẽ appellant, Cyro autem licet ætate ſtitior Dario, victoriis tamen & potentia atque opibus maior eſt effectus: ideoque vnum tantum arietis dicitur altero fuiſſe ſublimius.*

Theodoretus interpretatio.

Altera interpretatio eſt Theodoreti, qui duo cornua arietis ſignificare ait, duas familias regum Perſidis, penes quas fuit hoc imperium a Cyro vſque ad Alexandrum Magnum. Prior familia fuit, Cyri, qui hoc imperium fundauit, quæ mox in filio eius Cambyſe extincta eſt. Poſterior familia fuit Darij Hyſtaſpis, in cuius ſucceſſoribus vſque ad Alexandrum, Perſicum imperium permanſit: qui quidem fuere potentiſſimi, atque opulentiſſimi, atque ob eam cauſam familia hæc præſtantior fuit priore. Liber hic ponere verba Theodoreti. *Perſicum regnum, in quo, arieti ſimile in lucitur, quoniam diutius ſuis laboranti, multæ opum facultatem obtinuit abundantiam. Duo cornua in arietis contemplatur: quia primus regum horum eſt Cyrus, quod vſque ad Ilium ſuum tantummodo Cambyſem tranſmiſit. Hoc deinde excepit Darius Hyſtaſpis, cuius poſteri regnũ Perſicum vſque ad Alexandrum Magnum potiti ſunt. Duo itaque genera regum, per duo cornua ſignificantur, & ambo quidem videntur*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*excelsa, sed excelsius tamen priore posteriora amplius enim. Darij & Xerxis sceptra tenentibus regnum hoc fuit, quam superioribus. Etenim Cyrus Lydiam, Babylonem, & Asiam subegit: ita Darius adiecit, Scythas, Nomades, cum aliis multis gentibus: Xerxes vim fecit Europæ quoque regni sui iugum imponere conatus est. Nostro quam latè patens fuerit hoc imperium sub Assuero marito Esther, ex prima eius libri & decima capite, liquidò cognoscitur.* Hactenus ex Theodoreto.

Auctorii de hoc loco sententia.

Tertia interpretatio nostra est, quæ sententiæ verbatim Danielis magis videtur inhærere, magisque cum iis, quæ angelus in fra, visionem hanc interpretatus, dixit congruere. Arbitramur nos duo illa cornua arietis, significasse duo huius imperij, prima, propria, & præcipua regna, Medorum videlicet, & Persarum, quorum duorum dumtaxat appellatione tam ipsum imperium, quam Reges licet plurimis aliis Regnis dominarentur, nominabantur. Nam, & ipse Ie, & alij eos, non nisi reges Persarum & Medorum appellabant. Hoc indicauit angelus, cum visionem bicornis arietis exponens, *aries*, inquit, *est rex Medorum & Persarum.* Et sic intelligitur, hircum cum ariete congressus fregisse eius cornua, quòd Alexander cum vltimo rege Dario prælians cum vicit, & imperium Medorū ac Persarū ad Græcos transtulit. Neque enim videtur commode intelligi posse, Alexandrum destruxisse duo cornua, id est, Darium Medum, & Cyrum: vt Diuus Hieronymus intellexit: quippè qui plus ducentis annis ante ipsum Alexandrum decesserant: neque duas illas familias Cyri, & Darij Hystaspis, in quibus imperij hoc refederat, quemadmodū interpretatus est Theodoretus: siquidem vltimus rex Persarum Darius, qui victus ab Alexandro perdidit imperium, ex neutra familia fuit, non enim quia regio esset genere, sed causa virtutis & fortitudinis, cuius præclara ediderat exempla, Persarum suffragio ad regnū assumptus est, vt in extremo libro decimo tradidit Iustinus. Licet Diodorus libro decimo septimo, scribat, hūc Darium fuisse filium Arsami, qui regi Ocho frater fuerat. Eum tamen Darium Strabo extremo li. 16. regiæ stirpis fuisse negat.

Quas orbis partes sibi Persæ subiecerunt.

Sequitur. *(vidi arietem cornibus ventilantem contra occidentem, Aquilonem & Meridiem.)* Significatur his verbis, quas partes orbis, Persæ bello appetierint, & deuicerint, videlicet Australem, in qua est Ægyptus, Æthiopia, & Libya: aquilonarem, vbi sunt Pontica gentes: & occidentalem, hoc est, insulas maris mediterranei, quod Persis est occidentale: vnde pro illo, *contra occidentem*) Græcè est *(contra mare)* mare namque mediterraneum insulas omnes, vel voluntaria deditione, vel bellica potentia, Persæ obtinuerunt: præsertim vero Asiaticus maritimas Esther, sicut in decimo capite eius libri scriptum est. Hinc expositionem consona scribit Theodoretus, explanando hunc locum. *Omnia*, inquit, *Persæ sibi subiecerunt, quæ ad Austrum, & ad Aquilonem pertinent, etiam quæ ad Occidentem, vsque ad ipsum vsque, & plurimas earum insulas in seruitutem redegerunt. Statum nauisque cum Xerxe bellum Græcis inferente, simul contra Græcos pugnabant Cyprij, Rhodij, Samij, Lesbij, Chij, & Cycladis omnes.* Verū quod subdit Daniel *(& ego intelligebam)* significat se tunc eam visionem intellexisse, quæ tionem habet quomodo visionem tunc intellexerit Daniel, cuius paulo post ab Angelo intelligentiam petierit, & in extremo huius capitis ait, se hanc visione fuisse exterritum, nec inuenisse quemquam, qui eam sibi visionem interpretaretur. Verum, hoc solumnō fatisfaciet. Vel enim illud *(intelligebam)* idem valet, quod attentè visionem contemplans, anxiè, solicitè, & anxiè quærebam eam intelligere. Atque hæc est Theodoreti explanatio. *(Ego)* inquit, *contemplans rationem ipse reputabam, quæ per hæc significarentur, ea cupiens inquirere.* Vel cum D. Hieronymo dicendum est, Danielem partim intellexisse visionem, crassa historiarum & generali quadam cognitione, intellexit enim significari commutationem regnorum, id enim ex superiori visione quodammodo colligere poterat: partim vero non intellexisse, non enim visionem hanc intellexit propriè, subtiliter, distinctè, & enucleatè, ac secundum omnes circumstantias eorum, quæ in ea visione continebantur.

Dubitatio quæ dā quæ mox soluitur.

*Ecce hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, non tangens terram, habens cornu insigne inter oculos suos: & cucurrit ad arietem, in impetu fortitudinis suæ, & percussit eum, & comminuit duo cornua eius.*

Quæ de hirco dicuntur Alexandro aptantur.

HÆc similitudo hirci congredientis cum ariete, eumque vincentis manifestam habet significationem victoriarum Alexandri Magni de Persis: quibus triplici prælio victis, eorum ad Græcos transtulit imperium. Comparatur hirco Alexander: quia sicut hircus ardentior, velocior, & potentior est ariete, ita fuit Alexander, Persarum regibus. Vocatur hircus caprarum, id est, princeps & dux Græcorum, quia vt aries ouium, sic hircus caprarum princeps & dux est. Nec mirū est capris, comparantur Græci, propter mobilitatem animi, & sagacitatem atque acumen ingenij. Etenim docet Plinius caprā sagacioris esse ingenij, acutioris visus: & ad motum agilioris, quam oues, nec dubium est quin his rebus Persis Graeci

Cur Alexander Magnus comparatus sit hirco caprario.

Græcorũ mores per capras indicari. Plin. li. 8. c. 50. hoc indicat.

præstiterint. Dicitur hircus venisse ab occidente: Alexander enim è Macedonia quæ Persis est Occidentalis, profectus est in Asiam ad debellandos Persas. Græce est, (*venientem à Libya*) quæ verba hanc habent sententiam, postquam Alexander primo prælio ad Granicum flumen, duces Persarum vicerat, & secundo prælio in angustiis Ciliciæ ipsum Darium cum omni exercitu profligauerat in Ægyptum & Libyam venit: quibus aliisque finitimis regionibus sub potestatem suam redactis, ex Ægypto reuersus Darium reduxit exercitum, eoque deuicto, & paulò post a suis occiso, omnem Persarum monarchiam obtinuit. Sublime cornu inter oculos hirci prominens, significauit singularem Alexandri solertiam ingenij, & sagacitate, cum parsimonia tei militaris, & animi magnitudine coniunctam. illud autem, (*& non tangebat terram*) denotat incredibilem Alexandri in conficiendis actis & victoriis consequendis celeritatem. Verum, quia hæc quæ docuimus, magnam partem, excerpta sunt ex Theodoreto, libet eius commentarium, vt breuem, ita eruditum, hoc loco adscribere. *Macedonum regnum*, inquit, *sub enigmate significatum est in hac visione Danielis, quod propter celeritatem egressionis hircum appellauit, arietis enim velociores sunt hirci: tu & à Libyco ipsum venisse dixit, quia cum ex Ægypto subegisset Alexander, deinde in Persarum regiones transiit. Venit enim Darium in Cilicia, & deinde percussa Assyria, Phœnicia & Palestinam, & vrbibus partim dedentibus, partim vi captis, in Ægyptum venit. Deinde illo quoque regno potitus, versus decimo, maximum Persarum euertit regnum. Cornu illud insigne inter hirci oculos natum, ipsum vocat Alexandrum, propter ipsius ingenium prudentiam & sagacitatem. Primum autem, cum Dario ducibus congressus, omnia illis Asiæ regnum adeunti. Deinde cum Dario in Ciliciæ angusti cum exercitu occurrente, alterum præliuo commisit. Dario in fugam verso, maxima parte exercitus cæsa & matre, uxore, ac filijs Darij captis, postea ex Ægypto venit ad Babylonem, ipsum Darium occidit, & regnum eius obtinuit. Duo cornua arietis, gentes sunt, quæ erat hoc imperium duplici nomine, Medorũ, & Persarum ab omnibus appellata, propter Cyrum huius imperij fundatorem patre Medo matreque Persa generatum. Externi quoque scriptores, has ipsas gentes promiscue nunc Medos, nunc Persas appellant.* Sic Theodoretus. Qui lapsus tamen in eo est, quod dixit patrem Cyri fuisse Medum, matrem vero Persam, cum planè contrà se res habeat: pater enim fuit Cambyses, Persa, mater autem Mandanes filia Astyagis regis Medorum.

Rupertisententia, quam in-

Circa illud (*cum mississet in terram arietem conculcauit eum, & nemo quibat liberare eum de manibus eius*.) Rupertus libro octauo de victoria verbi Dei capite 28. ita scribit, *De illo regi*

*Dario*



*Dario dicere libet, quam fuerit infelix eum felicitas. & miserabilis vitam, ita vt grande spectaculum factus sit omnibus & experimentum magnum, quam instabilis sit status huius seculi & quam infida fiducia mundi. Tribus prælijs ab Alexandro victus, à cognatis suis aureis compedibus & curru & gratiam victoris vincitur, & sordido vehiculo exportatus, multisque vulneribus confossus, ab Alexandri militibus inuenitur, & perlatus ad Alexandrum, felicius te, inquit, hostem, quam cognatos propinquosque meos fortitus sum: matri quippe & liberis meis à te hoste data vita est, mihi à cognatis erepta, quibus & vitam dedi, & regna. Hæc propter meritam, & ladicream mundanæ felicitatis commentationem facta sunt, quæ regna mundi semper fallacia fuerunt, & sunt: verum est verbum, quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.* Psal. 21. Hæc Rupertus. Sed Curtius libro quinto, & Iustinus extremo libro vndecimo, negant Darium venisse vinum in conspectum Alexandri, & nouissima illa verba, non Alexandro, sed cuidam eius militi dixisse. Idem Rupertus eiusdem libri capite 29. ponit quæstionem cur in priori visione regnum Græcorum similitudine pardi, in hac vero, sub imagine hirci signatum fuerit. *Non enim sine causa tam diuersa vnius, & eiusdem regni figura est præmonstrata: sed ob res diuersas, visionum species diuersa est. Nam Spiritus sanctus sicut præscijt res venturas, ita rerum venturarum scitali congruè præuntes accommodare figuras. Futurum quippe erat, vt regnum Græcorum, & ferinam pardi ferocitatem, & effœminatam hirci libidinem, sua vibraret cornua contra Altissimum, suam abissimo et sanctam contra firmum diuinæ promissionis verbum. Ex sacris libris constat, quam fuerit hoc regnum ferocium, quam libidinosissimum. ferocissimum, secundum pardi sæuitiam: libidinosissimum, secundum hirci semper in libidinem prona petulantiam: assiduum, atque versutum, secundum pardi varietatem fluxum, atque incertum, secundum commoderatum hirtum sanguinis calorem. Vtili ista tam diuersi, ferocitate, & libidine regnum Græcorum contra populum Dei fabricauit: & ideo priori visione per pardum, & hoc per hircum præmonstrari dignum fuit.* Hactenus Rupertus.

stabilis, & fluxa sit humana scelicitas.

Cur regnũ Græcorũ & supra per pardũ & hic per hircũ sit figuratũ.

## *Hircus caprarum magnus factus est nimis, cumque creuisset, fractum est cornu magnum.*

AD quantam imperij magnitudinem, nominis terrorem, & rerum gestarum gloriam, atque claritatem peruenerit Alexander, & quemadmodum breui post occiderit: in exordio prioris libri Machabæorum paucis quidem, sed admodum significantibus verbis, ita narratur, *Alexander, qui*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Maxima, sed breuissima Alexandri Magni, gloria & potentia.

*qui primus regnauit in Græcia, percussit Darij regē Persarū, & Medorum, & cepit prælia multa, obtinuit omnium munitiones, interfecit reges terræ, pertransijt usque ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis gentium. & siluit terra in conspectu eius: & congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis, & exaltatum est cor eius. Post hæc decidit in lectum, & regnauit quem mori tur.* Plinius item libro decimo octauo, cap. 7. affirmat, regnante Alexandro summam tuisse Græciæ in toto orbe potentiam, & gloriam. Dicitur cornu illud significans Alexandrum, fuisse fractum, quo non intelligimus Alexandrum in bello occubuisse, vel certo cæsum perisse, siquidem is obiit, vel ex intemperie ebrietatis, quam mortis causam, amici eius inualuisse tunt vel, quod persuasum multis est, mixto in potu veneno, necatus est, propterea igitur cornu dicitur fractum, quod Alexander robustissimo corpore, validissimis animi viribus, media iuuentute, floremissimaque ætate, præter ipsam omnium-que opinionem, quasi violentissimo quodam telo percussus, interiit.

Qualiter sit mortuus.

Breuis cronographia vitæ, rerūgestarum, & mortis Alexādri Magni.

Sed non erit hoc loco alienum, nec legentibus hæc, non gratum, si omnem Alexandri, & vitæ, & nobiliorum rerum chronologiam, in præsentia, quasi parua in tabula adumbratā, ante oculos legentium exponamus. Natus est Alexander primo anno Olympiadis centesimæ sextæ, & anno vrbis conditæ trecentesimo nonagesimo quinto, die sexto mēsis Hecatombæonis, quo die deflagrauit Ephesi templum Dianæ, vaticinantibus magis magnum eo die natum Asiæ incendium. Non iuste recte Solinus cap. 45. auctore Cornelio Nepote, Alexandri ortum in annum trecentesimum octogesimum quintum vrbis conditæ retulit. Lapsus etiam est Orosius, qui lib. 3. cap. 7. Alexandrum anno vrbis conditæ quadringentesimo secundo, natum esse dixit. Sed miror Eusebium in chronicis: nam qui Alexandri anno primo Olympiadis cētesimæ decimæ quartæ ætatis quoque suæ trigesimo tertio decessisse annotauerat, consentaneum fuerat, vt non in secundo anno, sed in primo Olympiadis centesimæ sextæ, ortum ipsius signaret. Annos natus Alexander quindecim, a patre in disciplinam Aristoteli traditur, quo doctore, totum quinquennīū, literis & doctrinis rege dignis perdiscendis, consumpsit. Ita scribunt Iustinus lib. 12. & Laertius in Aristotele. Patre occiso, agens vigesimū annum, principatum iniit, quemadmodum libro vndecimo tradit Iustinus. Quocirca fallitur Orosius libro tertio capite 16. exortum regnare Alexandrum anno ætatis suæ vigesimo quarto. Anno primo regni, sui populus Illyrici, Traciæ, & Græciæ, partim metu patris solutos, partim contempru

Quando regnare incœpit.

ætatis



ætatis eius elatos, armis compescuit ac perdomuit: sic est apud Iustinum lib. 11. Anno secundo primum prælium, cum ducibus Darij ad Granicum flumen iniuit, victorique, Asiæ rapuit imperium: sic Diodorus scribit lib. 17. Anno tertio, cum ipso Dario in angustiis Ciliciæ congressus, victo rege magnaque cum strage profligato exercitu: victor fuit. Anno quarto, venit in Phœniciam, & Ægyptum, & Iudæam, quo tempore & Tyrum expugnauit, & Alexandriam condidit. Atque Hierosolymam veniens, pontificem adorauit, templumque veneratus, sacrificante Deo & vaticinium Danielis, quod in hoc capite continetur, de rege Græcorum euersuro imperium regni Persarum ac, Medorum tāquam ad se propriè pertineret, lætus gaudensque audiuit; sicut in libro vndecimo antiquitatum testificatur Iosephus. Fuerat autem vaticinium hoc Danielis de victoria Alexandri ante ortum ipsius plus ducentis annis editum. Anno quinto, vel, vt magis placet aliis, sexto, tertio prælio confligit cum Dario, calendis Octobris, quo penitus debellato, & paulò postea suis interēpto, & Asiæ imperator à suis salutatus est, & omni Persarum imperio potitus. Reliquos sex regni vitæque annos, plurimas gentes & prouincias Orientis, vsque ad Gangem fluuium & Indicū Oceanum, in suam potestatē redegit. Anno primo Olympiadis cētesimæ decimequartę, Babylone, decessit. Hoc tradere de tēpore obitus Alexandri omnes rerum eius scriptores, in priori libro contra Appionem Iosephus confirmat. Male igitur apud Clementem in primo libro Stromatum, Eratosthenes narrauit Alexandri obitum, in Olympiade centesimæ duodecimæ Eusebius in chronicis nobiscum sentit: sed in octauo libro de demonstratione Euangelica, vno anno ante, id est, in quarto anno Olympiadis decimotertiæ obitum Alexandri signauit. Omne igitur regni Alexandri tempus duodecim annis indefinitum est, superque aliquot mensibus, qui secundum Eusebium fuere sex, secundum Diodorum, septem, secundum Arrianum diligentissimum, & fidelissimum huius Alexandri scriptorem, octo. Et hoc mirè congruit cum sacra chronologia, quæ initio libri prioris Machabæorum, duodecim annos regno Alexandri assignat, videlicet plenos tātum annos memorans, tacitis, qui superfuere mensibus. Similiter Theodoretus super vndecimum caput Danielis, ait regnasse eum duodecim annis solidis. Titus Liuius, partem decimitertij anni pro anno numerans in lib. 45. scripsit, Alexandrum tredecim annis regnasse. Ex his palam est, deceptum esse Tertullianum, qui in libro contra Iudæos, regnasse scripsit Alexandrum decem annis: & Strabonem lib. 15. atque Aulum Gellium lib. 17. cap. 21. tribuentes ei vndecim annos. Nec minori

Hierosolyma à venit Alexandro facta.

Quot annos regnauerit.

in errore versatus Iustinus lib. 12. qui regnum Alexandri extē dit vsque ad 14. annum, Clemens vero Alexandrinus in primo libro Stromatum, etiam vsque ad decimum octauum, Vixit Alexander tres & triginta annos, vt Eusebius in chronicis, & Cicero Philippica quinta prodiderunt: non tamē plenos & solidos, nam auctore Arriano, trigesimi tertij anni mensem octauum non excessit. Liquet igitur errasse Iustinum, qui Alexandrum quatuor & triginta natum annos, humanis rebus excessisse putauit. Iustinum sequutus Rupertus in libro nono de Victoria Verbi Dei, capite 14. ait, Alexandrum annos natum tres & triginta, supersque mensem vnum occidisse. Diuus Hieronymus super caput vndecimum Danielis scribit Alexandrum veneno periisse, trigesimo secundo ætatis, regni autem duodecimo anno, ba. id subjē intelligens annum trigesimum secundum plenum & solidum, & trigesimum tertium tacens, vt imperfectum. Verum de chronologia vitæ, atque imperij regis Alexandri, ita dictum sit.

*Et orta sunt quatuor cornua subter illud, per quatuor ventos cæli.*

Alexādri successores.

MOrtuo Alexandro Babylone, in trigesimo secūdo ætatis suæ anno, vt hoc loco inquit Hieronymus, surrexerunt pro eo quatuor duces eius, qui sibi imperium diuiserunt. Ægyptum Ptolemæus Lagi filius tenuit. Macedoniā Philippus, qui & Aridæus, frater Alexandri: Syriam & Babylonem & omnia regna Orientis Seleucus Nicanor: in Asia regnauit Antigonus: Sed isti non repugnauerunt in fortitudine eius, id est, Alexandri, nullus enim magnitudini Alexandri potuit coæquari. Similia Hieronymo scribit Theodoretus. Verum obiici potest, qua ratione verum sit, quod ait Daniel. & hoc capite octauo, & superiori capite septimo, quatuor fuisse Alexandri in regno successores: siquidem aut loquitur Daniel de proximis Alexandri successoribus post eius obitum, sed hos plures fuisse decem, manifestum est legenti Iustinum libro 13. Curtium libr. 10. Diodorum libr. 18. etiam Orosium libro tertio. Aut Daniel loquitur de iis successoribus Alexandri, quotum in posteris imperium ab ipsis susceptum multa secula permansurum erat enim, hos pater, non nisi tres fuisse, Antigonum, cuius posteri regnarunt in Macedonia, Ptolemæum Lagi, cuius posteri regnum Ægypti tenuerunt, & Seleucum Nicanorem, in cuius familia, & posteritate, multos annos Asiæ, Syriæ, & Orientis imperium resedit. Sed huic obiectioni facile occurritur si dicamus Danielem loqui de iis, qui proximè Alexandro successerunt, qui licet plures decem, vt

An quatuor fuerint Alexandri in regno successores.

duodecim fuerint, eorum tamen quatuor supradicti, quasi principes erant: scilicet quibus cæteri omnes adhærebant, & cum inter illos quatuor de imperio æmulatio, & dimicatio orta esset, cæteri ad alium aliquem eorum quatuor, sese adiunxerunt.



Cæterum illud grauiorem habet difficultatem, & arduam explicatu quæstionem, an illi successores Alexandri, posteaquam eorum regnorum acceperunt ab ipso Alexandro, qui dū viueret, desperata tamen salute imperium suum in præcipuos amicorum, & principum dispertiuerit: an vero ea diuisio imperij post mortem Alexandri, ab ipsimet, fortione, vel pluriū suffragiis, vel vnius alicuius iudicio, ac sententia facta sit. In hac enim quæstione, sacra historia discordare videtur ab externis scriptoribus, quippe, quæ in exordio prioris libri Machabæorum tradit Alexandrum, dum adhuc viueret, regna sua diuisisse pueris suis. At diuersum, imo contrarium externi scriptores rerum Alexandri, Iustinus, Diodorus, Curtius, Arrianus, Iosephus, quin etiam Orosius prodiderunt. Atque hanc fuisse confirmant causam tantæ æmulationis, tam efferatæ discordiæ, & tam atrocium bellorum, quæ inter principes Alexandri, gesta sunt, quod nemine ab Alexandro imperij hærede nominato, omnes in eius cupiditatem exciterunt, nullo alij cuilibet suorum commilitonum subiici, & parere sustinente. Audi Iustinum in extremo libr. 12. *Cum deficere*, inquit, *Alexandrum amici eius viderent, quæsierunt, quem imperii sui hæredem relinqueret dignissimum. Hæc vere velut bellum inter amicos cecidisset, aut malum discordiæ misisset, ita omnes in æmulationem consurgunt. Quam ambitione vulgi, talium fauore multi tam querunt.* Orosius autem lib. 3. cap. 23. hanc modum scribit: *Mortuo Alexandro, Principes eius per quatuordecim annos imperii ipsius dilaniauerunt. Ex veteris optimum prædam à malo non leue prostratam, quidi discerpere cæpit, sequi ipse immanis in vitā ferarum prædæ æmulatione fregerit.* Videor mihi satisfacere hanc difficultatem posse dissoluere. Dicam enim, veram esse eam sententiam, quam sequutus est scriptor prioris libri Machabæorum, & reuera distributionem imperij in duces, & amicos Alexandri, etiamnum viuente eo, esse factam: Nam fuisse eam opinionem, & antiquam, & à multis proditam, non negant, etiam qui ei contradicunt. Vnum de iis audiamus Q. Curtium in libr. 10. ita scribentem: *Credidere quidam testamento Alexandri diffributas esse prouincias, sed famam eius rei, quam quā ab auctoribus tradita est, vanam esse compertum est.* At enim, inquit erat Curtius rationes afferre, cur mihi non & falsam esse eam opinionem arbitrarentur. Adiiciam alterum responsum.

An diuisio imperij Alexandri in duces eius, eo viuente, an post eius mortem facta sit.

Alexandride successore dictum.

Orosius.

Q. Curtius.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sum. Dici potest, Alexandrum regna ducibus, & amicis suis partim diuisisse ante obitum, partim autem nō diuisisse. Quo planius hoc intelligatur, iciendum est, sexto die, quam laborare Alexandri cœperat, circumstantibus amicis, cum præclusa voce loqui non posset, exemptum digito annulum dedisse Perdiccæ, quo sub declarauit, se in illum omnem suam auctoritatem, & potestatem transtulisse. Verum commodius hæc, verbis Iustini enarrata intelligentur. *Sexto die*, inquit Iustinus ex tertio libro duodecimo, *præclusa voce, detractum digito annulum Perdiccæ tradidit. Quo regni fluxi amicorum eius dissensiones sedauit. Nam, etsi nullo nuncupatus haberi iudicio tamen electus esse videbatur.* Addit Curtius, libro decimo, in illo concilio duum Alexandri, ad deliberandum de successore eius coacto, dixisse quendam nomine Aristonum, videri sibi manifesto indicio declarasse Alexandrum, quem vellet post mortem suam imperio suo præesse, scilicet, cui ipse annulum suum tradidisset. Quocirca videri sibi summam imperij ad Perdiccā deferri oportere. Subdit Curtius nō dubitauisse cæteros, quin vera ille diceret, simulabāt tamē, non æquo animo ferre, quēquā sibi suorum commilitonum præponi. Curtij verba ita se habent: *Tum Aristonus orsus est dicere. Alexandrum consultum, cui relinqueret regnum, optimum delegisse. Iudicium autem nō ipso optimo Perdiccam, cui annulum tradidisset. Nec enim vanis eum assidentis, sed veris muneribus esse ornatum, ex turba amicorum delegisse cui traderet. Placere igitur, summam imperij ad Perdiccam deferri. Necdubitauere, quin vera acciperet. Itaq; vniuersi precedere in medium Perdiccam, & regia annulum tollere iubebant?* Hęc Curtius. Tanta igitur potestate delata tibi ab Alexādro, prouinciæ, quæ sub eius erant imperio, Perdicca, ducibus, & principibus diuisis, hinni, vt remouerent æmulos, sic ait Iustinus lib. 13. & munus imperij, beneficij sui faceret. Ex his autem concludimus, quod intendimus. Nam si constat, & auctoritatem Alexandri in Perdiccam dato annulo esse collatam, & ab ipso diuisa esse regna ducibus Alexandri, liquet profectō, eam diuisionem dici posse quodammodo factam ab Alexandro, qui dando annulum Perdiccæ, declarauit, quod ab ipso fieret, tamquam sua potestate, & auctoritate collaudateque factum, haberi oportere. Atque hoc ipsum, nisi ego fallor, videtur intellexisse Rabanus, & significasse, cum explanans locum illum supra allatum ex primo libro Machabæorum. *Alexander cum adhuc viueret, diuisit regna sua pueris suis*; diuisa, inquit Rabanus, hoc est dimendata reliquit.

Iustinus.

Q. Curtius.

*De vno autem*



*De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum, & factum est grande, contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem.*

EX vno successorum Alexandri, genus, & originem duxit Antiochus Epiphanes, quem hoc loco significauit Spiritus sanctus per cornu modicum. Ille auctor generis, & imperij Asiatici, atque Syriaci, quod ex ipso generatus, octauo loco tenuit Epiphanes, fuit Seleucus Nicator, seu Nicanor: qui post Alexandri mortem, primo quidem creatus est summus castrorum tribunus, vt Iustinus ait libro decimo tertio, seu dux socialis, & equestris agminis, vt in Syriaco tradit Appianus: deinde, cæsio Laomedonte satrapæ Syriæ, vltroque Antigono, totius Syriæ, & Asiæ vsque ad Indum flumen, obtinuit imperium, & tunc reges nomen, atque insignia assumpsit nono anno post mortem Alexandri, si credimus Sulpitio in libro secundo, sacræ historiæ, vel anno duodecimo, vt notauit Eusebius in chronicis. Altis placuit, initium regni huius Seleuci signari in anno primo decimæ septimæ Olympiadis, scilicet, quo tempore recuperata Babylone, regium nomē, & diadema sibi imposuit. Atque hinc plerique existimant regnum eius computandum. Eusebius in chronicis, duos & triginta annos regnasse eum annotauit: Appianus verò ex quo post mortem Alexandri imperium habere cœpit, annos principatus eius definiens duos & quadraginta cōstituit.

Ab initio regni huius Seleuci, anni duodecim vel quatuordecim post mortem Alexandri, anni regni Græcorum, quo tum in libris Machabæorum frequens est commemoratio, non autem à morte ipsius Alexandri, vt multi falso putauerunt, computari debent. Hoc autem conceptis verbis docet Eusebius in chronicis, idemque confirmat in libro octauo, de demonstratione Euangelica: quo loco, a primo Cyri anno, ad initium vsque imperij Seleuci, vel regni Græcorum, numerat annos ducentos quadraginta octo, cum ad mortem vsque Alexandri, triginta sex, & ducentos putasset annos. Ponam hic verba Eusebij, prout ea Diuus Hieronymus latinè conuersa memorat in suo commentario, super nono capite Danielis: *Seleucus*, inquit, *diadema totius Syriæ, & Asiæ capiti suo imposuit, anno duodecimo mortis Alexandri, in quod tempus, supputantur omnes anni à Cyri imperio, ducenti quadraginta octo: ad mortem verò Alexandri, ducenti triginta sex numerantur. Ab hoc exordio imperij Seleuci, Scriptura Machabæorum, regnum Græcorum enumerat.*

Ce

Eusebius Iosephus

*merat*. Sic Eusebius, libri duodecimi antiquitatum capite septimo, aperte ostendit annos regni Græcorum, a principatu Seleuci esse inchoandos: ait enim, templum Hierosolymitanum fuisse ab Antiocho Epiphane pollutum, anno postquam beleucus in Asia, & Syria regnare cœpit, centesimo quadragesimo quinto. In primo autem capite prioris libri Machabæorum hoc ipsum euenisse traditur, anno regni Græcorum centesimo quadragesimo quinto: ex quo apparet, idem annorum regni Græcorum, & imperij Seleucidarum fuisse exordium. Eadem sunt sententia Seueri Sulpitij libro secundo sacræ historiæ & Rabani super primo capite prioris libri Machabæorum, nec non, & nostræ ætatis diligentiorum, atque doctiorum chronologiorum. Quid? quod eam ipsam sententiam duobus, nec obscuris, nec inualidis argumentis, confirmare possum? Etenim, si annos regni Græcorum ordiamur a principio regni Seleuci, eosque persequamur per eius posteros vsque ad octauum annum Antiochi Epiphanis, quo templum Hierosolymitanum ab ipso violatum, & pollutum est, ex annis quibus quisque eorum regum regnauit, conficiemus summam annorum cētum quadraginta quinque, tot nempé, quot anni regni Græcorum ponuntur in prioris libri Machabæorum, capite primo. Si autem annos regni Græcorum putemus à morte Alexandri, ex eo tempore ad octauum annum regni Antiochi, non centum quadraginta quinque, sed centum quinquaginta septem, vel centum quinquaginta nouem annos interfluxisse reperiemus. Deinde, Iosepus libro duodecimo antiquitatum, & capite septimo, annum centesimum quadragesimum quintum regni Græcorum, quo templum, vt diximus, prophanatum est ab Antiocho, incidisse ait in Olympiadem centesimā quinquagesimam tertiam: quod sanè verum esse non posset, si annos regni Græcorum à morte Alexandri putaremus. Mors enim Alexandri, competit in annum primum olympiadis centesimæ decimæ quartæ: exinde ad olympiadem centesimam quinquagesimam tertiam, fluxerunt olympiades triginta nouem, hoc est anni centum quinquaginta sex. Computatio igitur annorum regni Græcorum, non à morte Alexandri, sed ab initio regni Seleucidarum, cœpit exordium.

Alexander quando sit mortuus

Nicolai de Lyra lapsus.

Ex his palàm est, aberrasse à vero Nicolaum de Lyra, qui in suis commentarijs super primo capite prioris libri Machabæorum, contendit, annos regni Græcorum, qui sæpius in illis libris recensentur, ab Alexandro Magno putari oportere. Verum, ferenda non est impudens temeritas, & temeraria imprudentia Ioannis Annij, qui in suis commentarijs super Philonis libro, qui inscribitur Breuiarium temporum, ausus est dicere,



dicere, libros Machabæorum olim fuisse sine vlla notione temporum, sed eos postea, adiecta temporum, distinctione, à Iosepho esse corruptos atque apocryphos redditos. Traditur enim, inquit ipse, in primo capite prioris libri: Antiochum regnare cœpisse anno regni Græcorum centesimo trigesimo septimo, cum tamen luce clarius sit, primum annum Antiochi fuisse ab Alexandro magno, vnde regnum Græcorum proculdubio initium habuit, centesimum quinquagesimum tertium. Ecce tibi, quam arrogantem fecerit Antonium veræ historiæ, & chronologiæ ignoratio. Si enim is legisset Iosephum, si Eusebium, si Hieronymum, si rationem temporum ab optimis auctoribus vere descriptam, & explicatam cognouisset, non tam temere libros Machabæorum, sicuti eos nunc habet & publicè legit ecclesia, mendosos, & apocryphos esse pronunciasset. Nec solus in eo errore versatus Annius, etiā Ioannes Lucidus, Driedo, atque alij complures, decem cum, in chronologia sane fallacem, & plane ex cum, fecisse sunt.

Falsa & temeraria sentētia Ioannis Annij de libris Machabæorum redarguitur.

Sed enim, quæret de nobis fortasse quispiam, cum diuina Scriptura in libris Machabæorum, primum regem Græcorum appellet Alexandrum magnum, cur non ab eo potius, quam a Seleuco, chronologiam regni Græcorum arcessere voluerit: cur item potius à Seleuco, quam ab Antigono, vel Ptolomæo qui & ipsi Græci, & successores Alexandri, & clarissimi reges fuerunt, originem & rationem regni Græcorum repetendam esse duxerit? denique cur regnū Seleucidarū, qui nō in Græcia, sed in Asia, & Syria regnauerūt, Græcorū regnū appellauerit? Verum ad hæc ita respondeti potest. Etsi Alexander primus in Græcia regnauit, quin etiam regni Græcorum ipse conditor fuit: attamen regnum eius ad posteros ipsius non peruenit. Seleucus autem & ipse multos annos regnauit, & regnum eius longa regum successione, in familia ipsius diu permansit. Cur autem historia Machabæorum non ab Antigono, vel Ptolemæo, sed à Seleuco regnum Græcorum deducat, in promptu est. Seleucidæ namque, cum Asiæ ac Syriæ imperarēt etiā in Iudæos habuere imperium, & quæ narrantur in libris Machabæorum, ea omnia, & ipsis Seleucidis Iudææ dominantibus, & fere cum Iudæis gesta sunt. Regnum porrò Seleucidarum, licet non in Græcia, sed in Asia, & Syria contineretur, quia tamen ipsi, Græci erant genere, lingua, religione, legibus, institutis, moribusque, & doctrina, propterea imperium ipsorum appellabatur regnum Græcorum.

Tres quæstiones, prima, cur chronologia regni Græcorū, in Scriptura non sumat initium a rege Seleuco. 2. cur regnum Seleucidarū appelletur regnū Græcorū, & earum solutio.

Sed reuertamur ad Antiochum Epiphanem, cuius causa superiora à nobis explicata sunt. Hic à primo illo Seleuco genus & originē ducens, octauus fuit rex Syriæ. Etenim, primus rex

Universidad de Deusto
Biblioteca



fuit, Seleucus Nicanor qui regnauit triginta duobus annis: secundus rex fuit Antiochus Soter, qui Eusebio, regnauit annis decem & nouem, Sulpitio viginti & vnum: tertius, Antiochus Theos, annis quindecim: quartus Seleucus Callinicus, secundum Eusebium, annis viginti, secundum Sulpitium vnum & viginti: quintus, Seleucus Ceraunus, secundum Eusebium & Sulpitium, annis tribus. secundum Appianum, duobus: sextus, Antiochus Magnus, qui Eusebio & Appiano triginta sex: Sulpitio, triginta septem regnauit annis: septimus, Seleucus Philopater, cui Iosephus libro 12. antiquitatum tribuit annos septem, Eusebius autem Appianus, & Sulpitius, annos duodecim: aliis placet eum regnasse annis vndecim, octauus Antiochus Epiphanes, hoc est, nobilis seu illustris, ob res plurimas prospere gestas eo cognomento appellatus. Hic filius fuit Antiochi magni, & Seleuci Philopatros frater minor natu. Nam quod hoc loco scripsit D. Hieronymus, fuisse eum Seleuci Philopatros filium, haud dubie hoc ipsi per obliuionem, vel per incogitantiam excidit. Dicitur hic rex in hac visione Danielis, *contemptibilem*, qui erat secundus natu filiorum Antiochi, ad quem regni hæreditas non pertinebat, & diu Romæ priuatus vixit, pro patre Romanis datus obses, vt traditur initio prioris libri Machabæorum, & à Iustino lib. 34. cœpit regnare anno regni Græcorum, id est, Seleucidarum centesimo septimo, & ab obitu Alexandri, circiter centesimo quinquagesimo, electo filio fratris, legitimo regni hærede, per fraudem & per vim regnum inuadens. Multa gessit bella, vt inquit hoc capite Daniel: ad Orientem, cum Artaxam regem Armeniæ deuicit, & res nouas in Persi de moliétes compressit ad Meridiem, quia profligato rege Ægypti cum exercitu captaque regni magna parte Alexandriam obsedit, & sine dubio obtinuisset regnum, nisi iussu Romanorum soluere obsidionem, & Ægypto decedere coactus esset. Tunc ardens ira, omnem vim indignationis & furoris in Iudæos conuertit, atque effudit.

Anno igitur regni Græcorum centesimo quadragesimo tertio, veniens Hierosolyma omnibus diuitiis, ornamentis, bonisque eam vrbem spoliauit. Biénio post iterum direpta vrbe, omnibusque templi ornamentis & instrumentis ablatis, omnium sacrificiorum & cæremoniarum legis Mosaicæ vsu Iudæis, interdixit, statuit in templo simulachrum Iouis Olympii, & ab eo templum illud in posterum nominari iussit, Super altari hostiarum [illegible] ri præcepit: prohibuit circumcisionē, sacros libros combussit, suo[illegible]ompulit. Quapro religionem amplectendam colendamque [illegible]dinem cæli, & pter dicitur hoc capite *præualuisse contra fortitu[illegible]* princi-



*principem fortitudinis*: id est vsque ad filios Israel, inquit Hieronymus, qui angelorum vallabantur auxilio, vel vt interpretatur Theodoretus, contra ipsum rerum omnium auctorem Deum, cui & populus Israel & ipsum templum erat dicatum incredibili furore & insania cōcitatus & erectus est. *Deiecit de stellis cæli, eāsque conculcauit*, id est secundum Hieronymum & Theodoretum, plurimos Iudæorum nobilitate, doctrina & pietate illustres terrore minarum, & tormentorum, de obseruatione legis Mosaicæ deiecit, & idololatriæ subiecit: stellas ipsas vocat Daniel, propter claritatem generis, & splendorem pietatis, vel quia semen Abrahæ stellis à Deo in libro Geneseos capite decimo quinto fuerat compararum. Vel aliter possunt hæc intelligi, de viris sanctis, quos Antiochus, non spiritualiter, sed corporaliter deiecit, & conculcauit, acerbissimis cruciatibus eos necando, sicut de venerabili sene Eleazaro, septem que pueris, & eorum matre posteriores libri Machabæorum narrat historia. Nec vero suis viribus, sed propter Iudæorum peccata in tantum præualuit Antiochus, sicut in eodem libro secūdo traditur. Omne huius persequutionis tempus, durauit ab anno regni Græcorum centesimo quadragesimo tertio, vsque ad centesimum quadragesimum octauum. Prophanatio tamen & pollutio templi, ab anno centesimo quadragesimo quinto mansit, vsque ad 148. Tunc à Iuda Machabæo, templum repurgatum & ritè renouatum est, posita lege, vt in posterum eius rei memoria, mēse nono per singulos annos celebraretur, qui dies festi, appellabantur Encæniorum, quorum mentionem fecit Ioannes in septimo capite historiæ Euangelicæ. Regnauit Antiochus, secundum Eusebium, & Sulpitium, & Hieronymum super caput 11. Danielis, annis vndecim, sed videtur regnasse tredecim: siquidem iniuit regnum anno centesimo trigesimo septimo regni Græcorum, obiit vero anno centesimo quadragesimo nono. Vtrumque proditum & testatum est, in primo & sexto capite prioris libri Machabæorum. Verum, vndecim fuere anni solidi & integri, exclusis duobus, primo & vltimo, imperfectis, nec omnino completis. Mendosè legitur apud Appianum regnasse eum duobus annis. In posteriori libro Machabæorum cap. 11. reperitur Antiochus in anno regni Græcorum centesimo quadragesimo octauo, iam è viuis excessisse. Sed vel prior libet Machabæorum notare voluit quadragesimum nonum annum, etiam si non esset completus: posterior autem libet, annum quadragesimum octauum, quia erat iam exactus, tantummodo signare voluit: vel in priori libro numerantur anni regni Græcorū, more Iudaico annos incipiendo, à mense Nisan: in posteriori autem libro,

Quādiu regnauerit Antiochus Epiphanes.

Universidad de Deusto
Biblioteca



putentur iidem anni more Chaldaico & Syriaco, hoc est sumpto eorum principio, à mense Elol.

Iosephus de persequutione Antiochi lib. 12. Antiq. 7.

Sed quæ docuimus de rebus gestis Antiochi, & de malis, quibus ab eo Iudæi vehementer sunt afflicti, ea quo planius & vberius cognoscantur, visum est lectori hoc loco repræsentare, quæ Iosephus earundem rerum historiam scribens in lib. 12. antiquitatum prodidit: sic autem est apud Iosephum. *Reuersus ab Ægypto quia metu Romanorum reliquerat Antiochus Hierosolyma monti exertum, ingressus in eam centesimo nonagesimo tertio anno ex quo primum ad Seleuci familiam Syriæ regnum deuenerat.* Deinde, commemoratis malis & calamitatibus, quibus tunc Iudæi à rege percussi & contriti sunt: capite vndecimo ita scribit. *Integro triennio desertum fuit templum, post fuit ab Antiocho profanationem. Ea enim incidit in annum centesimum quadragesimum quintum, & diem Appellæi mensis vigesimum quintum, in olympiadem vnam centesimam quinquagesimam tertiam. Renouatum est autem eadem die anno centesimo quadragesimo octauo, & olympiade centesima quinquagesima quarta. Prædixerat autem eam desolationem Daniel, anno annos quadringentos octo, ab ferè decem à Macedonibus profanandum.* Hæc autem prædictio Danielis cõtinetur in hoc octauo capite libri eius: ab anno autẽ tertio Balthasaris, quo ea visio contigit Danieli, qui annus cõperit quinquagesimo primæ Olympiadi, vsque ad centesimam quinquagesimam tertiam Olympiadem, quæ octogenti octo anni numerantur. Pergit Iosephus. *Celebrauit autem Iudas renouati templi festiuitatem per dies octo sacrificans, tantaque lætitia ob renouatos ritus patrios, præstantior reliquorum Iudæorum animos complens, maximè quod ex improuiso illis obtigerat vt lex lata sit ad posteros, qua inberet quotannis hoc festum reparari cum ceremoniis templi per octo dies celebrari. Et ex eo tempore, nos hic apud nostros ebrietatem, vocamusque hoc festiuitatem luminum, opinor ideo, quod ex insperato nobis illuxerit tanta fœlicitas.* Hactenus ex Iosepho pauca hæc eo memorata sunt, quæ nonnihil lucis huic Danielis vaticinio de rege Antiocho afferre posse videbantur.

Appellæi mensis is est, quam Iasleu Hebræi vocãt teste Iosepho: & respõdet nostro Nouẽbri.

*Et audiui vnum de sanctis loquẽtem, & dixit vnus sanctus alteri, nescio cui loquenti. &c. & paulò infrà. Audiui vocem viri inter Vlai & clamauit, & ait, Gabriel fac intelligere visionem istam.*

Quis sit ille nescioquis.

HVnc locum explanans D. Hieronymus ita scribit. *Pro altero nescioquis, quod Symmachus interpretatus est exiuersi quem nos secuti sumus, Aquila & Theodotio & septuaginta φελωνι ipsum verbum Hebraicum posuerunt, Nomen ergo angeli tacens*



*tacens, vnum quemlibet de angelis indicauit.* Theodoretus hunc ipsum locum tractans, quod est, inquit, Hebraicè phelmoni, Græcè significat quendam, idque testatur Syrorum lingua Hebrææ affinis: perspicuum igitur est Danielem vidisse angelos inter se colloquentes, ac discere cupientes quantum superarum esset desolationis templi, ac tyrannicæ illius persecutionis tempus.

Angeli mutuo colloquũtur, & alij ab aliis discũtiũt.

Ex hoc loco Danielis intelligitur, veram esse, & sacris conuenientem Dionysij doctrinam, de mutua angelorum locutione, & quod angelorum alij multa discant ab aliis, & inferiores purgentur, illuminentur, & perficiantur à superioribus, & quod angelorum dispar sit auctoritas, & potentia, sicut docet hic locus. Nam vnus angelus, quem Hæbræi, teste Hieronymo, putant fuisse Michaelem, mandat Gabrieli, vt hanc Danielis visionem exponat. Et quia superiores angeli non solent mitti ad obeunda externa ministeria (propria vero angelorum nomina, auctore D. Gregorio, ab externo aliquo munere & officio quo funguntur angeli, sumuntur) ideo nomen illius angeli superioris, non est expressum, & Danieli fuit incognitũ. Gregorius quidem certe homilia in Euangelia trigesima quarta, hunc in modum scribit. *Priuatis etiam nominibus angeli censentur, vt per ea vocabula signetur in operatione quid ipsi valeant. Non enim in illa beatorum ciuitate, quam de visione omnipotentis Dei plena fœlicitas perfecit, propria nomina sortiuntur angeli, quia sine propriis nominibus certa persona seri nõ possent, sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomina à ministerio trahunt. Michael namque significat, quis vt Deus. Diabolus enim qui Deo per superbiam similis esse concupiuit, dum in fine mundi in sua virtute relinquetur. Cum Michaele archangelo, per Ioannem in Apocalypsi capite duodecimo prælaturus perhibetur: vt qui se ad Dei similitudinem superbus extulerat, per Michaelem peremptus, discat quia ad Dei similitudinem per superbiam nullus ascendebat. Gabriel significat fortitudinem Dei, ideoque Mariam mittitur, illum nunciaturus, qui ad debellandas aëreas potestates humilis apparere dignatus est. Raphael quoque interpretatur medicina Dei, quia videlicet, dum Tobiæ oculos quasi per officium curationis tetigit, cæcitatis eius tenebras terfit. Qui ergo ad curandum mittitur, dignum fuit, vt Dei medicina vocetur.* Horum similia, cum in commentario huius loci, ante Diuum Gregorium scripserit Diuus Hieronymus satis credibile est, ex Diuo Hieronymo totum hunc locum accepisse Diuum Gregorium. *Quoniam de prælijs, rerumque certaminibus, & regnorum successionibus, aut Hieronymus, hæc ergo visio, Gabriel qui præpositus est prælijs, officio interpretandi*

De causa nominũ, quibus angeli in scriptura appellantur Diui Gregorij sententia. Isa. 14. Luc. 1. Ioan. 12.

D. Hieronymus idẽ docet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



pretandi visionem destinetur. Gabriel enim in linguam nostram vertitur, fortitudo, vel robustus Dei. Vnde quo tempore nasciturus erat Dominus, & inducturus bellum dæmonibus, ac de mundo triumphaturus, mittitur Gabriel ad Zachariam & Mariam, vbicunque verò medicina, & sanatio necessaria est, Raphael mittitur, qui interpretatur curatio, vel medicina Dei, hoc videlicet, nominis interpretatione significante, quod in Deo vera sit medicina. Porrò vbi populo prospera promittuntur, & propitiatio & expiatio necessaria est, Michael dirigitur, qui interpretatur, quis sicut Deus? videlicet, intelligatur quia propitiationem, vel expiationem nullus possit afferre, nisi Deus. Hæc D. Hieronymus. Liquet ex hoc loco Danielis, & illo altero Zachariæ capite 2. in quo sic est, *Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit, curre, & loquere ad puerum istum*, liquet, inquam, ex his atque aliis similibus scripturæ locis, & veritissimam esse doctrinam Dionysii, de hierarchiis & ordinibus angelorum, & falsos esse, qui ei doctrinæ non consentiunt, omnes angelos & beatos, a solo Deo proximè omnia doceri, & illuminari confitentur.

Luc. 1. Tob. 12.

Angelorū in Hierarchiar & ordines vera est distinctio.

*Et dixit ei, Vsque ad vesperam & mane, dies duo millia trecenti, & mundabitur sanctuarium.*

HIs verbis declaratur tempus, quo duratura erat vexatio & afflictio Iudæorum ab Antiocho profecta: duravit nempe, ab initio, postquā Antiochus venit in Iudæam cœpit affligere Iudæos, vsque ad id temporis, quod Iudas Machabæus profligatis ducibus & exercitibus Antiochi, & suos ciues in libertatem vindicauit, & templum, quod sacrilegè spoliatum, prophanatum & pollutum fuerat, ritè purgauit, renouauit, atque exornauit, duravit inquam, dies duo millia & trecentos, hoc est sex annos & tres menses, præterque viginti dies. Priot tamen liber Machabæorum, tempus totius huius calamitatis sex duntaxat annis definiuit, ab anno videlicet regni Græcorum centesimo quadragesimo tertio, vsque ad centesimum quadragesimum octauum. Quanquam tempus prosanationis templi, vsque ad eius renouationem, tribus integris annis præcise circumscriptum fuit. Atque hæc ex primo & quarto capite prioris libri Machabæorum plenius planiusque cognosci possunt.

Illorum autem verborum *vsque ad vesperam & mane, duo millia trecenti dies*, est duplex interpretatio. Vna est Theodoreti, per vesperā intelligentis initium calamitatis, per mane eiusdē calamitatis finē: quemadmodum Dauid quodam loco dixit, *ad vesperam*



*ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia*: Solet enim plerumque Scriptura, res tristes & calamitosas, nomine vesperæ, noctis, & tenebrarum exprimere: contra verò res lætas & prosperas, vocabulis mane, diei, & lucis efferre. Alteram interpretatio simplicior, ob idque mihi quindem probabilior: eo tum est, qui per vesperam & mane, designari putat integrum diem naturalem, cuius partes sunt nox & dies artificialis. Moses enim in exordio libri Geneseos dixit, *factum est vespere & mane dies vnus*: per vesperam quæ est terminus diei artificialis, denotatur dies ipsa artificialis, tāquam ex suo termino: per mane autem, quod noctē finit, designatur ipsa nox. Voluit igitur significare Daniel, per vesperam & mane, dies, qui numerantur in hac computatione, non artificiales, exclusis noctibus: sed naturales, qui diem simul & noctem continent intelligi oportere. Sed profectò, quotiescunque tam sacra, quam prophana historia, in computatione tēporum numerat vel computat dies simpliciter, & præcisè, semper loquitur de diebus naturalibus. Quapropter supervacaneum videbatur naturalis diei determinationem præmittere illud, *vsque ad vesperam & mane, duo millia trecēti dies*. Est igitur admodum verisimile, illud vocabulum, *dies*, supervacaneē ab aliquo esse adiectum, & Danielem præcisè ita scripsisse, *vsque ad vesperam & mane, duo millia trecenti*: vt illud, *vespera & mane*, sit periphrasis diei naturalis, sub obscura quidem, nec vulgo vsitata, sed consuetudini prophetarum nō aliena, & ex Mosis doctrina non difficilis intellectu. Nimirum, Louanienses in annotationibus, quas in editionem vulgatam totius Scripturæ ediderunt, hoc loco admonent, in multis & antiquis codicibus, illud vocabulum, *dies*, nequaquā reperiri.

Psal. 29. Restrictes vespere nōctis, & tenebrarū latæ & prosperæ vocabulo mane diei, & lucis significari solitas in scriptura.

Dies nomen hic abūdat.

Libet hic adscribere commentarium Diui Hieronymi super his verbis, quippe, nonnihil super eo lectorem monere habeo. Ita scribit Hieronymus. Legamus Machabæorum libros, & Iosephi historiam, ibique scriptum reperiemus, centesimo quadragesimo tertio anno à Seleuco, qui primus regnauit in Syria post Alexandrum, ingressum Antiochum Hierosolymā, & vniuersa vastasse: reuersumque anno tertio, in templo posuisse statuam Iouis, & vsque ad Iudam Machabæum, id est, vsque ad annum centesimum quadragesimum octauum, pro annos vastitatis Hierusalem sex, contaminationis autē templi tres, duo millia trecentos dies, & tres menses esse completos, post quos templum purgatum est. Quidam pro duobus millibus trecentis, duo millia ducentos legunt, ne sex anni & tres menses superasse videantur. Vespere autem, & mane successio nē diei noctisque significat. Sic D. Hieronymus. Sed profectò,

Excutitur, & emendatur locus in cōmentario D. Hieronymi mendosus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quin mendosè legatur hic locus, nequaquam dubitandum est. Nam in illis verbis, duo millia trecentos dies & tres menses ei se completos, illud, & tres menses fallam tendit sententiam, cum Daniel totum illud tempus Antiochiæ persecutionis, bis mille, & trecentis tantum diebus definiat. Quo circa illud, & tres menses vel tanquam omnino vacans, inde extrudendum est vel loco mouendum, iungendumque cum eo, quod antecessit de sex annis vastationis Hierusalem, vt ita legamus per annos vastatam Hierusalem sex, & tres menses, contaminationis vero templi tres annos, duo millia & trecentos dies esse cõpletos, post quos templum purgatum est. Quod autem postea subdit Hieronymus, quoidam, pro bis mille trecentis diebus legisse bis mille & ducentos, propterea existimandum est sic eos legere maluisse, vt his verbis Danielis non plures sex annis significarentur, & sententia Danielis conueniret cum historia prioris libri Machabæorum, quæ docet tempus illius persecutionis, duraſſe ab anno regni Græcorum centesimo quadragesimo tertio, vsque ad centesimum quadragesimum octauum.

Quæstio An hæc Danielis sententia de duratione Antiochiæ persecutionis iudeorum pugnet cum alio loco scripturæ qui est in priori libro Machabæorum.

At enimuerò siue legatur vt illi voluerunt, siue vt nunc est in omnibus libris difficillimum sanè locus hic habet explicatum. At enimuerò tempus huius persequutionis determinatum in priori libro Machabæorum ab anno centesimo quadragesimo tertio, vsque ad annum centesimum quadragesimum octauum, non potuit esse longius sex annis integris, nullaque modo sex annos solidos excedere potuit. At bis mille, & trecenti dies, quibus hoc loco Daniel spatium illius persequutionis circumscribit, continent sex annos tres menses, dieisque viginti. Quid ergo dicendum est? equidem nihil adhuc inueni in promptu adhuc nodum exoluendum, quod mihi animum expleret. Dicam tamen, ne nihil dicamus, fortasse Danielem hoc numero bis mille trecentorum dierum, ita designasse tempus Antiochiæ persequutionis, vt eius terminum non poneret in purgatione & renouatione templi, sed eam extenderet vsque ad mortem Antiochi, quæ, vt narratur in priori libro Machabæorum, competit anno Regni Græcorum centesimo quadragesimo nono. Nam etsi post renouationem templi, nihil passos ab Antiocho Iudæos legamus, dum tamen ille fœtissimus Iudæorum hostis vixit, stetisse persequutionem eius aduersus Iudæos, verè dici potest. Præsertim vero, cum ex nono capite posterioris libri Machabæorum constet, quo tempore Antiochus mortuus est, eo tempore fuisse eum ferocissimo & fœtissimo animo aduersus Iudæos: nec nisi extrema mala atque immanem crudelitatem contra



contra ipsos anhelasse. Verum, officit huic intelligẽtiæ, quod Daniel videtur terminasse hoc tempus in mundatione templi, ait enim, *vsque ad vesperam & mane duo millia trecenti, & mundabitur sanctuarium*, quasi dicat, transactis bis mille trecentisque diebus mundatum iri sanctuarium, id est, templum quod fuerat ab Antiocho violatum & pollutum. Sed non cogimur sic interpretari aut intelligere ea verba: nõ enim significat Daniel mundationem templi terminum fore eius temporis, sed in decursu eius temporis ac sanè prope finem, futurã templi renouationem: quam ideo præcipue cõmemorare voluit, quod ea res summa erat Iudæis maximè fausta, lætabilis, & gloriosa, & quod post eam, nihil mali essent Iudæi ab Antiocho perpessuri.

*Et sine manu conteretur.*

Mors Antiochi, vt præuisa,

His verbis denotatur mors Antiochi. Illud autẽ, *sine manu conteretur*, significat, eum sine hominis, hoc est, non ab homine vulneratum, & cæsum, sed inuisibi, manu Dei, scelera eius vindicantis, partim lethabi quõdam animi mœrore, & languore, partim acerbissimo, & fœdissimo corporis morbo percussum, impurã, & scelestam animam exhalaturũ.

Verum mors Antiochi, magnam habet in diuinis literis difficultatem. Etenim in tribus locis historiæ Machabæorum, hoc est, in sexto capite prioris libri, & in primo capite libri posterioris, atque in eiusdem libri, capite nono, ita narratur mors Antiochi, vt de ea non modo diuersa, sed etiam contraria dici videantur. Age igitur, primo narrationem mortis Antiochi, quæ describitur in sexto capite prioris libri, cum ea, quæ traditur in capite nono, libri posterioris, compona mus, atque conferamus. Principio, similiter dicitur in vtroque loco, Antiochum spoliare voluisse vrbem quandam Persidis, & quod in ea erat templum argento, auro, aliisque multis rebus pretiosissimis inibi relictis ab Alexandro Magno, referti. Sed fuisse templum Dianæ confirmat Iosephus libro duodecimo antiquitatum, auctoritate Polybi, & Hieronymus sub decimo vndecimo capite Danielis, præter Polybium, etiam Diodorum Siculum, & Porphyrium testes adducit. Non igitur audiendus est Appianus quin Syriaco, Antiochum sceleribit, spoliasse templum Elymeæ Veneris: nam, nec templum spoliauit, sed spoliare voluit, & incassum tentauit, nec Veneris fuit templum, sed Dianæ: indicat enim Plinius libro sexto capite vigesimoseptimo, in illis regionibus templum Dianæ fuisse Augustissimum. De nomine

Disputatio de morte regis Antiochi Epiphant. Quod fuerit plũ quod Antiochus spoliare voluit, & in qua vrbe fuit illud templum. Iosephi li. 12. c. 4.

ciuitatis

ciuitatis, videtur nonnihil differre in vtroque loco tamen in sexto capite prioris libri, nominatur Elymais vrbs Persidis, in posteriori autem libro, dicitur Persepolis, vrbs quondam clarissima, & Persidis caput. Verum, nisi me fallit animus, credo equidem vocabulo illo, *Persepolis*, non significari vnam illam vrbem, quæ proprie dicta est, Persepolis, sed generatim significari vrbem quandam Persidis. Non sum nescius, fuisse quandam Persarum imperio ditissimam, & florentissimam: sed eandem vrbem scio, non modo non esse conseruatam ab Alexandro, aut etiam præ ceteris omnibus, & ornamentis completam, sed primus ab eo spoliatam, ablatis inde centum, & viginti millibus talentorum: nec tantum fuisse direptam, sed etiam concremata. Audiat lector, quid Q. Curtius libr. 5. de miserabili eius vrbis incendio scripserit. *Expellicibus* inquit, *una Thaïde, & ipsa temulenta, maximam apud omnes Græcos iniuriarum gratiam Alexandrum affirmat, si regiam Persarum iussisset incendi: expectare hoc est, quam vrbes barbari deleuerint. Furio scorto, de tanta re ferente sententiam, vnus, & alter, & ipse ebrio contracti assentiuntur. Rex quoque fuit auctior, quam patientior. Quin igitur vicissemus Gratianum? & vbi faces? subdimus? omnes incaluerat merum. Itaque surgunt temulenti ad incendendam vrbem, cui armati pepercerant. Primus rex ignem regiæ iniecit, tum comitatus, & ministri, pellicesque. Multa cedro ædificata erat regia, quæ celeriter igne concepto, late suum incendium. Hunc exitum habuit regia totius Orientis, vnde tot gentes ante iura petebant, patria tot regum, vnicum quondam Græciæ terror, molita decem millium classem, & exercitus, quibus Europa inundata est, contabulato mari molibus persolitisque montibus, in quorum ipsorum fretum immissum est. At, ne longa quidem ætate, quæ excidium eius secuta est, surrexit. Alias vrbes habuere Macedonum reges, quas nunc habent Parthi, huius vestigium non inueniretur, nisi Araxes amnis ostenderet haud procul mœnibus fluxerat, inde vrbem fuisse viginti stadiis distantem, credunt magis, quam sciunt Accolæ. Pudibat Macedones, tam claram vrbem à commessabundo rege deletam esse.* Hactenus Curtius. Liquet igitur, vrbem, quam Antiochus spoliare voluit, nõ fuisse eam, quæ olim proprie dicta est Persepolis. Illam enim Alexander, vt facta historia tradit, plurimis, & quantiuis prædijs donis impleuerat: hanc penitus despoliatam, sic incendio deleuit, vt vix vllũ tantæ vrbis apud posteros, vsque ad Curtij ætatẽ, vestigium extaret. Eo igitur fuit vrbs. Prior liber Machabæorũ cap. 6. nominat Elymaidã. Equidem opinor fuisse Susa: nam vrbem Susorum fuisse apud Persas nobilissimam, & cosmographis pariter, atque historicis proditum est. Hanc fuisse antiquitus habitam prouinciæ Elymaïcæ ostendit Daniel in exordio huius

Elymais, & Persepolis sunt vna vrbs.

Persepolis ab Alexandro destructus.

Quomodo scorti suggestione Vrbs magnifica ab Alexandro incensa fuerit.

Susorum vrbẽ Antiochus spoliare voluit.



huius capitis octaui, cum dixit, se fuisse in Susa, quæ est in regione Ælam: qua de re multa disseruimus supra, cum eum locum interpretati sumus. Vt putem fuisse Susa, ductor ea coniectura, quod templum Dianæ, quod Antiochus despoliare voluit, ibi fuisse testatur Plinius lib. 6. ca. 27. *Eulæus*, inquit, *fluuius, circuit autem Susorum, & templum Dianæ, quod est illa regionibus augustissimum.*

Cæterũ, in vtriusque loci narratione planiora sunt. Nam, etsi videantur quædam in speciem diuersa, possunt ea tamen ad eandem sententiam facillimè reduci. In priori libro Machabæorum, scriptum est: Nuntium cladis acceptæ in Iudæa perlatum esse ad Antiochum in Persidem: in posteriori autem libro proditum est, eiusmodi nuntium accepisse Antiochum cũ esset circa Ecbatana. Verum, ita res habuit, vtrius recta iuit in Persidem, publica enim fama erat, in Perside versari Antiochum: sed eum inde præcipiti, turpique fuga elapsum, & in Mediam digressum, offendit nuntius circa Ecbatana: quæ vrbs caput erat Mediæ, cum haberet in animo Antiochus, sicut prioris libri significatur, reuerti Babylonem. Nemen loci, in quo mortem obiit Antiochus siletur vtroque in loco. Porphyrius, vt refert Hieronymus super 11. cap. Danielis, affirmat eum in labes oppido Persidis esse mortuum. Atqui, perspicuis verbis historia Machabæorum docet eum, cum fugisset ex Persi de, incidisse in morbum, ex quo breui post interiit. Sed Porphyrium in historia regis Antiochi, multa, vel malitiosè, vel inscitèr esse mentitum. D. Hieronymus super 7. & 11. capite Danielis, manifestis conuincit argumentis. De loco mortis Antiochi, hoc tantum in posterioris libri Machabæorum capite nonno legitur: *Igitur homicida, & blasphemus, pessime pereussus, & vt ipse alios tractauerat, peregrè in montibus miserabili obitu vita finiuit est.* Ex quo loco conijcitur eum, cum ex morbo interiisse in montibus Mediæ, vicinorum vrbi Ecbatanorum, videlicet eo loco, vel nõ inde procul vbi eldis, & stragis ducũ, atque exercituum suorum, quos reliquerat aduersus Iudæos, nuntium accepit. Nec veto illud negotiũ lectori faciesse debet, quod in priori libro dicitur, Antiochum ex magna tristitia & mœrore animi, scilicet, ob duplex infortunium, quod in Perside, quam in Iudæa contigerat, incidisse in morbum, ex quo is mox periit, in posteriori autem libro traditur, percussum esse à Deo insanabili & inuisibili plaga, eoque de curru lapso grauissima corporis collisione membra esse vexata: correptum pœnarea esse dico viscerũ dolore, ita vt corpore eius, vermes scaturirẽt, ac viuentis in doloribus, carnes eius effluerẽt, tãtusq; fœtor è corpore eius exiret, vt nec alij, nec ipsemet cum

Locus in quo Antiochus mortuus est.

Porphyrius in historia regis Antiochi multa est mẽtitus.

De genere mortis Antiochi Epiphanis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



eum fœtorem amplius ferre posset. Hæc igitur de causâ mortis eius variè quidem, sed non contrariè narrantur in vtroque loco. Etenim, primum ingenti animi mœrore affectus est, qui magna fuit etiam causa consequentis morbi. Et vtrumque quidem illi propter scelera eius, & mala, quibus Iudæos afflixerat, a Deo inflictum est. Itaque, quod prior liber breuiter, & inuolute dixit, hoc ipsum in posteriori libro distinctius, & enucleatius exponitur, & simul occasio, atque genus morbi, quo perijt, dilucidè explicatur. Nulla igitur inter narrationem mortis Antiochi, quæ ponitur in nono capite posterioris libri, & quæ traditur in capite sexto prioris libri, repugnantia est, si vtrumque locum subtiliter, & diligenter expendamus.

Quis fuerit Rex Antiochus, cuius mors in primo capite posterioris libri Machabæorum describitur.

Sequitur, vt tertium de Antiochi morte locum, qui est in principio posterioris libri Machabeorũ, deinceps explicemus: spissum sanè opus. Tanta enim inter hunc locum, & duos alios quos modo tractauimus, videtur esse narrationis diaphonia, vt aut non de eodem rege scribi, aut si de eodem, quædam certè non modo diuersa, sed etiam planè contraria de eo tradi videãtur. Itaque locus hic maiorem in modum ingenia doctorum hominum exercuit, & vexauit, alios aliud, quo tam implicatum nodum exoluerent, commentantibus. Nec quispiam opinor, fuit, qui, vel alios omnino, vel etiam sibi ipse satisfecerit. Sed videamus, quid alij ad hanc difficultatem expediendam attulerint. Est autem in eo difficultas, vel maxima, quod Antiochũ, quẽ in sexto capite prioris libri Machabeorũ, & in nono capite posterioris libri prodirũ est, frustra etiara verbis cuiusdã & cẽpti direptione, magno quidem cum periculo, sed saluum tamen fugisse ex Perside, & postea ex morbo interijsse: hunc ipsum dico Antiochum, traditum in primo capite posterioris libri Machabæorum, cum templum Nanææ spoliare voluisset, per dolum a Sacerdotibus ibi conclusum, lapidibúsque percussum, cecidisse. Videtur igitur manifesta esse inter hunc, & alios locos de Antiochi morte repugnantia. Nicolaus de Lyra, & Dionysius Carthusianus explanando hunc locum posterioris libri Machabæorum, opinantur diuersos fuisse Antiochos, quorum mors tam diuerso modo narratur: & in sexto quidem capite prioris libri, nonaque posterioris, commemorari mortem Antiochi Epiphanis: in hoc autem loco Antiochi Magni, qui pater illius fuit. Interitum describi, volunt autem Antiochum Magnum compilare templum Beli, vt scribit Strabo, libro 16. vel vt refert Iustinus libr. 32. Dyndimæi, siue, vt habet alia lectio, Dodonæi Iouis. Quare prodita, concursu incolarum, Antiochus cum omni exercitu interficitur. In hãc Lyrani, & Carthusiani

Nicolai Lyrani & Carthusiani sententia, quis fuerit Antiochus ille.



thusiani sententiã, manibus, pedibusque fuit Melchior Canus in libro secũdo, de locis Theologicis, cap. 11. in solutione quinte obiectionis. Verum quod isti dicunt de Antiocho Magno, nullo modo est probabile. Etenim, nunquam Antiochus Magnus, Iudæos odit, aut infectatus est, nunquam inhumanè tractauit, nulla clade, vel calamitate afflixit. Nulla igitur causa erat, cur eius mors, quasi hostis Iudaicæ gentis crudelissimi, tanta omnium Iudæorum lætitia & gratulatione acciperetur, ac celebraretur. Euoluat lector librum duodecimum antiquitatum Iosephi, reperiet eum regem singulari beneuolentia, gratia, & beneficentia Iudæos esse complexum, & vicissim Iudæos illi maximè beneuolos, & fideles fuisse. Narrat Iosephus, cum Antiochus Magnus, victo Scopa Ptolemæi Philometoris duce, redegisset in potestatem suam Cœlesyriam, & Samariam, Iudæos vltro deditionem fecisse, receptumque intra mœnia eius exercitum, elephantosque liberaliter alunisse, & oppugnanti præsidium in arce à Scopa relictum, impigre auxilium tulisse. Quamobrem Antiochus æquum duxerat, aliquam Iudæis pro studio suarum partium relatæ gratiam, scripsit ad amicos, & duces suos literas, tales beneficiorũ quæ in ipsum Iudæi contulerant: in quibus etiam significabat, quo modo remunerari eos decreuerat: quarum literarum exemplar eo loci memorat Iosephus, multa item subdit eisdem regis edicta in Iudæorum gratiam, honorem, & patriæ libertatis ac religionis conseruationem ab eo edita. Itaque quoad vixit Antiochus, Iudæis beneuolus, & beneficus fuit.

Resellitur horum sententia

Antiochi Magni in Iudæos beneficia.

Iosephus, lib. 12 antiq. c. 3.

Michael Medina libro 6. de recta in Deum fide, cap. 11. aliatione eundem nodum explicare voluit. Arbitratur, Antiochum, cuius mors eo loco narratur, non fuisse Epiphanem, nec patrem eius cognomento Magnum, sed huius pronepotem appellatũ etiam Antiochum, & cognominatum, vt refert Iosephus lib. 13. antiq. Pium: cuius in duobus extremis capitibus prioris libri Machabæorum fit mentio. Hic filius fuit Demetrij, qui Seleuci Philopatoris filius fuerat, ab Antiocho Epiphane regno priuatus. Hic Antiochus Pius, principio beneuolè ac liberaliter tractauit Iudæos: postea mutato animo, fideque violata, misso exercitu Iudæam vastauit. Huius igitur mortem putat Medina hoc loco describi. Nec princeps ipse fuit huius opinionis, eam namque septingentis ante ipsum annis, Rupertus libro decimo de victoria verbi Dei capite sexto scriptam reliquerat his verbis: *His ita se habentibus, claret, quis ille Antiochus fuerit, de cuius interitu gratulantur Iudæi, narrantes qualiter in Perside reciderit: fuit enim Antiochus filius Demetrij. His persequitur esi Tripherem impium, qui regnum*

Secunda opinio, Michaelis Medinæ, Ruperti & Capitoli Sigonij. Iosephi. li. 13. c. 16. Antiochus Pius quis fuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*regnũ eius vsurpauerat, & vicit. sed, & Iudæos in multis afflixit, & Simone adhuc viuente, & post Simonem filio eius Hyrcano principatum habente.* Hęc Rupertus. Eandemque opinionem approbauit Catolus Signius in commentariis super libro secundo, Seueri Sulpitij de Sacra historia. Verum hanc sententiam duę res planè refellunt. Nam hunc Antiochum, tali exitu, qualis hoc loco describitur, periisse, à nullo proditum est, quin Iustinus extremo libro trigesimo octauo affirmat, cum strennè pugnantem cum Parthis, virtute hostium superatum, & à suis desertum, in eo prælio occidisse: idemque confirmat Iosephus libro decimotertio, antiquitatum. Deinde, licet hic Antiochus hostis primo fuerit Iudæorum, postea tamen illis reconciliatus & pacificatus est. Ponam hic quod memorat Iosephus libro decimotertio. Nam loquens de hoc rege, cum is Hierosolyma n arctissimè obsideret, ait eum rogatum à Iudæis, vt gratia festi, inducias septem dierum cõcederet, religione motum eas indulsisse: nec hoc contentum, misisse præterea victimas magnificas, hoc est tauros auratis cornibus, & pocula tam argentea, quam aurea, plena omni genere aromatum, & exercitui præbuisse illis diebus festis epulum, in tantum diuerso ingenio ab Antiocho Epiphane, qui capta vrbe, porcos super altare macta uit, & indignis modis templum prophanauit & polluit. At hic Antiochus, propter religionem, Pius cognominatus est ab omnibus. Post hæc, Iosephus narrat, quemadmodum pacificatus sit cum Iudæis, adeo vt Hyrcanus, qui eo tempore principatum Iudæorum tenebat, imo cum Antiocho fœdere, exceptum in vrbem cũ exercitu tractauerit liberalissimè. Quin & ipsum in Parthicam expeditionem proficiscentem, vna cum auxiliaribus copijs sequutus est.

Refellitur horũ sententia Ioseph. li. 13. c. 16.

Iosep. Ibidem.

Ioseph. Ibidem.

Ioseph. Ibidem.

3. opinio, auctoris plus cæteris probata. Antiochus templum Naneæ expolians percussus sed non occisus est.

Est aliud quorumdam, mihi quidem, quod probabilius non inuenero, satis probabile responsum. Agi eo loco credideriṁ de Antiocho Epiphane, non tamen mortem eius describi, sed narrari horribilem quendam casum, qui ei in Perside contigit. Cum enim templum Naneæ ditissimum expoliare cupieret, per dolum à sacerdotibus in templum receptus, conclusúque, & amicis eius, comitibusque non tantum cæsis, sed obtruncatis, membratimque dissectis, vix ipse per occultum, quẽdam templi aditũ elapsus, lapidibus quidem percussus, pessimèque tractatus, sed vitam tamen euasit. Hoc autem ideo narratur, vt intelligatur, eam calamitatem fuisse particulam quandam diuinæ vindictæ tot tantorumque scelerum, quæ ipse in Iudæos admiserat, & quasi prænuncium supremæ calamitatis mox consequutæ, id est, pestilentis morbi, qui et acerbissimam pariter atque fœdissimam mortem attulit. In ea narratione, nomi-



nominatur dux, & rex Antiochus. Quidam putant nomine ducis, non significari regem Antiochum, sed principem militiæ eius, & ducem exercitus, & hunc fuisse in templo percussum atque occisum. Alij existimant eo nomine intelligendum esse Antiochum, neque tamen, quia percussus occidisse dicitur propterea concludi, eum fuisse tunc occisum. Cadere enim dicitur imperator, non modo cum in pugna occumbit, sed etiã si prælio victus, profligato cæsoque exercitu, vix ipse, grauiter saucius mortem effugit. Percussus autem dicitur, quia lapidibus petitus & ictus est, magnaque cum ignominia & vitæ discrimine fugatus. Nam Daniel capite vndecimo prædicens, quod multis post seculis euenit Antiochum Epiphanem, cum propemodum omne regnum Ægypti occupasset, ipsumque regem Philometorem arctissimè obsessum teneret, iussu Romanorum coactum soluere obsidionem, tanta eius spe frustrata, & ad nihilum omni conatu redacto, hoc dicto prædicens Daniel, dicit eum percussum iri à Romanis. *Venient, inquit, super eum trierei, & Romani, & percutietur.* Quem locum explanans Diuus Hieronymus, *percussus*, inquit, *dicitur à Romanis Antiochus, non quod tunc interierit, sed quod omnem arrogantiæ perdiderit magnitudinem.* Ergo quod in principio libri posterioris Machabæorum legitur, *mittentes lapides percusserunt ducem, & eos, qui cum eo erant, & diuiserunt membratim & amputatis capitibus foras projecerunt*, significat ipsum quidem ducem fuisse percussum lapidibus, eos verò qui erant cum ipso, etiam crudeliter occisos: vt illud *membratim diuiserunt*, non ad ducem, sed ad eius comites referatur. Et lectio quidem eius loci planior esset, omnique vacans difficultate, si posterior illa coniunctio, &, tolleretur, quam, non desunt qui vitio librariorum adiectam putent: vt ità legatur, *mittentes lapides, ducem percusserunt, & eos qui cum eo erant diuiserunt membratim, & capitibus amputatis foras projecerunt.* Hæc mihi in præsens occurrerunt, quæ ad tam perplexam quæstionis enodationem, nõ ineptè, nec incommodè dici posse videantur. Dani. 11

Exposition loci. 1 cap. 2 Mach.

Licet hoc loco ponere, quæ scribit Diuus Gregorius in libro trigesimo moralium, capite duodecimo, superiora omnia verba Danielis, quæ nos de rege Antiocho explanauimus, de ipso Antichristo, cuius rex ille multis rebus figuram insigniter prætulit, interpretatus. Nam super illis verbis Iob, quæ sunt in quadragesimo capite libri eius, *stringit caudam suam quasi cedrum*, scribit hunc in modum. *De hac cauda Behemot, subdraconis specie, per Ioannem dicitur in Apocalypsi, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram. Calum namque ipse est electus, qua in hac nostra vera præsentia: dũ in se innu-*

Universidad de Deusto
Biblioteca



meras sanctorum virtutes contrent, quasi radiantibus desuper syderibus fulget. Sed draconis cauda in terram stellas deiicit, quia vita sathanæ extremitas per audaciam assumpti hominis erecta, quosdam, quos velut electos Dei in ecclesia inuenit, obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaque de cælo in terram cadere, est relicta nonnullos spe cælestium, illo duce ad ambitum gloriæ secularis inhiare.

Qux Daniel hoc loco vaticinatus est de rege Antiocho, ea interpretè D. Gregorio mirificè competunt Antichristo. Apoc. 12. cap. locus exponitur.

Hinc Daniel sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam loquitur dicens, deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas. usque ad principem fortitudinis magnificatus est, & ab eo ablatus est iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis. Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium, propter peccata, & prosternetur veritas in terra, & faciet & prosperabitur, de fortitudine quippe, & de stellis deiicit, cum nonnullos, & lucem iustitiæ resplendentes, & virtute operis robustos frangit. Qui usque ad principem fortitudinis magnificatur: quia tenira ipsum auctorem virtutis excellitur. Iuge vero sacrificium tollit, quia studium sanctæ conversationis ecclesiæ in eis quos coperit interrumpit. Robur vero ei propter peccata datur, quia nisi perennibus merita exigentibus, est, qui recte credebantur obtinere aduersarius nequaquam posset. Veritas in terra prosternetur, quia fides tunc rerum cælestium, ad desiderium vitæ te operatis inclinabitur. Et faciet, & prosperabitur, quia tunc non solum in reproborum moribus sed etiam in electorum corporibus veritatis magistra abolij, sine qualibet obiectione grassabitur. Hinc versus per eundem Danielem dicitur, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in suis viribus. Illius namque hominis fortitudo, non in suis viribus roborabitur, quia sathanæ virtutes in gloriam credentium attollitur. Hinc rursus Daniel subdit, interficiet robustos & populum sanctorum secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius. Robustos namque interficit, cum eos qui mente intrepidi sicut, corporaliter vincit. Vel certè, robustos & sanctos secundum voluntatem suam interficit, cum eos qui robusti ac sancti credebantur ad nutum sua voluntatis trahit: in cuius manu dolus dirigetur, quia in illo frustra per opus adiuuabitur. Quod enim fallendo dicet hoc mira faciendo asseret: nam quicquid mendax lingua simulabit, hoc quasi verè esse, manus operis ostentabit. Hinc rursus idem propheta ait, contra principem principū consurget, & sine manu conteretur. Hoc ipsum aliis verbis Paulus edocet, in 2. ad Thessalonicenses, cum impiū de Antichristo ait vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Quod enim per Danielem dictum est, contra principem principum consurget, idem per Paulum dicitur, ita vt sedeat in templo Dei, ostendens se tanquam



tanquam sit Deus: & quod Daniel subiunxit, sine manu conteretur, idem ipsum dixit Paulus illis verbis, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Sine manu quippe conteretur, quia non angelorum bello, non Sanctorum certamine, sed per aduentum iudicis, solo spiritu oris eius, æterna morte ferietur. Et hactenus quidem verba fuerunt Beati Gregorij, quæ sane ad hunc locum Danielis illustrandum, non minimum lucis afferre possè videbantur.

# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

# COMMENTARIORVM IN DANIELEM

## LIBER X.

### CAPVT NONVM.

IN anno primo à Dario filio Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum: anno vno regni eius ego Daniel intellexi in libris hebdomadum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiā prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare & deprecari in ieiuniis, sacco & cinere. Et oraui Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi: obsecro Domine Deus, magne & terribilis custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua. Peccauimus, & iniquitatem fecimus impie egimus, & recessimus & declinauimus à mandatis tuis, ac iudiciis. Non obediuimus seruis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, eorumque populo terræ. Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iudæ, & habitatoribus Ierusalem, & omni Israel, & his qui prope sunt, & his qui procul in vniuersis terris, ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in

a Supra. 6. 3. 1.
b Iere. 25. c. 11. & 29. cap. 10.
4. MS. Hier. Heb. 6. non habet. MS. c. 2. Isd. 1. b. 5. d. Baru. 1. d. 17.

te. Domine nobis confusio faciei, regibus nostris, & principibus nostris patribus nostris, qui peccauerūt. Tibi autē Domino Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te, & non audiuimus vocē Domini Dei nostri vt ambularemus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos prophetas. Et omnis Israel prauaricatus suus legem tuam, & declinauerunt ne audirent vocem tuam, & stillauit super nos maledictio & detestatio, * quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos locutus est super nos, & super principes nostros qui iudicauerunt nos, vt super induceret in nos magnum malum, quale non fuit sub omni cœlo, secundum quod factum est in Ierusalem: sicut scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc venit super nos. & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam. Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos: iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit: non enim audiuimus vocem eius. † Et nunc Domine Deus noster qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen sicut hodie diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus. Domine secundum omnem iustitiam tuam, auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius, & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est, propter semetipsum: inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem: super quam inuocatum est nomen tuum. non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi Domine placare Domine: attende & fac ne moreris, propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem & super populum tuum. Cūque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, & prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei. Adhuc me loquente in oratione, ‡ ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque Daniel, nunc egressus sum vt docerem te, & intelligeres. ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu * autem animaduerte sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt consumatur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia: & * unga-

* Deut. 27 cap. 34

Ioe. 2. b. 11. Exod. 15. b. 14.

Sup 8. d. 16.

* Ergo legunt 2. MS. Hie. Mat. 23. b. 35. Iod. 1 3. 46. Prophetas legunt GMS Heg. Exod. 37. 24



ungatur sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte: ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem vsque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & reuertetur ædificabitur platea & muri in angustia temporum. Et post hebdomadas sexaginta duas, occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est. Et ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli, statuta desolatio. Confirmauit autem pactum multis, hebdomada vna: & in dimidia hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.

† Mat. 24. b. 15.

Summa capitis noni.

NObilissimum illud, & omnium scriptis ac sermonibus celebratum Danielis vaticinium, de tempore aduentus Messiæ, septuaginta hebdomadibus designato & definito, in hoc nono capite continetur. Narratur enim visio quam ea de re diuinitus habuit Daniel. Primum quidem notatur tempus huius visionis in vno, seu primo anno Darij Medi, postquam imperio Chaldæorum potitus est. Tum indicatur, qua occasione ea visio Danieli contigerit. Etenim nouerat Daniel ex Hieremiæ vaticinio, iam appropinquare & instare tempus liberationis Iudæorum. Tunc igitur maiori studio & ardore animi, se totum dedit ad supplicandum Deo, vt promissa sua, & variū suorum oracula impleret. Deinde ostenditur, à quo Daniel mysteria huius visionis didicerit. Missus namque à Deo est Gabriel, vt Danielem, quæ scire cupiebat, aliaque etiam maiora edoceret: quorum quædam fuere Iudæis valde fausta & læta: alia vero maxime luctuosa & funesta. Prædixit enim Gabriel non modo ciuitatem Hierusalem esse resiciendam, verum etiam ab eius vrbis refectione & instauratione, priusquam septuaginta hebdomades annorum præterirent, venturum in hunc mundum tot seculis expectatū optatūque Messiam plura maioraque omnium existimatione, mortalibus bona allaturum. Sed Iudeos, quibus solis promissus fuerat, & quorum præcipue causa venturus erat, tanta fore præmuntiauit animorum cæcitate, vt eum recepturi non sint, quin etiam crudelissime simul atque ignominiosissime è necaturi. Quod ob scelus, & patricidium, eos regno, & sacerdotio in omne tempus priuatum iri affirmat: perpetuóque exilio, & per omnem terrarum orbem miserrima captiuitate, tanti criminis impietatem, atque immanitatem esse vindicandam.

Universidad de Deusto Biblioteca



*In anno primo Darij filij Assueri, anno vno regni eius.*

Prima quæstio. Quis fuerit ille Assuerus, sententia Melchioris à Cano.

QVis fuerit hic Darius Medus, & quemadmodum Chaldæorum imperium consequutus fuerit, superiori libro septimo satis longa quæstione explicato, declaratum est: nunc docemus, quid significet vocabulum Assueri, vt cui is dictus sit à Daniele filius Assueri intelligamus. Melchior Canus, libro vndecimo de locis Theologicis, capite tertio in solitudine nonnulli argumenti, arbitratur, qui dicitur hoc loco Assuerus, eum fuisse, maritum reginæ Esther: & fuisse eum, vel Astyagen auum Cyri, vel patrem Astyagis Cyaxarem, valdè laudatum ab Herodoto in primo libro. Ductus est Canus in eam opinionem, tanti nomen Assueri esse nomen proprium: & quia maritum Esther diuina Scriptura nominat Assuerum, putauit eum ipsum regem fuisse patrem Darij Medi, quem hoc loco Assuerum Daniel appellat. Verum falsus est Canus: quippe Assuerus maritus Esther, appellatur eodem in libro Artaxerxes Persarum rex, quod nomen non habuere nisi reges Persarum post Cyrum, quem non modo pater Darij, sed ipse Darius in regno antecessit. Deinde ille Assuerus regnabat Susis, vt eo libro traditur, eratque tunc vrbs Susorum regia Persarum, hæc autem ciuitas facta erat regia Persarum post hunc Darium Medum, siquidem eam constituit regiam, vel Darius Hystaspis, vt affirmat Plinius libro sexto, capite vigesimo septimo: vel Cyrus, vt Strabo in libro decimoquinto auctor est. Adhuc quod maritus Esther dicitur omnes maris insulas sub imperium suum habuisse subiectas: Persæ autem primum regnante Xerxe, insulas maris mediterranei sub ditionem & potestatem suam redigere cœperunt: omnium autem insularum Artaxerxes Memnon, vndecimus Persarum rex, dominatum tenuisse memoratur. Dicamus nos, quod verius dictu est vocabulum Assueri apud Hebræos significare magnum caput, seu magnum principem. Et sanè, vt docet Pagninus in lib. de interpretatione nominũ Hebraicorum, pro Assuerus, scribi, & pronunciari debet Achasuerus, ab Achas quod est magnum, & res quod est caput. Ergo, filius Assueri dictus est, quasi filius magni principis, seu regis sicut Tutcæ imperatorem suum appellãt magnum Dominum, reges item Persarum, & ipsi se magnos reges appellabant, & ab aliis idemtidem appellabantur. Pater autem huius Darij Medi fuit, vt supra ostendimus in ea disputatione quæ libro septimo tractata est, vel Astyages, vel Cyaxares, vterque maximi ac potentissimi omnium qui ante se fuerant, Medorum reges.

Resellitur eius sententia.

Auctoris sententia. Assueri nomen apud Hebræos quidem significat

Historia



Historia scholastica, Lyranus, & Carthusianus, ante Iosas Iosephus, Hieronymus, Theodoretus, & Beda, hunc Assuerum non alium quam Astyagem intellexerunt. Tres porro in sacra historia repertimus hoc vocabulo Assueri esse appellatos: patrem huius Darij Medi, & regem illum maritum Esther, illum quoque regem qui apud Esdram prioris libri capite quarto dicitur prohibuisse templi ædificationem, cum vero multi, & graues viri existimant fuisse Cambysem Cyri filium. Palam igitur est vocabulum Assueri, nõ esse proprium nomen vnius alicuius regis, ea ratione, vt putauit Canus, sed esse nomen, quo solebant Hebræi externos, & magnos principes, præsertim vero præpotentes Medorum, & Persarum reges, non enim aliis hoc nomen scriptura tribuit appellare.

Tres in diuina scriptura Assueri.

Verba illa quæ sequũtur *in anno vno vel in primo Darij Medi*, denotant tempus quo visio hæc Danieli contigit. Quod tẽpus, vt planè cognitum habeatur disquirendum est, quot annis hic Darius Medus regnauerit præcipue postquam Chaldæorum regnũ adeptus est. Ioannes Annius, Methastenem & Philonem suum sequutus, Diodo etiam & Lucidus, alique non pauci, non ausi extra vestigia Annij pedem ponere tradunt, Darium Medum post victos & subiectos imperio suo Chaldæos, regnasse duos annos simul cum Cyro, videlicet, à quo in debellandis Chaldæis plurimum adiutus fuerat. At Nicolaus de Lyra, & Vatablus super hoc nono capite Danielis, Petrus quoque Galatinus, in libro quarto de arcanis Catholicæ veritatis, capite decimo quinto, affirmant hunc Darium post victos Chaldæos, & ante regnum Cyri duos annos regnasse. Cyrillus Hierosolymitanus catecheſi duodecima nominat octauum annum huius Darij Medi. Quo fieret ipsum regnasse minimum, octo annos. Verum Cyrillus ita confuse loquitur de Dario Medo, vt si nomen spectes, de hoc nostro Dario loqui: sin autem, quæ de eo tradit, de Dario Hystaspis, qui quartus fuit Persarum rex, potius quam de hoc Dario Medo, qui regnauit ante monarchiam Persarum, agere videbatur. Seuerus Sulpitius libro secundo sacræ historiæ scribit hunc Darium Medum regnasse decem & octo annos, qua tempestate regnabat apud Medos Astyages. Miror equidem Sulpitium cæteroqui in obseruatione temporum minime indiligentem non enim aduertisse, hunc ipsum Darium Medum, sumpta capite sexto, regem Persarum & Medorum à Daniele nominari, quomodo igitur eo regnante, alius Medorum imperium regebat: Sed neque ex opinione Sulpitij liquet, an Darius Meduerit los decem & octo annos, ante, an post sublugatos sibi Chaldæos regnauerit. Nos ita existimamus. Vel quæritur

Secunda quæstio, quot annis regnauerit Darius Medus.

Prima opinio Annij Lucidi, Diodonis.

Secunda opinio Lyrani, Vatablí, & Galatini.

Tertia opinio Cyrilli Hierosolymitani.

Quarta opinio Seueri Sulpitius

Quinta opinio auctoris.

de annis quibus Darius Medus simpliciter & absolutè regnauit: vel de iis quibus præfuit imperio Chaldæorum. Ad priorem quæstionem respondendum est, si hic Darius Medus fuit Astyages, nam de hoc à nobis in libro septimo varie disputatum est, regnasse eum secundum Herodotum libros 31. triginta quinque annos, secundum Eusebium verò in chronicis, triginta octo. Sin autem hic Darius Medus fuit Astyagis filius, quem alio nomine Xenophon Cyaxarem appellat, quot annos is regnauerit, incompertum est. Etenim Xenophon, qui solus Cyaxaris historiã scripsit, annos regni eius nequaquã prodidit. Ad posteriorem autem quæstionem, quæ ad rem præsentem maximè facit, respondemus, Darium Medum, postquam imperium habuit in Chaldæos, non plus vno anno regnasse. Ao hoc demonstrandum, & confirmandum, nonnullas subiiciam propositiones, quibus explicatis prè bari que, veritas nostræ sententiæ necessario manifesteque concluditur.

Septagesimo, & vltimo anno Babylonicę Iudæorũ captiuitatis, euersum est regnum Chaldęorum, & Cyrus regnare cœpit septimo captiuitatis anno.

Prima propositio. Regnum Chaldæorum euersum est à Medis & Persis, anno Babylonicæ Iudæorum captiuitatis septuagesimo, & vltimo. Hoc manifestum certumque facit Hieremias, in cuius libri cap. vigesimoquinto, ita scriptum est. *Erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam dicit Dominus, iniquitatem eorum: & super terram Chaldæorum, & ponam illam in solitudines sempiternas: & adducam super terram illam omnia verba mea, quæ locutus sum contra eam.* Secunda propositio. Soluta eũ Iudæorum captiuitas, ipsique reuersi sunt in patriam, eodem ipso anno septuagesimo captiuitatis suæ. Hoc etiam probatur ex alio vaticinio Hieremiæ, quod est in vigesimo nono capite eiusdem libri. *Hæc dicit Dominus: cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reuertar vos ad locum istum.* Tertia propositio. Cyrus regnare cœpit anno Babylonicæ captiuitatis septuagesimo. Confirmatur hoc extremis verbis posterioris libri Paralipomenon, quæ sic habent. *Si quis Iudæorum euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filiis eius, donec imperarent rex Persarum: vt complerentur in ore Domini ex ore Hieremiæ, & celebrauerit terra Sabbatha sua: cunctis enim diebus desolationis egit Sabbathum vsque complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, &c.* Similibus verbis Esdras orsus est historiã suã. Ex vtroque autẽ loco liquido perspicitur, septua-



septuagesimam seruitutem Iudæorum, duratse vsque ad regnũ Cyri fuisse primũ. Quarta propositio. Statim post eçdem Balthasaris regis Babyloniç, Darius Medus regnũ Chaldæorum obtinuit. Dicetis verbis id supra quinto capite docuit Daniel. *Eadem inquit, nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus: & Darius Medus successit in regnũ annos natus sexaginta duos.* Ex quo intelligitur, Darium Medum regnare cœpisse apud Chaldæos, anno septuagesimo Iudaicæ captiuitatis: eo enim ipso anno subuersum esse Chaldæorũ imperium, in prima propositione demonstratum est. Quinta propositio. Proximè post Darium Medum, regnauit apud Chaldæos Cyrus. Fuisse Cyrum proximum Darij successorem in regnum, non obscurè indicauit Daniel vltimo verbis capitis sexti, cum dixit: *Verùm Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darij, regnumque Cyri Persæ:* & verè, ita senserunt Iosephus, Hieronymus, Theodoretus, & Beda: nec aliter dici potest, siue Darium Medum faciamus Astyagẽ, siue Astyagis filium Cyaxarem. Sexta propositio. Darius Medus non plus vno anno regnauit apud Chaldæos. Si enim regnare cœpit anno septuagesimo Iudaicæ captiuitatis, vt ostensum est in quarta propositone, & Cyrus, qui ei proximè in regnum successit, vt in quinta propositione dictum est, regnare cœpit eodem ipso anno septuagesimo, vt patet ex tertia propositione, necessario concluditur, Darium Medum illo ipso anno septuagesimo & cœpisse, & desiisse regnare apud Chaldæos. Ergo initio illius septuagesimi anni, Darius Medus subiugauit sibi Chaldæos, & magna parte illius anni super eos regnauit. Exeunte illo ipso anno, mortuo Dario, regnum accepit Cyrus, soluitque Iudæorum captiuitatem. Et quia Daniel in principio huius capitis ait, se visionẽ hanc habuisse in anno vno, seu primo regni Darij super Chaldæos, liquet, eam visionem instante iam fine captiuitatis, & initio libertatis Iudæorum, contigisse Danieli.

Darius Medus non plus vno anno post cædẽ Balthasaris Chaldęis imperauit.

Sed cur Daniel annum illum regni Darij appellat, & vnum, & primum? Dupliciter id potest intelligi: vel, vt idem vocabulo vnius, & primi significetur. Solet namque Scriptura dicere vnum pro primo: quemadmodum in exordio libri Geneseos dixit Moses: *Factum est vespere, & mane dies vnus.* Id est, primus: & in Euangelica historia scriptum est, Dominum nostrũ resurrexisse vna Sabbathi, id est, prima die post sabbathum. Vel fortasse Daniel dicens vnum, & primum annum, insinuare voluit, quod nos modo docuimus, Darium Medum, capta Babylone, victisque Chaldæis, non plus vno anno imperium illud Babylonicum rexisse: itaque fuit annus ille primus, idemque tantum vnus. Si autem vltimus annus Darij Medi, primus

Cur vocetur annus vnus, & primus. *Genes. 1. Marc. 16.*

Ao regnũ Chaldæorum euersum fit ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca



septuagesimo anno Babylonicæ captiuitatis currente, un iá expleto, & trãsacto.

fuit regni Cyri, Cyrus autem regnare cœpit secundum omnes, primo anno Olympiadis quinquagesimæ quintæ, palam est, Danielem hanc visionem, & reuelationem septuaginta hebdomadum, quæ ei accidit in vltimo anno Darij, circa primum annum quinquagesimæ quintæ Olympiadis hanniflet quod vtiq; nobis erit in disputatione de septuaginta hebdomadibus.

Sed ex his, quæ dicta sunt, duæ difficultates existunt. Vna oritur ex eo, quod paulo supra diximus in ipso septuagesimo anno Iudaicæ captiuitatis euersum esse Chaldæorum imperium, contrarium enim videtur dixisse Dominus per Hieremiam, capite vigesimo quinto, prædicens, postquam completi fuissent septuaginta anni captiuitatis, visitaturum se terram Babylonis, & in solitudinem redacturum. Non igitur incurrente anno septuagesimo, sed iam expleto, transactoque imperium Babylonis impletum est. Verum, nullius negotij est eam difficultatem expedire. Etenim secundum phrasim Scripturæ peculiarem, nec infrequentem, illud, quod est in prædicto loco Hieremiæ: *Cum completi fuerint septuaginta anni* idem valet, & significat, atque in ipso septuagesimo anno. Cui rei fidem facit similis modus loquendi, qui est in capite secundo. Euangelij D. Lucæ: *Postquam*, inquit, *consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, &c.* id est, postquam aduenit dies octauus, circumcisioni puerorum à lege indictus. Non enim significat Lucas completis exactisque diebus octo, circumcisum esse Dominum, fuisset namque circumcisus die nono, quod erat contra legem Mosis. Sic autem intelligendum esse illum Hieremiæ locum, non tantum ex hoc manifestum est, sed etiam, quia, nisi ea ratione intelligatur, pugnaret secum Hieremias: quippe, qui postea in eius lib. cap. 29. his verbis facit Deum loquentem: *Cum impleri cœperint septuaginta anni, visitabo vos, & reducam vos in terram vestram*. Quibus verbis denuntiatur, in ipso septuagesimo anno captiuitatis, futuram Iudæorum liberationem, eorumque in patriam suam reuersionem. Certum autem est, Iudæorum liberationem, & in Iudæam reuersionem post imperij Chaldaici excidium esse factam.

Locus D Luc. ca. 2. exponitur.

Discutitur quadruplex Iosephi Scaligeri sentẽtia, & primò,

Alteram difficultatem exsuscitauit, & iniecit nobis Iosephus Scaliger in libro sexto, de emendatione temporum. Quatuor enim ponit, & probare contendit Scaliger, quatuor nostris superioribus sententiis plane contraria. Primo ait, regnum Chaldæorum non fuisse anno septuagesimo captiuitatis Iudaicæ à Cyro euersum. Id autem, hunc in modum argumentatur, septuaginta annorum captiuitatis, initium à captiuitate regis Iechoniæ, sumendum est, etenim apertis verbis Hieremias cap. 29. inde orsus septuagenariam illam captiuitatem, verbis Dei promisit Iudæis cum Iechonia Babylonem abductis, reditum in patriam, post septuaginta annos. Est autem captus Iechonias anno octauo regni Nabuchodonosor, sic enim proditum est in libro 4. Regum, cap. 24. Ab hoc anno regni Nabuchodonosor octauo, vsque ad finem regni Babylonici, fluxerunt sexaginta anni, qui colligentur ex annis quibus regnasse Nabuchodonosor, & successores eius vsque ad finem imperij Chaldaici, tradit apud Iosephum priori libro contra Apionem Berosus, diligens, & laudatus ab antiquis rerum Chaldaicarum scriptoribus. Siquidem regnasse affirmat Nabuchodonosor annos tres, & quadraginta, quo fit, vt post captum Iechoniam, triginta sex annos regnauerit. Secundum Nabuchodonosor, regnauit Euilmerodach, annos duos: post hunc Nigliffarus, annos quatuor: huic successit Labosardachus, qui, & præmisit imperio nouem menses, denique Nabonidus, qui victus à Cyro, perdidit imperium Babylonis, cum septem, & decem annos regnum tenuisset. Ex hac chronologia, à capto Iechonia, & initio captiuitatis, vsque ad euersionem imperij Babylonici, perspicitur non plus sexaginta annos effluxisse. Non igitur septuagesimo, sed sexagesimo anno captiuitatis, regnum Babylonis à Cyro captum, & ad Persas translatum est. Deinde censet Scaliger, Cyrum non expugnasse Babylonem, regnúmque Babylonicum occupasse, anno primo regni sui, sed multis post annis. Confirmat hoc auctoritate Herodoti, qui primo libro scribit, Cyrum post bellum Lydiæ profligatum, captúmque Lydorum regem Crœsum, conuertisse se ad Babylonis oppugnatio nem. Sed quando Crœsus à Cyro captus est? captum esse anno quarto septimæ, & quinquagesimæ Olympiadis, adnotauit in chronicis Eusebius. Victóque, Cyrus Sardes ingressus est quinquagesima octaua Olympiade, vt refert Solinus capite septimo. Biennio autem post, vt ex contextu narrationis Herodoti, si Lector animum aduertat, facile est colligere, capta est Babylon à Cyro. Ergo tempus expugnatæ Babylonis, & Chaldaici imperij ad Persas translati, competit anno secundo, quinquagesimæ octauæ Olympiadis. Tertio loco, ex his concluditur, primum annum regni Cyri, nequaquam conuenire cum septuagesimo anno captiuitatis, sed potius cum quadragesimo sexto. Etenim, Cyrus regnare cœpit primo anno, quinquagesimæ quintæ Olympiadis, vt bene probat Scaliger libro quinto. Regnũ autẽ Chaldæorum, euersum est à Cyro, vt paulò ante diximus, anno secundo, quin-



ea, quæ asserit euersionẽ Chaldaici imperij septuagesimo capti uitatis anno nõ accedisse

Alteraest Cyrũ nõ expugnasse Babylonẽ anno primo regni sui.

Tertiaest primũ annũ Cyri cum quadragesimo sexto captiuitatis conc currere.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quarta est, vltimus Cyri annus fuit esse captiuitatem.

quinquagesimæ octauæ Olympiadis: fuit igitur annus ille decimus quartus regni Cyri. Sed hunc finisse annum sexagesimũ captiuitatis, paulo supra ostendit Scaliger: relinquitur igitur primum annum Cyri, finisse quadragesimum sextum captiuitatis. Quarto, & extremo loco, affirmat Scaliger extremis imperij Cyri annis, solutam esse captiuitatem, factamque Iudæis in patriam redeundi potestatem. Cyrus enim ante captam Babylonem victosque Chaldæos, nullum imperium habuit in Iudæos, simul enim Babyloniæ, & Iudæorum Dominus extitit. Nec tamen libertas post occupatum imperium Babylonis, Iudæorũ rebus prospicere potuit, in ordinãdis rãti imperij prouinciis occupatus. Annum igitur secũdus sexagesimæ secũdæ Olympiadis, fuit septuagesimus captiuitatis tũ primũ data Iudæis libertas est, factaque potestas reuertẽdi in patriã, & reficiendi tẽplum. Non enim hoc fieri potuit in exordio regni Cyri, sed cũ profligatis tam bellis omnibus, subactisque plurimis gẽtibus in summa pace amplissimum teneret imperium. Hoc Cyrus apertè declarauit, ita præfatus in edicto suo, in gratiam Iudæorum scripto, quod in extremo posterioris libri Paralipomenon, & principio prioris libri Esdræ his verbis refertur. *Hæc edixit Cyrus rex Persarũ: Deus, Dominus cæli, dedit mihi regna terræ.* Hoc non potuit Cyrus dicere nisi vltimis temporibus imperij sui: tunc enim lõgitudo imperij eius ab India ad Nilũ, latitudo ab Oceano ad Caspiũ mare pertinebat. Sed occurrit Scaliger cuidã obiectioni. Scriptura enim extremis verbis posterioris libri Paralipomenon: primisque prioris libri Esdræ, diserte narrat, anno primo Cyri, solutam esse Iudæorum captiuitatem. Respondet, Scripturam vocare annum illum primum Cyri, non quo ille cœpit regnare: sed primũ solutæ captiuitatis. Iudæi enim tanto bono & beneficio affecti, tempora putare cœperunt ab eo anno qui princeps fuit eorum libertatis. Similiter etiam Daniel cap. 11. tertium annum Cyri nominauit, qui eius tamen fuit vltimus. Sic hodie Syrochaldæi tam ab antiquis vsque tẽporibus, annum primum Alexandri vocant, qui tamen fuit primus Seleuci, nõ Alexandri. Hactenus sententiam Scaligeri, fideliter commemorauimus. Singulas igitur eius sententias excutiamus.

Obiicit sibi Scaliger, & respõdet.

Refelli-tur prima sententia Scaligeri

Ac prima quidem eius sententia imperium Babylonicum non septuagesimo, sed sexagesimo captiuitatis anno à Cyro euersum esse, videtur manifesto Hieremiæ testimonio refelli: prædixit enim Hieremias cap. 25. Iudæos seruituros Chaldæis per septuaginta annos, quibus completis, Deum terram Babylonis visitaturum, & in solitudinem redacturum: ergo, qui Babylonici imperij, idem septuagenariæ captiuitatis Iudæorum finis



finis erat futurus. Deinde, si exordium septuaginta annorum capiatur, non a capto Iechonia, vt placet Scaligero: sed a capto rege Sedechia, ratio temporum non constat Scaligero: atqui septuaginta illos annos ordiri sacram Scripturam, non à transmigratione Iechoniæ, sed à captiuitate Sedechiæ, paulo infra ostendemus. Nec me mouet descripto annorum, quibus post captum Iechoniam vsque ad expugnationem Babylonis, regnasse Chaldæorum reges, Berosus prodidit. Non enim dubitabo dicere, eam chronologiam, vel falsũ traditam a Beroso, vel librariorum culpa deinde vitiatam. Sane Iosephus, qui in referenda sententia Berosi tã diligens fuit, eam postea non est sequutus: nam & annos illorum regum multo aliter descripsit, & vltimum annum captiuitatis, atque imperij Babylonici, cum primo anno Cyri comparauit. Secunda Scaligeri sententia, regnum Babylonis non esse destructum anno primo, sed anno decimo quarto Cyri minimè congruit cum eo, quod scriptum est apud Hieremiam cap. 25. in posteriori libro Paralipomenon cap. vltimo. Illic enim traditur Iudæos mansuros in captiuitate vsque ad euersionem regni Babylonis: hic autem dicitur eam seruiturem & captiuitatem perduraturam vsque ad imperium regis Persarum, hoc est, vt proximè subiicitur: vsque ad primum annum Cyri. Idem igitur annos fuit, qui Chaldæis finem regni, Iudæisque captiuitatis terminum, atque Cyro principium imperij attulit. Sed Herodotum opponit nobis Scaliger, scilicet veracissimum & religiosissimum historiæ scriptorem: qui confecto Lydiæ bello, captaque Cræso, post id temporis, bellum aduersus Babylonios susceptum a Cyro, capramque Babylonem esse narrat. Narrat sane: sed in ordine & descriptione temporum, errat Herodotus. Nec mirum, si non enim in hoc tantum lapsus est, quàm multa in illis libris peccasse contra veritatem historiæ, & chronologiæ peccauit quin, ipse Scaliger, in alia ipsa historia mendacij arguit Herodotum, quod is Labynithum, vltimum Babylonis regem filium faciat prioris Labynithi, quem ipse putat fuisse Nabuchodonosor. Posteriorem enim Labynithum, quo regnante capta est Babylon, existimat Scaliger, fuisse eum ipsum, quem Daniel capite quinto Darium Medum appellauit, non modo non genere & cognatione coniunctum ipsi Nabuchodonosor, sed etiam gente & natione diuersum. Ego alterum deprehendi in contextu eiusdem narrationis insignius & fœdius Herodoti erratum. Scribit enim Nitocridem reginam Babylonis, & matrem eius Labynithi, qui victus à Cyro, Babyloniæ perdidit imperium, posteriorem fuisse regina Semiramide quinque æratibus, hoc est, annis centum quindecim, vel centum sexaginta quinque.

Septuaginta annis captiuitatis vnde incho andi.

Refelli-tur secunda sententia Scaligeri.

Mul ain hist pec casse Her dot n.

Siquidem

Ætas quot annos complectitur ex Herodoto libro 1.

Siquidem ætatem Græcè γενεὰν, vel viginti tribus, vel tribus & triginta annis definiuit Herodotus. At, quid obtusius, aut insciti⁹ dici potuit in historia & chronologia, quam earum regnatum tempora, ne duobus quidem seculis inter se diuidere, quæ plus tredecim seculis diiuncta fuisse constat. Nam si Eusebium, Hieronymum, Orosium, Augustinum, Cyrillum, Bedam, aliosque complures melioris notæ chronologos, verum prodidisse credimus, Semiramis, amplius trecentos & mille annos ante Nitocridem, Assyriorum & Babyloniorum rexit imperium. Tertia & quarta sententia, eodem argumento confutantur. Nam vltimum annum septuagenariæ captiuitatis, fuisse etiam primum regni Cyri, nec nouissimis Cyri annis solutam esse captiuitatem, vt censet Scaliger, adeò diserte apertèque scriptum restatumque est, extremis verbis posteriori⁹ loci⁹ à nobis pomenon, primisque libri Esdræ, vt omnem eius rei dubitationem diuina Scriptura præcidisse videatur. Anno, inquit, primo Cyri regis, vt compleretur vaticinium Hieremiæ de futura Iudæorum liberatione, post septuaginta annos captiuitatis, non modo soluta est captiuitas, sed publico & regali edicto facta potestas est Iudæis reuertendi in patriā suam, templūque rehœdi. Nam quod Scaliger ait, vocari eo loco primū annū Cyri, non quo Cyrus regnare cœpit, sed quo primum Iudæis libertas data est, id fidem non habet, nec satis firmum ei perfugium est, cum nec graui cuiusquam auctoritate, nec probabili aliqua ratione firmetur. Si diceret Scaliger, Iudæos Babylone reuersos, putare voluisse tempora sua ab exordio datæ sibi libertatis, equidem non magnopere repugnarem, quippe in more fuisse olim apud Iudæos recensere annos, etiam ab egressione ipsorum ex Ægypto, & in sacris literis, & apud Iosephū reperio. Sed quod dicit Scaliger, Iudæorū à tempore datæ sibi libertatis, putare consueuisse non annos suos, sed annos regni Cyri, id profectò eiusmodi est, vt nullam probabilitatis vmbram, & speciem habere videatur. Illud prochiuius credimus fuisse, Persas putasse annos Cyri ab eo tempore, quo Babylon ab ipso capta est, & imperium Chaldæorum ad Persas translatum: quemadmodum multi, Augusti annos ab Actiaca victoria numerarunt. Atqui, ne hoc quidem à Persis seruatum, aut institutum fuisse legimus.

Refellun tur tertia & quarta Scaligeri sententiæ

Quomodo Cyrus in principio regni sui verè

Cæterum, vrget nos Scaliger verbis illis, quæ præfatus est Cyrus in suo edicto, *omnia regna terræ dedit mihi Deus*, hoc enim necesse, vere Cyrum, nisi nouissimis imperij sui annis, dicere potuisse. Verū, etiam hoc facile est expedire. Nam statim, vt Cyrus victis Chaldæis imperium Babyloniæ, suo regno quod erat Medo-



Medorum & Persarum, adiunxit, verè potuit dicere, omnia regna terræ sibi data, nempe eo modo loquendi in sacris literis frequentissimo, quo, vocabula, *omnes*, & *omnia*, pro plurimi & plurima ponuntur. Etenim, si Daniel capite secundo verè dixit, regem Babyloniæ Nabuchodonosor fuisse Dominū omnis terræ: cur non idem dicere potuit Cyrus, qui regnum suum cum imperio Medorum & Persarum coniunctum possidebat? Vel fortasse Cyrus dixit omnia regna terræ sibi data, nō quod ea iam tunc possideret: sed quod eorum possessionem sibi à Deo destinatam fuisse, cognouisset ex diuino oraculo, quod Isaias ante ducentos annos de ipso nominatim ediderat, & literis, in capite 45. consignauerat. Hoc autem Isaiæ vaticiniū demonstratum esse Cyro à Iudæis, grauis auctor in libro 11. antiquitatum testatur Iosephus. Illud præterea contra opinionē Scaligeri facere videtur, quod Iudæi apud Ioannem capite secundo dixerunt, secundum illud templum Hierosolymitanum sex & quadraginta annis fuisse ædificatum. Quod equidem verissimum esse comperio, si principium ædificandi templum sumatur à primo anno Cyri, quo Iudæis potestas rehœdi templum facta est. finis autem ponatur in anno nono Darij Hystaspis, quo anno, vt tradit Iosephus, ex ædificio templi omnibus patribus absoluta & consummata est. Quod si audiamus Scaligerum, nullo modo procedit ratio illa Iudæorum. Siquidem, ab vltimis Cyri annis, quibus arbitratur Scaliger solutam esse captiuitatem, vsque ad nonum annum Darij Hystaspis, vix annos viginti reperies. Verum hæc, quæ non tam contra Scaligerum, quam pro eo quod nobis aut verum, aut simillimum veri videbatur, breuiter disputata sunt, hunc habeant terminum.

dixeris, omnia regnater ra sibi est se data.

Ioseph. lib. 11. Antiq. cap. 1.

Templū quo annocōsum matū Iosephi. li. 11 Antiq. cap. 4.

*Ego Daniel intellexi in libris, numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni.*

LOcus hic Danielis de septuaginta annis Babylonicæ captiuitatis Iudæorum, & arduus explicatu est. & cum benè explicareque cognitum haberi, permagni refert ad explicationem disputationis de septuaginta hebdomadibus. Ego tres, super his septuaginta annis captiuitatis, quæstiones enodandas suscepi.

De septuaginta annis captiuitatis disputatio.

Prima quæstio. Cum tempus Babylonicæ captiuitatis, manifestè in sacris literis definiatur septuaginta annis, vt videre

videre licet apud Hieremiam cap. 25. & 29. & hoc loco Danielis, nec non & in extremis verbis posterioris libri Paralipomenon, cui Baruch Propheta tempus eiusdem captiuitatis, vsque ad septem generationes extendit. Sic enim est apud ipsum Baruch, in capite sexto, *eritis Babylone annis plurimis, vsque ad generationes septem: post hæc autem educam vos inde in pace*. Etenim, siue nomen generationis, sumatur pro ætate, quam possint homines vsuendo attingere, quæ definita est à Dauide septuaginta, vel octoginta annis, in libro autem Ecclesiastici, capite decimo octauo extenditur vsque ad centum annos: siue sumatur pro ætate matura & idonea generandæ prolis, quæ solet esse viginti annorum, certe minor quatuordecim annis aut nunquam est aut rarissimè: siue igitur hoc, siue illo modo sumatur nomen generationis: liquet, in septem generationibus, pluiquam septuaginta annos contineri. Videtur igitur Baruch, qui tamen discipulus & scriba fuit Hieremiæ, in decimo nono tempore captiuitatis, à magistro suo dissentire. Quin ob eã causam putarunt nonnulli, vt refert Nicolaus de Lyra, librum Baruch non esse canonicum.

Tertia quæstio. Cur Baruch septuaginta annis captiuitatis tria appellauerit septẽ generationes. Exercitus locum Baruch, à *Psal.* 80 Vocabulũ γενεᾶς sæpe pro tempore quando temporis spatium denotet.

Quo plenior huius difficultatis explicatio tradatur, sciendũ est, quam Græci vocant γενεὰν, Latinos dicere vel ætatem: vel progeniem, in sacris autẽ literis nominari generationẽ: quo vocabulo deinceps nos vtemur: sed eo idẽ significari, & intelligi volumus, quod Græcis significat vox γενεὰ. Verũ quot annos denotet vocabulũ generationis, varie admodũ definitur ab authoribus. Quidam videntur sumpsisse pro septem annis, vt cũ medici vetant ante duas generationes venam puero incidi: & cum apud Suidam Orpheus vixisse dicitur nouem, vel undecim generationes. Apud Eusebium libro decimo de præparatione Euangelica capite vltimo, nomen generationis ponitur pro spacio viginti annorum: scribit enim, à rege Inacho, vsque ad bellum Troianum, transisse viginti generationes, hoc est annos quadringentos. Herodotus primo libro, cuique generationi seu ætati tres & viginti annos assignat, cum ait, Heraclidas tenuisse Lydiæ regnum vsque ad Candaulem Myrsi, per quingentos & quinque annos, seu per duas ac viginti ætates. Idem postea libro secundo, tribus & triginta annis vnam ætatem definiuit: ait enim, tres virorum progenies, centum contineri. Diodorus Siculus libro tertio capite 13. generationem facit triginta annorum, siquidem triginta generationes, sexcentis annis definiunt. Plutarchus item in libro, qui inscribitur *cur vetula desecerint*, & Censorinus in libro de die natali Romanorum, ad eundem planè modum loquitur de generatione. *Iliad.* 2. Quomodo videtur intelligi debere, quod Homerus dixit, & vulgo



vulgo fertur, tres ætates vixisse Nestorem, videlicet nonaginta annos. At verò Dionysius Halycarnassæus libro primo Romanarum antiquitatum, ad centum annos extendit nomen generationis, scribens fuisse Medorum imperium, prope quinquaginta generationes, hoc est ad quadringentos annos. Qua significatione poni eũ videmus id nomen, in libro Geneseos capite decimo quinto: nam cum dixisset Deus Abrahæ, futurum semen ipsius peregrinũ quadringentis annis mox subiecit, *quarta autem generatione reuertetur in terram hanc*. Denique D. Augustinus, explanando Psalmum centesimum quartum, scribit generationem esse ætatem, qua quis potens est generandi alium: hoc verò minimum, esse quindecim annorum.

His præmissis, ad propositæ quæstionis solutionem accedamus. Dionysius Carthusianus locum illum Baruch exponens, quæstionem nec ignorans, aut dissimulans hanc difficultatem, duplicem tamen eam soluere conatus est, primo ait, vocabulum generationis eo loco poni pro ætate hominis, quæ idonea est generandæ proli: eam autem quatuordecim annorum, etiam naturaliter esse posse: itaque singulis quinque generationibus tribuendo annos quatuordecim, impleri per illas, tempus septuaginta annorum. Duæ autem aliæ generationes, hoc est prima & vltima, computantur à Baruch, non tanquam intrinsecè pertinentes ad tempus captiuitatis, sed tanquam extrinsecus illud ipsum tempus determinantes, prima quidem inchoando, vltima verò, terminando: scilicet, ea ratione putandi tempora, quæ vulgo dicitur exclusiua. Huius manifestum habemus exemplum apud Matthæum & Lucam, cum de tempore transfigurationis Domini vterque scribit, ille dixit iam & post sex dies, hic autem post octo dies, sed hic vtrumque est computatione inclusiua, ille verò exclusiua. Diuinitus vidētur hæc interpretatio, nec mihi est, atque vt opinor, nec vlla doctis erit probabilis. Sed altera eiusdem, duntaxat inter quæ probãda. Aut vocabulum, septem, nõ semper in Scriptura significare certum illum numerum, sed interdum denotare complementum & perfectionem. Censet igitur Dionysius, per septem generationes, significari eo loco perfectam vitæ hominis periodum, quæ est ferè septuaginta annorum, vt definiuit Dauid Psalmo octogesimo nono: nam quod aroplinx est, labor & dolor est.

Solutio quæstionis & primo sentẽtia Carthusiani ponitur.

*Matt.* 17. *Luc.* 9.

Reiicitur

Mihi tres in præsentia rationes occurrerunt nunc nodum explicandi. Primum dicerem, illud vocabulum, septem, positum pro numero indefinito, vt idẽ significet, quod multa: sic Moses in Leuitico dixit Deus, *septẽ plagis castigiam vos*, id est, multis, *Leuit.* 26. & Salomõ in Prouer. *septies in die cadit iustus*, id est, frequenter. *Prouer.* 24.

Interpretatio una.

30. Similiter igitur Baruch dixit, Iudæos soluta captiuitate, reuersuros in patriam post septem generationes, id est, post mutas. Deinde responderi potest, poni eo loco nomen generationis pro ætate, quæ naturaliter valet ad generandum, hæc autem potest esse quindecim annorum. Tribuamus igitur singulis generationibus quindecim annos, dummodo quinque generationes intermedias, fuisse plenas & integras intelligamus, reliquas autem duas, primam & vltimam, inchoatas tantum fuisse cogitemus. Ad hoc, ponamus Baruch non loqui de captiuitate Iudæorum vltima sub rege Sedechia, sed de ea quæ facta est in transmigratione Iechoniæ, vndecim annis ante captiuitatem Sedechiæ. Cum enim Baruch eo loco referat epistolam Hieremiæ scriptam ad Iechoniam & Iudæos, qui cum ipso erant Babylone, satis credibile fit, ipsum loqui de captiuitate Iudæorum, qui simul cum Iechonia, Babylonem ex Iudæa fuere. Ab hac autem captiuitate, vsque ad primum annum Cyri, quo soluta est captiuitas, vnus & octoginta anni putantur. Atque hac ratione conputatio Baruch non pugnat cum computatione Hieremiæ. Hic enim loquitur de captiuitate Iudæorum sub rege Sedechia, ille verò sub Iechonia. Denique illud quoque tertio loco responderi posset, Baruch loqui eo loco de captiuitate Iudæorum sub rege Sedechia, sed eius tamen tempus non terminasse in primo anno Cyri, cum magna pars populi Hebræi, duce Zorobabel, reuersa est in Iudæam, sed finisse id tempus in septimo anno regis Artaxerxis, quem nos sequuti graues auctores, Artaxerxem Longimanum fuisse arbitrantur. Eo anno reliqua pars Iudæorum, quæ cum Zorobabel redire noluerant, aut postea nati fuerant, principe ac duce Esdra, rediit in patriam, sicut libri sui capite 7. & 8. narrat Esdras. Iam verò a captiuitate regis Sedechiæ vsque ad renouationem Esdræ, numerantur anni centum septuaginta, quos in illa septem generationis Baruch, commodissimè distribui possumus.

Conciliatur Hieremias & Baruch de duratione captiuitatis variæ scribentes.

Sed propius veniendum est ad septuaginta annos captiuitatis: de quibus duplex in præsens quæstio tractanda est. Altera de eorum annorum initio altera de eorum fine. Sed antea prænotandum ac pro certo habendum est, Hieremiam cœpisse vaticinari iam pendentes Iudæos e captiuitate, anno decimo tertio regis Iosiæ: id enim perspicue verbis rectificatis est Hieremiæ ipse cap. 25. sic enim eo loci est. *A decimo tertio anno Iosiæ filij Amon regis Iuda, vsque ad diem hanc, ille annus est vicesimus tertius, factum est verbum Domini ad me, & loquutus sum ad vos de nocte consurgens, & non audistis, &c.* Illud præterea sciendum est, fuisse regnum Iudæ, & Iudæorum captiuitates Babylonicas, easque

Deceptus quinquagenta annis captiuitatis.

Hieremiæ quando vaticinari cœperit.

Triplex initium septuaginta annorum quæritur.

easque omnes sub eodem Chaldæorum rege Nabuchodonosor factas: primam regis Ioacim, Danielis, & sociorum eius facta etiam, tertio, vel quarto anno regni Ioacim, & primo anno regis Nabuchodonosor, de qua satis disputatum a nobis est, in primo libro huius operis, super primis verbis primi capitis. Altera sub rege Ioacim seu Iechonia, octo annis post primam, qua captus est etiam Ezechiel propheta. Tertia fuit omnium grauissima & calamitosissima, regis Sedechiæ, qua templum incensum, euersa vrbs, cuncta regio vastata, Iudæi, aut ferro flammisque erepti, aut Babylonem in acerbissimam seruitutem abstracti fuere. De prima captiuitate scriptum est in principio libri Danielis, & in posteriori libro Paralipomenon, cap. 26. De secunda, in quarto libro Regum cap. 24. De tertia, in eiusdem libri cap. 25. & apud Hieremiam cap. 39. & 52.

Babylonica captiuitas sub Nabuchodonosor.

Iechonias sub Nabuchodonosor.

Sedechias sub Nabuchodonosor.

His præmissis, percipiendum est vnde oporteat illorum septuaginta annorum captiuitatis numerum initium sumere. Hac in quæstione quatuor inuenio opiniones. Prima opinio est bene vetus, vtpote cuius in chronicis meminit Eusebius, tacitis tamen eius opinionis auctoribus, principium illorum septuaginta annorum fuisse in decimo tertio anno regis Iosiæ, quo anno aggressus est vaticinari Hieremias, & imminentes populo Iudæorum calamitates denunciare. Sed falsam esse eam opinionem liquido iudicarunt ex ipsa sacra Scriptura: quippe, quæ docet, nec illo decimo tertio anno, nec toto tempore regis Iosiæ, vllam grauem Iudæis contigisse calamitatem, nedum captiuitatem hoc Deo, singulari Iosiæ pietati indulgente, videlicet ne is, quoad viueret, cerneret mala, quæ Iudæos, propter eorum scelera, manebant. Lege librum 4. quartum Regum ca. 22. eo loco ita Deum Iosiæ loquutum referentem; *colligam te apud patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ne videant oculi tui mala, quæ introducturus sum super locum istum.* Altera opinio est Nicolai de Lyra, & si eam inemorans in Chronicis Eusebius multo antiquiorem fuisse ostendit, eam certe probauit maximè Seuerus Sulpitius in libro 2. sacræ historiæ, qui hos 70. annos orditur a primo anno imperij Nabuchodonosor, quo anno primum captus est rex Ioacim, cuius sententiæ in annotationibus super nono capite Danielis subscripsit Vatablus. Lyranus igitur in commenta. tus sui super primo capite libri Esdræ orditur septuaginta annos a captiuitate regis Ioacim, quam sequutus Historiam Scholasticam, octauo anno regis Ioacim accidisse putat. Sed miror Lyranum minimè hebetem & inerudituin in sacris litteris, non vidisse captiuitatem eius regis, euenisse tertio anno regis Ioacim, vt conceptis verbis scribit Daniel in exordio huius libri.

Primo eo-rum qui dicunt

Secunda opinio cœpisse tempore Ioacim refutatur

quo loco etiã à nobis hoc discussum est.

Refelli-tur 3. opinio eorũ qui dicũt tam ea-pitis sub Iechonia

Tertia opinio est rabbi Salomonis, vt prædicto loco refert Lyranus, quam sequutus est Caietanus in commentario super vltimo capite posterioris libri Paralipomenon, eandemque iã jam veram censet Iosephus Scaliger libro sexto de emendatione temporum. Illi computant septuaginta annos captiuitatis, à transmigratione seu captiuitate regis Iechoniæ. Atque etiã ad eam restringi eorum, Caietanus & Scaliger afferunt, dictum ex verbis Hieremiæ, quæ sunt in capite vigesimo nono, vbi Iudæa cum Iechonia Babylonem abducti, verbis Dei, videt Hieremias, completis septuaginta annis captiuitatis, excitato seruutis iugo, libertati restituit in patriam redituros. Ex quo loquitur septuaginta annos captiuitatis, à transmigratione Iechoniæ coepisse principium. Sed infirma ea ratio est. Non enim eo loco Hieremias iubet illos expectare, donec in ipsis copleantur septuaginta anni eorum transmigrationis: sed ut simpliciter & præcise, donec coplebuntur in Babylone septuaginta anni desolationis, visitabitque eos, quos illum Propheta ante me moratus capite vigesimo quinto. Ex quo capite semper operæ pretium est diligenter tanquam eorum, quæ pulcherrime septuaginta annorum captiuitatis in capite vigesimo nono. Solumdo autem, ut ne de solato terra Iudæorum, non accidit in transmigratione Iechoniæ, sed in Sedechiæ captiuitate, vt ex hoc libri quarti Regum licet intelligere. Si quis autẽ ex me percontetur, cur Hieremias ad eos qui cum Iechonia transmigrarant, de his septuaginta annis scribat, resp. debeo, hos septuaginta annos captiuitatis, fuisse illis notissimos: vtpote quos Hieremias, vt traditur in libro Hieremiæ capite vigesimo quinto, quarto anno Ioacim, & septem annis antè Iechoniæ transmigrationem diserte verbis prænuntiauerat. Deinde prouidisse illos liberationis septuagenariæ captiuitatis, non pertinebat ad Sedechiam & posteros eius, sed ad posteros Iechoniæ, eatumque qui cum ipso transmigrauerant. Non enim illos, sed hos tantum, solutæ captiuitatis reuersos esse in Iudæam, prioribus Esdræ manifestis verbis declaratur. Hoc autem ob eam causam factum est, quod Iechoniæ consilium Hieremiæ sequutus, vltro se, suosque quo ciuitati & regi Chaldæorum dedidit. Quod vt ipsi Sedechias faceret, nulla ratione ab Hieremia persuaderi, & adduci potuit. Hæc itaque spectauit visum illud diuinitus Hieremiæ obiectum: quod in cap. 24. libri eius ita describitur: *Ostendit mihi Dominus: & ecce duo calathi plani ficis, positi ante templum Domini, postquam transmisit Nabuchodonosor Iechoniam, & principes Iuda, & fabros, & inclusores de Hierusalem, & adduxit eos in Babylonem. Calathus unus ficus habebat bonas nimis:*



*nimis: & calathus unus ficus malebat malas nimis. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Sursum ficus hæ bonæ, sic cognoscam in bonum transmissi captiuitatem Iudæ, quam emisi à loco isto in terram Chaldæorum. Ponam oculos meos super eos in bonum, & reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos, & non destruam eos, & plantabo eos, & non auellam. Et dabo eis cor vt sciant me, quia ego Dominus: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, quia reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt præ malitia, sic dabo Sedechiam regem, & principes eius, & reliquias de Hierusalem, quæ remanserunt in terra hac, & qui habitant in terra Ægypti: & dabo eos in vexationem in omnia regna terræ, & in opprobrium, & in parabolam, & in blasphemiam, & in maledictionem in omnibus locis, ad quæ eiecti eos. Et mittam in eos gladium, & famem, & pestem, donec consumatur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.* Hactenus Hieremias.

Quarta sententia quæ probatur autori eorum, qui eos annos captiuitatis, cum Sedechiæ captiuitate cap tus est.

Restat quarta sententia, mihi quidem non tantum probabilior prioribus, sed sola vera certaque. Certum enim habeo, si conuenienter sacris literis loqui, & sentire volumus, non aliam de septuaginta annos captiuitatis, quàm à vltima captiuitate Iudæorum sub rege Sedechia orditi nos debere. Neque verò, vt ita sentiam, sola me plurimorum, & præstantissimorum virorum mouet auctoritas, Iosephi in libris Iudaicarum antiquitatum: Clementis Alexandrini in primo libro Stromatum, Iulij Africani in lib. 5. Annalium, Eusebij in chronicis, & in libro 10. de præparatione Euangelica. cap. 11. & in lib. 5. de Demonstratione Euangelica, in disputatione de septuaginta hebdomadibus, Lactantij in libro quarto Diuinarum institutionum. ex quo D. Hieronymus super 4. c. Exech. & in præsenti super libro Aggæi Prophetæ. Cyrillus Alexandrinus in lib. 2. aduersus Iulian. Isidori in lib. 5. Etymologiarum cap. vltimo, & Bedæ in lib. de sex ætatibus mundi: vt non memorem hoc loco eam plures recentiorum, & sane doctos, & diligentes chronologos, qui eandem veterum sententiam magno assensu complexati sunt: non inquam, tam horum me mouet auctoritas, quamquam, vt par est, mouet sane plurimum: quam quod hanc sententiam in diuinis literis planissime, & explicatissimè consignatam, tessaramque video. Etenim, quoties eo nomine Scripturarum septuaginta annorum meminit: memini autem sæpe numero, velut in extremo libro posterioris Paralip. apud Hieremiam. cap. 25. & 29. & apud Danielem hoc nono capite, semper vocat eos annos desolationis, solitudinis, & vastitatis, in quibus nimirum terra Iudæorum futura erat inhabitata, inculta, & penitus deserta: & actura erat sabbathis, hoc est, inculta, & horrida futura: nam neque septimo die, neque septimo anno terram colere, per legem Mosis, licitum fuit. Sabbathizare Iudæi. Hæc, qui reputat secum, simul, & illud considerat, ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quo primũ tẽpore eiusmodi vastitas, solitudo, & desolatio terræ Iudæorum contigerit, ex ipsa Scriptura liquido cognoscet. eam minimè accidisse in transmigratione Iechoniæ: siquidem per vndecim annos posita, videlicet regnante Sedechia, & vrbs templumque steterit, & regio ipsa, ac terra Iudæorum culta, & habitata fuit. Si autem hoc non accidit tempore Iechoniæ, profecto manifestum est, id multo minus in captiuitate regis Ioacim, aut regnante Iosia, contigisse. At vero in captiuitate Sedechiæ, Scriptura docet templum iussisse incendium, vrbem diripram, & desolatam, regnum Iuda destructum, Iudæos omnes aut ferro ignéque consumptos, aut captiuos Babylonem miserimè abductos, etiam qui ab hoste relicti fuerãt, in Iudæa, paulo post in Ægyptum profugisse: denique omnem Iudæorum regionem, in vastitatem, solitudinem, ac desolationem esse redactam. Quis igitur hæc in sacra historia legens, non clarissimè videat, illos septuaginta annos captiuitatis, quos diuina Scriptura vocat annos septuaginta, vastitatis, & desolationis, non ab alio temporis initio, quàm à tempore captiuitatis Sedechiæ, ordiri oportere.

Quinta quæstio. Quando finiti fuerint 70. annicaptiuitatis. Prima opinio eorũ, qui duplicè faciunt septuaginta annorũ captiuitatẽ restituit Arist. in 1. de generat.

Sequitur altera quæstio de eorum septuaginta annorum exitu, & fine. De qua non minor est, quàm de superiori, inter doctos viros controuersia, & sententiarum diuersitas. Ego tres, quæ nobiliores sunt, sententias hoc loco percensebo. Fuit olim quidam, qui septuaginta annos calamitatis Iudæorum duplicitèr distinguerent, vt alios dicerent fuisse annos captiuitatis Iudæorum, alios verò desolationis templi, & vrbis. Atque illos quidem ordiuntur à transmigratione Iechoniæ, terminant autem in primo anno regis Cyri: hos autem incipiunt à captiuitate Sedechiæ, cum vrbs, templumque incensa, euersaque sunt, & finiunt in secundo Darij Hystaspis anno. Existimant autem illi hac se vna distinctione omnem diremisse controuersiam, & discrepantes scriptorum opiniones ad concordiam posse reuocare. Verum de illis nodi hominibus verissimè dici potest, quod de priscis quibusdam Philosophis scitè dixit Aristoteles. *Ad punctum*, inquit, *resistere, & facilè euincuntur*. Etenim, illi non aduerterunt, suam illam distinctionem pugnare secum, & seipsam euertere. Nam quæ duo illa inter se pugnant? vnum est à transmigratione Iechoniæ, vsque ad primum annum Cyri, fluxisse septuaginta annos captiuitatis: alterum est ab euersione vrbis & templi ad secundum vsque annum Darij Hystaspis, præteriisse septuaginta desolationis annos. Et horum quidem alterum, tollitur ab altero. Nam cum à transmigratione Iechoniæ, vsque ad euersionem vrbis, & templi, vndecim tantùm anni transierint, vt ill.



vt in quarto libro Regum ca. 24. & 25. apertissimè traditur: à primo autem anno Cyri, vsque ad secundum annum Darij Hystaspis, vt probatissima tegum Persidis docet chronologia, quæ triginta anni numerentur, fieri non potest, vt cum septuaginta annorum captiuitatis sit primus annus vndecim, quã primi ipsius septuaginta annorum desolationis; horum tamen finis quadraginta annis posterior sit, quàm finis illorum. Nam si ab euersione vrbis, & templi, anni sunt duntaxat septuaginta vsque ad secundum annum Darij: ergo vsque ad primum annum Cyri, erunt tantummodo triginta, siquidem à primo Cyri anno, vsque ad secundum Darij Hystaspis, esse quadraginta annos, in confesso est apud omnes. Sed transmigratio Iechoniæ præcessit desolationem vrbis & templi annis tantum vndecim: ergo ab illa, vsque ad primum annum Cyri, non possunt esse septuaginta anni, sed duntaxat vnus, & quadraginta. Quod si hic computare voluimus septuaginta annos, necesse erit, à desolatione vrbis, vsque ad annum secundum Darij Hystaspis, non septuaginta annos, sed propè centum numerare. His accidit, quod nusquam Scriptura duplices facit annos septuaginta, alios captiuitatis, & alios desolationis, rectè de sed vnius tantum modi, appellans eos, nunc annos seruitutis, siue captiuitatis, interdum solitudinis, & vastitatis: aliquando sabbathismi, & quietis terræ: denique, nonnunquam desolationis, & inopiæ. Ab hac opinione, vel nullatenus, vel pro desolatione abest sententia Theodoreti, qui in suis commentariis super nono capite Danielis, similiter distinguit annos captiuitatis, & desolationis, illos incipiens à prima captiuitate Iudæorum, quæ facta est anno tertio regis Ioacim, terminans autem in primo anno regis Cyri, hos verò inchoans à desolatione vrbis, & templi, & finiens in secundo anno Darij Hystaspis. Sed pessimè sententiam Theodoreti, propositis eius verbis explicabimus, hic adscribere: *Tempus*, inquit, *captiuitatis omnes Hebræi fatentur, & Hieremias, & Esdras, & Zacharias in septuagesimo eiusmodi numero omnes consentiunt, sed non ab eisdem temporibus omnes numerare eos annos exorsi, alij in Cyrum, alij in Darium, hunc ipsum numerum desinere dixerunt. Etenim, Hieremias, & Esdras à prima captiuitatis initio numerantes, fuere vsque ad Cyrum septuaginta ita enim annos: sed Zacharias, à desolatione vrbis, & templi numerans septuaginta annorum numerum, regnante Dario templum ædificari. Nam, quia ter populus Iudaicus captiuus fuit, primùm sub rege Ieconiæ vnus sub filio eius Iechonia: tertius, sub Sedechia: ter quoque per Euilmodo liber annus, & in patriam reuersus, suscepti sunt: primò sub Cyro, deinde, sub Dario, ad extremum*

Refellitur Theodoretus.

*sub Artaxerxe regnante missi Esdram, & Nicmiam, vt muros Hierusalem restruendos curarent. Verum igitur, qui priores esse sint, septuaginta anni Cyri regnantis complentur anno vere septuagesimo desolationis templi. Et vtique non ante secundum Darij annum completi sunt, sta vt iam prophetia Hieremiæ, & Esdræ quam Zacharias, de septuaginta annorum numerum, mendacio careat, & omnino vera sit.* Hæc Theodoretus. At enimuero tenui argumento vt superiorum opinio, hæc Theodoreti sententia refellitur. Nam si captiuitas regis Ioachim præcessit desolationem Hierusalem, & templi, annis duntaxat decem & octo, vt ex vigesimo tertio, vigesimoquarto, & vigesimoquinto capite libri quarti Regum manifestum est: a desolatione autem Hierusalem, vsque ad Cyrum, ipse putat annos no amplius triginta, efficiuntur profecto, a captiuitate regis Ioachim, vsque ad primum annum Cyri, nō esse plus octo, & quadraginta annos, cum ipse tamen septuaginta annos recenseat.

Secunda opinio eorum, qui dicūt septuaginta annos in secūdo Darij Hystaspis anno finiti.

Secunda opinio multorum, & in primis nobilium auctorum est, Clementis Alexādrini in primo libro Stromatum, Eusebij in Chronicis, & in libro decimo, de præparatione Euangelica ca. vltimo, atque in libro octauo de demonstratione Euangelica: Diui Hieronymi in proœmio Aggei, & super primo capite Zachariæ, in quartum item, & apud Ezechielem, Diui Augustini in secundo libro decimooctauo, de ciuitate Dei cap. 28. Denique, Isidori in libro quinto Etymologiarum, capite vltimo, Hi censerent, prædictos septuaginta annos captiuitatis, in secundo anno Darij Hystaspis, qui tertius post Cyrum apud Persas regnauit, esse completos: scilicet, xx. anno, quo intermissa templi ædificatio, repetita, & sexto anno eiusdē regis, vt scribit Esdras capite quinto & sexto consummata est. Pro hac autem hac sententia tribus argumentis. Primo manifestū est illos septuaginta annos vocari a sacra Scriptura annos desolationis, & pleniscelicet: sed vsque ad secundū annum Darij, templum fuit desolatū: ergo vsque ad eū annū tempus illius captiuitatis excurrit. Alterum argumentum ducitur ex primo capite Zachariæ: etenim Zacharias narrans visionem quandam, quam ipse habuit in secundo anno regis Darij, scribit vidisse se Angelum, ita cum Deo loquentem: *Domine exercituum, vsquequo non misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es, esse tam septuagesimum annus est.* Quibus verbis apertissime significari videtur, secundum annum Darij, fuisse annum septuagesimum captiuitatis, post quem promiserat Deus Iudæis per Hieremiam, non modo solutionem captiuitatis, & reditum in patriam, sed ingentem bonorum omnium copiam. Præterea, in capite septimo eiusdem Prophetæ scriptum

est



est anno quarto Darij, obiurgasse Deum per Zachariam hisce verbis: *Cum ieiunaueritis in quinto & septimo mense per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis mihi?* Ago secundo & quarto anno Darij, vel complebantur, vel non tra pleti completi fuerant septuaginta anni. Tertium argumentum petitum est ex historia Esther, & Mardochæi ex cuius libri capite secundo & vndecimo præditum est, Mardochæū fuisse de numero captiuorum, quos Nabuchodonosor cum rege Iechonia Babylonem abduxerat: si igitur Mardochæus qui vixit tempore Assueri seu Artaxerxis mariti Esther, quē nos cum Iosephō aliisque censemus fuisse Artaxerxem Mnemonem, captus est cum Iechonia, non potuerunt septuaginta anni captiuitatis complerī in primo anno regis Cyri, sed multis annis post: a quo captiuitate Iechoniæ vsque ad desolationem Hierusalem fluxerunt anni xxdecimnihine, & vsque ad Cyrum effluxisse anni septuaginta, cum a primo anno Cyri, & fine ad regnum Artaxerxis Mnemonis præterierint anni plures, quam centum quinquaginta, sequeretur, Mardochæum tempore illius Assueri, ducentos triginta annos fuisse transgressum: sed neque iam annotata erant tempora, nec scribebantur, ea fuisse tam firma & idonea ad res contegendas, quas gessisse Mardochæum accepimus. Nec igitur in hoc tam graue incommodum incurramus, septuaginta annos captiuitatis, vltra Cyrum extendendi, & in regno Darij terminandi sunt.

Refellitur secūda opinio

Hæc illi pro suæ opinionis confirmatione, vel afferunt, vel afferre possent, secundum quos necesse est, a desolatione Hierusalem, vsque ad primum Cyri annum, non plus triginta annos esse. Siquidem a primo anno Cyri, vsque ad secundum Darij, quadraginta annos, & ipsi numerant, & verissime numerant. Atque hinc nos argumentum capiemus refutandi illam opinionem. Fuisse namque plus quadraginta, neddum plus triginta annos, a desolatione Hierusalem, vsque ad Cyrum, manifesta constat ratione. Etenim, post desolationem Hierusalē, quæ anno decimo octauo regis Nabuchodonosor facta est, vt traditur in libro quarto Regum ca. 25. regnauit Nabuchodonosor viginti sex annos, vt ex vltimis verbis lib. quarti Regū, & libri Hieremiæ colligitur, & hoc loco, si id nunc ageretur, facile probari posset: inimitum, omnes auctores regi Nabuchodonosor quadraginta tres annos imperij assignauerunt. Habemus igitur a desolatione Hierusalem vsque ad mortem Nabuchodonosor, viginti sex annos. Post Nabuchodonosor, vsque ad Cyrum regnauerunt quatuor reges Chaldæorum, hoc ordine, Euilmerodachus, Niglissarus, Labossardachus, Nabonidus, sicut Iosephus, Hieronymus, & ipsemet Eusebius ex sententia

tentia multorum vererum, in suis scriptis prodiderunt. Et quidem secundum omnes, Nabonidam regnauit septem & decem annos: quos si junges cum prædictis viginti sex Nabuchodonosor, habebis quadraginta tres annos à desolatione Hierusalem, vsque ad Cyrum, etiã omissis annis, quibus alij tres reges priores rei Nabonido, post Nabuchodonosor, Chaldæorum imperiũ tenuerunt. Liquet igitur, à desolatione Hierusalem, vsque ad Cyrum, minùs plures fuisse annos quam triginta & quos hinc necessariò consequens est, vsque ad secundum regis Darij annum, multò plures fuisse quam septuaginta.

Soluũtur rationes secundæ opinionis.

Sequitur nunc, vt tria illius sententiæ firmamenta demoliamur. Prima ratio ita soluitur, licet templum non esset refectum ante regnum Darij Hiſtaſpis: tamen, quia primo Cyri anno soluta captiuitate data Iudæis potestas est redeundi in patriam, templumque reficiendi, cuius ædificationis proximo sequenti anno, venerat Esdras, iacta sunt fundamenta & terra Iudæorum ab ipsis habitari & coli cœpit, ideirco septuaginta annis captiuitatis, solitudinis, & desolationis, merito dicitur eo tempore fuisse completi. Quod si nos eo ratione vrgere instituam, eandem nos profectò vehementius in ipsos retorquebimus. Siquidem, desolatio vrbis Hierusalem non videtur penitùs sublata, vsque ad vigesimum annum Artaxerxis Longimani, quo anno Nehemias, permissu, auxilioque regis, profectus in Iudæam, vrbem Hierusalem exstruxit, mœnibus eam cingens, portis instruens, ædibus complens, vicis & plateis distinguens: denique commodè tuto que habitabilem fecit. Quare si rationem librorum sequi volumus, similiter conficiemus, septuaginta annos desolationis, non ante vigesimum annum Artaxerxis Longimani esse finitos. Sequitur secunda ratio petita ex quodam loco Zacharię: sed is locus, si bene perpendatur, primùm illorum iunat sententiam. Non enim Angelus affirmare & asseuerantèr dixit, secundum annum Darij, esse septuagesimum captiuitatis, sed id enuntiauit per interrogationem, quæ exprimit affectum animi dolentis, & quasi quærebundi: ita vt verba illa angeli eam reddant sententiam, *Nunquid ista est annus septuagesimus?* quasi dicat, non est, sed tam prodiit ille quidem translatus est. Vbi sunt igitur Domine, tua illa tam ampla & magnifica promissa, in nobis post septuagesimum annum explenda? Vbi tot tamaque bona à nobis diu multumque optata & expectata? Vel fortasse, quod ante nos prodidit Scaliger, septuaginta anni, quos memorat Zacharias, longè alij fuere quam septuaginta anni captiuitatis, de quibus nunc agitur, & aliunde cœpimus exputari. Sed vnde nam? Ibi quidem certè non legitur. Nam quod dixit Scaliger, cœpisse à trige-



à trigesimo quarto anno Darij Hiſtaſpis, id nobis, qui nec putamus Xerxem fuisse maritum Esther, etiamque, qui templi ædificationem impedivit, nec eosdem Darium, quo regnante ædificatio templi absoluta est, fuisse Darium Nothum, omnia dubia tamen vera dicit Scaliger, nullo modo probari possunt. Restat rerum argumentum ex historia & chronologia Mardocheri petitum, cuius tamen perfacilis explicatio est. Nam quod in capite vndecimo libri Esther scriptum est, Mardochæum fuisse de numero eorum captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor cum Iechonia, non significat, eum fuisse vnum de illis, & qui simul cum illis & Iechonia transmigrauerit Babylonem, sed fuisse ex eorum captiuorum stirpe, genere, ac semine. Hoc autem in laudem Mardochæi positum est, quod si fuisset ex genere eorum, qui cum Iechonia Dei iussis obtemperantes, vltrò se regi Chaldæorum dedidissent, non autem ex eorum stirpe, qui cum impio Sedechia Dei monita contemnentes, deditionem facere recusarunt. Iam verò locus ille qui est in capite secundo libri Esther, minimè favet istis: sic enim habet. *Erat vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair filij Semei, filij Cis, de stirpe Leuitæ, qui transtulerat de Hierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor transtulerat.* In his verbis illud, *qui transtulerat de Hierusalem*, non debet referri ad Mardochæum, sed ad proauum eius Cis: licet alterum illud relatiuum, *qui fuit nutritius Esther*, ad ipsum Mardochæum sine dubitatione referatur.

Duo loci libri Esther de Mardochæi posteriores explicantur.

Quid alij senserint de sine septuaginta annorum, adhuc discutiamus: quid nos existimemus, deinde breuissimè declarandum est. Arbitramur, septuaginta annos captiuitatis esse finitos in primo anno Cyri. Etenim ita sentit Iosephus libro vndecimo antiquitatum, & libro vigesimo, Iulius Africanus ij, libro quinto annalium, Lactantius libro quarto, capite quinto, Seuerus Sulpitius libro secundo sacræ historiæ: Cyrillus libro octauo contra Iulianum, & Beda in libro de sex ætatibus mundi. Quin etiam vetustatis euidentia conuictus Eusebius, in libro decimo de præparatione Euangelica capite vltimo, hoc ipsum affirmat. Idemque super vigesimo nono capite Hieremiæ confessus est Diuus Hieronymus. Probatur id ex quatuor locis Scripturæ. Primò quidem id concluditur ex vltimis verbis posterioris libri Paralipomenon, quibus traditur, seruisse Chaldæis Iudæos per septuaginta annos, vsque ad imperium regis Persarum, hoc est, vsque ad Cyrum, qui, vt ibidem subiicitur, primo anno soluit Iudæorum captiuitatem. Deinde, probatur hoc ex vaticinio Hiere. quod est in capi. vigesimo quinto,

S. opinio, vera est septuaginta annos primo Cyri anno ex minari. Iosephi libri ant. cap. 1. & 20. cap. 7.

prædixit

prædixit enim Hieremias septuaginta annos captiuitatis, tunc esse complendos, cum Babylonis imperium esset destructum. Est autem destructum a Dario Medo & Cyro, vt supra docuimus, eodemque ipso anno Cyrus regnare cœpit, vt supra dictum est in secunda quæstionis huius capitis, & in propositione tertia. Idem præterea confirmatur eiusdem Hieremiæ testimonio, qui in vigesimo nono capite vaticinatus est Iudæos, completis septuaginta annis captiuitatis, & liberandos seruitute, & in patriã suã reuersuros: sed vtrũque primo anno Cyri Iudæis accubitãs docet Ribera in exordio huius libri. Adhæc confirmatio eiusdẽ sententiæ sumi potest ex vaticinio Isaiæ, quod est a quibusdam cap. 44. & 45. huius verbis expressum. *Qui dicit Cyro, pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebit. Qui dicit Hierusalem, ædificaberis, & templo fundaberis. Et dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertã. Et dabo illi thesauros absconditos, & arcana secreta. Ego suscitaui eum ad iustitiam, & viæ eius dirigam. Ipse ædificabit ciuitatem meam Hierusalem, & captiuitatem meam dimittet, non ex pretio neque in muneribus, dicit Dominus.* Hactenus Isaias. Quid potuit dici illustrius ad ostendendum septuaginta illi Iudæorum captiuitati finem in exordio regni Cyri positum? Atque hunc locum vbi legerat Cyrus sibi a Iudæis indicatum obstupuit, videns tot se annis ante, & proprio nomine appellatum, suamque solicitarem tanto ante promissam ac prænunciatam. Quocirca admirans Vatis diuinitatem, incredibili quæ scripta legerat exequendi cupiditate, diuinitus est incensus. Et sane hoc ipse visus est indicasse in fine illo edicti, in quo fatetur, omnia regna terræ sibi esse a Deo tradita, mandatumque, vt ædificaret domum Domini in Hierusalem. Verum, dilectatio de fine atque initio septuagenariæ Iudæorum captiuitatis hoc loco terminetur.

Ioseph. lib. 11. Ant. c. 1. Cyrus vi de Iudæ ait omnia regna terræ sibi se a Deo tradita.

## *Et oraui Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi.*

Quæstio. Cur Daniel tã anxiè Deo supplicet, pro eo quod alloqui

PONitur hoc loco grauis admodum, & pia, ac religiosa precatio, qua Daniel pro liberatione populi Hebræi Deo supplicauit. Sed cum ea liberatio promissa esset a Deo, transactis septuaginta annis Babylonicæ captiuitatis, futura, & bis ab Hieremia prædicta esset, & quo tempore Daniel hac precatione vsus est, iam septuagesimus captiuitatis annus ageretur, vt supra ostendimus, missaretque promissa Iudæis liberatio: posset fortasse quispiam mirari, & de nobis quærere, cur Daniel pro liberatione Iudæorum, quæ omnino, & prorsus futura



futura erat, tam sollicitè & anxiè Deo supplicauerit. Num dubitabat, ne non staret illud a Deo promissum, vel a Hieremia prædictum? At ipsemet paulo ante dixit, se intellexisse illud Dei promissum, & illam Hieremiæ de septuaginta annis desolationis Hierusalem prædictionem. An forte Dei promissa diffidit, veritus ne promissorum suorum Deum pœnituisset. Atqui bene nouerat Daniel, eam inconstantiam in Deum, vtque quæque iram abilem, non posse cadere. Quippe in libro Numerorum capite vigesimo tertio legerat, *non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.* & in primo libro Reg. 15. *triumphator in Israel non flectetur pœnitudine: neque enim homo est, vt agat pœnitentiam.*

Deus facturũ se promissa.

Ad hanc quæstionem, tacite nã respondet Theodoretus, *Etsi non Deus vllius aliquid vel se promisisse, si tamen se promissa eius indignos exhibeamus, effectu beneficentiæ eius nos priuemus.* Solutio quæstionis. *Timens igitur Daniel, ne peccatis Iudæorum diuinæ promissa cessarent, preces agua Deum multiplicauit.* Hieronymus nã respondet. *Postulat a Deo Daniel promissam populi liberationem; ad quod non credulus sit futurorum, sed vt quod Deus per suam prouidentiã elementiam, per ipsas preces impetret, vel ne nimia securitas negligentiam, negligentia vero pariat offensam.* In prædictis verbis Theodoreti & Dni Hieronymi, duplex continetur propositæ quæstionis solutio. Prior solutio est, Deum ita ordinare quam prædestinare aliquem finem, vt simul etiam prædestinet certa quædam, vt vocãtur in scholis, media, per quæ vult ad eum finem peruenire. Vel quod eodem ferè modo Deum prædestinare effectum aliquem, vt simul quoque prædestinet certum quendam modum, per quem tantum modo decreti effectum illum præstare. Exempli causa, statuerat quidem Deus Paulum conuertere ad fidem Christi, sed per operationem tamen beati Stephani: prædestinauerat etiam lacob patriarchã ad principatum populi Hebræi, & ad vitam æternam, sed eum tamen generationem, cum mater eius Rebecca fœtibus esset, patris Isaac precibus donauit. Lege vigesimum quintum caput Geneseos. Simili igitur ratione decreuerat Deus exactis septuaginta annis liberare Iudæos seruitute Babylonica: sed id tamen non aliter facere decreuerat, nisi multis ante prophetarum, sanctorumq; virorum precibus, & lachrymis rogatus, ac sollicitatus. Cum igitur tempus illius promissæ libertatis appropinquaret, vehementius Danielis animũ Deus commouebat, & incitabat, vt suis precibus, sparsis lachrymis, assiduis etiã vatibus corporis macerationibus, eam liberationem a Deo expeteret, atque flagitaret. Posterior eiusdem quæstionis solutio est: duplex esse genus diuinorum promissorum, vnum omnino absolutum, & stellatæ-

Deus prædestinat ira fine, vt media etiam ad eum pro uideat.

*Act. 9.*

Duplex genus di-

nus

uinorum promissō rū vnum absolutū, conditionale alterum.

nus pendent ex hominum voluntate, & quod nulla hominum prauitate, quo minus impleatur impediri queat. Hunc genesis fuit Dei promissum de missione illius in mundo ad seruandum genus humanum. Alterum genus Dei promissorum, est conditionale, quod ita datur hominibus, vt eum sit implēdum nisi ea conditio adsit, quæ ab ipsis exigituri, huiusmodi fuisse reor illud Dei promissum datum Iudæis de æterna terræ Chanaan possessione: id namque ita promissum illis fuit, si tamen ipsi Dei iussis & præceptis obtemperarent, quod quia non fecerunt, propterea Dei promissis frustrati sunt. Lege caput vigesimū primum libri quarti Regum, præcipue autem caput secundum libri primi Regum. Atque harum prædictionum conditionalium, siue quæ ad comminationes, siue quæ ad promissiones pertinent, luculentam reperies lector doctrinam, apud Hieremiam cap. 18. clarissimum item exemplum apud Ionā de Niniuitis. Potuit igitur fieri, vt Daniel vereretur ne illud Dei promissum de solutione captiuitatis Iudaicæ postquam septuaginta annos, non fuisset absolutum, sed ratum conditionale, ea duntaxat ratione præstandum, siquidem Iudæi sanctum scelerum pœnitentes, vitam deinceps honestam ac diuinæ legi congruentem agerent. Cum autem Daniel cideret, Iudæos tot malis & calamitatibus à Deo castigatos, nihilo meliores, quin etiam peiores esse factos: merito dubitare poterat, ne Iudæi diuinis promissis fieri essent indigni. Ergo nō frustra, & sine ratione, Daniel tam obnixe ac tetiosè pro Iudæorum liberatione Deo supplicauit.

## *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super ciuitatem sanctam Hierusalem.*

Quæstio. 7. Quomodo hæc reuelatio rem portauerit Danielē & petitionē Danielis fuerit desiderium & petitioni Danielis.

DAniel sua precatione, tantum supplicauerat Deo pro solutione captiuitatis Babylonicæ, & Iudæorum liberatione. Quæsiuit igitur doctè hoc loco Danielem angelus, certum tempus aduentus Messiæ! Quid enim ad vota & postulata Danielis de liberatione populi, & refectione vrbis & templi, hoc de aduentu Messiæ pertinebat? Non igitur desiderio, & petitioni Danielis, ab angelo in hac visione videtur esse satisfactum. Ad hanc quæstionem tibi etiam respondeo potest, si primum responsum: Danielem, ex visione illius statuæ, quam rex Nabuchodonosor in somnio viderat, tum ex ea visione quam ipse primo anno regni Balthasaris habuerat, apertissimè cognouisse, filium Dei humana indutum carne, descensurum in terras, & conditurum quoddam regnum amplissimum & æternum, cuiomnia mundi regna subiicienda essent: & in eo regno populum Dei florentissimè ac fœlicissimè regnaturū. Fuit igitur admodum credibile, Danielem summo exarsisse desiderio noscendi certum tempus, quo illius Dei venturus esset in mundum, & tot tantaque bona mortalibus allaturus. Itaque Deus in hac visione, voluit & præsenti Danielis petitioni de liberatione populi, ac de Hierusalem, templique reparatione, & prioribus eius optatis ac postulatis de aduentu Messiæ, simul satisfacere. Alterum responsum, tanta est Dei erga homines, præsertim vero seruos suos benignitas, & bonitatis redundantia, vt non modo quæ optant, petuntque ab ipso, sed etiam plura, & maiora eorum votis ac postulatis largiatur. Legimus, Achaz regi Iuda meruenti euersionem regni Dauidis, contra quod duo potentes reges, Israel, & Syriæ, coniurauerant, Deum per Isaiam capite septimo, prædixisse, non modo se Regnum illud terrenum Dauidis defensurum ac seruaturum, sed etiam misso in terras filio suo, & ex purissima virgine nato, omne genus hominum ex Dæmonis potestate ac seruitute peccati eripturum, & spirituale Dauidis regnum, hoc est Ecclesiam suam, per vniuersum terrarum orbem propagaturum, & contra omnes humanas & diabolicas vires defensurum. Similiter hoc loco, non tantum promittere voluit Danieli relaxationem captiuitatis Babylonicæ, & reparationem Hierusalem ac templi: sed præterea, hinc sumpta occasione, præfecit certum tempus aduentui Messiæ, qui tetrissimam animarum seruitutem depelleret, & aditum nobis ad cælum, atque ad immortalem & beatam vitam aperiret.

Deus plus dat, quam eius seruis petatur.

Tertium responsum est consuetudinem esse diuinarum Scripturarum, cum de re quapiam agit, quæ alterius rei figura est, in eius rei tractatione multa quæ ad rem illam figuratam pertinent, immiscere. Dauid & Salomon, quia multifariam præfigurarunt Christum, propterea in Psalmis, & apud prophetas, cum de illis agitur, interdum nonnulla inseruntur, quæ illis, aut vix aut nullo modo, Christo autem Domino, propsie, perfectè, manifestèque conueniunt. Idem posset dici de terrena illa Hierusalem, & ciuitate Sion, quæ similitudinem gesserunt Ecclesiæ Euangelicæ, vel triumphantis. Similiter igitur, quoniam Babylonico illa Iudæorum captiuitas, eiusque solutio imaginem quandam præferebat captiuitatis omnium hominum sub diabolo, & peccato, & eius liberationis quam Christus perfecturus erat: nec non & illi septuaginta anni captiuitatis, similitudinem quandam, & conuenientiam habebant cum septuaginta annorum

Scripturæ cōsueruido est de re figurata multa immiscere cū de figura agitur.



Dan. 2. & 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rum hebdomadibus, quibus decursis, Christus in mundum venirem, auctor effectoque salutis ac felicitatis humani generis futurus erat, sapientissimque Deus in hac visione, simul cu liberatione populi, & extructione Hierusalem reiectione, præfinitum aduentu Messiæ tempus comungere voluit. Rupertus quidem credit, in eo libro quem scripsit in Danielem, capite decimo sexto, affirmat, Danielem diuinum eruditum, intellexisse captiuitatem illam Babylonicam, & eius liberationem, figuram fuisse alterius spiritualis captiuitatis, quæ vniuersum genus humanum complecteretur: ideoque more prophetico, sub vocabulis illius captiuitatis, & reparationis Hierusalem, præsique anno intendisse certum tempus, quo captiuitas humani generis per Messiam dissolueda, & Ecclesia Dei esset reparanda. Rupertu verba ita se habent: *Si solum literam spectes, nimis ea responsa, quæ dedit angelus, Danielis oratui satisfaciunt: Ille enim pro solutione captiuitatis, & vrbis & templi orauerat, & veniam pro delictione captiuitatis, & vrbis & templi reparationem Deo supplicauerat. Itaque si solam literam spectes, nihil amplius, præter illum septuaginta annorum Babylonicæ captiuitatis numerum, nobis reperire licuisset, & templi manifestius emineret, quod deposcit, aut quæ res operum desideret? Verum si ita erat, sicut tantum in verbis latebat numerus pro ea re opportunus, cuius petitionem accepit. Nonne potius contraria ratio videtur? Non enim dicit ille adificabitur Hierusalem, & templum, ac quæ equis ceremoniarum ritibus restituebatur, sed, quod huic valde contrarium est, scribetur Christus, qui erit eius populus, qui eum negaturus est, crucifixurus. & simul earum dissipatis populum cum duce eorum, & sibi eius vastitas. & post pacem belli facti a desolatione desolatio, & scribetur, & ne templo eius abominatio desolationis, & vsque ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio. Igitur ista dicit Daniel, intellexisse in libris suis eorum annorum, qui prædicti Hieremiæ, vt explerentur desolationis Hierusalem septuaginta annorum videlicet numerus, quod de spiritu prophetiæ in eo fuisse infundi, quod sibi reuelata facta vellet Christi Ecclesiæ felicitate, eamque diuersam futuri populi infantiæ, fuisse imaginatus alterius captiuitatis, qua in peccatis Adam, omnisq; generis humani natiuitate septuaginta completis annis, tempus eruitur legis suæ populo suo per gratiam in hos secula. Quid enim magnum erat reuelare, quod palam omnibus certa fundabant Hieremiæ prophetiæ? Ergo inquirat hoc loco Daniel pro expiandis peccatis, & prouectione dominicæ ac templi, iubente veritate, tot annorum seruitia, & se illam captiuitatem solas optat, vt pro maioris salutis gratia. Iudæi Latinus aliud omnia tempus, & finitum exitium, desolatio quo vrbis ac sacrificij perpetuumque desolationis tempus abominabilis diuinitus fiat, quod erat necessarium.*

Rupertus quomodo Angelū Danielis petitioni respondisse affirmet.



*tum, scilicet, vt consummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & vngatur sanctus sanctorum.* Hactenus Ruperti sententiam & verba commemorauimus.

## *Septuaginta hebdomades.*

Quæstio 8. Quomodo accipiendū sit hoc loco vocabulum hebdomadis.

QVam variè sumatur in sacris literis vocabulum hebdomadis, etiã hic docet Beda in libro de ratione temporum cap. 6. 7. & 8. Sed in præsens satis erit monere lectorem, hanc vocem Græcam, ἑβδομάς, Latinè significare septenarium præcisè: cum adiunctione autem, vel dierum, vel annorum, vel aliarum quarumlibet rerum, significare earum ipsarum rerum septenarium, etsi iam vsu receptum & tritum est, vt etiam cũ præcisè dicitur hebdomada, intelligatur dierum, vt autem hebdomada præcisè sumpta intelligatur annorum, nisi hoc vno in loco Danielis, nusquam alibi repertum in sacris literis. Quoniam igitur Gabriel præcisè dixit septuaginta hebdomades, propterea locum dedit varias earum hebdomadum interpretationes excogitandi. Origenes tract. 29. in Matthæum, de his hebdomadibus verba faciẽs, eas interpretatur, non dierum nec annorum, sed decenniorũm vt quæque hebdomada constet septuaginta annis, & tempus septuaginta hebdomadũ, contineat quatuor millia & nongentos annos. Quam opinionem aliquatenus secutus est Eusebius in libro 8. de demonstratione Euãgelica. Is namque in disputatione de septuaginta hebdomadibus, in tertia sua expositione: cum priores sexaginta nouem hebdomadas fecisset singulas septem annorum: extremam fecit decenniorum, vsque ad septuaginta annos eam extendens. Nicolaus de Lyra super hoc nono capite, & Petrus Galatinus in li. 4. de arcanis catholicæ veritatis memorant opinionẽ quorundã Rabbinorum, quorũ alii quidem faciebant has hebdomades Iobilæorum, alij vero centenariorum. Iobilæus erat tempus quinquaginta annorum: quare vnaquæque hebdomada Iobilæorum constat trecentis quinquaginta annis: & omnes septuaginta hebdomades, continent viginti quatuor millia, & quingentos annos. At vero, vna hebdomada centenariorum, continet septingentos annos, septingenta vero hebdomades, annos quadraginta nouem millia. Verum earum interpretationum facilis est confutatio. Etenim nusquam inuenitur in sacris literis vocabulum hebdomadis positum pro septenario, vel decenniorum, vel Iobilæorum, vel centenariorum, vt satis appareat, eiusmodi interpretationes, ieiunandæ sententiæ causa, vel, quo minus impudenter vera non possent contradicere, ab illis esse confictas. Deinde, si vocabulum

Quæstio 9. Origenes quomodo, has hebdomadas interpretatus. Gal. li. 4. ca. 14. Rabbini de hisheb domadibus quid delirent.



lum

Universidad de Deusto
Biblioteca



lum hebdomadis, vt illi exposuerunt, ita sumeretur hoc loco, nondum profecto tempus illud septuaginta hebdomadum exactum, & completum esset. Nam, ab eo tempore, quo Daniel hanc reuelationem habuit: vsque ad hodiernum diem praeterierunt annorum dumtaxat duo millia, & minus praeterea ducentis annis. Quapropter secundum eos, qui has hebdomadas secerunt decennionum, ad eas complendas, etiamnum restarent, viera duo millia, & septingentos annos. At vero, iam pridem finitas esse hebdomadas Danielis, eo patet, quod, quae Gabriel predixit euentura ex his septuaginta hebdomadis, videlicet, cessatura Iudaeorum sacrificia, desolandam vrbem, & templum sine vlla refectionis, & reparationis eorum spe: denique ipsos Iudeos calamitosam miseramque seruitutem perpetuo seruituros: haec inquam euenerunt, & completa sunt eo tempore, quo Iudaei à Tyto Romanorū Imperatore debellati, & Hierosolyma capta, incensa, diruptaque sunt.

Cessarit quae Gabriel in his hebdomadibus predixit.

Restat igitur, vt has hebdomadas vel dierum, vel annorum intelligi necesse sit. Siquidem in Scriptura nomen hebdomadis, aliquando, ponitur in diebus, & aliquando in annis: prioris exemplum habes in Leuitico capite vigesimo tertio, vbi à festo Paschae vsque ad festum Pentecostes, numerantur septem hebdomades dierum, & proximè sequenti capite huius libri scribitur reuelasse Danielem tres dierum hebdomades: posteriori vero exemplum reperies in Leuitico c. 25. quo loco praecipit Deus numerari septem hebdomades annorum: & sequenti anno, qui erat quinquagesimus, celebrari Iubilaeum. Cum igitur hoc loco non possint intelligi hebdomades dierū, etenim septuaginta hebdomades non includerent, nisi quadringentos nonaginta dies, quo temporis spatio, nihil contigit, eorum quae praedixit Angelus, intra septuaginta hebdomades euentura: necessario concluditur, significari hoc loco hebdomades annorum, & sic denotare tempus quadringentorū, & nonaginta annorū. Dicet aliquis, cur Angelus non clarè dixit, *septuaginta hebdomades annorum*, sed praecisè dicens, septuaginta hebdomades, obscurum facit, atqui intellectu difficilem sermonem suum? Verum in eo seruauit Angelus morem propheratum, consulto loquentium obscurè. Hoc enim differt sermo prophetic us, à sermone historico, quod hic vulgaris, & apertus est, ille tectus, inuolutus, & à communi loquēdi consuetudine, atque hominū intelligētia remotus. Quin, vt scribit Irenaeus: omnis prophetia, priusquā impleatur, aenigma est.

Cur Angelus nō explicatè appellauerit hebdomades annorū. Irenæ. libr. 4. cap. 43.

*Abbreuiatae sunt super populum tuum, & super Ciuitatem sanctam tuam Hierusalem,*

Dixit Angelus Daniel, *Super populum tuum, & super Ciuitatem tuam*: significans, quae euentura erant in his septuaginta hebdomadibus, ea praecipuè ad populum Hebraeorum pertinere, in eo namque lapsu temporis, vrbs Hierusalem reficienda erat. Messias item Iudaeis promissus, veniens in hunc mundum ex Iudaeis nasciturus erat: ipsosque suorum miraculorum, doctrinae, & consuetudinis participes facturus, denique ab ipsis reputandus, & necandus erat, atque ob eam causam, Dei protectione, religionis gloria, regno libertateque spoliandi erant, & grauissimis malis aetumnisque conterendi. Illud autem pronomen, *tuum, & tuam*, emphaticos positum est. Nam secundum Tertullianum in libro contra Iudaeos scripto, Eusebium in libro octauo de demonstratione Euangelica, Hieronymū, & Theodoretum hoc loco, ita dictum est, vt significaretur, populum Hebraeum propter eius scelera praeterita, praesentiaque, maximè verò propter immanitatem futuri sceleris, quo Messiam occisuri erant, indignum esse, vt populus Dei censeretur, ac nominaretur: dixit igitur populum tuum, & non populum Dei. Similiter locutus est Deus Mosi Exodi 32. cum populus adorauisset vitulum. *Descende*, inquit, *de monte, quia peccauit populus tuus iste*. Vel fortasse ideo dicitur tuus, quia tuus est sanguine, legis, ac religionis communione, praesertim autem studio, & amore. Etenim Daniel singulari caritate populum Hebraeum amplectebatur, & illius libertatis, dignitatis, & salutis maiorem in modum studiosus, sollicitus, & satagens erat.

Summa eorum, quae in hac septuaginta hebdomadibus erant euentura. Iudaeos, cur Deus populum tuum nominet.

Caeterum, quaestio illa valde perplexa est, cur Gabriel dixerit septuaginta hebdomades finisse abbreuiatas: quod enim significat illud, *abbreuiatae sunt*? An non omnes sore plenas, & integras? an potius annos earum breuiores fore vulgaribus, & vsitatis annis. Neque enim subeat cuiusquam animum suspicari: dici abbreuiatas, quod dies earum, vel omnes vel aliqui breuiores futuri essent, quam dies naturales, qui viginti quatuor horis constant. quemadmodum in epistola nonagesima, quae scripta est ad Hesychium: refert Augustinus, quosdam interpretatores esse, quod dixit Dominus Matth. 24. dies persequutionis Antichristi breuiatum iri propter electos: videlicet breuiores fore singulos viginti quatuor horis, sic enim eos fore breuiores, sicut contra tempore Iosue, ac regis Ezechiae, vnus dies, longior est viginti quatuor horis factus. Sed vt dixi, nihil simile septuaginta hebdomadibus contigisse existimandum est. Siquidem in his duobus millibus annorum, quae à tempore huius visionis ad hodiernum vsque diem praeterierunt, ne vnus quidem dies minor die naturali deprae-

Quaestio 9. Cur septuaginta hebdomades dicantur abbreuiatae.

D. Augustinus. Ioel. 10. 4. Reg. 20.

Tres opiniones.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Prima opinio eorum, qui dicunt Deum vo luisse, vt Christus veniret primus, quam ipse constituerat. Refellitur prima opinio.

deprehensus est. Cur igitur desitur abbreuiatæ hebdomades? Tres sunt interpretationes. Primam, memorat Augustinus, eo, quem proximè dixi loco quorundam, qui senserunt Deum quidem primo constituisse, vt tempus aduentus Messiæ in mundum, longius propagaretur, & tardius esset, postea tamen propter lacrymas, preces, & vota Prophetarum ac seruorum suorum, breuiasse illud tempus, & statuisse, vt maturius Christus veniret, quam à primo constitutum fuerat. Atque huc applicant illud quod est in Psalm. *Propter miseriam inopum & gemitum pauperū nunc exurgam, dicit Dominus.* Illud item, quod est apud Aggæū, cap. *Adhuc modicū, & veniet desideratus cunctis gentibus.* Quoniam igitur Deus, cuius primo nutu decretum accelerauit tempus aduentus Messiæ, ideo Gabriel dixit abbreuiatas fuisse hebdomadas. Sed futilis est interpretatio. Omitto nunc oppugnare illud, quod incitet, & obtuse dicunt, de mutatione decreti, & voluntatis Dei: vrgebo tantum istos argumento illo Augustini: si tempus aduentus Messiæ, inquit Augustinus, ita abbreuiatum est, vt factum sit breuius, quàm fore ab initio constitutum erat, quæro secundum quam veritatem breuius factum fuerit, quam esse debeat? Cuius argumentationis ea est sententia, & vis: quærendum ex istis est, vnde isti cognouerint eam veritatem, quam prædicant, id est, vnde compertum habuerint, futurum fuisse longius tempus Messiæ aduentus? Oportuit enim id eos cognouisse, & probare, vel ex antiqua, & certa traditione, vel ex doctrina, & sententia Patrum. At, nihil horum afferre possunt, nullam igitur, vel speciem probabilitatis, suæ opinioni prætexere possunt. Le

*Genes 6.*

gimus, inquit Augustinus, in libro Geneseos, Deum primo statuisse hominibus ad resipiscendum, & agendam pœnitentiam, centum viginti annos, vsque ad diluuium: postea tamen breuiasse id tempus, recisis ex eo numero viginti annis: vnde id colligi viderint ex ipsa scriptura: quod autem illi finxerunt

Secunda opinio eorū, qui dicunt ab breuiato tempore aduentus Messiæ, nullam ex Scriptura, nec sanè aliunde fidem habet.

Altera est interpretatio, peruulgata illa quidem mihi, quæ probata illud vocabuli, abbreuiare, idem significare hoc loco quod constituere, definire, determinare. Nam verbum Heidem esse quod de finire. *Galat. lib 4. de arc. cap 14.* braicum *Nechtach*, tam Rabbini, quos erat Galatinus, quam Christiani linguæ Hebraæ periti, quique verbum de verbo reddentes, sacra Biblia in Latinum sermonem conuertere studuerunt, idem valere affirmant, quod decisum, vel præcisum, vel præfinitum, seu determinatum. Huic interpretationi consentit etiam lectio Græca quæ habet verbum συντμηθησαν, id est, concisa, vel decisa, quod interpretè Theodoreto eandem



dem vim, & sententiam habet, atque vocabulum constitutæ, seu definitæ. Latinus quidem interpres, fere vbicunque septuaginta interpretes posuerunt verbum illud Græcum, significans concidere concisum, vel concidens, vertit his vocibus abbreuiare, abbreuiatum, vel abbreuiās. Sed lectione huius loci Danielis, longè antiquiore fuisse Hieronymi translatione, declarat Tertullianus in libro aduersus Iudæos: qui citans tractansque locum hunc Danielis, sic legit, vt nec habeamus: *septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt*. Sed dicet aliquis, apud Latinos, breuiatum, vel abbreuiatum, non significat constitutum, vel definitum, sed contractum, vel decurtatum, & quod ex longiori, breue factum sit: si igitur septuaginta hebdomades nullo modo factæ sunt breuiores, nec secundum dies, nec secundum annos, quomodo tuti possimus hoc loco Latinam translationem sequi? quam tamen Patres concilij Tridentini ab omnibus defendi, & quasi sartam tectam custodiri iusserunt? Sed ad hoc responderi potest: cogitandum esse, Deum ex omni æternitate constituisse, vt ab exordio mundi, vsque ad Messiæ aduentum, certum quoddam, ac definitum tempus intercederet, verbi causa, circiter quatuor annorum millia: eundem præterea decreuisse, vt pars huius temporis, quæ post

Quomodo hebdomades ab breuiatæ dicantur,

resectionem vrbis Hierusalem futura erat, vsque ad Messiam, breuis esset, nec septuaginta annorum hebdomadas excederet. Ergo dicuntur hebdomades abbreuiatæ a Deo, quia post vrbis Hierusalem reparationem, vsque ad Messiam, paucæ hebdomades futuræ erant, vt idem sit abbreuiatæ hebdomades, quod paucas constituere. Paucæ autem dicuntur septuaginta hebdomades, in comparatione prioris temporis, quod efflauerat, ex quo datum fuerat hominibus promissum de aduentu Messiæ, hoc est, vel in ipso mundi exordio, cum dictum est serpenti, fore vt semen mulieris contereret caput eius: vel potius cum Deus promisit Abrahæ, datum se illi semen, in quo semine benedicendæ essent omnes gentes. Nec verè suspicetur quispiam, quod supra diximus, idem significare breuiare hebdomades, quod paucas constituere, id confictum esse à nobis, quo difficultatem subterfugeremus: eadem namque significatione eiusdem verbi, vsus est Dominus noster, qui apud Matthæum capit. 24. loquens de Antichristi persecutione sic ait, *nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: verumtamen breuiabuntur dies illi propter electos.* Non enim huiusce verbis significauit, futuros illos dies breuiores, quam sint dies naturales, sed docere voluit, paucos futuros dies illos, quasi decreret, ni breue futurum esset tempus illius persecutionis, etiam electi defecturi & casuri fuissent.

*Gen 3.* *Gen 22.* *Locus Mat. c 24*

Universidad de Deusto
Biblioteca



3. opinio, quæ autorividetur maximè probabilis, quæ est eorũ, qui dicũt de annis lunaribus locum hunc intelligendum.

Tertia interpretatio, multorũ & nobilium auctorum est, Iulij Africani in quinto libro annalium: vt refert hoc loco Hieronymus. Theodoreti, Glossæ, Alberti, & Carthusiani super hoc nono capite Danielis, præterea Bedæ in libro tertio expositionis Esdræ cap. 16. & in libro de ratione temporum, cap. 7. Ruperti super libro Danielis cap. 16. historiæ scholasticæ in historia Danielis cap. 10. & Ioannis Zonaræ in primo tomo annalium. Horum sententia est propterea dictas esse abbreuiatas hebdomades, quia intelligi debebant non annorum solarium, sed lunarium. Annus autem lunaris continet dies trecentos quinquaginta quatuor: est igitur vndecim diebus minor solari. Quocirca quadringenti nonaginta anni lunares: quot scilicet continentur in septuaginta hebdomadis, æquè valent, atque quadringenti septuaginta quinque solares. Confirmatur hæc opinio. Primum, ipso vsu, & more Hebræorum, qui vtebantur mensibus lunaribus: ex his autem lunares anni conficiuntur. Gabriel itaque loquens cum Daniele Hebræo, atque Hebraicarum consuetudinum scientissimo, vti voluit computatione annorum lunarium Hebræis vsitata. Deinde, hoc ipsum confirmat vocabulum abbreuiatæ. Nam si fuissent annorum solarium, longius tempus denotarent: quoniam verò sunt annorum lunarium, ob eam causam dicuntur abbreuiatæ.

Rationes cõtra etiam opinionem.

Verum hæc opinio, à multis improbatur & abiicitur. Reselliunt eam, Lyranus hoc loco, Galatinus libro quarto, Ioannes Driedo in libro 3. de sacris Scripturis cap. 5. parte 4. & Ioannes Lucidus in libro 7. de emendatione temporum. Licet enim Hebræi vterentur mensibus lunaribus, è quibus anni lunares existunt, constamen annos, per intercalationem, quam fere tertio quoque anno interponebant, intercalantes vnum mensem, redigebant ad rationem & mensuram cursus solis: atque hoc in modũ annos lunares cum solaribus adæquatos in chronologiam asciscebãt. Censorinus quidẽ in lib. de die natali Romanorum, scribit, pro diuersitate gentium annos ciuiles, & origine & magnitudine fuisse differentes, cunctis tamen studio & curæ fuisse, annos suos, ad æqualitatem cursus solis reuocatos correctosque, in descriptione temporũ adhibere. Deinde certum est, Hebræos secundum legem Mosis, Pascha quolibet anno, decima quarta luna primi mensis, post æquinoctium vernum celebrare debuisse. Hoc autem ipsi nullo modo potuissent seruare si vsi essent annis lunaribus. Nam cum luna vti annus sit vndecim diebus minor solari, si vno anno celebrassent Pascha decima quarta luna primi mensis, proximè sequẽti anno, celebrassent vndecim diebus ante, hoc est, tertia luna primi mensis, & sic sequẽti anno celebratio Paschatis non in primum,

Quomodo Hebræi rediderent suos annos lunares aliquãdiu solis.



primum, sed in vltimum anni mensem incidisset. Quo fieret, vt quolibet anni mense Pascha perageretur. Ad hoc cum in Scriptura traditur Adam vixisse nongentos triginta annos Hebræos, quadringentos triginta annos peregrinatos esse in Ægypto, ab egressu Hebræorum ex Ægypto, vsque ad ædificationem templi Salomonis, octoginta & quadringentos annos intercessisse: in his atque aliis locis chronologia diuinæ Scripturæ, non essent intelligendi tot anni quot significantur; sed longe pauciores, videlicet ad rationem annorum lunarium restringendi contrahique. Quid multa? In sacris libris, enumeratio annorum, cum prophana chronologia sæpe consentit. In exordio primi libri Machabæorum scriptum est, Alexandrum Magnum regnasse duodecim annos, itidẽ exteras scriptoribus tam Græcis quam Latinis prodentibus: apud quos tamen nullos est annorum lunarium in chronologia vsus. Commemorato præterea annorum regni Græcorum, toties eodem libro inculcata minimè concordat cum annis regni Seleucidarum (idem enim fuit regnum, quod dicitur in Scriptura Græcorũ) quos externi auctores descripserunt. Hæc illi. Nihilominus tamen, opinio illa de annis lunaribus quæ multis & magnis auctoribus placuit, est profecto valde probabilis, eaque nobis poslea magno vsui futura est, ad explicationem septuaginta hebdomadum. Nec validæ sunt, quibus oppugnata ab illis est, argumenta. Non enim ex ea concluditur, futurum fuisse vt Hebræi quolibet mense agerent Pascha: id enim sequutum esset, si Hebræi, vt nos immobiles menses habuissent: habebant autem mobiles cum ipsa luna, sicut igitur semper egissent Pascha in prima luna, ita & in primo mense. Quinquam, nisi per intercalationem redegissent annum lunarem ad æqualitatem solaris, non semper Pascha potuissent agere verno tempore, quod tamen lege Mosis præcipiebatur. Iam verò, quod illi argumentantur, nec Hebræos, nec vsquam sacras literas in descriptione temporum vti annis lunaribus, vltro concedimus, tantum abest vt negemus: dicimus tamen Gabrielem hoc loco, quo tectior atque occultior sermo esset, præter communem loquendi, scribendi, ac negotiandi consuetudinem, in designando tempore adductus Messiæ, non solarium, sed lunarium annorum computatione vti voluisse. Nec mirum, multa prophetæ præter communem dicendi & intelligendi morem dixerunt & scripserunt. An cum Gabriel dixit septuaginta hebdomadas præcisè significans hebdomades annorum, non id nouè & insolitate loquutus est? cum sit in communi vsu loquendi positum, vt vocabulum hebdomadis præcisè dictũ, nõ quã de septenario annorũ, sed ferè de septenario dictũ dicamus

Gen. 5. Exod. 12. 3. Reg. 6.

Solutio rationũ.

Gabriel cur obscure loquutus sit.

& intelligantur? Quid cum Daniel supra c. 4. dixit, *septem tempora*, significat ne septem annos, & ca. 7. *dixit tempus, & tempora, & dimidium temporis*, tres annos ac dimidium insinuans, nonne præter communem atque vsitatam sermonis & intelligentiæ rationem locutus est? Multa sunt huius generis exempla in libris propheticarum passim obuia. Quapropter nemini mirandum accidat, si Gabriel hoc loco morem propheticum seruans, præter consuetam Hebræis chronologiam, annis lunaribus vsus sit. Atque hoc ipse non ita texit & occultauit, vt non facilè deprehendi possit ex ipso vocabulo quo est vsus: *abbreuiata sunt*, quo significatur, annos eorum hebdomadum, non esse ad longitudinem annorum solarium exigendos, sed ad brevitatem lunarium annorum coarctandos.

*Vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitiæ sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum.*

Messiæ hanc prophetiam competere demonstrat.

HIs verbis apertè declarauit Angelus, se hoc loco de Messia vaticinari. Nã neque tot tantaque bona, quæ hic memorantur, aliis nisi Messiæ præstare poterat: eúque tantùm præstaturum, omnes prophetæ prædixerãt. Quatuor enim hic memorantur quæ nulli præter Messiam conueniunt. Primùm est, *delere iniquitatem, & finem imponere peccato*: alterum est, *adducere iustitiam sempiternam*: tertium est, *implere Dei promissa, & vaticinia prophetarum*, quartum est, *vngi sanctum sanctorum*. Sed hunc locum paulo secus legit Tertullianus in libro aduersus Iudæos, hic enim habet. *Quo adusque tunc teneretur delictum, & signentur peccata, & excoreatur inquisitio, & inducatur iustitia æterna, & ignetur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum.* Verum huius sententiæ singula verba, quoniam grauissima sunt, & disputationem de septuaginta hebdomadis attingunt, diligenter ponderari à nobis debent.

Quæstio. Quid consummari præuaricationem.

*Vt consummetur præuaricatio.* Quid hoc loco significet, consummari præuaricationẽ, duplicitèr exponitur. Etenim Chrysostomus in secunda oratione aduersus Iudæos. Theodoretus in commentatio huius loci, & ante hos Eusebius in libro octauo de demonstratione Euangelica, consummari præuaricationem, interpretantur, augeri vsque ad summũ, & perduci vsque ad extremum improbitatis, vt amplius augeri nequeat. Putãt enim hoc verbo significari, licet Iudæi multa & magna scelera prius admisissent, attamen, scelus nece is Messiæ, ad summum impietatis peruenisse. Atque huius rei manifestũ est argumentũ,

Iudæos



Iudæos pro sceleribus quæ antea patrauerãt, impetrasse à Deo cuiusque patiter ac pœnæ remissionem: occisi autem Messiæ eiusmodi, inexpiabile fuit eum pœnas vsque adhuc pendunt, perdenique perpetuas. Hac eadem significatione, verbum impiendi, Dominus noster & Paulus vsurparunt. Nam Matthæi 23. loquens Dominus Iudæis, quorum patres interfecerant prophetas, *& vos, inquit, implete mẽsuram patrum vestrorum*. Quasi diceret, quod superest improbitati, & crudelitati ipsorum, vos supplete: illi occiderunt prophetas, vnum decrat, quod vos præstabitis, vt Messiam etiã occidetetis. Et Paulus in capite secundo primæ epistolæ ad Thessalonicenses, de Iudæis item loquens, sic ait, *ipsi Dominum occiderunt, & prophetas, & nos persecuti sunt, vt impleant peccata sua: quia peruenit super eos ira Dei vsque in finem*. Consummari autem, seu, quod idem est, cõpleri peccatum, idem valere, quod perduci vsque ad summum & vltimum, ex duobus Scripturæ locis licet intelligere. prior locus est in lib. Geneseos cap. 15 *vendum* (inquit Dominus,) *impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque in præsens tempus*. posterior locus est in primo libro Regum cap. 26 David enim de Saule loquens ait, *Scito quia completa est malitia eius*. Non secus, vt verba Chrysostomi & Theodoreti, quæ ad prædictæ interpretationis confirmationẽ valet hoc loco adscribere, piget temere mittam: Sic igitur Chrysostomus in secunda oratione aduersus Iudæos hæc ipsa Danielis verba interpretatus, scribit. *Quid est hoc donec consummentur peccata. Multa, inquit, Iudæi peccauerunt, sed malorum finis tunc erit, cum Dominum suum occiderint. Et hoc dixit Christus, ante hæc implete mẽsuram patrum vestrorum: ferus occidistis, addite & hæresim sanguinem. Vide quomodo concordat sententiæ. Christus dixit, impleta propheta inquit, donec consummetur delictum.* Sic Chrysostomus. Cui similia, sed explicatiora tamen & vberius docet Theodoretus. *Quid est*, inquit, *quoad antiquetur præuaricatio & consummetur peccatum? Non aliud sanè, quam quoad augeatur impietas ipsorum contra Christum, & peccatum eorum ad extremum perducatur. Peccatum autem consummatum, crucem vocat, quam ausi sunt Iudæi contra Dominum parare. Nam ante hoc, infinita ausi facinora pœnas dederant, sed rursus impetrata venia, Dei clementia dignati sunt. At posteà insaniam, qua Dominum nostrum in crucem egere ausi sunt, nunquam assequuti sunt, vt priscum in statum reuocarentur: sunt vt ipse clamauit. Verum cum amplius quadringenti & quadraginta anni ad hanc diem effluxerint, posteaquam impio illo scelere seipsi contaminarunt atque obstrinxerunt, dispersi per orbem terrarum, ex alijs in alia loca migrantes, & exules vagantur.* Altera horum verborum interpretatio est, illud, *consummari præuaricationem*, eandem vim habe

D. Chrysostomus

Matt. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca



re, atque consumi & deleri prævaricationem. Hæc significatio ne ponitur apud Isaiam, completi malitiam alicuius, pro eo quod est finiri ac tolli: sic enim est apud eum capite quadragesimo, *consolamini populum meum, loquimini ad cor Hierusalem, quia completa est malitia eius, dimissa est iniquitas eius.* Secundo hac ex positione, hanc habet prædicta verba sententia: in extremo septuagesima hebdomadum venturo Messiam, qui tanquam agnus immaculatus in ara crucis, Deo immolatus, omnia peccata hominum consumet & penitus deleat. idem est intellectus lectionis Tertulliani, quilegit *quoadusque iniret finem prævaricationis* nam quod inoleuerat & senescit, iudex magis ac magis debilitatur & deficit, atque, vt Paulus ait, prope interitum est.

*Heb. 8.*

Quæstio n. Quomodo Messias finem imposuerit peccato.

*Et finem acciperet peccatum.* Græcè legitur, *Vt signetur peccatum:* quam lectionem sequutus est Tertullianus in libro aduersus Iudæos. Verum signari peccatum, exponit Theodoretus, non esse aliud, quàm finiri & absumi peccatum: sed quomodo Christus finem imposuit peccato? An ita radicitus ipsum excidit, vt amplius renuiscere, aut renasci non possit? Nonne post Christi aduentum, viguit peccatum, hodieque nimio plusquam vellemus, in mundo viget? An qui Christi gratiam semel accepit, eam perdere nunquam potest, nec in peccatum relabi? Minimè vero. Sed verum tamen est quod dixit Gabriel, finem peccato Messiam positurum. Multis enim de causis verissimè dici post peccatum à Messia esse finitum. Principio, Christus pro debito peccati humani, perfectissimè soluit Deo. Quæ solutio, adeo perfecta, & omnibus numeris expleta, finitaque fuit, vt ea dicatur à Theologis satisfactio, vel solutio secundum omnem rigorem Iustitiæ. Ergo quia Christus vsque ad finem, & vltimum, & vsque ad minimum quadrantem pro debito peccati humani persoluit Deo, ideo dicitur finem imposuisse peccato. Postea, sustulit Christus pœnalem effectum peccati primi hominis, quo vniuersum genus hominum, etiam iusti sanctique tenebatur obstrictum: is autem erat interclusio aditus ad cælum, & detentio iustorum in inferno. Deinde, solet in Scriptura scelus idololatriæ simpliciter nominari peccatum. Quoniam igitur statim atque mundo affulsit vnius & veri Dei fides Euangelica prædicatione per totum orbem publicata, propemodum ex omni terrarum orbe discussa sunt tenebræ idololatriæ, & vanissimus multorum Deorum cultus euanuit: ideo non falsò dixit Gabriel, per Christum, finem accepturam prævaricationem. Præterea, princeps & auctor peccati perpetuusque incitator atque incensor hominis ad peccandum diabolus est: cuius potentiam in tantum debilitauit & fregit Christus, vt de eo tradatur in Euangelio *princeps huius mundi, eiicietur foras,* & alio loco, *cum fortis armatus custodit atrium suum, &c.* arx diaboli expugnata dicitur à Christo, detracta spolia, ablata arma, omnisque præda eius dicitur abacta. Et in Apocalypsi capite 20. scriptum est, toto hoc tempore quod à passione Christi fluit vsque ad finem mundi, Sathan esse ligatum, scilicet non permutando ei potestatem nocendi hominibus, aut etiam quantum ipse vellet, incitandi eos ad peccandum. Ad hoc, tanta est potentia, & efficacitas gratiæ Christi, vt possit quantùm in ipsa est præsentia peccata expellere, & pro præteritis dignè satisfacere Deo, atque adauctius imminentia, animum hominis præparare, ac præmunire: tantamque habet gratia hæc repugnantiam cum peccato, vt quamlibet parua, quantumuis peccatum expellere valeat, neque cum peccato mortali vllatenus, nec ad punctum quidem temporis misceri, & sociari queat. Ni-mirum, hoc spectauit Ioannes cum in capite tertio primæ epistolæ suæ scripsit, *omnis qui natus est ex Deo, non peccat, nec peccare potest, quia semen Dei manet in ipso.* Semen Dei, vocat gratiam, quæ & bona opera, & vitam æternam fructificat. Adice, quod Christus, quo finem peccatis imponeret, septem tibi queris efficacissima remedia in septem sacramentis, & præterea verbum Dei, sunt duo illi denarij, quos Samaritanus dedit pro curando & sanando homine, qui Hierosolymis deiciens Hierichò, dispoliatus, & lætalibus percussus vulneribus, semiuiuus relictus fuerat. Ne multa, lex Mosis cœperat quidem tollere peccatum, sed non potuit finire. Eternum, principium sanitatis, est cognitio morbi: hanc cognitionem tantum præbebat lex Mosis, indicans tantum, non sanans morbum. At Christus, curationem peccati omnino finiuit & explenit. Non enim tantum docuit nos, vt cognosceremus peccatum: sed etiam iunit, vt vinceremus. Recte igitur Ioannes, *lex per Mosem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Denique, eiusmodi est gratia Christi, vt, si conseruetur à nobis, & in hac vita ab omni nos peccato mortali seruare possit, & in altera vita, omnes peccati species, reliquias, miseriasque in totum sit ablatura.

Christus perfectissimè pro hominū peccatis Deo satisfecit.

Aperuit regnū cælorum.

Sustulit idololatriam.

Diabolū superauit *Ioan. 12. Luc. 11.*

Gratiæ Christi vis.

*Et deleatur iniquitas.* Tribus modis solet deleri aliquid. Etenim, vel lauando aut tergendo deletur, vt macula panni, vel radendo, vt mendum Scripturæ, vel dissipando & dissoluendo: vt nubes, quæ vi alicuius venti dissipatur, aut æstu & ardore solis dissoluitur, atque euanescit. His omnibus modis deleri à Deo iniquitates, legimus in sacris literis. Siquidem Dauid Psalm. 50. dixit, *amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato*

Locus D. Ioan. explicatur, Sacramẽ totum & verbi Dei efficacitas. *Luc. 10.*

Quæstio 12. Quomodo Christus deleuerit peccata.

*mea*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*mea mundabo me.* & in Apocalypsi capite primo scriptum est de Christo, *Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Paulus autẽ in secundo capite Epistolæ ad Colossenses ait, Christũ deleuisse chirographum nostræ damnationis, quod erat contrarium nobis. Denique apud Esaiam cap. 44. ita loquitur Deus: *deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua, reuertere ad me, quoniam redemi te.* Atque hæc vna Gabrielis sententia manifestè coarguit falsitatis atque impietatis, hereticos nostri temporis, qui per insignem Christi gratiæ iniuriam facientes, negant peccata hominum, qui iustificantur per gratiam Christi, penitus auferri, sed remanere quidem in ipsis, attamẽ propter Christũ illa non imputari ipsis, ad condemnationem. At qui Gabriel hoc loco ait, Christum venientem, non vt peccata non imputentur hominibus, sed vt ea deleantur. Quamquam omnis diuina Scriptura, clarissimis verbis hoc ipsum testatur. Cum enim de remissione peccatorum loquitur iis verbis vtitur, quibus peccata hominum, qui iustificantur à Deo, nulla ex parte remanere, sed penitus auferri, declarat. Ait enim, peccata lauari, & mundari, hominemque super lanam & niuem dealbari. In Psalm. 50. & Isaiæ cap. 1. ait, auferri iniquitates. & demergi in profundum maris Michæe 7. ait Christum fuisse agnum qui tollit peccata mundi, & oblatũesse in cruce, ad exhaurienda peccata hominum: Ioannis primo & ad Hebræos nono ait Deum proiecisse post tergum suum peccata nostra, & quãtum distat Oriens ab Occidente, longè secisse à nobis iniquitates nostras: in cantico Ezechiæ regis, & in Psalm. 102. ait deleri iniquitates: vt hoc loco, & Psal. 50. & apud Esaiam. 44. Paulus etiam in capite sexto prioris epistolæ ad Corinth. præmissis variis flagitiis, subdit, *& hæc quidem aliquando fuistis, sed ablutí estis, sanctificati estis, iustificati estis:* & in capite 6. epist. ad Romanos, affirmat nos per baptismum exuisse veterem hominẽ, esse mortuos peccatis, nouam creaturam esse factos, & destructum in nobis esse corpus peccati. Quin etiam idem Paulus in capit. 15. prioris epistolæ ad Corinthios, tanquam maxime absurdum & impossibile ponit hominem, etiam post iustificationem, manere in peccatis, *si mortui, inquit, non resurgit, ergo adhuc estis in peccatis vestris.*

*Isaiæ.38.*

Explicatur locus Dauidis, in Psalmo. 31. de peccatorum remissione loquens, hunc in modum scriptis: *Beati quorũ remissæ sunt iniquitates: & quarum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.* Audis remitti quide peccata, sed ita, vt ea tegi & non imputari dicantur? Videtur igitur hic locus satis hæreticorum sententiæ suffragari. Sed accipe

Et enim, si peccata nullo modo manent in homine iustificato, cur igitur, dicet aliquis, Dauid in Psalmo. 31. de peccatorum remissione loquens, hunc in modum scripsit: *Beati quorũ remissæ sunt iniquitates: & quarum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.* Audis remitti quide peccata, sed ita, vt ea tegi & non imputari dicantur? Videtur igitur hic locus satis hæreticorum sententiæ suffragari. Sed accipe

responsum



responsum, è commentario Diui Thomæ in quartum caput epistolæ ad Romanos concinnatum. Quatuor in peccato insunt, diligenter animaduertenda & distingenda. Primum est, offensa Dei, propter hanc dicitur Deus remittere homini peccatum: sicut homo homini remittere solet offensam sibi ab eo factã. Alterum est, inordinatus peccati actus, qui semel factus non potest non esse factus: is tamen dicitur tegi, quatenus Deus non videt eum ad puniendum, vt mox dicemus: qua ratione caritas dicitur operire multitudinem peccatorum. Tertiũ est, reatus pœnæ, siquidem propter peccatum mortale admissum, est homo æternis inferni pœnis obnoxius, & addictus. Et quia cum Deus aufert horrori peccatum, non ampliùs declinat illum ad pœnam æternam, propterea dicitur non imputari ipsi peccatum. Denique, quartum est, macula, qua sublato nitore gratiæ, animus per peccatum fœdatur, & inquinatur, & quia hæc tollitur, cum quis iustificatur, ideo peccatum lauari, mundari, & abstergi dicitur. Ex his patet, ob diuersa quæ in peccato insunt, dici peccatum, nunc remitti, interdum tegi, alias non imputari, sæpe, etiam deleri, mundari, lauari. Illud autem *peccata tegi*, non aliud significat, quã ea non videri à Deo ad pœnam, & vindictam. Quemadmodum enim in Scriptura dicitur Deus cognoscere aliquid, quia ipsum approbat, vt Psalmo primo, *nouit Dominus viam iustorum*, & Proverbiorum 4. *vias quæ à dextris sunt nouit Dominus*, contra verò nescire dicitur, quod reprobat: nam in Euangelio traditur dixisse Dominum quibusdam, *nescio vos, & non noui vos*, ita etiam Deus dicitur videre peccata hominum, quæ statuit punire: vnde petit à Deo Dauid Psalm. 50. *auerte faciem tuam à peccatis meis*, & 32. *vultus Domini super facientes mala, vt disperdat de terra memoriam eorum.* Attendat lector, quid Diuus Augustinus in explanando Psalm 31. ad confutationem huius erroris pertinens, scriptum reliquerit. *Si texit Deus, inquit, peccata noluit aduertere: si noluit aduertere noluit animaduertere si noluit animaduertere noluit punire, noluit agnoscere, noluit ignoscere. Nec sic tutè ligatis quod dicit Dauid peccata tecta sunt, quasi ibi sint & videat. Tecta ergo peccata quare dixit vt non viderentur. Quid enim erat Deus videre peccata, nisi punire peccata? Vnde scriptũ est, auerte faciem tuam à peccatis meis.* Sic ibi Augustinus. Sed illustrior & ad reuincẽdos hæreticos valentior, est alter ejusdem Augustini locus in primo libro contra duas Epistolas Pelagianorum, & in capite decimo tertio, eius libri. Nam eo loci depellens Augustinus calumniam, quam Pelagiani falsò affingebant Catholicis, quasi negantibus, per baptismum tolli radicitus peccata, sed tantum superficie tenus abradi, sicut raduntur capilli capitis, radicibus

corum

tur à Deo tegi.

Quatuor esse in peccato, quæ per Christi gratiã tollantur.

1. *Petr.* 4.

Peccata à Deo tegi quid sit. *Matth.* 7 & 25.

Insignis contra hæreticos, D. Augustini sententia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



eorum, vnde rursus ipsi renascatur, permanentibus; ita scribit: *Quis hoc nisi infidelis affirmat? Dicimus enim nos, baptisma omnium dare indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, neque peccatorij vulneris in malo carne tenere, quasi vasorij in capite capillorum: vnde iterum crescere restanda peccata.* Sic Augustinus. Et vero, idem valet peccata esse tecta, atque esse sublata, & nulla penitus relicta. Nam si tecta sunt Deo, ergo, nō videntur a Deo: si nō videntur a Deo, nulla igitur sunt. Nam neque potest esse quicquam in rebus, & id a Deo non videri: nec possunt peccata a Deo videri ad vlciscam, & non videri ad pœnam. Similiter, si Deus non imputat homini peccata, ergo nulla sunt in homine peccata: liquidem si peccata essent in homine, loquor non de quibuslibet, sed de peccatis mortalibus, odio haberet Deus ipsa peccata & hominem peccatis præditū abominaretur: testante Scriptura, odio esse impium Deo, & impietatem eius. & Dauide in Psalmo quinto, continente, *odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium: virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.* Præterea, cum Deus sit maxime iustus, non potest peccata, si verè sint in homine, non punire: & debitis pœnis adducere. Nam æque alienum est iustitiæ Dei, virtutes, & beneficia hominum sine remuneratione, vt flagitia, & maleficia eorum sine animaduersione, dimittere. Ergo, si peccata teguntur, vel non imputantur homini à Deo, hinc necessario concluditur, ea nullatenus esse in homine. Atque hæc obiter aduersus hæreticos diximus, quo principale, ac pestiferum eorum dogma perstringeremus, ad id, nos hac Gabrielis sententia iuuante.

Deus nō videt peccata dimissa, quia non sunt.

Sap. 14.

## *Et adducatur iustitia sempiterna.*

Quæstio 13. Quæ similitudo sempiternæ Christō ostendit esse nostram iustitiā, quod quinque modis fieri posse dicit.

HOc potest intelligi dupliciter. Vel de ipso Christo, quem Paulus primæ ad Corinthios capite primo, appellat iustitiam nostram: *Qui factus est*, inquit, *nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio.* Dicitur autem Christus iustitia nostra, non imputatiue, vt negantur hæretici, quasi nobis nullam habentibus proprium, & inhærentem iustitiam, sola Christi iustitia imputetur ad salutem, sed appellatur iustitia nostra, quinque modis. Primum, exemplariter: (equidem vocabulis in Scholis Theologorum tritis, cum res ferat, libenter lim è vtor.) Etenim iustitia Christi, vt perfectissimum exemplar, proposita est, ad quam omnis Christianorum iustitia, & sanctitas fingi, conformari, & dirigi debeat. Deinde satisfactorie: quoniam Christus pro debito humani generis,



neris, iustissimum dedit pretium, & cumulatissimè Deo satisfecit. Possea, meritorie: etenim Christus sua passione, ac morte, promeruit apud Deum, vt dignè credentes in ipsum, iustitia, & sanctitate ab eo donarentur. Ad hoc, efficienter: Christus enim author, & effector est iustitiæ nostræ, ipse est, qui gratiam in animos nostros infundit, adhibitis sacramentis, ceu quibusdam instrumentis ad eam producendam. Denique finaliter: nimirum, is demum est finis nostræ sanctitatis, & iustitiæ: *vt conformes simus*, quemadmodum ad Romanos, cap. 8 scripsit Paulus, *Imagine filij Dei*. Veruntamen, commodius, & conuenientius sententiæ horum verborum, intelligitur Gabrielem loqui de iustitia, quæ in homine inest, à Deo effecta, & gratis ipsi donata. Porrò, inter iustitiam Christianam, & Mosaicam, seu legalem, qua differt hæc ab illa, triplex reperio discrimen. Etenim Iustitia legalis externa erat, & plurimum in exteriorum ceremoniarum obseruantia, cultuque posita: at, Iustitia Christiana licet externas ceremonias minime respuat, interioribus tamen, ac spiritualibus animi bonis, atque ornamentis potissimum continetur. Quapropter, Christus Dominus dixit: *Regnum Dei intra vos est.* Quam sententiam eo dam, magisque explicans Paulus in capite 14. Epistolæ, quæ scripta est ad Romanos: *Regnum Dei*, inquit, *non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto.* Deinde, Iustitia legalis Iudæis præscripta lege Mosis, magna parte erat humana, & politica, quæque humano studio, & diligentia comparari & conseruari posset: hominem faciens mundum, iustum, & innocentem coram hominibus, id est, hominū iudicio, & existimatione, sicut in Epistola ad Hebræos scripta disputat Diuus Paulus. Iustitia vero Euangelica, diuinam habet originem, vim, & effectus supernaturales, finem ac mercedem cœlestem, atque immortalem, ea namque à solo Deo effici, augeri, conseruari, ac digne remunerari potest, bonum, & sanctum faciens hominem simpliciter, absolute, & coram Deo. Ad extremum, iustitia legalis, temporaria erat, ad certum quoddam tempus instituta, quoad, scilicet, veniret perfectio iustitiæ Euangelicæ, tunc omnino cessatura: at Iustitia Christiana sempiterna est. Hæc enim est aqua illa, de qua Christus dixit Samaritanæ: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Et Isaias capite 45. ita scribit: *Israel saluatus est in Domino, salute æternaliter confundemini, neque erubescetis ex aqua in secula seculi.* Idem cap. 51. *Salus mea erit Dominus, in sempiternū erit.* Et in 1. ca. lib. Sapientiæ, sic est: *Iustitia perpetua est, & immortalis.*

1. Euerniplacitet.
2. Satisfactorie.
3. Meritorie.
4. Efficienter.
5. Finaliter.

Proprie de iustitia nostra Prophetæ loquitur. Triplex discrimē inter legalem, & Euangelicam iustitiam.

Ioan. 4.

Huiusmo

Universidad de Deusto
Biblioteca



Huiusmodi iustitiam allatorum esse Messiam, constat vaticinio Dauidis, quod est in Psalm. 71. *Orietur*, inquit, *in diebus eius iustitia, & abundantia pacis donec auferatur Luna.* Iam vero, si iustitia Christiana est perpetua, fides autem non manet post hanc vitam, sed caritas est, quæ numquam excidit, vt Paulus ait, magnum profecto hinc ducitur argumentum aduersus hæreticos nostri temporis, quo euidenter probetur, potiores Christianæ iustitiæ partes, nō fide, sed caritatem sibi vendicare. Vnde Augustinus in libro, de natura, & gratia contra Pelagianos, cap. 42. *Caritas*, inquit, *ipsa est verissima, plenissima, & perfectissima iustitia*: & capite septuagesimo: *Caritas*, inquit, *inchoata, iustitia est inchoata: caritas prouecta, iustitia est prouecta: caritas perfecta, iustitia est perfecta.*

2. Cor. 13.

Potiores Christianæ iustitiæ partes non in fide, sed in caritate esse positas.

## *Et impleatur visio, & prophetia.*

Quæstio 14. Quemadmodū Christus impleuerit Prophetias. *Matth. 5.*

Tripliciter videtur Christus impleuisse omnes prophetias. Primo, quia terminauit eas. Lex enim, & prophetæ, vsque ad Ioannem. Nec solum prophetiæ, sed omnia quoque legalia, erant tanquam umbræ, & figuræ venturi Christi. Quare Christo veniente, ea finiri, ac desinere necesse fuit. Postea, impleuit Christus prophetias, quas quæcunque prænunciauerant prophetæ Messiam uenturum, & passurum, ea omnia Dominus noster dixit, fecit, ac passus est. Ideo Dominus dixit, nō veni soluere legem, sed adimplere. Qua ité de causa sancti Euangelistæ, cum narrant dicta, facta, & passiones Domini, frequenter illud annotant, vt *adimpleretur quod dictum fuerat per Prophetam.* Denique, lex, & prophetia, inanis erat, & fructu vacua, nisi Christo eam autem Christus gratia sua impleuit, cognitioni peccatorum, adiungens remedium curationis: & scientiæ bene agendi, addens robur, & facultatem operandi. Atque, hoc est, quod Paulus docet, scribens ad Romanos in capite octauo. *Quod*, inquit, *impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundū carnē ambulamus, sed secundum spiritum.* Hanc gratiam petebat Dauid in Psal. 118. *Saluum me fac, vt custodiam sermones tuos!* Et rursus. *Viuifica me, & custodiā testimonia oris tui.* Græca lectio pro. *impleatur*, habet signetur: hic enim Græca Latine sonant: *vt signetur visio, & prophetia.* Hanc lectionem secutus, & interpretatus est Tertullianus in libro aduersus Iudæos. Verum eandem vim, & sententiam habet, signari prophetias, atque impleri eas, auctore, & interprete Chrysostomo: quin oratione secunda, aduersus Iudæos, sic ait: *Desiuere oportuit post Christum prophetias: hoc enim est signare visionem, id est, sistere visionem. Vnde Christus dixit: Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem.* Sed quia Tertullianus in hac ipsa interpretatione copiosior, & luculentior fuit: verba eius, hoc loco adscribenda duxi: *Quid est*, inquit Tertullianus, *quod dicit Angelus signari visum, & prophetiam? Quominus omnes Prophetæ nunciabant de illo, quod esset venturus, & pati haberet: igitur, quoniam adimpleta est prophetia per aduentum eius, propterea signari visionem, & prophetiam, dicebat, ipse enim signaculum fuit omnium prophetarum, adimplendo omnia, quæ retro de eo prophetæ nūciauerant. Post aduentum enim Christi, & passionem ipsius, iam non visio, neque Propheta est, qui Christum nuncii venturum. Denique, hoc, si non ita est, exhibeant Iudæi prophetarum post Christum aliqua volumina, vel Angelorum aliquorum visibilia miracula, quæ retro Patriarchæ viderunt vsque ad aduentum Christi, qui iam venit ex quo signata est visio, & prophetia, id est, firmata. Et merito dixit Euangelista: lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem Baptizatorem. Baptizato enim Christo, id est, sanctificante aquas in suo baptismate, omnis plenitudo spiritualium retro Charismatum in Christo cessarunt, signante visionem, & prophetiæ omnes, quas aduentu suo adimpleuit. Vnde firmissimè dicit, aduentum eius firmare visum, & Prophetias.* Hæc Tertullianus.

Quid sit signari visiones, & prophetias.

Matth. 5.

Tertullianus.

Non erit alienum, nec lectori opinor, iniucundum, si hoc loco doceamus, quod futurum prædixit Gabriel, & nos iam factum cernimus, omnia, scilicet, Prophetarum oracula in Christo, & per Christum esse impleta, id veritatis Fidei nostræ, ac religionis Christianæ, adeo manifestum, firmumque esse argumentum, vt nulla ratione infringi, debilitari, eludi possit. Hoc enim argumēto, & Iudæi conuincuntur, Dominū Iesum, verum fuisse Messiam: & Pagani coguntur fateri, fidē, religionem, & disciplinam Christianorum, veram, à Deo profectam, eunctisque mortalibus ad delenda peccata, ad colendam iustitiam: denique ad vitam beatam, & immortalem consequendam, esse omnino necessaria. Fuere olim Prophetæ apud Iudæos, sapientiæ, sanctitatis, & intimæ cum Deo familiaritatis existimatione, clarissimi, ac nobilissimi. Hos enim illi, vt Dei consiliorum arcanorumque conscios, vt voluntatis Dei ad homines nuncios, vt doctores veritatis, magistros vitæ, formatores morum, vitiorum correctores, denique rerum diuinarum præcones, atque interpretes: singulari reuerentia, & honore prosequebantur: nec eorum dicta, quam Dei oracula, minori fide, ac veneratione accipiebant. Horum igitur vatum, qualia fuerint de venturo Messia oracula patet, eorum scripta legentibus. Ea vero, tam propriè, tā apertè, explicate-

An omnia vatū de Messia oracula fuerint per Dominū nostrum Iesum Christum impleta.

Auctoritas Prophetarū.

Universidad de Deusto
Biblioteca



que in Dominum nostrum conueniunt, vt non futurarũ rerum prædictiones, sed præteritarum narrationes, nec illi prouidisse res olim gerendas, sed rebus ipsis, cum gererentur interfuisse videantur. Ausim dicere, quosdam eorum vatum, multa, quæ ad Christum pertinent, non minus distinctè, disertè, atque enucleatè, quam ipsos Euangelistas descripsisse. Quo factum est, vt licet eorum vaticinia, ante Christi aduentum, propter futurarum rerum obscuritatem difficillima essent intellectu: eadem tamen post aduentum Domini nostri, per quem abundè impleta sunt, & promissa Dei, & Prophetarum vaticinia, facilem habent intelligentiam, & explicationem. Iudæos autem, qui non credunt venisse adhuc Messiam, necesse est cum Prophetarum libros legunt, dubios, perplexos, & planè cæcos esse: & tamquam in labyrintho quodam oberrantes, nullum reperire exitum, ac similes esse eorum, qui nullo duce, nolloque lumine, per tenebrosa, & prærupta loca iter facientes, passim offendunt, nec raro in profundum præcipites aguntur, sic profectò est, vt præclarè dixit Irenæus in quadragesimo tertio capite libri quarti aduersus hæreses. *Omnis*, inquit, *prophetia priusquam habeat effectum, ambiguitas, & enigma est hominibus, cum autem venerit tempestas, & euenerit quod prophetatum est, tunc prophetia habent locum quendam, & certam expositionem. Propter hoc Iudæi, cum nunc legitur lex & propheta, fabula similis est: nõ enim habent expositionem omnium rerum pertinentem ad aduentũ filij Dei, qui est secundũ hominẽ. At Christiani, cũ legitur prophetia, thesaurus est absconditus in agro, crucis Christi reuelatus, & explanatus, ditãs sensum hominis, & ostendens Dei sapientiã.* Sic Ireneus. Nulla igitur difficultas est, credenti prophetis, Euangeliũ persuaderi nõ sanè maior quam (si parua licet componere magnis) tenenti scientiam aliquam subalternatã. Quapropter Irenæus in quadragesimoprimo capite libri quarti aduersus hæreses, propterea existimat se plus dixisse Paulum, se plus omnibus laborasse, quia cum ipse prædicator, Apostolus, & doctor Gentium esset constitutus, magis laborioſum, & arduum sibi fuerit, Gentibus quam Iudæis Euangelium tradere. Gentes namque, nec legem à Deo scriptam, vt Iudæi, acceperant, nec Prophetas nouerant, nec expectabant Messiam, & vnius veri Dei notitiam pauci, cultum verò, ac religionem fere nulli tenebant: sed circa Dei omnipotentiam caligantes, circa prouidentiam vacillantes, de animorum nostrorum immortalitate perplexi, de mundi origine atque interitu dubij, de vltimo fine hominis incerti, in densissimis errorum tenebris versabantur, & in altissimis nefandorum scelerum sordibus volutabantur, quanto plu-

Prælarũ dictũ Diui Irenæi.

Cur Paulus dixerit se plus omnibus laborasse

1. Cor. 15.



to pluribus flagitiis, & erroribus implicati, tanto longius à veritatis perceptione remoti. At Iudæis, quibus, vt Paulus inquit, credita erant eloquia Dei, quorum adoptio erat filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, Iudæis, inquam, nisi voluntaria eos ignoratio, & malitia occæcasset, & nisi contumax aduersus veritatem, atque obfirmatus animus, omnem ad eorum mentes illuminandas, aditũ luci Diuinæ præclusisset, procliuissimum fuisset Euangelicam doctrinam probari, ac persuaderi.

Cæterum, quæ fuerint de Messia Prophetarum oracula, & quemadmodum ea in Domino nostro Iesu Christo perfectissimè completa sint, breuiter ostendamus. Nec verò dicturus sum noua, & abdita, aut non, nisi doctissimis exploratа, sed ea, quæ sunt, his præsertim tam eruditis temporibus, etiam vulgo manifesta, & plurimorum sermone celebrata: nimirum quæ omitti potuissent, nisi eorum commemorationem, & ratio ac series doctrinæ, atque ipse contextus orationis postulasset. Principio, Deum in terris aspectabili & humana forma conuersaturum cum hominibus grauissimis verbis vaticinatus est Baruch capite tertio. *Hic est*, inquit, *Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum, hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Similiter Isaias cap. trigesimo quinto. *Deus ipse veniet, & saluabit nos*: atque alio loco, *vtinam disrumperes cælos, & descenderes.* Generatum ex Messiam ex virgine incorrupta & intacta, prædixit Isaias capite 7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Hoc ipsum, similitudine lapidis, e monte sine manibus excisi, Daniel adumbrauit capite 2. Nascitumum in oppido Bethleem, Micheas dixit cap. 5. *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.* Venturũ eo tempore Messiam, quo tempore deficeret sceptrum Iuda, id est, principatus Iudæorũ, ad principes alienigenas trãsferretur, vaticinatus est Iacob libri Geneſ. cap. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* Constat autem primum alienigenarũ Herodem, paterno genere Idumæum, materno Arabẽ, quo regnante, Dominus noster est natus, Iudaicum regnũ sibi, suisq; posteris vendicasse. De Ioanne Baptista præcursore Christi dixit Isaias 40. *Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, &c.* & Malachias cap. 3. *Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis, & angelus testamẽti quẽ vos vultis.* Quid prædicaturus

Oracula Prophetarum de Messia & primum de ipsius aduentu.

Isa. 64.

De conceptione & nativitate.

De prædicatione & miraculis

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicaturus esset Christus, & quibus præmonstrauit Isaias c. 61. *Spiritus Domini super me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt medicer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, &c.* De miraculis eius, sic est apud Isaiam capite. 35. *Deus ipse veniet, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Ingressurum Metiliam Hierosolymam, paupere humilique habitu & comitatu, asinoque inuehentem, sed exceptum iri lætissimis populi gratulationibus, atque honorificentissimis acclamationibus, significauerat Zacharias capite 9 *Exulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus veniet tibi, iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ.* Quid ego de passione & morte Christi dicam, quam tam subtiliter & aperte Dauid Psalmo 21. & 68. Isaias capite 53. & auctor libri Sapientiæ capite 2. expressérunt, vt non tot seculis Christum antecessisse, sed illi acerbo & luctuoso spectaculo interfuisse videantur: Iudas discipulus Domini nostri, magistrum suum prodidit, & triginta argenteis vendidit Iudæis: hoc nec ignorauerunt, nec tacuerunt prophetæ: Zacharias capite vndecimo. *Appendistis, inquit, mercedem meam triginta argenteos:* & Dauid Psalm. 40. *Homo pacis meæ qui edebat panes meos maximo magnificauit super me supplantationem*, in quo Psalmo, pro triginta argenteis, triginta maledictiones in Iudam pronuntiari Rupertus adnotauit. Christum à suis necatum iri, & tempus necis eius præsignauit Daniel c. 9. docente ipsum angelo, post sexaginta nouem hebdomades, hoc est in dimidio septuagesimæ hebdomadis occisum iri Christum. Genus mortis, quo Christus in cruce sublatus, ex eiden dus erat, indicauit Hieremias capite vndecimo de se, vt similitudinem gerebat Metiliæ, ita loquens: *ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: cogitauerunt super me consilia dicentes, mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Huc quoque Iustinus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Leo pontifex, & complutes alij, pertinere putant, quod in 28. cap. Deuteronomij scriptum est: *erit vita tua pendens ante te, & non credes vitæ tuæ.* De regno autem Metiliæ per crucem comparando, vaticinatus est Isaias capite nono, *& principatus eius super humerum eius*, & Dauid cecinit in Psalmo 94. *& quia Dominus regnauit à ligno.* Hanc enim lectionem fuisse quondam in translatione septuaginta interpretum, postea vero malitiosè à Iudæis expunctam & sublatam esse, grauissimus auctor Iustinus martyr, in eo sermone, quem habuit cum Triphone Iudæo, ipso non contradicente, affirmat: idemque post Iustinum, in libro

De morte & passione.

De regno Christi.



in libro tertio aduersus Marcionem, confirmat Tertullianus. Quin ecclesia, Iustini auctoritatem sequuta, hoc ipsum in templis publicè cantat. Non attinet dicere de persollione manuum ac pedum: de diuisione ac sortitione vestium, de potu fellis & aceti, de crucifixione inter duos latrones, denique, de oratione Christi pro suis interfectoribus, quippe hæc partim à Dauide Psalmo vigesimo primo & 68 partim ab Isaia capite quinquagesimo tertio conceptis verbis prædicta fuerant. Moriente Domino, qui verus erat sol iustitiæ, sol ipse quasi tanti sceleris impietatem auersatus, ac velut attratus ob necem domini sui, mœrorem luctumque præseferens, præter omnem naturæ ordinem, ad horam diei sextam, in totum obscuratus est, meridie in terras mediæ noctis tenebras conuersio. Quo tempore, sicut quidam dixit, *Impiaque æternam timuerunt secula noctem.* Hoc autem ita euenturum, tot seculis ante prænunciauerat Amos capite nono, *& erit in die illa, dicit Dominus, occidet vobis sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die lumini.* Sepulchrum Christi fore gloriosum, scriptum reliquerat Isaias capite vndecimo. Quid autem sepulchro Domini nostri nobilius atque gloriosius? quod etsi in potestate & custodia sit Turcarum, qui & animis armisque infestissimi sunt Christiano nomini hostes, nec nisi magnis laboribus & periculis ad ipsum adire liceat, susceptis tamen ex omni orbis parte peregrinationibus, frequenti Christianorum concursu celebratur.

Virg. 1. Georg.

De Christi sepulchro.

Sanctissima porro Domini nostri anima cum primum per mortem corpore soluta est, descendit in infernum, & inde sanctos patres secum extulit, & in cælos euexit: id quod in libro Ecclesiastici, capite 24. tectatum legimus: *Penetrabo, inquit, & descendam omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino:* simile & illud apud Zachariam capite nono, *tu quoque in sanguine testamenti, educes vinctos de lacu, in quo non est aqua.* Verum multo clarissimum & grauissimum est illud Dauidis in Psalmo decimo quinto testimonium: *non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Scio quid hoc loco Catholicis oblatrent hæretici, contendunt enim vocem Hebream, *Seol*, quam latinus interpres vertit infernum, nusquam in sacris literis proprie significare infernum, sed tantummodo sepulchrum. Quocirca, prædictum locum Dauidis, ad hunc modum conuertunt ipsi, *non derelinques corpus meum in sepulchro.* Ex quo, si quidem id verum esset, plane conficeretur, nec locum inferni, in quo detinentur animæ, nec descensum animæ Christi ad inferos, ex sacris literis ostendi & probari posse, quod

Sanctissimã Christi animã descendisse ad inferos, deque monstratur contra hæreticos.

Universidad de Deusto Biblioteca



falsum, impium, & hæreticum est. Equidem vix satis mirari quato istorum impudentiam & audaciam, qui dommodo tudioribus imponerent, non sunt veriti iudicia doctiorum qui eos impudentissimè mendacij, facillimè arguere, & conuincere poterant. Quid enim expeditius est, quàm multis diuinæ Scripturæ locis ostendere, vocabulum, *seol*, pro vero inferno sæpe in diuinis litteris vsurpari? Certè septuaginta interpretes in Psalmo decimoquinto, & Lucas in actis Apostolorum capite secundo. Hebraeam vocem, *seol*, conuerterunt in Græcam vocem, ἅδου, quæ non sepulchrum significat, sed infernum. In Psalmo nono, vbi Latinè legitur *conuertantur peccatores in infernum*. Hebraicè est vox *seol*, quam Dauid Chimchi, significare ait gehennam, idque indicari litera He, quæ in fine redundat, videlicet secundam otiosè significante: postea in decimosexto capite libri Numerorum scriptum est, Dathan & Abiron, viuos descendisse in infernum, quo loco vox *seol*, non potest significare sepulchrum. Denique hoc ipsum manifestè concluditur ex illis verbis Iacob, quæ sunt in trigesimo septimo capite libri Geneseos: *descendam ad filium meum Ioseph, lugens in infernum*. Quo loco, vox, *Seol*, non potest accipi pro sepulchro: siquidem Iacob putabat filium suum Ioseph fuisse à fetis deuoratum, non autem sepulchro conditum. Iam verò, quis in Scriptura vsquam legit, animam poni pro corpore? vt cum Dauid dixerit, *non derelinques animam meam in inferno*, isti vertant, *non derelinques corpus meum in sepulchro*. † Interpres Syriacæ versionis super nouum testamentum, quæ est in Bibliis Regijs, eodem errore infectus, deprauauit locum Petri, qui est in capite tertio prioris Epistolæ: vbi & Latinè & Græcè sic legitur, *in quo, & iis qui in carcere erant, spiritu veniens prædicauit*. Quo loco, multi & cum primis nobiles Catholici, ad probandum Christi descensum in infernum vsi sunt: per carcerem interpretantes infernum, in quo detinebantur animæ, etiam iustorum, ante Christi aduentum. Ille autem interpres, ita vertit: *prædicauit animabus aut illis quæ detinebantur in sepulchro*, non falsè tantum atque impiè:

Infernũ pro animarum loco in Scriptura sumi pro lato.

† *Error interpretis versionis Syriacæ quæ in Regijs Bibliis extat, quæ errorẽ ipse interpres in editione noui testamẽti Lutetiæ Hebraicis literis editæ postea emẽdauit, sic enim habetur ibidem in Latina interpretatione, & prædicauit animabus illis quæ detẽtæ erant in inferno.* Sed etiã absurdè ac ridiculè quomodo enim animæ detinebantur in sepulchro: aut si animam eo loco dicat sumi pro corpore, quomodo corpora mortua, quæ erant in sepulchro, prædicationem Christi audire poterant?

Sed



Sed missos faciamus hæreticos, vt Christianæ fidei ac disciplinæ, ita sacrarum literarum corruptores: & instituam de Messia orationem absoluamus. De resurrectione Christi, sic est apud Dauidem Psalmo tertio: *ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi, quoniam Dominus suscepit me.* & Psa. 15 *non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Viam vitæ appellat eam viam, qua ex morte redítur ad vitam beatam & immortalẽ, nullius antea pedetritam, primúsque omnium hominum Christi vestigio impressam, signaramque. Apud Isaiam quoque legimus, *qui eduxit de terra pastorem magnum ouium.* De ascensu autem Domini in cælos, habemus vaticinium illud Micheæ c. 2. *ascendet pandens iter ante eos.* Porro Dominus noster, post suam resurrectionem misit discipulos suos in vniuersum mundum, vt doctrinam Euangelicam per omnes gentes, quaqua pater orbis terrarum diffunderetur: quod ab Isaia nec ignoratum, nec tacitum est: is namque capite 66. hæc loquentem inducit Deum, *mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, in Africam & Lydiam, in Italiam & Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierũt de me, & non viderunt gloriam meam: & annunciabunt gloriam meam gentibus, & de cunctis gentibus adducent donum Deo.* Ad hæc, Messiæ aduentum non Iudæos tantum fore vtilem, sed multo maximè Gentibus profuturum, prædictum fuerat ab Isaia cap. 49. *Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & faces Israel conuertandas: ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Eodem spectat luculentum illud in capite octauo Zachariæ oraculum: *in diebus illis apprehendent decem homines, ex omnibus linguis gentium, fimbriam viri Iudæi, dicentes, ibimus nobiscum? audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.*

De Christi resurrectione & ascensione.

Sed, finis esto. Namque omnia persequi & colligere, infinitum est, & vero, supervacaneum. Atque hæc quidem sunt de Messia prophetarum oracula, quæ ad vnum omnia fuisse in Domino nostro completa sancti Euangelistæ vitam eius describentes, clarissimè demonstrarunt. Hoc ipsum postea iustinus martyr, Tertullianus, Cyprianus, Chrysostomus, Augustinus: & alij complures nobilissimi auctores, editis aduersus Iudæos doctissimis libris, comprobarunt: idemque nos hoc loco breuissimè ostendimus. Quid igitur ad hæc respondere possunt Iudæi? nonne tanta rerum euidentia conuicti penitus obmutescent? An tantam esse prophetarum, & Euangelistarum Veteris ac noui testamenti conuenientiam, concordiam, concentum, atque consensum non obstupescent? Etenim veritatis

Euangelium & lex in substãtia. *Irenæus 4 c. 21 & 27*

mé dictum est ab Irenæo, vnam esse legis & Euangelij substantiam: neque aliud esse vetus testamentum, quam prædictionem & promissionem noui: nec nouum esse aliud, nisi veteris complementum. Lex enim & prophetia: est ipsummet Euangelium, conuolutum tamen & complicatum: Euangelium vero legē, & prophetiam habet enudatam & explicatam. An possunt Iudæi ostendere supradicta vatum oracula, in vnū aliquem, præter Dominum Iesum conuenisse. An dicent casu & fortuito ea in Dominum nostrum simul concurrisse? At casus & fortuna, vt Irenæus inquit, ordinem nesciunt, nec modum tenent vllum, nec habent constantiam: in vno aut altero semel atque iterum locum habere possunt, in omnibus autem, & semper, & eodem modo versari non possunt. Porro cum vatum oracula, quasi certa quædam signa, & indicia Messiæ, eo præmissa fuerint à Deo, vt his Messias, mortali & patibili carne indutus tectusque in mundum aliquando venturus, sine vllo errore ac sine magna difficultate deprehendi, & cognosci posset: hæc autem signa, & tanquam insignia Messiæ, plane omnia in Domino Iesu reperta fuerint, necesse est confiteri Iudæos, aut Dominum Iesum verum esse Messiam, aut fuisse illa signa incerta & fallacia: videlicet quibus homines, etiam docti & acuti, citra ipsorum culpam in grauissimum errorem colendi pro Messia, non verum Messiam inducerentur.

Etiam apud gentiles prophetarū oracula valere debent.

Verum hæc dicet aliquis valere quidem satis aduersus Iudæos qui prophetarum libris & oraculis fidem habent: contra gentes vero, prophetis Hebræorum minime credentes, infirma esse & inualida. Sed non ita est. Vaticinia enim prophetarum multis seculis ante Dominum nostrum edita, literisque consignata, cum in Domino nostro perfectè impleta cernantur, veram esse ipsius fidem & doctrinam, apud omnes aperte demonstrant. Nec potest gentibus ea suspicio incidere, ne forte libri prophetarum à Christianis suo ipsorum arbitrio, ex vsu suo, fuerint conficti, quippe eos Christianis à Iudæis, Christiani nominis infestissimis hostibus, acceperunt: penes quos illi hodieque sunt, & fuere olim per annos plus mille & quingentos ante Christi aduentum. Quin ego cum Hieronymo super capite 16. Isaiæ, cum Augustino in libro 18. de ciuitate Dei, capite 46. cum Theodoreto, in oratione decima de Prouidentia, ob eam maxime causam arbitror, Iudæos per omnes gentes vsquequaque dispersos esse, vt quæ à Christianis prædicantibus Euangelium, prophetarum vaticinia proferrentur, ea gentes in Iudæorum libris legentes, non esse Christianorum figmenta intelligerent: quin Euangelium tot



tot tamque manifestis antiquorum vatum oraculis confirmatum, promiori assensu, studioque amplecterentur. Quapropter mihi quidem vehementer probatur sententia illa D. Augustini, quæ est in 46. cap. libr. 18. de Ciuitate Dei. *Nihil est*, inquit, *firmius ad conuincendos, quoslibet aduersos, si de Euangelij veritate contenderint, nostros quosque fulciendos, si rectè sapuerint, quam vt diuina prædicta de Christo, eo proferantur, quæ in Iudæorum scripta sunt codicibus, quibus nullis de propriis sedibus, & propter hoc testimonium toto orbe dispersis, Christus vsquequaque cunctis Ecclesijs.* Nec vero solos Iudæos, testes huius rei habemus, sed habemus etiā Gentes. Namq; annis circiter trecentis ante ortū Domini nostri in tertij flagitante Philadelpho, secūdo post Alexandrū Magnū Ægypti rege: (id quod in Iudæorum, & Gentium historiis proditum est) ex Hebræo sermone, sacri libri veteris testamenti, per duos & sexaginta interpretes, Hebrææ gentis sapientissimos in Græcum sermonem sunt conuersi: quorum librorum, & fama & notitia, per omnes gentes permagna est. Quin etiam apud Clementem Alexandrinum in primo libro stromatum: & apud Eusebium in libro nono de præparatione Euangelica, legimus, Aristobulum, magistrum Ptolemæi Philometoris regis Ægypti doctum sane hominem, & æqualem sanctorum Machabæorum, in scriptis suis tradidisse, sacros libros etiam ante Alexandrum Magnum, & Persarum reges, fuisse in Græcam linguam translatos, & ex his Pythagoram, Platonem, Aristotelem, aliosque veterum, tam Philosophorū, quam Poëtarum multa deriuasse in sua scripta, atque instituta. Sed percursis prophetarum oraculis, quæ in Domino nostro fuisse impleta docuimus, ad quam tractationē quasi de recto spatio paululum defleximus, ratio suscepti scriptionis nos admonet, vt institutum explicationis verborum Danielis cursum repetamus.

D. Augustini præclarū de fide sacrorū librorum testimoniū. De trāslatione 70. interpretū, & an ea fuerit omnium scripturæ trāslationum prima.

## *Et vngatur sanctus sanctorum.*

Quæstio 15. An, & vngi & dici sanctum sanctorū, singulariter conueniat Messiæ.

LEgimus in libro tertio Regum cap. 19. Deum iussisse Heliæ, vt prophetam vngeret Eliseum: *Vade* (inquit Dominus) *& Eliseum vnges prophetam pro te.* Certe apud Hebræos solenne ac legitimum erat, & sacerdotes vnctione consecrari, regesque inaugurari, singulari autem modo vngendus erat Messias, quod nomen ab ipsa vnctione tractū est. Futurus etenim erat Messias eximius, & singularis propheta, sicut Moses in Deuteronomio capite decimo octauo prædixerat, *Prophetam suscitabit Dominus de gente tua, & de fratribus tuis sicut me:* quæ verba, Petrus in actis Apostolorum capite tertio, de Christo dicta interpretatur. Futurum eum præterea regem plenissi

Universidad de Deusto
Biblioteca



mè Dauid prædocuit in Psalmo 2. 44. & 71. De sacerdotio eius, minimè dubitandum est, etenim Dauid in Psalm. 109 qui est de Messia, sic cecinit, *iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Omnino igitur decebat, Christum spirituali ac cælesti vnctione excellentissimè vngi. Nec tantum vnctus est, sed plus cæteris omnibus vnctus, testificante hoc Dauide in Psalm. 44 *propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ, præ participibus tuis.* Nec modo ipse vnctus est abundanter, sed etiam redundanter, videlicet, vt eius vnctio destillaret, ac redundaret in omnia eius membra, qui sunt electi. Nam vt Ioannes dixit, *de plenitudine eius nos omnes accepimus:* Hoc per quandam similitudinē videtur quasi adumbrasse ac præsignificasse Dauid in Psalmo 132. *sicut unguentum*, inquit *in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius.* Pro illo, *sanctus sanctorum*, qui student Hebræa ad verbum reddere Latinè, alij verterunt, *sanctitas sanctitatum*, alij, *sanctum sanctorum*, alij, *sanctificatus sanctificatorum.* Sed in his omnibus, geminatio eiusdem vocis, plane idem significat, scilicet maximam summamque sanctitatē. Eusebius lib. 8 de Demonstrat. Euangelica, nusquam, inquit, sa legisse in sacris literis, vllum prophetarum aut pontificum regum que appellatum esse sanctū sanctorum. Illi fortasse nonnunquam sancti fuerint dicti: at dici sanctum sanctorum, propria est Messiæ appellatio, qui sicut rex regum & Dominus dominantium, ita quoque sanctus sanctorum merito nominatur.

Ioan. 1. Vocis geminatio quid significet.

Sanctum Sanctorū dici propria est Christi appellatio.

Apoc. 19.

Duplici nomine, Christū verissimè dici sanctum sanctorum, & vt Deus, & vt homo est.

Hoc autem nomen, *sanctus sanctorum*, dupliciter ipsi competit: & vt est Deus, & vt homo est. Vt Deus est, sanctus sanctorum dicitur quatuor de causis: primo, quia sanctitatem non aliunde: sed ex se ipso habet: tum, quia sanctitas eius, substantialis ei est, non accidentalis: deinde, quia non aliquatenus, sed omnino, & infinitè sanctus est: ad extremum, quia prima, & principalis causa est omnis sanctitatis. Ea vero ratione vt homo est, totidem de causis sanctus sanctorum iure appellari debet. Ac prima quidem causa consistit in vnione illa personali naturæ humanæ cum verbo diuino: si enim accidentalis vnio non totius hominis, sed animæ tantum, nec totius animæ, sed eius dumtaxat quæ rationalis est, si hæc inquam vnio, per donum gratiæ cum Deo, facit hominem sanctum: quid mirum, ex vnione personali totius naturæ humanæ cum Deo, Christum sanctum sanctorum esse factum atque nominatum. Præterea, talem appellationem promeruit Christus: propter gratiam, quam Theologi vocant capitis, ipsum enim, vt inquit Paulus, Deus constituit caput super omnē Ecclesiam. Quāobrem

Ephes. 1.



rem Christus non solum prose sanctitatem accepit, sed etiam pro omnibus quicumque fuere, sunt, & futuri sunt sancti. Est autem vera illa sententia Aristotelis in libro secundo. Metaphysicæ quod est causa, vt alia sint talia, ipsum est maximè tale: exempli causa ab igne calescunt cetera, à sole lucem accipiunt, ideoque & ignem calidissimum, & solem lucentissimum esse constat. Christum itidem, quia ipse est causa omnis sanctitatis, quæ in cæteris inest: causa inquam exemplaris, meritoria, & quodammodo efficiens, sanctum sanctorum, id est, sanctissimum esse necesse fuit. Adisce, quod etiam ipsa gratia Christi propria, & habitualis, summa fuit & quodammodo infinita, continens omnem vim, rationem, atque efficacitatem gratiæ: non enim ad mensuram datus ei est spiritus, sicut in Euangelio suo capite tertio affirmat Ioannes: vt propter eam Christus merito dicatur sanctus sanctorum. Denique sic appellatur Christus, quia non est factus sanctus ex non sancto, sed semper fuit sanctus, nec per gradus & incrementa, ad perfectam sanctitatem peruenit, sed tantam ab initio sanctitatem habuit, quantam nunc habet. His accedit, quod ipse conceptus ex Spiritu sancto, & sicut ex regenatus, vocatur regia proles: sic conceptus ex Spiritu sancto, singulariter dicitur sanctus. Quocirca, cū Gabriel dixisset Beatæ Mariæ, *spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*, subnexit: *Ideoque, quod nascetur ex te Sancta, vocabitur filius Dei.* Mosaici tabernaculi pars intima, summæ religionis, & venerationis apud Iudæos, vocabatur Sancta Sanctorum: hæc autem, multis rebus, quas in præsens commemorare non attinet, illustrem Christi prætulit imaginem. Denique, non modo ipse Christus, Sanctus dicitur, sed omnia etiam, quæ sunt ipsius, eumque quocumque modo attingunt, vocantur Sancta. Nam sponsam eius, quæ est Ecclesia, sancta nominat Paulus in Epistola ad Ephesios capite quinto: quin etiam omnes Christiani, passim in Epistolis Pauli vocantur: Sancti lex eius, & doctrina, vasa, & vestimenta, & quicquid diuini cultus ministerio dicatum sacratumque est, sanctitatis nomen induit. Quid pluraē etiam vicarius Christi summus Pontifex Romanus, qui ipsum repræsentat in terris, omnes mortales, dignitate, potestateque præcellens, non tantum sanctus, sed etiam sanctissimus, & sanctitas appellatur.

Aristi. li. 2 Metaph. c. 1. tex. 4.

Omnia, quæ Christi sunt sancta dicuntur.

Rō. Pon. Cur sanctissimus nominetur.

Scita

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Scito ergo, & animaduerte, ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt. Et rursum ædificabitur platea, & muri, in angustia temporum,*

Explicatur verborum contextus.

PRo illo, *vt iterum ædificetur*, Hebraicè est, *ad reducendum, & ædificandum*, vel, vt vertit Pagninus, *ad reuerti faciendū, & ædificandum*. Sed Vatablus illud, *ad reducendum*, positum ait, pro aduerbio rursus, iterum, denuo, sicut trāstulit Hieronymus. Pro hoc, Græcè est, *vt responderetur*, quod quid significet, non exposuit Theodoretus: sed eandem vim, atque sententiam habere putandum est. Hunc locum haud paulo secus legit Tertullianus hunc in modum: *Et scies, & perspicies, & intelliges, à profectione sermonis integranda, & reædificando Hierusalem vsque ad Christum ducem, hebdomades sexaginta duas, & dimidiam, & conuertet, & ædificabitur in latitiam, & conuallationem, & instaurabuntur tempora.* Manifestum autem est, & per se, & concessu omnium, declarasse Gabrielem his verbis, ex quo tempore sumendum esset principium numerandi septuaginta hebdomades, intra quarum spacium, venturus esset Messias. Ostendit enim, exordium earum capiendum esse ab exitu sermonis de reficienda Hierusalem. Verum hic exitus sermonis, significare potest, vel promissum aliquod ædificandi Hierusalem Dei ore editum, aut eius nomine, per Prophetam aliquem enunciatum, vel edictum alicuius regis, quo data sit Iudæis potestas, & facultas ædificandi Hierusalem. Quo licet intelligere malè Originem in tractatu vigesimo nono, in Matthæum, fecisse initium numerandi septuaginta hebdomades, vsque ab Adamo, malè Hippolytum, eadem ortum esse, quinquaginta annis ante solutionem captiuitatis: male Appollinarem, cœpisse eas ab ortu Domini. Isti enim vno, & communi argumento refelluntur: Gabriel enim hoc loco docet, principium hebdomadum, in eo tempore locandum, quo tempore exiit sermo de ædificanda Hierusalem, quod profectò ad ea tempora, vnde isti ducunt initium hebdomadum, nullo modo quadrat.

Vnde sumant initium Danielis hebdomadę.

Quæstio. Vnde sumēdū sit initiū septuaginta hebdomadū.

Cæterum, quia hic exitus sermonis, vt ædificetur Hierusalem, varijs modis intelligi, & explicari potest, peperit ea res varias quoque doctorum sententias, quas hoc loco excutere, & diiudicare conuenit. Prima sententia est Nicolai de Lyra, Pauli Burgensis, & Vatabli in suis annotationibus super hoc nono capite Danielis: quibus aggregandus est Petrus Galatinus in libro



libro quarto de arcanis fidei Catholicæ cap. 15. Isti ordinant septuaginta hebdomades, à quarto anno regis Sedechiæ: videlicet, septem annis ante magnam illam Iudæorum captiuitatem, & templi, atque vrbis euersionem. Tunc enim aiunt, exisse sermonem Dei, per Hieremiam, promittentis Iudæis, post septuaginta annos captiuitatis, liberationem ipsorum, & in Patriam reuersionem, sicut legitur apud Hieremiam capite vigesimo nono. Fuisse autem tunc quartum annum regni Sedechiæ, patet ex initio cap. 28. Hieremiæ, vbi nominatur quartus annus Sedechiæ. Verum opinio istorum tribus rescllitur argumentis. Etenim, si faciendum est initium numerandi septuaginta hebdomades, ab aliquo Dei promisso, cur non potius fiat ab alio priori promisso Dei, dato per Hieremiam vndecim annis ante, quod etiam pertinebat ad Iudæorum liberationem: vt videre licet apud Hieremiam cap. 25. Vel, cur non potius fiat initium ex alio Dei promisso longè antiquiori, & illustriori, quo Deus per Isaiam cap. 45 pollicitus est, se per Cyrum regē, & iugum seruitutis ablaturum Iudæis, & Hierusalem ædificaturum. Nullus tamen est adeo imperitus chronologiæ, vt ab eo tempore exordiatur hebdomades: cum à tempore illius promissi, vsque ad finem hebdomadum, anni circiter octingenti: hoc est, quatuordecim, & centum hebdomades numerentur. Deinde, in illo promisso Dei, quod est apud Hieremiam c. 29. Fit quidem mentio de Iudæorum liberatione, & reuersione in Patriam, nulla tamen mentio fit de ædificatione Hierusalem. At Gabriel ab exitu sermonis de ædificanda Hierusalem, indicat hebdomades esse inchoandas. Denique, à quarto anno regni Sedechiæ, vnde illi exorsi sunt hebdomades, qui annus incidit in trigesimam quintam Olympiadem, vsque ad Olympiadem ducentesimam tertiam, in qua finitas esse hebdomades, infra ostendemus, effluxerunt anni plus sexcenti septuaginta: cum in septuaginta hebdomadis, annī tantum nonaginta, & quadringenti contineantur.

1. Opinio Lyrani, Burgēsis, Vatabli, Galatini.

Refelliturprior sentētia.

Altera sententia est Tertulliani, in eo libro, quem scripsit aduersus Iudæos, & item Origenis, in libro decimo stromatū, vt in commentario huius noni capitis, refert Hieronymus, qui eandem sententiam attribuit Hebræis. Secundum, istos hebdomadæ cœperunt primo anno regni Darij Medi, eo videlicet tempore, quo Daniel hanc visionem habuit: vt initio huius noni capitis ab ipso Daniele prænotatū est. Tunc enim inquiūt, exisse sermonem Dei per Gabrielem, declaratum Danieli, de ædificanda Hierusalem, vt expressum est his verbis, in quorū nunc tractatione versamur. Sed tria huic sententiæ obstant. Gabriel enim non promittit hoc loco ædificandam esse Hierusalem,

2. Opinio Tertulliani, Origenis, & Hebræorū.

Refelliturhæc opinio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rusalem, sed tantum denunciat, initium septuaginta hebdomadum ab exitu sermonis, vt ædificetur Hierusalem, esse sumendum. Neque vero Gabriel ait, ex exitu sermonis mei, vel hoc tempore, quo tecum ô Daniel, nunc loquor, sed absolutè, simpliciter, & præcisè inquit, ab exitu sermonis, vt ædificetur Hierusalem. Nulla igitur ratio suadet, auspicari hebdomades, à primo anno Darij Medi. Verum, ad cõfutandam istorum opinionem satis argumenti est, primum annum Darij Medi, concurrisse cum fine Olympiadis quinquagesimæ quartæ, sicut ex supradictis in quæstione secundo huius libri manifestum est: inde vero vsque ad Olympiadem ducentesimam tertiam, in quam desinunt hebdomades, propè sexcenti anni transierunt, id est, plures centum, quam sint in septuaginta hebdomadis.

5. opinio Clementis Alexãdrini Refellitur. Esdr. li. 1. ca. 5. & 6

Tertia sententia est Clementis Alexandrini, in primo libro stromatum, exorsi hebdomadas à primo anno regni Cyri. Tunc enim Cyrus, vt scriptum est extremis verbis posterioris libri Paralipomenon, & in principio libri Esdræ, ablato Hebræis iugo seruitutis, liberos dimisit in patriam, facta eis potestate ædificandi templum. Verum, Clemens non animaduertit, à Cyro factam quidem esse potestatem extruendi tẽplum, sed non vrbem, vt indicat ipsius edictum, memoratum ab Esdra in quinto & sexto capite. Ab vrbis autem ædificatione incipere hebdomadas, testatus est hoc loco Gabriel. Nec illud attendit Clemens à primo anno Cyri, qui fuit primus Olympiadis quinquagesimæ quintæ, vsque ad Olympiadem ducentesimam tertiam, vbi est terminus hebdomadum, propè sexcentos annos esse transactos.

4. opinio Eusebij, Cyrilli, Driedonis, Iansenij.

Quarta sententia est Eusebij in libro 8. De demonstratione Euangelica. Cyrilli in catechesi duodecima. Driedonis libro tertio de sacra Scriptura capite quinto, parte quarta, & Cornelij Iansenij super 12. caput concordiæ Euangelicæ. Isti ordiuntur hebdomades à secundo anno Darij Hystaspis, qui iiij. Persarum rex fuit, hoc enim anno, concessu regis, ædificatio templi, ad id temporis, vsque à Cyro intermissa, ingenti Iudæorum lętitia, & alacritate repetita est, & quadriennio post consummata: narratur hoc in libri Esdræ cap. 6. Ab hac opinione non re ipsa, sed nomine regis, & ratione temporum, diserepat Seuerus Sulpitius in libro secundo sacræ historię. Quippe, cœpisse hebdomades regnante Dario: quo tẽpore instauratio templi perfecta est: sed illum Dariũ: nõ existimat fuisse Darium Hystaspis, filij, regem Persarum, sed Dariũ Nothum, seu, vt vocat ipse, Ochum, nomen regem Persarum, qui post illius Darij obitum, plus sexaginta annis iniit imperiũ. Verũ, quicũque fuerit ille Darius, quo regnante, templũ ędificatũ est: nam de hoc separatim

Refellitur hæc opinio.



tim disputabitur in libro 11. qui hunc proximè sequetur, certè à tempore ædificationis templi: ab Dario non possunt hebdomades inchoari: tum, quia secundus annus Darij Hystaspis cadit in Olympiadem sexagesimam quintam, vnde vsque ad finem hebdomadum, quem attulit Olympias ducentesima tertia, præterierunt anni plures quinquaginta, supra quingentos: tum, quia rex ille Darius, in suo edicto, quod refert Esdras capite sexto dedit facultatem Iudæis reparandi templum, non tamen ædificandi vrbem: neque id quoad illic regnauit, facere aggressi sunt Iudæi. Audi Sulpitium. *Sexto*, inquit, *anno quam Darius regnare cœperat, consummatum est templum. Idque satis Iudæis visum est. & quia magna molis erat vrbem restituere, diffisi viribus, opus multi laboris incipere non ausi, templo continebantur.* Esd. lib. 1. Sulpitius

Quinta opinio, exordium harum hebdomadum cœpisse sexto anno regis Artaxerxis, qui Esdram misit in Iudæam, cum amplissimis muneribus, ad reformandum ornandumque Dei cultum, & corruptam Iudæorum disciplinam. Extat historia hæc apud Esdram cap. 7. Dicitur autem rex ille concessisse Esdræ omnem eius petitionem: præterea vim pecuniæ, quam ad reficiendum, & decorandum Dei cultum, vel alios quoscunque vellet ipse vsus, conferret. Credibile autem est, Esdram in primis postulasse a rege potestatem ędificandi muros Hierusalem: nam sine firmis mœnibus, propter crebras vicinorum hostium incursiones, & infestationes, nec habitatio vrbis tuta esse, nec in templo cultus Dei securè tractari, & exerceri potuisset. Tãta vero illa vis pecuniæ vtilius nulla in re, quã in extruendis mœnibus, muniendaque vrbe impendi poterat. Est igitur simillimum veri Esdram esse aggressum extruere muros Hierusalem, sed vel ipso aliis rebus occupato, vel ob assiduas molestiasque finitimorum vexationes: vel negligentia Iudæorum, opus ipsum parum processit, quoad tredecim annis post, ab eodem rege missus Nehemias, inchoatũ opus magna celeritate fœlicitateque confecit. Denique, non modo Nehemiam, sed Esdram quoque operam suam nauasse: ad exttuenda vrbis mœnia, non obscurè significat Theodoretus initio huius noni capitis, affirmans, Artaxerxem filium Xerxis misisse Esdram & Nehemiam, vt muros Hierusalem iterum extruendos curarent. Posset autem hæc sententia eo probari argumento: quod à septimo anno Regis Longimani, quo missus est in Iudæam Esdras, hoc est ab anno tertio octogesimæ Olympiadis, vsque ad Olympiadem ducentesimam tertiam, quæ terminauit hebdomadas, numerus septuaginta hebdomadum, hoc est, annorum nongiata quadringentorum, plenus atque integer reperitur. Si vero aliunde sumatur initium, 5. opinio innominatorum

Hæc sententia refellitur.

hebdomadum, numerus eorum annorũ, aut maior quã opus est, aut minor inuenitur. Verũ, huic sententiæ ego nõ accedo. Nullus enim, aut veterum aut recentiorum, qui hanc de septuaginta hebdomadis quæstionem adhuc tractarunt, ab eo tempore hebdomadas inchoauit. In tanta vero multitudine scriptorum, tantaque opinionum varietate, si ea sententia esset aliquo modo probabilis, non defuisset tot seculis, vnus aliquis, qui ei sententiæ suam auctoritatem & patrocinium commodasset. Deinde, nusquam legitur in sacris literis, Esdram petiuisse à rege potestatem ædificandæ muriendeque ciuitatis Hierusalem: aut hoc ei regem concessisse: aut ipsum Esdram, aliquando tale opus facere aggressum. Suffragatur mihi Seuerus Sulpitius, libro secundo sacræ historiæ. *Ego*, inquit ille, *Esdram nihil super reficienda vrbe egisse comperio, credo potiorem ei fuisse curam, plebem corruptis moribus reformandi.* Nec me mouet argumentum supra positum: siquidem, demonstraturus sum libro vndecimo, ducto initio hebdomadum ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani, qui Nehemiam misit ad reficiendam Hierusalem, summam annorum nonaginta, & quadringentorum, qui continentur in septuaginta hebdomadis, plene perfecteque constare. Sexto loco innumerari potest opinio Ioſephi Scaligeri. Is libro sexto de emendatione temporum, caput septuaginta hebdomadum posuit in secundo anno regis Darij Nothi, quo regnante, ædificationem templi esse absolutam putat ipse, Sulpitium in libro secundo sacræ historiæ sequutus. Idem, petit principium sexaginta duarum hebdomadum post quas occisum in Christum, videtur Gabriel hoc loco significasse, ab anno quinto Artaxerxis Mnemonis, à quo rege missum fuisse Esdram & Nehemiam, neque in hoc à vestigiis Seueri Sulpitij discedens, arbitratur: contra hanc opinionem non valde nobis in præsens decertandum est. Etenim sequenti libro, nec templum sub Dario Notho exædificatum, nec à rege Mnemone Esdram & Nehemiam missos fuisse, ostendemus. Certè in regis Darij edicto, quod exposuit Esdras capite sexto, nulla mentio fit de potestate data Iudæis ædificandæ vrbis: sed, tantum instaurandi & reficiendi templi.

Sulpitius

6. opinio Sulpitij & Ioſephi Scaligeri.

Refellitur.

Septimam opinionem, equidem censeo, quam superiores omnes propriorem vero, ac probabiliorem. Hæc initium capit hebdomadum, ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani, qui sextus fuit Persarum rex. Hic flexus precibus pietateque erga patriam Nehemiæ, ministerio pincernæ, & merito obsequiorum, sibi carissimi, anno imperij sui vigesimo, eum cum præsidio equitum dimisit in Iudæam, quo vrbem Hierusalem reficeret, ac validis mœnibus communiret. Habet hanc historiam in

7. opinio cæteris probabilior, Africani. Chryſoſtomi, Theodo-



in libro Nehemiæ, qui secundus Esdræ vulgo dicitur, satis copiosè distincteque perscriptam. Huius sententiæ probatores & auditores habeo plurimos atque grauissimos viros: eam namque defendit antiquissimus scriptor Iulius Africanus lib. quinto annalium, vt refert hoc loco D. Hieronymus, Chrysostomus in secunda oratione aduersus Iudæos, Theodoretus, & Dionysius Carthusianus in commentariis suis in hoc nonum caput Danielis, Beda in libro tertio expositionis 2 Esdræ, c. 16. idemque Iarius in libro de ratione temporum cap. 7. Rupertus in librum Danielis cap. 15. Auctor historiæ scholasticæ in historia Danielis cap. 10. Ioannes Zonaras in tomo primo Annalium: D. Antoninus in prima parte chronicæ titulo tertio, capite octauo. Petrus Galatinus libro quarto de arcanis catholicæ veritatis capit. 18. & Ioannes Lucidus libro septimo de emendatione temporum, capite vltimo. Duo præterea sunt argumenta quæ hanc opinionem valde confirmant. Etenim quæcunque Gabriel hoc loco docet de initio septuaginta hebdomadum, ea omnia præstat, & repræsentat nostra sententia. Ait Gabriel, principium hebdomadum petendum ex eo tempore, quo exiit sermo, vt ædificetur Hierusalem, & plateæ ac muri eius in angustia temporũ. Atqui à Iojo Artaxerxe, qui misit Nehemiam, legimur exisse mandatum datamque potestatem reparãdi & reficiendi vrbem, vt narrat liber Nehemiæ. Illud autem, *in angustia temporum*, bifariã intelligi potest, nam angustia temporum significare potest magnam aliquam vexationem & periculum, quo quis premitur & vrgetur. Et hoc bellissime congruit nostræ opinioni, sicut enim traditur in libro Nehemiæ ca. 4 qui duce Nehemia muros Hierusalem extruebant, in tantum vexabantur & infestabantur à vicinis hostibus, vt etiam, qui opus faciebant, cum armis esse, quasi parati ad pugnam cogerentur. Sic enim inquit Nehemias, *Media pars iuuenum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, lanceæ & scuta, & arcus & loricæ penes eos erant qui ædificabant in muro, vna manu sua faciebat quisque opus, & altera tenebat gladium.* Potest etiam illud *in angustia temporum* significare ædificationem platearum & murorum Hierusalem: angustissimo breuissimoque tempore esse absolutam, *completus est murus*, inquit, *Nehemiæ cap. 6 vigesimo quinto die mensis Elul, quinquaginta diebus.* Quod videri non debet incredibile: siquidem in opere faciendo multa hominum millia laborabant, die noctesque, summo studio & diligẽtia. Aderant principes Iudæorum qui opus præsentia sua, voce etiam manu vrgebant: nec mœnia omni ex parte ab imis fundamentis excita sunt: sed cum interrupta fuissent multis locis, continuata & redintegrata sunt. Neque

Probatur hæc sententia.

Magna celeritate vrbs sancta extructa est

hæc de interruptione murorum, mea est coniectura, sed diuinæ Scripturæ sententia. In libro Nehemiæ capite primo & secundo, muros Hierusalē ante aduentū Nehemiæ dicitur fuisse dissipatos & incensa, *cum audi sent inquit hostes Iudeorū, quod obduxisset aedificatrix murus Hierusalem, & quod coepissent interrupta concludi, irati sunt nimis.* in cap. 6. *cum audissent ait Nehemias, inimici nostri, quod edificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio, &c.* Alioquin pro confirmatione huius sententiæ argumentum esto diuinam Scripturam, quemadmodū solum Artaxerxem memorat, à quo data fuerit potestas extruēdi muros Hierusalem: ita soli Nehemiæ ædificatæ vrbis extructorumque mœnium laudē attribuere. Namque auctor libri Ecclesiastici in capite quadragesimo nono eximias virtutes & laudes eorum, qui in populo Hebræo insignes ac memorabiles fuere: sic de Nehemia scribit. *& Nehemias in memoriā erit multis temporibus, qui erexit nobis muros euersos, & sparsas fecit portas & seras, qui erexit domos nostras.*

Obiectio An ante Nehemiā ædificata fuerit seu refecta vrbs Hierusalem.

At enimuero si ea aliquis vrbem Hierusalem, multis annis ante missionem Nehemiæ fuisse fabricatam: scriptum enim est ab Esdra ex Arbsithes Iudæorum, in ea epistola, quam scripserūt ad regem Artaxerxem, accusasse Iudæos quod ciuitatem quæ semper extremis principibus fuerat rebellis, ædificassent, muriique munuissent. Verba ipsorum, eo loco hæc referit Esdras. *Notum sit regi, quod quia Iudæi qui ascenderunt à te ad nos, venerūt in Hierusalem ciuitatem rebellem, & pessimam quam ædificat, extruentes muros, & portas componentes.* Si autem rex ille fuit Cambyses filius Cyri vt plerique putant, ædificatio illa ciuitatis & murorum plus septuaginta annis, Nehemiæ aduentum præcessit. Deinde Nehemias venit Hierusalē, sexto quindecim & centum annos post reuersionem Iudæorum ex captiuitate Babylonica: ponimus enim hoc loco, quod partim supra probauimus, partim infra probaturi sumus, Cyrum anno primo regni sui donasse Iudæis libertatem: & Artaxerxem Longimanum anno vigesimo, Nehemiam misisse in Iudæam cum amplissima facultate reficiendi, muniendique Hierusalem. Si igitur ante Nehemiam non esset ædificata Hierusalem, vbinā tot millia Iudæorum per tot annos habitassent? vbi tot Leuitarum & sacerdotum millia quorum seruitium & ministerium in templo & ad Dei cultum administrandum necessarium erat cō memorata fuissent? Deni q; Nehemias ipse scribit, inuenisse se dissipatam muram Hierusalem, eiusque portas igni combustas: ergo fuerat ante Nehemiā ædificata ciuitas: fuerat mœnibus septa & portis clausa. Equidem non abnuo, fuisse ante Nehemiam multas domos passim dissipatasque circum ipsum templum, ad Iudæorum habitationem, quin etiam parietes, instar mœnium, ad protectionem & defensionem habitantium, exstructos. Sed ea ædificatio, incondite atque inordinatè facta, nec ciuitatis formam & speciē habebat, nec admodum commoda erat habitationi, nec firma propugnationi. Quocirca, cum vicinorum hostiū incursiones atque impetus sustinere non posset, sæpenumero fuerat ab illis direpta, incensa, vastata, ob idque habitatoribus vacuata. Addo illud quod huius rei caput est, eam ædificationem qualiscunque fuit non ex voluntate, mandato, edictoue alicuius regis esse susceptam, sed propria Iudæorum voluntate & auctoritate, vel potius summa eorum necessitate esse factam. Ad eam enim faciendam Iudæi, partim commoditate habitationis, partim defensionis necessitate tracti sunt. At vero Nehemias ab ipso rege missus, eiusque publico mandato & auctoritate munitus, ita rem fecit vrbem Hierusalem, vt eam validissimis mœnibus circumuniret, commodis simulque portis instrueret, vicis distribuerit ac dirigeret, plateas ampliaret, compleret domibus, frequentemque habitatoribus faceret: denique variis propugnaculis & ornamentis ædificiorū, firmaret, pariter atque decoraret, vt ob hanc causam princeps & auctor ædificandæ vrbis extruēdorumque mœnium, Nehemias meritissimo dicatur, eiusque operis laus atque gloria, soli Nehemiæ in sacris literis tribuatur.

Ædificata quidē

Cæterū Paulus Burgēsis in suis additionibus ad postillas Nicolai de Lyra super nono hoc cap. Danielis, vehementer adducta fuit nobis: nec tantū nobis, sed æquè omnibus, quicunque post mortē Danielis, septuaginta hebdomadas ordiuntur, sic ille argumentatur. Si hebdomades cœptæ sunt vigesimo anno regis Longimani, cum per Nehemiā reparari cœpit vrbs Hierusalē, cum id euenerit plus centū annis post mortē Danielis, efficeretur, Danielē ignorasse, quando futurū esset initiū hebdomadū, vtpote quod amplius centū annis post mortem ipsius futurū erat. Si Daniel ignorauit initiū, ergo non potuit certe ac definite scire quo tempore venturus esset Messias, quod sane de tanto propheta, ex cuius prophetia iā venisse Messiā, euidenter cognoscitur & probatur aduersus Iudæos, sentire, perabsurdū videtur. Sed hanc Burgensis argumentationem, non magni negotij erit dissoluere, & quidem dupliciter. Primo respondeo patet, non esse absurdum, si dicatur Daniel ignorasse definitæ ac proprie tempus aduentus Messiæ: neque enim omnia quæ in aliis visionibus ei dicta, vel ostensa sunt plene intellexit. Audi quid ipse scripserit de extremis verbis capitis octaui. *Ego Daniel langui, & aegrotauī per dies: cumque surrexissem facerē opera regis, & stupebam ad visionē, nec erat qui interpretaretur.* Audi

vsque ad Messiæ aduentum quantum temporis superesset.

qui idem narrat de se in capite duodecimo. *Ego*, inquit, *audiui, & non intellexi, & dixi, Domine mi, quid erit post hæc? Et ait, vade Daniel: quia clausi sunt signatique sermones.* Nonne Danieli patefactum est, quendam regem Græcorum, scilicet Antiochū Epiphanem, vehementissime infestaturum, vexaturumque Iudeos, eiusque persecutionis rabiem, bis mille & trecentos duraturam? At, quo tempore regnaturus esset Antiochus, tantisque malis populū Dei afflictaturus non est distincte ac propriè ostensum Danieli. Verum, illud certius est argumentum. Præcindit Daniel, vt patet ex capite septimo. 11 & 12 persecutionem Antichristi aduersus electos, futuram in consummatione seculi: eamque ad tres annos & dimidium duraturam esse intellexit, ignorasse tamen ipsum, certum ac præfinitum tempus, quo venturus est Antichristus, ex ipso Euangelio manifestum, indubitatumque est. Similiter igitur, in hac visione Daniel doctus est a Gabriele: intra tempus septuaginta hebdomadum, quarum initium in refectione vrbis Hierusalem futurum erat, Messiam esse venturum: non tamen aperuit ei Angelus, quanto tempore post hanc visionem, reparanda esset vrbs Hierusalem. Neque enim hoc mysterium aduentus Messiæ, patefactum & literis proditum est, tam propter ipsum Danielem, quam propter futurum Dei populum, tum Iudaicum, tum etiam Christianum. Iudaicum quidem vt qui venturi erant consequentibus temporibus Iudæi, notato tempore, quo videlicet aut legissent vrbem Hierusalem, extructis mœnibus, ædibusque ædificatis esse refectam ac munitam, inde principium facerent numerandi septuaginta hebdomades, & prope earum finem, Messiæ aduentum expectarent. Propter Christianum autem populum, vt quod Christiani credūt, iam venisse Messiam id ipsum, ex hac prophetia Danielis verissimū esse intelligentes vehementius in sua fide confirmarentur. Potest Borgensis etiam altero modo respondeti, fuisse Danieli patefactum, quanto tempore post eam visionem ædificāda erat ciuitas Hierusalem, & dandum initium septuaginta hebdomadum: nam quamuis id neque alicubi in sacris literis testatum sit: fit tamen credibile, manifestum fuisse Danieli, siquidem erat Daniel vir desideriorum, ac super omnia, tempus certum & definitum aduentus Messiæ noscendi cupiditate ardebat. Cum igitur Gabriel dixerit se a Deo missum, vt doceret Danielem, & intelligere faceret, scilicet ea, quæ potissimum illi scire expediret, non est dubitandum, quin tanto desiderio Danielis in primis angelus satisfecerit. Ex huius igitur quæstionis conclusione, illud, quod per magni interest ad tractationem disputationis de septuaginta hebdomadis, ante omnia notare

*Matt. 24.*

Cur Danieli tempus aduentus Messiæ definite reuelatum fuerit.

Altera responsio fuisse ei reuelatū Messiæ tempus, sed illud in sacris literis non haberi.



tare, & in memoria habere debet lector, principium septuaginta hebdomadum, non alibi esse locandum, quam in octogesimo anno regis Artaxerxis Longimani: quo anno ab eo rege missus est Nehemias ad ædificandam vrbem Hierusalem. Hoc autem annus prout in chronicis eum signauit Eusebius, cum anno quarto Olympiadis octogesimæ tertiæ concurrit.

## *Vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt.*

Quæstio 17. Quis fuerit ille Christus dux.

NEscio, vnde Tertullianus in libro aduersus Iudæos, tam insignem errorem hauserit, vt hoc loco, pro septem, & sexaginta duabus hebdomadis, legat, hebdomadas sexaginta duas & dimidiam, sed illud inquirendum, quinam ille fuerit, quem hoc loco Gabriel Christum ducem nominat? Lyranus & Galatinus varias Rabbinorum interpretationes memorant: Quidam interpretati sunt, regem Cyrum, a quo donata est Iudæis libertas: eum namque Deus per Isaiam 44. & 45. sexum, pastorem, & Christum appellat. Alij dixerunt, intelligendum esse, vel Iesum pontificem, vel principem populi, Zorababel, ambos duces populi ex Babylonica captiuitate in Iudæam reuertentis. Nonnulli, Christum ducem vocari putarunt hoc loco, Nehemiam, qui vrbem Hierusalem refecit. Sed istorum omnium manifestus est in chronologia error, facileque ad confutandum. Etenim, Gabriel ait præterituras sexaginta nouem hebdomadas, vsque ad Christum ducem, at Cyrus, Iesus Pontifex, & Zorobabel, multis enim fuere ante initium hebdomadum ipse autem Nehemias circa principium hebdomadum floruit: quin ædificando Hierusalem, dedit ipse initium septuaginta hebdomadis. Eusebius in libro octauo de Demonstratione Euangelica, per Christum ducem, significari putat hoc loco Hyrcanum, vltimum Iudaicæ gentis pontificum, qui legitime electi fuerant. Nam post Hyrcanum, pontifices electi sunt contra lege: non enim eligebantur ab Herode, eiusque successoribus, ex familia Aaron, nec erat electio, sed venditio pontificatus, nec is tota vita durabat, sed erat annuus, vel prout principis libido ferebat. Nec nomen Christi & ducis, non est conueniens Hyrcano: recte enim vocatur Christus, id est, vnctus, quia pontifices vnctione consecrabantur. Recte item vocatur dux, quia postquam Iudæi Babylone reuersi sunt, præsertim vero post Machabæorum tempora iidem fuere apud Iudæos, & pontifices, & populi duces ac principes. Verum mitor Eusebium

Eusebij opinio.

Refellitur opinio Eusebij.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sebiũ dupliceem in hac opinione nec sanè obscenum errorẽ non animaduertisse. Nam nec hebdomades a Cyro esse inchoandas, sed à vigesimo anno, regis Longimani, præcedenti quelibet ne manifestum fecimus: nec si a Cyro inciperent hebdomades, ratio temporum Eusebio constare posset. A Cyro namque, cuius primus annus regni, fuit etiam primus quinquagesimæ quintæ Olympiadis, vt ipsemet tradit, & apud nonos chronologos in consesso est, vsque ad Hyrcanum pontificem, hoc est vsque ad Olympiadem centesimam septuagesimam nonã, auctore Iosepho in libro decimo quarto antiquitatũ, Pompeius magnus subacta Iudea, cõprehensoque Aristobulo, pontificatũ Hyrcano confecrauit, præter enim, nõ, vt hic docet Gabriel, sexaginta nouem hebdomades, id est, anni quadringenti octoginta tres, sed anni quingenti. Dicamus igitur, vel hic nominat angelus Christum ducem, non aliũ, ac si esset quam Dominum nostrũ Iesum Christũ, quem Dauid Psalmo secundo, Christũ nominat, propter eam causam, quam supra exposuit, cum explanaret illa verba, *vt vagarer sanctus sanctorum*, per Isaiam vero 55. Deus nominat eum ducem, cum inquit, *ecce dedi eum testem gentibus, ducem ac præceptorem populis*, & Micheas capite 5. prout citatur a Matthæo, loquens de Bethleheme natali vrbe ipsius Messiæ, *ex te*, inquit, *exiet dux, qui regat populum meum Israel*. Debere autem per Christum ducem, hoc loco intelligi Messiam, patet ex antecedentibus illis verbis, *vt deleatur iniquitas, adducatur iustitia sempiterna, impleatur prophetia, vngatur sanctus sanctorum*: quæ verba, ad alium nisi ad Messiam vt supra diximus, referri nullo modo possunt. Patet idem ex consequentibus verbis: quæ mox ostendemus proprie ad Messiam pertinere. Fuit autem Dominus noster, primum declaratus dux populi Dei, in Baptismo suo voce illa patris de cælo missa, *hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ipsum audite*. Nam ante id tempus, Dominus Iesus per viginti nouem annos, priuatam & obscuratam vitam exegerat. Tũc primum cœpit fungi ducis munere. Fuit enim dux hominibus ad bene viuendum exemplo vitæ sanctissimæ: fuit dux ad cognoscendam veritatem, prædicatione euangelicæ doctrinæ: denique, fuit dux ad colligendam & congregandam Ecclesiam: tunc enim sectatores & discipulos habere cœpit. Ergo sexaginta nouem hebdomades, terminantur in Christo duce, hoc est in baptismo Domini nostri: quo tempore, dux a Deo declaratus, etiam ducis officium facere ortus est. Quo fit vt finis sexaginta nouẽ hebdomadũ, inciderit in annum 15. Tiberi Cæsaris, qui fuit primus decretissimæ secundæ Olympiadis. Tunc enim Dominus ingressus trigesimum annum ætatis baptizatus est.

Vera interpretatio per Christũ ducẽ Dominũ nostrum esse intelligendum.

Matth 2.

Matth. 3.

Christus populi dux.

Septuaginta hebdomades desinunt in Christi baptismo

De illo, *septẽ hebdomades, & sexaginta duæ hebdomades erunt*, quæri potest cur angelus non simpliciter, & aperte, dixerit sexaginta nouem hebdomades, sed partirẽ ac præposterè, tum eam eius numeri enuncians, obscure loquutus sit, dicens, *septem hebdomades, & sexaginta duæ hebdomades*. An ita loquitur, in hac prophetia tractanda morem prophetarum, consulto nouis & obscuris loquutionibus, prophetices sermones tegentium atque obscurantium? D. Hieronymus super c. 21. Ezechielis, *scriptura*, inquit, *difficultatem habet in numeris, vt intentum animum faciat auditoris, ideoque mutantur in parabolis & ænigmatibus, vt qui aures habet audiendi, audiat. Omissque prophetia in obscuritate contineat veritatem, vt discipuli intra secum audiant, ignobile vulgus, & fortè possum vescat, quid dicatur*. Sic Hieronymus. Sed illud verius dicti est, eum loquendi modum esse phrasim Hebraæ linguæ, in sacris literis nõ infrequentem. Cum enim Hebræi volunt exprimere summam alicuius numeri, eam per partes enunciant, præponendo minores numeros maioribus, sicut ex sententia Hebraorum refert hoc loco D. Hieronymus, & potuit hoc exemplum. Nos diceremus vixisse Abraham centum septuaginta quinque annos: at Hebræi dicerent, vixisse eum quinque & septuaginta, & centum annis. Ponam ego aliud, sed illustrius exemplum, ex 45 c. Ezechielis depromptum. Cum enim velles propheta docere, quod septi faciant vnam moam, & potuisset breuiter ac dilucide dicere, sexaginta septi faciunt moam: seruans tamen proprietatem linguæ suæ, ita dixit, *porro viginti septi, & viginti quinque septi, & quindecim septi, moam faciunt*. Nec Hebræi tantum etiam elegantiores Latini scriptores, itidem loqui solent in putandis numeris, minore maiori præponentes. Tertium responsum tangitur à Theodoreto, sed non bene ab ipso exponitur, vt paulo post dicemus: nos igitur dicamus, propterea Gabrielem ita distinxisse hebdomadas, vt insinuaret in huiusmodi partitione aliquod subesse mysterium. Sed quodnam hic latet mysterium? Dicam breuiter in primis septem hebdomadibus duæ res valde insignes ac memorabiles cõtigerunt. Namque in exordio primarum septem hebdomadũ refecta munitaque est vrbs Hierusalẽ a Nehemia, quod, vt diu fuerat optatissimũ Iudæis, sic fuit lætissimũ: sub finẽ autẽ illarũ septẽ hebdomadũ, claruit regina Esther, & Mardochæus, quibus genẽ Iudæorũ, supremo exitio, quod ei gẽri machinatus fuerat Aman, liberatur. In sequentibus porro sexaginta duabus hebdomadis, quatuor euenerũt apprime memoranda, sed ea partim fausta Iudæis, partim luctuosa & funesta. Primũ enim Alexander magnus veniẽs Hierosolymã adorauit Pontificẽ, honorauitque plũ, sacrificauit Deo

Vera interpretatio per Christũ ducẽ Dominũ nostrum esse intelligendum.

Matth 2.

Matth. 3.

Christus populi dux.

Septuaginta hebdomades desinunt in Christi baptismo



Cur Gabriel sic loquutus sit, septẽ hebdomades & sexaginta duæ hebdomades & primo ad seruandum propheratũ morem. Secundo phasim Hebraæ linguæ retinendo.

Tertio propter mysteriũ

Quæ insignia euenerũt in primis septẽ hebdomadibus.

Quæ itẽ in aliis hebdomadum decursu.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iudæosque muneribus pariter atque honoribus assecit, etiam multo in suam nimirum aliciens. Deinde, in earum hebdomadũ decursu extitit, atrocissima illa persequutio Antiochi Epiphanis aduersus Iudæos, & gloriosissimus, æquè virtutibus quam rebus gestis, Machabæorum principatus. Ad hæc, ante finem horum sexaginta nouem hebdomadum, defecit sceptrum de Iuda, translato imperio Hebrææ gentis ad alienigenas, quorum primus Herodes Iudæis imperauit. Hoc regnante vt impleretur prophetia Iacob, quæ est in libro Geneseos cap. 49. venit qui mittendus erat, hoc est, natus ex virgine in terris, est Dominus Iesus, cuius Baptismus, in quo ipse, & Christus, & dux à Deo patre renunciatus & delaratus est, prædictas sexaginta nouem hebdomades terminauit.

## *Et post sexaginta duas hebdomades occidetur Christus.*

Conciliatur Græca, & Latina editio.

CIrca lectionem huius loci, prænotandum est, sicut habet nostra lectio Latina, ita esse ad verbum Hebraicè: itaque vertisse Pagninum. At Græcè, si verba spectes, diuersa lectio est: nam pro illo *occidetur Christus*, habet, *destruetur unctio*: quam lectionem, etiam de latinis, sequuti sunt, Tertullianus in libro aduersus Iudæos, & Augustinus in Concione ad Catechumenos, quæ est contra Paganos, Iudæos, & Hæreticos, c. 12. Verum hę lectiones non differunt sententia, sed verbotenus diuersimodè. Cũ enim Christus significet Latine vnctũ, idem est dicere: *Destruetur unctio*, *vel unctus*, atque, *occidetur Christus*. Circa numerum autem sexaginta duarum hebdomadum, quem habent, & Latini, & Hebræi codices, corrigendum est erratum, quod in omnibus bibliis Græcis, tam Complutensibus, quam reginis, nescio quomodo inhæsit: nam pro sexaginta duabus hebdomadis, habent, sexaginta quatuor, sine dubio mendosè, non solum, quia sensus est in lectione Hebraica, & Latina, sed etiam quod alij codices, Græci habent sexaginta duas: sic etiam legit Theodoretus, atque Eusebius libro 8. de demonstratione euangelica, nec aliter vertisse septuaginta interpretes, ex coniectura satis probabile est, quod id non tacuisset hoc loco D. Hieronymus, quippe, qui eorum, quæ illi à veritate Hebraica discrepantes, vsquam, vel omiserunt, vel mutauerunt diligens animaduertor, & censor esse soleat. Alterum, præterea erratum in chronologia. Chrysostomus in secunda oratione aduersus Iudæos, obscurè: nam erat hunc ipsum Danielis locum, pro sexaginta duabus hebdomadis, legit septuaginta: nec error fuit librarij, sed Chrysostomus existimantis, septuaginta hebdomadas, in euersione Hierosolymæ à Romanis facta fuisse terminandas.

Error editionis Græcè corrigendus.



Verum, cuius Christi cædem post sexaginta duas hebdomadas futuram, Gabriel hoc loco prænunciet, deinceps tractandũ est. Hebræi more suo, seria, & sacra fabulosis, & commenticijs rebus miscentes, & contaminantes, quem Angelus prædicit post sexaginta duas hebdomadas occisum iri, putant fuisse Agrippam minorem, vltimum Iudæorum regem: quem aiũt tempore belli, quod Romani, Vespasiano Titoque ducibus, cum Iudæis gesserunt, fuisse à Romanis interfectum. Sed ad hanc eorum fabellam manifestè redarguendam, non aliquem, de nostris testem excitabo, sed vnum eius gentis, nec fas est quælibet, sed omnium Hebræorum, tam in historia, quã in chronologia doctissimum, & diligentissimum, Iosephum dico, qui bello interfuit, ipsumque copiosissimè, ac fidelissimè septem libris præscripsit: necnon, & regi Agrippæ carus, & familiaris fuit. In libro secundo, de bello Iudaico cap. 16. scribit Agrippa, cum graui oratione conatus esset reuocare Iudæos à bello, quod aduersus Romanos susceperant, videretque nihil se verbis proficere, Iudæis obstinatè ad arma tuentibus, relictis illis, adhæsisse Romanis. Verba extrema illius historiæ ex Iosepho hic scribam: *Ad Agrippa*, inquit, *regis orationem multitudo Iudæorum accensa, nec à verborum in regem cõtumelijs temperauit: sed protinus expulsum vrbe, ausi sunt etiam nonnulla saxa in eum iaciendo, prosequi. Rex autem videns tumultuantium irrenocabilem impetũ, conquerendo quod contumelijs esset affectus: confestim decessit.* Sic Iosephus. Qui etiam in eo libro, quo vitam suã descripsit, aperte docet, Agrippam ei bello, atque cladi Iudæorũ, multis annis fuisse superstitem. Quin Cornelius Tacitus libro quinto historiarum, affirmat, Agrippam in eo bello seguutum esse partes Romanorum, ob idque magno honore, & gratia fuisse apud Romanos. Sed, vt hunc errorem condonaremus insciti Hebræorum: at chronologiæ error nullo modo est tolerabilis: namque ab ædificatione Hierusalem sub Nehemia, quæ fieri cœpta est Olympiade octuagesima tertia, vsque ad Olympiadem ducentesimã duodecimã, qua bellum illud gestum est, nõ sexaginta duæ hebdomades, vt hic ait Gabriel, id est, anni quadringẽti triginta quatuor, sed fermè septuaginta quatuor hebdomadæ, hoc est, anni circiter sexdecim, & quingentipretenerũt.

Quæst. 18 Cuius Christi Gabriel hic prænũciet eę de post 62. hebdomades futuram.

1. opinio Hebræorũ latina. Iosephus

Altera opinio est Theodoreti in commentario huius loci, qui per Christum, hoc loco, non alium intelligit, quam Hyrcanum, qui vltimus fuit Pontificum, qui legitime electi tuerant: nam ceteri Hyrcanum sub sequuti, contra legem, vt supra diximus, eligebantur. Hunc Hyrcanum, qui propterea dicitur Christus, qui Pontifex erat, vnctione consecratus, occidit

2. opinio Theodoreti per Christũ Hyrcanũ interpretantis.

Herodes. Supradictam porro sexaginta nouem hebdomadum partitionem, in septem, & sexaginta duas hebdomadas, ad hunc modum Theodoretus interpretatur. Ab ædificatione Hierusalem vsque ad cædem Christi, id est, Hyrcani Pontificis computat sexaginta duas hebdomadas, quæ continent annos quadringentos triginta quatuor: ab interitu autem Hyrcani, vsque ad id temporis, quo Saluator noster in Iordane baptizatus est, numerat septem hebdomadas, id est, annos quadraginta nouem. Sed profectò dupliciter in chronologia lapsus est Theodoretus. Nã, neque à cæde Hyrcani, quæ facta est, vt narrat Iosephus libro 13. antiquitatũ, in Olympiade centesima octogesima septima, regrediêtes vsque ad tempus ædificationis Hierusalem, id est, ad annum quartum Olympiadis octogesimæ tertiæ, valle incipiunt hebdomades, reperiemus sexaginta duas hebdomadas, seu annos quadringentos triginta quatuor, seu hebdomades tantum quinquaginta nouem, seu annos quadringentos quatuordecim: & ab Olympiade centesima octogesima septima, qua occisus est Hyrcanus, vsque ad Olympiadem ducentesimã secundam, in cuius principio Dominus noster baptizatus est, non tantum septem hebdomades, seu anni quadraginta nouem, vt censet Theodoretus, sed propè nouem hebdomades, siue anni sexaginta, intercesserunt. Tertia opinio est Driedonis in libro tertio de factis scripturis, capite quinto, parte quarta: cuius sententiam in eo quidem laudo, quod Christum occidendum, non alium fuisse arbitretur, quam Messiam, & Saluatorem nostrum: sed in eo non possum laudare, quod ab ædificatione Hierusalem, vsque ad necem Domini nostri, sexaginta duas tantum hebdomades interfluxisse putat: cum longè plus temporis, sicut prædicta manifestum faciunt, transisse constet.

Reprobatur Theodoreti opinio.

3. opinio Driedonis, quæ ex parte tenetur, ex parte reiicitur.

Nobis igitur placet, quod etiam multis vitis doctis visum est, Christum, cuius necem post sexaginta duas hebdomadas futuram prædixit Angelus, non fuisse alium, nisi Messiam, & saluatorem nostrum. Nam, cum ea, quæ proxime antecessêre de Christo dicta, nos de Messia esse intelligenda supra docuimus, conueniat, vt similiter etiam, quæ hic dicuntur de Christi nece, de Messia quoque intelligatur. Nisi putamus Gabrielem nomen Christi, eodem ferme loco, & ad Messiam, & aliũ nescio quem, nimis ambigue retulisse. Quamquam, cui quis alius Christus fingi potest, cuius cædẽ vaticinio Gabrielis præmõstrari cõuenient fuerit, & ob cuius mortẽ, tot tantaque mala, quæ proximè subiiciuntur, genti Iudæorum contigerint? Itaque Gabriel his verbis significat fore, vt Messias ab his occidatur, ad quos potissimum seruandos, & viuificandos venturus

Vera sententia Christũ occidendũ, fuisse verum Messiam Saluatorem nostrum.



turus erat Messiã porro à suis acerbissima, & indignissima morte necatum iri, tam propriè, aperte, distinctèque vaticinati sunt, Dauid Psalm. 21. & 68. & Isaias cap. 53. vt non tanquam vates, quod futurum erat prædixisse, sed tamquam historici quod gestum fuerat, narrasse videantur. Extat in libro Sapientiæ capite secundo, Iudæorum in Christi necem conspiratiõ, præscripta oratio. Quod autem Iudæi, vt est in cap. 12. Euangelij Ioannis, Domino nostro præsignificanti mortem suam, obiecerunt ex Psal. 109. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech*: quasi his verbis significetur, Messiã fore omninò immortalem, id facilè diluitur, namque illis verbis significatur, non quidem Messiam nõ morituro, sed statim post mortem, ab ipso pro Dei gloria, & hominum salute vltrò susceptam, ad vitam perpetuò immortalem redituruum. Vel potius declaratur, sacerdotium Messiæ futurum æternum, nimirum, hoc etiam nomine præstantius futurum sacerdotio Aaronico, quod erat ad certum modo tempus permansurum. Non pigebit ponere hoc loco, sententiam de morte Messiæ cuiusdam antiquissimi Rabbini Ozeæ, quã Galatinus in libro quarto capite 18. ex quodam libro Rabbini Simeonis diserptam his verbis commemorat. *Rabbi Ozeas flens dicebat, væ illis, væ illis impijs, & impijs homicidis Israel, ob quorum amorem, vt peccatum eis dimittat Deus, mittet filium sanctum suum, & carne humana induet. Væ illis, quia propter suas prauas actiones, rebelles erunt huic Messiæ: nec respicient dicta, quibus imperabit, vt mundũ fiant: aqua mundificationis ad expiandã peccata sua nec incedent in viis Dei gratis, nec facient eius voluntatem, sed ingenti iracundia percelli, illum occident.* Hæc ille Rabbinus.

Christus quomodo manet in æternũ.

Sententia cuiusdã antiqui Rabbini de nece Messiæ.

Sed reuertamur ad sexaginta duas hebdomadas, post quas Christus dicitur occidendus. Non enim videtur hoc esse verum: si enim paulo antè dictum est, vsque ad Christum ducem, id est, vt nos interpretati sumus, vsque ad saluatoris nostri baptismum præterituras sexaginta nouem hebdomadas, qui potest esse verum, vsque ad eius mortem duas tantum, & sexaginta hebdomadas futuras? an potuit Christus, septem hebdomadis antequam Baptizaretur, occidi? Verum huic dubitationi facile occurritur. Dicendum enim est, hic suppleri debere primas septem hebdomadas, quas nunc omisit Gabriel, vel quo rectior, & obscurior esset prophetia: vel breuitatis causa: quasi ex textu prophetiæ, & consequentia verborum, non difficilè, doctis, & hanc scripturam intento animo legentibus, futurum esset eas intelligere. Potest aliter, & fortè commodius responderi, has sexaginta duas hebdomadas,

Vnde oporteat ordiri sexaginta duas hebdomadas post quas Gabriel necem Christi futuram esse dixit.

domadas, non à principio hebdomadum, atque ædificatione Hierusalem, Gabrielem numerasse, sed à fine septem hebdomadum, quas paulo ante primo loco memorauerat. Cum enim sexaginta nouem hebdomadas vsque ad Christum ducem futuras: dispertisset in septem, & in sexaginta duas, & docuisset, quidnam insigne, ad memorabile in illis septem prioris hebdomadis gerendum esset, dicens: *Et rursus ædificabitur platea, & muri in angustia temporum*: consequenter nunc declarat, quid post alias sexaginta duas hebdomadas euenturum esset, subdens: *Post sexaginta duas hebdomadas occidetur Christus*. Nec illud parui pendendum est, sed obseruatione videtur dignissimum, quemadmodum quatuor ferme annis post finē primarum septem hebdomadum, hoc est, anno duodecimo regni Artaxerxis Mnemonis, vniuersa gens Iudæorum, quæ sub eius regis imperio erat à miserrimo interitu, quē ei genti machinatus fuerat Aman, per Esther & Mardochæum vindicata est, ita quatuor prope annis post finem sexaginta duarum hebdomadum, quæ septem illas primas hebdomades proximè consequentes sunt, omne genus hominum per passionem & mortem Domini nostri, ex extremo diaboli & peccati seruitio, & sempiterno corporis animique exitio liberatum est. Quod igitur Gabriel hoc loco dixit *post sexaginta duas hebdomadas occidendum Christum*, hanc habet sensum: etiam post septem & sexaginta duas hebdomadas ab ædificatione Hierusalem numeratas, fore vt Messias occideretur. Et quia Gabriel supra non nisi septuaginta hebdomades constituerat, ex eo concludit, Messiæ mortem in septuagesima & vltima hebdomade futuram.

Liberatio Iudæorum per Mardochæū, & Esther facta, vt responderit liberationi generis humani per Christū factæ.

*Et non erit eius populus, qui eum negaturus est: & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas: & post finem belli, statuta desolatio.*

Mala, quæ propter Christi mortē Iudæis contigerunt.

HOc loco Latina lectio non nihil diuersa est à lectione Græca & Hebræa. Verum nos prima explanemus lectionem Latinam: postea lectionem Græcam & Hebræam expendemus. Gabriel igitur verbis supra positis, tria prænunciat magna mala, quæ Iudæis contingere deberent, propter immane scelus necati abipsis Messiæ. Primum malum indicatur verbis illis: *Et non erit eius populus, qui eum negaturus est*: significatur autem, propter indignissimam Messiæ necem, populū Hebræū, antea in modum filij primogeniti, Deo carissimum, ita esse à Deo deferendum, repudiandum, atque omnino abiiciendum, vt amplius populus Dei futurus sit. Illud autem, *qui eum negaturus est*, quasi digitum indicat Iudæos, qui de Saluatore nostro dixerunt: [a] *Nolumus hunc regnare super nos*: [b] *Regem vestrum crucifigam?* respondérunt: *non habemus regē, nisi Cæsarem: tolle tolle, & crucifige eum*: & rursus: [c] *sanguis eius super nos & super filios nostros*. Hoc autem Ioannes in principio sui Euangelij declarauit illis verbis, [d] *in propria venit, & sui eum non receperunt*. Alterum malum ob necem Messiæ Iudæis euenturum, significatur illis verbis, *ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cū duce venturo*. Hoc est, exercitus Romanus, duce Vespasiano & Tito, ciuitatem Hierusalem & sanctum, quod in ea erat, templum, destruet, ac funditus euertet. Tertium malum, & omniū grauissimum, erit prædictas calamitates, non vt quas antea passi fuerant, fore temporarias, sed plane sempiternas. Hoc tangitur, partim illis verbis, *& finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio*, quo significatur illam desolationē, irreparabilem fore, quoniam à Deo tanti sceleris eorum vindice, atque vltore, statuta, firmata, & in perpetuum stabilita sit: partim extremis illis verbis, quæ claudunt hoc nonum caput, *& vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio*: nam illud, *in finem, vel vsque in finem* phrasis scripturæ frequens est, idem significans quod *sine fine, vel in perpetuum, seu in æternum*. Atque veritatem huius vaticinij Gabrielis exitus belli, quod quadraginta, circiter annos post Domini nostri mortem, Romani Vespasiano & Tito ducibus gessere cum Iudæis, manifeste comprobauit. Omitto nunc dicere multiplicem pestilentiam diu multumque cum innumerabilium hominum interitu: grassatam, nataque famem, vt etiam matres filiorum suorum visceribus pascerentur. Taceo immanes ruinas, publicè priuatimque factas, vastissimaque incendia, & alia mala, longe maiora existimatione hominum, & vel memoratu, horrenda. Dicam tantum breuiter de Iudæorum cæde eo bello facta, sanè incredibili, nisi Iosephus, spectator, nec minima eius belli pars, eam memoriæ prodidisset. Sic autem scribit capite decimo sexto, & decimo septimo libri septimi de bello Iudaico. *Captiuorum eorum, qui toto eo bello comprehensi sunt, nonaginta & septem millium, notarius est numerus. Mortuorum verò per omne tempus obsidionis numerus vndecies centena millia comprehendit: Ex his eos, qui tanto exitio superfuere, qui proceri & formosi corporis erant, triumpho seruatos esse: residuæ multitudinis, septendecim annos transgressi, in Ægyptum missi sunt, operibus destinandi: plurimos autem per prouincias Titus distribuit, in spectaculis ferro & bestijs vtendos. Qui autem infra decimum & septimum ætatis annum erant, venundati sunt.* Hæc Iosephus. Hanc funestissimam Iudæis calamitatē, altera, quinquaginta post annos, principatu Adria-

[a] *Luc.19.* [b] *Ioan.9.* [c] *Mat.26.* [d] *Ioann.1*

Calamitas Iudeorum sub Tito & Vespasiano.



ni

Altera Iudæorũ calamitas sub Adriano.

Pij imperatoris, consequuta est eorũ tãtum minor, quod ex priori calamitate minus in ea gente superfuerat, in quod læuiri posset. Narrat Eusebius lib. 4. cap. 6. historiæ Ecclesiasticæ, innumerabilium Iudæorum tunc factam esse cædem. Atque vniuersæ genti Iudæorum, ex illo tempore, prorsus interdictum est, ne pedem in agrum Hierosolymitanum aliquando inferrent. Quin etiam legis decreto vetitum est, (neque sic immandatis dederat Adrianus) ne quisquam Iudæorum eò accederet, vnde vel prospicere vrbem Hierusalem posset. Cumque Hierusalem fuisset tunc Iudeorum gente orbata, & exteris hominibus frequẽtata ad honorem Ælij Adriani victoris, veteri mutato nomine deinceps Ælia appellata est. Sic Eusebius.

Quæstio 10. Cur Gabriel in expositione hebdomadũ, memoret mala, ob necẽ Messiæ Iudæis euẽtura, cum ea multis post tinẽ 70. hebdomadũ annis, futura essent.

Sed quæret aliquis, cum prædicta mala, quibus Iudæi ob necem Messiæ puniendi erant, plus triginta annis post finem septuaginta hebdomadum euenerint, cur Gabriel in tractatione septuaginta hebdomadum, eorum malorum commemorationem adhibere voluerit? Respondeo, id fecisse Gabrielem, vt ut coniectura probabile, tres ob causas. Etenim, Daniel cupidissimus erat noscendi futuros omnes populi sui casus & euentus: vt igitur desiderio eius satisfaceret Angelus, voluit ei patefacere ac præmonstrare, quæ consequerentur seculis vltimis ad finẽ euentura erant Iudæis. Quocirca primo indicauit iterũ ædificandã esse Hierusalem: tum Messiã venturum, ferentem maxima bona Iudæis: ad hoc, non modo Iudæos non recepturos Messiam, sed etiam crudelissima morte eum necaturos: ad extremum, tanti sceleris vindicandi causa, populum Iudaicum maximis conterendum malis, patriisque sedibus exterminandum, æternoque exilio cum innumerabilibus ærumnis, miserisque coniunctũ, mulctandum. Altera causa est: dixerat Gabriel, Messiam occisum iri à Iudæis: voluit igitur ostendere, quam immane futurum esset hoc scelus: & quali, quantoque puniendum supplicio: vt saltem Iudæi legentes in hac prophetia, mala, quæ, si Christum occiderent, ipsos manebant, perhorrescerent non modo scelus illud patrare, sed etiam animo concipere. Tertia causa fuit: vt Iudæi, quod Messiam non recepissent, prorsus inexcusabiles esse ostenderet. Poterant fortasse nonnulli excusare se, quod Christum non cognouissent: quia non tam solerti, & acuto ingenio essent: vt computum illum septuaginta hebdomadum subtiliter & exactè percipere possent. Ob eam tamen causam cuncti fuere inexcusabiles, quod cum ipsi post cædem Saluatoris nostri, experirentur & sentirent ea omnia mala, quibus ob necem Messiæ puniendos esse Iudæos Gabriel prædixerat, nihilominus tamen voluntaria cæcitate in clarissima luce caligantes, Messiam



Messiam venisse obstinatissimis animis pernegarent.

Refert in extremo commentario huius noni capitis Dionysius Carthusianus, epistolam propè sexcẽtis ab hinc annis scriptam à quodam Rabbino Samuele, ad Rabbinum Isaac: in qua confirmat ille, ex hac prophetia Danielis euidenter probari, à Christianis, iam venisse Messiam: responsa vero Iudæorum, esse inquit, admodum infirma & absurda. Quapropter non videre se, quomodo Iudæi etiam nunc Messiam venturum expectent? Sed quia forsasse gratum est futurum nonnullis, qui nostra hæc legẽt, nec ad manũ Carthusiani commentarios habebunt, ipsa verba nosse illius Rabbini, propterea non piguit ea hic apponere: quæ ita se habẽt. *Videtur Domine mi, Danielis prophetia, qua scribitur nono capite iam completa esse, vbi sic dicitur: post sexaginta duas hebdomadas occidetur Christus, & venient populus cum principe venturo destruẽtque ciuitatem & domum: & erit consummata destructio desolationis perpetuæ. Et non est, Domine mi, dubium, quin destructio perpetua desolationis sit hæc captiuitas, in qua iam sumus. Nam iam sunt mille anni, & apertè dicit Dominus per prophetam quod erit desolatio perpetua propter occisionem Christi. Iucis est desolatio nostra post occisionem Christi. Non enim commanemus est desolationem perpetuam, nisi post occisionem Christi. Et si voluerimus dicere quod ante occisionem Christi fuerimus in desolatione, respondeni nobis Christiani, quod ante illam morte non fuit desolatio nisi septuaginta annis. & post hoc, fuimus velut in terram promissionis, & fuimus apud Deum in gratia & honore. Certè Domine mi, non video euasionem: de facto enim probatur nobis, quod postquam à reædificatione templi completa fuerunt septuaginta hebdomades annorum, tunc fuit Iesus occisus à patribus nostris: & postea venit dux scilicet Titus & populus scilicet Romani, & fecerunt nobis secundum prophetiam istam. Hodie sunt mille anni, & nihilominus in ira Dei sumus. & tamen nos in ipso speramus expectantes adhuc venturum Messiam, & reuersuros nos ad terram promissionis, & ciuitatem atque templum instaurabimus: futuróque in gratia & honore apud Deum: nec desolationem hãc fore perpetuam, sed temporalem. Heu mi Domine, non est ista excusatio, & euasio confusa: & vana videtur talis expectatio.* Hæc ille Rabbinus. Gabriel igitur ob tres prædictas causas, tractationi septuaginta hebdomadum, immiscuit prædictionẽ malorum, quæ Iudæis euentura erant, licet ea mala non intra illas hebdomadas, sed non pauca annis post eas, deberent Iudæis contingere. Ex quo palam sit, non fuisse Tertulliano, Clementi Alexandrino, Chrysostomo, Seuero Sulpitio, aliisque, iustam causam idoneamque rationem, terminandi septuaginta hebdomades in euersione Hierusalem, quæ à Tito

Sententia cuiusdã antiqui Rabbini, quod ex hac Danielis prophetia euidẽter colligi, iã venisse Messiã.

facta

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quæstio 20. An possit probari mala, quæ vsque adhuc passi sunt Iudæi, semper in posterũ duratura.

facta est, propterea quod Gabriel exponendo septuaginta hebdomadas, illius excidij Hierosolymitani mentionem fecit.

Si quis vero, de nobis percunctaretur, quibus rationibus Iudæi possent conuinci, calamitates quas tot annis adhuc passi sunt, deinceps quoque fore perpetuas, equidem sine cunctatione responderem, id posse multis, præcipuè vero tribus validis argumentis confirmari. Primum argumentum nititur ipso rerum euentu & experientia. Nam cum præsens Iudæorum calamitas, per annos mille quingentos vsque adhuc perdurauerit, nulla profecto spes illis esse potest, fore, vt ea in posterum aliquando finiatur. Nam si in tanto præteriti temporis spatio, quo Iudæi sæpe florentiores ac potentiores fuere, nec præsentibus malis liberati, nec priora bona recuperare potuerunt, multo minus verisimile est, in eos posthac facturos, cum indies eorum vires magis magisque minuantur ac debilitentur. Nimirum, nisi Deus omnino abiecisset populum Hebræum, non esset passus tamdiu, & templum suum à fundamentis euersum iacere, & populum suum miserrimè vexari, atque in probro & derisu esse apud omnes gentes, & legis Mosaicæ obseruantiam prætermitti, cultumque, quem ipse præscripserat, sibi non adhiberi. Promiserat Deus per Aggæum prophetam, se post breue tempus, missurum in terras Messiam: sic enim est apud illum capite secundo, *Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc vnũ modicum est, & ego commouebo cælum, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum.* Hoc vaticinatus est Aggæus regnante Dario Hystaspis, quarto rege Persarum, vt in principio eius prophetiæ prænotatum est. A quo tempore, ad hanc diem, amplius quam duo annorum millia effluxerunt. Hoc autem tempus, non potest verè dici, aut intelligi, modicum. At enim à tempore illius prophetiæ vsque ad Saluatoris nostri aduentum, paulo plus quingentis annis interfuit. Atque hoc ipsum, quod diximus, vehementius etiam confirmari potest ea ratione quod Iudæi superioribus seculis, sæpè tentarunt, maximisque studijs, opibus, & conatibus aggressi sunt reficere templum Hierosolymitanum, & pristinum imperium repetere, nec tamen quicquam, potuerunt proficere, sed omnia eorum studia conatusque in cassum ceciderunt.

Quoties Iudæi, post Domini nostri mortem tentem-

Narrat Eusebius libro quarto historiæ Ecclesiasticæ, capite sexto imperante Adriano, Iudæos, quinquaginta fere ẽ annis post cladem à Tito acceptam, duce quodam Barchocheba sumptis armis aduersus Romanos speratse libertatem se pristinam, & imperium esse consequuturos, sed armis Romanorum ita fuisse concisos conteritó que, vt innumerabilibus exsis. Neque Iudææ



Iudææ sedibus exterminarẽtur, lege imperiali vetiti, Hierosolymam regredi, aut etiam tam prope accedere, vt eam aspicere possent. Chrysostomus præterea in secunda oratione aduersus Iudæos refert, similiter tempore Constantini Magni, Iudæos ab imperio Romanorum deficere conatos: sed Constantinum amputatis eorum auriculis, tanquam impressa rebellionis nota per omnes gentes dispari iussisse, vt cunctis perbidam eorum notam testatamque faceret. Nec hac vel pœna vel ignominia territi, idem tentare, & aggredi postea destiterunt: quin Iuliani apostatæ gratia, auctoritate, & auxilio adiuti, elatique, maiori quam vnquã antea studio, & contentione, ad id perficiendum aggressi sunt. Nam cum imperator, qui sacrificiis idolorum vehementer delectabatur, Iudæos ad similia sacrificia more maiorum suorum facienda hortaretur, responderunt illi, sibi fas non esse, nec secundum legem suam licitum, extra templum Hierosolymitanum, quod tunc diruptum erat, sacrificare. Continuo igitur Iulianus templum rebui iubet, omnia Iudæis, ad id operis necessaria, largissimè promittens & præbẽs. Summa erat Iudæorum lætitia, spesque pristinum statum ac felicitatem recuperandi: contra ingens mœror terrorque Christianorum, quorũ animos confirmauit Cyrillus, qui tunc Hierosolymitanum episcopatum regebat, probans ex hoc Danielis vaticinio, & ex verbis Domini nostri, quę sunt apud Mat. c. 24. fieri non posse, vt illud templum Iudaicum repararetur.

plũ Hierosolymitanum: ne ficere tẽtarunt, sed frustra. Eusebius Chrysostomus quid de Iudæis scripserint.

Iuliani adhortationes Christianorũ in Iudæos beneficentia.

Atque hoc quidem ita euenit vt ipse dixerat. Tribus namq; magnis prodigijs diuinitus factis coacti sunt Iudæi inchoatum opus relinquere: Nam cum effossis terra, cœpissent iacere fundamenta, & prope esset, vt structuram operis aggrederentur, noctu ingens terræ motus excitatus, lapides veterum templi fundamentorum concussit, omnesque vna cum ædificijs, quæ in proximo erant, disturbauit, cuius rei fama, multos, etiã è longinquo ad eius miraculi contemplationem attraxit. Et tunc, cum frequentissimi adessent, aliud prodigium contigit, ignis namque cælitus missus, omnia opificum instrumenta, omnemque faciendo operi præparatã materiam, absumpsit, totumque diem, quo manifestius testatiusque miraculũ esset, incendium illud perduranit. Ac ne locus esset cuipiam suspicandi, ea vel casu accidisse, vel ex caulis naturalibus profecta esse, vel ab alio quàm à Christo Domino facta, tertium miraculum accessit. Nocte enim sequenti effigies crucis, radiorum lumine figuratæ, illorum vestimentis, tanquam impressæ videbantur: quas, cum dies illuxisset, cernẽtes Iudæi, & eluere ac delere cupientes, nullo modo poterant. Templum igitur Iudaicum eo tempore pro ædificatione maximam ruinã

Tria prodigia quibus Iudæi à reficiendo templi deterriti sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



passum est. Hanc historiam Russinus & Socrates in historia Ecclesiastica, ille quidem libro primo, c. 37. hic autem lib. 3. c. 17. prodiderunt, eandemque commemorat Chrysostomus in secunda oratione aduersus Iudæos, affirmans id sua memoria fuisse recentissimum. *Huius*, inquit, *rei nos omnes testes sumus. Nostra enim ætate annos ante triginta, hæc acciderunt. Cōsidera igitur insignem victoriā veritatis: non hæc euenerunt sub Christianis & pijs imperatoribus, ne quis dicere posset potentia Christianorū, à se factione operis Iudæos esse deturbatos, sed eo tempore contigerunt hæc, quo tempore res Christianorum adhuc in depressa et afflicta erat imperij Romanum regente Iuliano alienissimo Christianorū hoste, vt omnes Christiani de vita periclitarentur. & alij se domi abscondebant, alij publicis fugientes, in remotas solitudines sese abdere tentabant, ne à gentilibus & eius aduersarijs Christianorum magnam laudem & gratiam haberet apud imperatorem. Tunc igitur ea quæ dicimus, euenerunt: ne qua Iudæis, vel impudens fieret excusatio negandi. Illi tamen tam firmis rationibus, tam admirandis prodigijs, tam perspicuis signis oculis, & omnes eadem possunt, flecti tamen, & ad veritatem amplectendam adduci non possunt. Sed nihil mirum: est enim natio Iudaeorum iracunda ab initio vsque extrema, & contumax fuit, semper rebus euidentibus repugnare solita.* Hæc Chrysostomus.

Chrysostomus quid de Iudaici templi restitutione dixerit.

Secundo argumentum, ex sacrarum literarum auctoritate, fidem & robur capit. Fore namque extremam Iudæorum captiuitatem, & calamitatem perpetuam, nullisque certis temporum finibus determinatam, clarissimis vatum oraculis prænunciatum fuerat. Nam præter hoc Danielis vaticinium, est aliud insigne apud Hieremiam capite decimo nono, qui hæc vaticinatus est. *Hæc dicit Dominus exercituum, sic conteram populum istum & ciuitatem istam sicut conteritur vas figuli, quod non potest vltra instaurari.* Hoc vaticinium non potest referri ad vllam priorum calamitatum, quas Iudæi ante Christi aduentum perpessi sunt: siquidem, post illas omnes captiuitates: & libertas, & ciuitas, ac templum & imperium restituta sunt Iudæis. Veritas igitur vaticinij cogit fateri hoc vaticinium Hieremiæ, de ea calamitate, quam Iudæi post mortem Saluatoris nostri vsque ad hanc diem patiuntur, esse intelligendum. Simile huius est illud Isaiæ cap. 5. *Abiecerunt legem Domini, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & percussit eum: & conturbati sunt montes, & facta sunt mortimenta eorum quasi stercus in medio platearum. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.* Hunc locum, & Diuus Hieronymus, aliique patres interpretati sunt de clade & calamitate Iudæis illata à Vespasiano & Tito

Testimonia Scripturæ, quibus hanc Iudæorum calamitatē perpetuā esse probatur.

Locus Hieremiæ cap. 19.

Locus Isaiæ c. 5.



Tito imperatoribus, Deo illis vtente administris ad vindicandam Christi Domini necem, tam impiè & crudeliter à Iudæis factā. Quod autē extremis verbis dicitur, *in his omnibus nō est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta:* significatur Deum non ad certum quoddam tempus puniturum Iudæos, sed eius vindictam in posterum omni tempore permansuram. Illud autem, *facta sunt mortimenta eorum quasi stercus in medio platearum*, spectat ad illam miserrimam obsidionem qua Iudæi à Romanis coarctati, incredibilibus ærumnis malisque obtrita sunt, inter alia mulia, & hoc narrat Iosephus, tantam fuisse ob sessorum, partim fame, & pestilentia, partim seditiosorum ferro morientium multitudinem, vt viæ, plateæ, cloacæ, fossæque cadaueribus complerentur: nec aliter quam lutum, vel stercus, cadauera conculcarentur & proicerentur. Et quamuis à primo institutum esset, sumptu publico mortuos sepeliri, quod ex illis intolerabilis ac pestilens fœtor efflaret, tamen quia nec homines, nec loca innumerabilibus sepeliendis sufficiebant, in valles eos ex muro præcipitabant. Quas, circumiens Titus imperator, vbi plenas cadaueribus viditi altamque saniem tabefactis è corporibus defluentem, ingemuit, & extensis manibus Deum testabatur, factum illud suum non esse. Hæc Iosephus libro sexto de bello Iudaico cap. 14. Recte porro monet D. Hieronymus, in prædicto Isaiæ vaticinio, causam tantæ calamitatis Iudæis euenturæ, non poni peccatum idololatriæ: vel cædis propheratum, quas duas res fuisse causam captiuitatis Babylonicæ, diserte verbis Scriptura demonstrat, sed illam tantum causam Isaias memorat, quod abiecerint legem Domini, & eloquium sancti Israel blasphemauerint: hoc est, quod legem Euangelicam, & Saluatoris nostri doctrinam improbauerint, repudiauerint, abiecerint. Est aliud eiusdem rei vaticinium, & mea sententia secundum hoc Danielis, omnium quæ legerim luculentissimum, extat apud eundem Isaiam capit. 25. his verbis expressum, *Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas, fideles & amen. Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum: vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis ciuitas gentium robustarū timebit te.* Sic Isaias. Nec eget hoc vaticinium interpretatione adeo manifestū & validū est ad redarguēdos Iudæos, & cōfirmandū id quod probandū fuisse pepimus: laudat enim Isaias iustitiam Dei ob Messiæ parricidium Iudæos sempiterna vrbis Hierusalem desolatione, vindicantis, qua etiam de se populum fortem, id est Ecclesiā Gentilium, Dei mi-

Iosephus quid de grauissima Iudæorum clade scripserit.

Eorum Isaiæ c. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sericordiam celebraturum esse confirmat, quod posthabitis Iudæis, suam ad gentes beneuolentiam, gratiam, & munificentiam conuerteret, atque contulisset.

Tertium argumentum demonstrat differentiam huius calamitatis, quæ à Tito imperatore Romanorum illata, vsque ad hanc diem perpetuo tenet premitque Iudæos atque alia tarum priorum calamitatum, quas Iudæi ante Saluatoris nostri aduentum perpessi sunt. Hinc enim apparebit, non sicut priores calamitates certum quendam exitum & terminum habuerunt: ita quoque hanc esse aliquando finiendam. Si quis igitur eiusmodi calamitatum differentias conquirat nimirum quinque reperiet. Principio antiquiorum calamitatum, quæ acciderũt Iudæis, ante Domini nostri aduentum tres fuerunt omnium grauissimæ, & super alias memorabiles, prima fuit Ægyptiaca, secunda Babylonica, tertia, quam sub rege Antiocho Epiphane, tempore Machabæorum Iudæi tulerunt. Inter quas & reliquas calamitates Iudæorum calamitatem, quinque vt dixi, notati possunt differentiarum. Nam primo, illas Deus, & venturas prædixit, & quanto tempore duraturæ erant, præsignificauit: liquidem, vt est in lib. Geneseos 15. prædixit Deus Abrahæ, posteros eius peregrinaturos in Ægypto, seruituroque annis quadringentis: hos autem exactis, excussoque seruitutis iugo, terram Chanaan possessuros. Babylonicam captiuitatem, prænunciauit Deus per Hieremiam, vt ab eo scriptum est, ca. 25. & 29. tempus quoque eius captiuitatis, annorum duntaxat septuaginta futurum prædixit. Miserabilem cladem, & calamitatem, qua afflicti concidisse sunt ab Antiocho, & luturam, & tribus annisæ dimidio manſuram, prædictum est à Daniele cap. 8. huius libri. Hanc vero calamitatem, qua iandiu toto orbe conflictantur Iudei, prænunciauit quidem huc loco Gabriel euenturam, sed finem eius non indicauit: quo silentio, & durationis eius reticentia, satis ostendit nullo eam tempore terminandam. Quinimo, non obscure id demonstrauit, eum dixit: desolationem vrbis templi, & Iudææ gentis captiuitatem, vsque ad consummationem & finem permansuram. Postea, longissimæ priorum captiuitatum, fuit Ægyptiaca, quæ tamen centum quinquaginta annos non excessit, quoniam enim de seruitute & afflictione, quam in Ægypto Iudæi post mortem Ioſephi pertulerũt: nam quæ habitatio seu peregrinatio Iudæorum in Ægypto quadringentis triginta annis definitur à Mose in capite duodecimo Exodi. Captiuitas autem Babylonica longe brevior fuit: videlicet septuaginta annos minimè supergressa. At hæc Iudæorum calamitas transactis tam vsque adhuc mille quingentis annis, nihilominus tamen, sicut fuit ab initio, eodem nunc

Quinque esse inter hæc vtrinam Iudæorũ calamitatem, quæ post Dominum nostri necẽ ipsis accidit, & alias priores, & primo quod cum de aliis prædictũ sit, quando finem habiturę sint, de hac nunquam. Secundo quod hæc longe sit diuturnior aliis.



nunc statu aut etiam peiori & miserabiliori permanet. Deinde in captiuitate Babylonica habuere Iudæi prophetas, vt Ezechielem, Baruch, & Danielem, qui eos consolabantur, & certa spe recuperandæ libertatis sustentabant. In præsenti vero calamitate, nullum habuerunt verum Prophetam. Propterea aliis captiuitatibus, sæpe facta sunt diuinitus miracula, quibus declarabatur populum Hebræum in Dei esse gratia, & tutela. Tale fuit nobilissimum illud miraculum trium iuuenum in fornace Babylonica, & Danielis in lacum leonum bis coniecti. In hac vero captiuitate, nullis à Deo miraculo honorati sunt: quin magnis contra ipsos a Deo editis prodigiis, euidenter ostẽsum est, eum populum esse à Deo reprobatũ, ac penitus abiectum. Postremo, in aliis captiuitatibus, claruerunt insignes aliqui gentis Iudaicæ viri, qui cum summa gratia, honore, & auctoritate florerent apud eos reges, quorũ imperio, & seruitute Iudæi tenebantur, magnas illis vtilitates attulerunt. Tales fuere apud Pharaonẽ Ioſephus, Moses, & Aaron, apud reges Chaldæorum, Daniel, & tres eius socij, apud quos Artaxerxes Persarum reges, Esdras, & Nehemias, itemque Mardochæus, & Esther. Horum similes, nullos in hac captiuitate habuerunt. Talet igitur, non vt illarum, sic huius, aliquem sperandum esse terminum.

Tertiò, quod in hac carẽt prophetis. Quarto quod inciderint in eos fœdissimi Quinto, quod nullos insignes viros habuerint.

Cæterum quod à viris doctis obseruatum, & proditum est, etiam hoc loco videtur prodendum: Iudæos reuersos Babylone, tametsi libertatem, vrbem, templum, regnumque recuperauerint, & in Dei beneuolentiam, atque gratiam redierint, attamen septem eximiis, ac singularibus Dei muneribus, & beneficiis, quibus ante captiuitatem Babylonicam decorati, nobilitatique fuerant, & in posterum caruisse. Vnum fuit, arca fœderis à Mose fabricata, quam postea non habuerunt: prædicente id Hieremia capite tertio. *In diebus illis*, inquit, *non dicent vltra arca testamenti Domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltra.* Alterum, eras, oracula, & responsa Dei, ex ipso propitiatorio frequenter fundis data. Tertium, fulgor ex lapidibus pretiosis, qui erant in rationali Pontificis, mirabiliter emicans, atque explendescens, & futuros eventus Iudæis præmonstrans, vt tradit Ioſephus libro tertio antiquitatum Iudaicarum. Quartum, ignis cœlitus descendens, & consumens sacrificia. Quintum, Spiritus Sancti gratia spectabili aliquo signo immiscens se sacræ vnctioni, qua reges, & Pontifices vngebantur. Sextum, donum Prophetiæ: nam prophetarum omnium nouissimi fuerunt Aggæus & Zacharias, hisque posterior Malachias, quem plerique Esdram fuisse arbitrantur. Septimum, tripliceatus terræ fru-

Septem singularibus Dei beneficiis, Iudæorum ea primitate Babyloni cam caruisse.

Ioſephus libro 3. cap. 9.

ctus quilibet sexto anno, in tres annos, alimentis hominum, propter septimi anni quietem, sustecturos hoc enim Deus promiserat Leuitici cap. 25. Hæc lector, vberius, atque enucleatius tractata reperies, apud D. Chrysostomum in oratione tertia aduersus Iudæos, apud Nicolaum de Lyra super sextum caput prioris libri Machabæorum, & apud Petrum Galatinum libro quarto, capite 17. His igitur præclarissimis Dei beneficiis atque ornamentis cæruere Iudæi, postquam discussa Babyloniorum seruitute in Patriam regressi sunt. Sed nihilominus tamen libertate, vrbe, templo, regnoque, & quod caput est, Dei gratia, & protectione fruebantur. His autem rebus omnibus cernimus eos, post illam Vespasiani, & Titi cladem, videlicet ob Messiæ necem ab ipsis nefarie patratam, vsque ad hanc diem fuisse priuatos.

Mala. quæ post Titi, & Vespasiani con tigere Iudæis pro pter Messiæ necem ab ipsis accidisse probat Sap. 3.

At enim respondeat quidam Iudæi, se hanc calamitatem non pati propter cædem Messiæ, quem ipsi etiam vnum venisse negant: sed virtutis explorandæ probandæque causa, scilicet, vt eorum virtus rebus aduersis, sicut ignis aurum, purior, atque illustrior existeret, quemadmodum Scriptura ait: *Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus, & quasi holocaustum accepit eos*. Sed hoc responsum, mendacij, atque impietatis commentum est. Primo, quia calamitas non profecit illis ad emendationem vitæ, sed maioris improbitatis, atque impietatis occasio illis fuit. Deinde, hæc calamitas non modo est corporalis, sed etiam spiritualis, magnam bonorum spiritualium iacturam continens: carent enim prophetis, miraculis, cultu diuino, & Mosaicæ legis obseruatione. Pœnam autem spiritualem, non ad probandam virtutem, sed ad puniendam præterita scelera, Deus infligit. Denique, Iudæi sic respondentes, mendacem facium Deum. Quippe amplissimis verbis Deus sæpenumero promisit, vt videre est in Deuteronomio, capite vndecimo, & 28. si populum Hebræum, siquidem is bene, ac pie viueret, atque in legis, quam per Mosem ei dederat, obseruantia, obedientiaque permaneret, conseruaturum omni tempore in terra Chanaam, quam possidebat, à cunctis hostibus defensurum, cunctisque malis liberaturum, atque omni bonorum genere cumulaturum. Alij respondent, se non propter necem Messiæ, sed propter alia quam plurima, & grauissima flagitia, quæ admiserunt, iram Dei adeo sensisse irritatam: tantamque eius animaduersionem, & vindictam, quantam nunc plectuntur promeruisse. Verumtamen, & hoc responsum falsitatis arguitur. Etenim, quærendum ex illis est: quænam fuerint scelera ab ipsis commissa, propter quæ tam grauiter puniantur. Nimirum, duo reperiuntur in sacris literis,

Nulla sce lera Iudeorum sue ætatis puniri, quæ probari Iudeis possint.



omnium scelerum maxima & grauissimis verbis à Deo reprehensa, & acerbissimis supplicijs vindicata, scelus idololatriæ, & cædes Prophetarum. Hæc duo super alia omnia, Deus exprobrat Iudæis: & propterea testatur, grauissimas quasque eo is hanc tum captiuitates, & calamitates, præsertim vero Babylonicam grauem calamitatem ipsis contigisse. Atqui nec post dissolutam captiuitatem Babylonicam, nec post Saluatoris nostri aduentum, legimus Iudæos aut publice idola coluisse, aut Prophetas occidisse. Itaque iniecerunt post id temporis, quod ad illa duo scelera spectat, quodammodo melior fuit populus Hebraicus, quam antea fuerat. Non igitur magnitudo, & diuturnitas præteritæ Iudæorum calamitatis: vel ad prædicta duo scelera, vel ad alia quæcunque præter cædem Messiæ, referri potest. Sed esto, fuerint idolorum cultores: prophetas occiderint, non tamen conueniens prædictis sceleribus erat præsens Iudæorum calamitas. Hæc quæque scelera fuerant ante apud illos crebrrima, quorum tamen non nisi septuaginta annorum captiuitatis pœnas luerunt. Nullum igitur exitium habent, nullam latebram Iudæi quocunque se verterint, tenentur constricti.

Eximia Diui Hieronymi in Iudeos sententia.

Iuuat hoc loco recitare, quæ D. Hieronymus ad hanc Iudæorum voluntariam cæcitatem perfidiamque redarguendam post fuit in Epistola centesima vigesima nona, quam scripsit ad Dardanum: *Multa*, inquit, *Iudæa scelera commisit, eaudita sunt te seruisse nationibus: ob quod factum? vtique propter idololatriam. Cumque seruisset, crebro tui misertus est Deus, & misit Iudices & saluatores, qui te de seruitute Moabitarum, Ammanitarum, Philistæorum, ac diuersarum gentium liberarent. Nouissime sub regibus offendisti Deum, & omnis tua prauitas gente Babylonia vastante, deleta est. Per septuaginta annos templi fulcrum permansit. A Cyro rege Persarum est laxata captiuitas: exercitum quoque est sub Dario templum. Quæ passus sis a Medis, Ægyptijs & Macedonibus non enumero, nec tibi obducam in memoriam Antiochi Epiphanem, crudelissimum omnium Tyrannorum, nec Pompeium, Gabinium, Scaurum, Varium, Cassium, Sossiumque replicabo, qui tuas vrbes, & præcipua Hierosolymæ insultauerunt. Ad extremum, sub Vespasiano & Tito vrbs capta, templumque subuersum est. Deinde, ciuitatis vsque ad Adrianum principem per quingentesimum annum ne auferre reliquias: post illam euersionem vsque ad hanc diem paulo minus, quam per quadringentos annos, & vrbis, & templi ruinæ permanent. Ob quod tanta facinus? Certe non cultus idolatriæ, sed etiam seruitus Persis, Parthis & captiuitas pressos ingo. Deus ignoscas alijs quomodocunque clementissimus quondam Deus, qui nunquam tui antea oblitus fuerat, nunc per tanta spatia temporum non adducitur, vt eluat captiuitatem, & vt veterem ditem, expectatâ tibi mittat*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Matt. 27. Matt. 21. Ioan. 19.

*Antichristum? Ob quod inquam facinus & tam execrabile scelus, auertit à te oculos suos, ignoras? Memento vocis parentum vestrorum, sanguis eius super nos, & super filios nostros, & hic est hæres, venite occidamus eum. & nostra erit hæreditas. & non habemus regem, nisi Cæsarem. Habes quod elegisti, vsque ad finem mundi seruiturus es Cæsari, donec gentium introeat plenitudo, & omnis Israel saluus fiat, & qui quondam erat in capite, vertatur in caudam.*

Hactenus verba fuere D. Hieron. Eandem porrò sententiã Prudentius Christianorum Poëtarum facile clarissimus in extrema apotheosi his verbis exprimit.

Prudentij versus.

*Exilio vagus hinc, illinc fluctuantibus errat*
*Iudæus, postquam patria de sede reuulsus,*
*Supplicium pro cæde luit Christique negati,*
*Sanguine respersus commissa piacula soluit.*

Quibus simplicibus argumentis Iudæos hanc tam miseriam, testatamque oraculis Prophetarum, atque suorum multorum experientiã comprobatam, de Messiæ aduentu, & morte doctrinam, non videre, atque intelligere. Siquidem, hæc ipsa veritas vna est de multis aliis, & quidem maximis Iudæorum pœnis, quibus illi propter necem Messiæ, a Deo puniti sunt. Duplici enim genere miserarum functi sunt vnũ fuit corporale, & hoc triplex, ab vsu regni, ac dignitatis, perpetua vrbis, ac templi desolatio, & sempiternum exilium, innumeris malis, miseriisque refertum. Alterum pœnæ genus fuit spirituale tanto sane grauius, & exitialius priore, quanto, & potiora bonis eos spoliauit, & acerbioribus malis affecit. Et hoc duplex: excæcatio mentis, & obduratio cordis, videlicet ad intelligenda, credendaque, atque amplectanda, quæ ad Messiam pertinebant. Hoc duplici pœnarum genere plectendos esse Iudæos. Isaias capite 6 illis verbis indicauit: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggrauia, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. & dixi: vsquequo Domine? & dixit, donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra relinquatur deserta.* Hoc Isaiæ vaticinium, Saluator noster in Euangelio Ioannis, cap. 12. ad se & ad Iudæos, qui sibi credere recusabant, pertinuisse declarauit. Illud quoque, quod in Deuter. dixit Moses de Iudæis: *Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis: & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas, omnibus temporibus calumnia sustinebis, & opprimeris violentia, nec habebis, qui liberet te*, hoc inquam, quod Moses dixit, nunquam verius, quam nunc, in Iudæos dici posse, intelligimus. Dauid præterea in Psalmo 68. cum sub persona sua expo-

Matt. 27. Deut. 28.



exposuisset, quam indignis, & acerbis modis tractandus esset Messias a Iudæis, scilicet propter certitudinẽ prophetiæ, in prædicendo summa, y sus verbis præteriti temporis proximè varias pœnas, partim corporales, partim spirituales, tam immani eorum scelere comparatas subiunxit: *Fiat, inquit, mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.* Dauidem autem hæc vaticinante prophetico spiritu, spectasse Iudæos, qui Dominum nostrum occiderunt, & doctrinam eius oppugnarunt, non tantum accipere noluerunt: testem habemus quo non grauiorem alterum, D. Paulum in cap. 11. epistolæ ad Romanos. Qui quidem Paulus in capite tertio posterioris epistolæ ad Corinthios, eleganter argumentatur, obtusos esse Iudæorum sensus ad diuina mysteria, præsertim ea quæ Messiam attingunt, intelligenda: olim, inquit, non poterant Iudæi aspicere faciem Mosis nisi velatam. Neinpe, in hodiernam vsque diem, velamen manet Iudæis in lectione veteris testamenti: quod tamen per Christum enacuatur. Itaque Iudæus sine fide Christi legens scripturam eripit eam velatam, nec menti peruiam ad intelligendum. At cum primum fide Christi inbutus est, velamen ex ipsa Scriptura, & ex corde eius auferetur. Idem Paulus in secundo capite posterioris epistolæ ad Thessalonicenses, testatur Iudæos expositos esse omni seductioni & errori, eo quod elatitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. *Ideòque, inquit, mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.*

Iduæi habent faciem vedam ad latam ad Scripturæ mysteria intelligenda.

Verum ad Latinam lectionem huius loci Danielis interpretandam, atque illustrandam, quæ dicta sunt, satis esse debẽt: testatur, vt quemadmodum supra promiserimus: de lectione quoque Græca, & Hebraica huius loci, nõnihil dicamus: Græca versio, & Hebraica huius loci si quis Latinè fideliter exprimat, hæc reddũt sententiam: *Post hebdomadas sexaginta duas destruetur vnctio, & in ius loci, eius non erit in eo, & ciuitatem, & sanctum dissipabit cum diluuio populus venientis: succidentur, sicut in diluuio, & vsque ad finem belli ea commoti ordinabit desolationibus.* Hæc verba Theodoretus hũc in modum ad literam exponit. *Post sexaginta duas hebdomadas, videlicet numeratas à tione Lab adificatione Hierusalẽ sub Nehemia, destruetur vnctio, quia in ei tinã.*

Quæstio. 21. An lectio Graeca, & Hebraica huius loci Danielis intelligenda.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Theodoretus vt verba Græca ex posuerit.

*nellarũ hebdomadũ, ab Herode occisus est Hyrcanus pontifex: post quem, non fuere pontifices legitimi, id est, creati ex præscripto legis Mosaicæ, & ideo dicitur destructa vnctionem vnctione pontifices consecrabantur. Et qui annis post Hyrcanum fuere Pontifices, & vnctí, & sicda pontificia indutí, & pontificij vocabuli sungentes: tamen, quia non secundum legem fuerunt electi, idcirco subditur, & non erit iudicium in eo, hoc est, non erunt pontifices ex iudicio, sententia, & præscripto legis.* Alij sic exponunt: *tolletur vnctio*, id est, dignitas pontificalis: *& non erit iudicium in eo*, id est, non habebunt deinceps potestatem iudicandi, & gubernandi populũ. Nam sese post reditũ Iudæorũ ex captiuitate Babylonica, iidẽ fuere pontifices atque iudices & principes populi. Ego conuenienter Latinæ lectioni, quæ refert hæc ad Messiã, sic interpretatus hæc verba. *Post sexaginta duas hebdomadas*, videlicet, supplendo priores septẽ ante nominatas, id est, post sexaginta nouẽ: in ipsa vltima & septuagesima hebdomada, *destruetur vnctio*, id est occidetur Christus. *Et non erit iudicium in eo*, hoc est, in Christo iudicado & condemnando, atque occidendo, nullum ius, seu iudicium seruabitur à Iudæis: omnia illi iuta humana & diuina violabũt omnes leges ciuiles, diuinas, & naturales pertingent: vt quoquo modo Christum necando, odium suum explere possint. Quæ sequũtur, facilia sunt intellectu: *& ciuitatem Hierusalem, & sanctum quod in ea erat rursus dissipabit*, id est, vsque quaque vastabit, & funditus euertet. Supplem, populus & exercitus Romanus, cum duce veniente seu venturo, id est, Tito & Vespasiano. *Et succidentur sicut in diluuio*, hoc est, inquit Theodoretus, perniciem funditus sustinebunt, qualem olim sustinuerunt homines, cum omnem terram diluuium contexit. Solet enim Scriptura, ingentem aliquam vim malorum ingruentium, quæ oppressura sunt aliquos, vocabulo diluuii seu inundationis explicare: sicut in Psal. 31. *Verumtamẽ in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt*, & apud Isaiam capite 28. *flagellum inundans, cum transierit, non veniet super nos*: apud Hieremiam quoque in lamentationibus, cap. 3. *inundauerunt aquæ super caput meum dixi: perij*. extrema autem illa verba, *& vsque ad finem belli euentus desolationibus*, secundum Theodoretum, declarant mala quæ hoc præcedunt, vbi demum venturum bello illo, veluti quodam diluuio oppressi, & in perpetuum his oralis succumbent, neque vnquam, vt ex ipsis triumphantes, veniam consequentur. Dicitur autem bellum illud Romanorum, gestum duce Tito cum Iudæis, conciso, seu decisum iri, hoc est, esse dirimendum ac terminandum ingenti exitio Iudæorum: hoc est, desolationis ciuitatis & templi, non tam

Auctoris expositio verborum Græcorum.

Diluuiũ & inundatio in descriptura quid significet.



mere, aut humano tantum consilio factæ: sed ordinatæ, & statutæ à Deo, ad vindicandum scelus Messiæ à Iudæis occisi. D. Augustinus in epist. 80. sic legit. *Et non erit eius*, & interpretatur sic, non erit Messias eius ciuitatis, quia sic ab eo alienabuntur Iudæi, vt eum illi, quasi nõ suum redemptorem, sed vt alienissimum, sint occisuri.

Porro Hebraica lectio huius loci, vt eam Latinè Pagninus extulit, ita se habet. *Post hebdomades sexaginta duas, excidetur Christus, & non erit ei: & sanctuarium dissipabit populus ducis venturi. & finis eius in inundatione, & vsque ad finem belli decisa sunt desolationes.* In qua lectione, omnia sunt clara, cum latis congruant cum lectione vel Latina vel Græca: præter vnum illud, *non erit ei*. Hæc enim oratio quia est præcisa, obscurum habet intellectum. Quidam ita exponunt: & non erit ei, qui ferat opem, aut solatium aliquod. Saluator enim noster, tempore mortis suæ, ab omnibus, etiam notis & amicis derelictus est, omnique solatio etiam diuino tunc est destitutus. Quam ob rem ipse pendens in cruce, dixit, *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Verum facilè est, etiam hunc locum applicare, & accommodare ad lectionem Latinam, quæ habet, *& non erit eius populus, qui eum negaturus est*. Sic igitur intelligamus, *& non erit ei*, id est, gens Iudæorum: qui negauit & occidit Messiam, *non erit ei*, id est, vel Messiæ vel Deo, supple tunc non erit inquã ei amplius in populum peculiarem, & dilectum, sed ab ipso repudiabitur, & penitus abiicietur, eandem sententiam habet Vetus lectio Hebræorum in hoc loco, quam D. Hieronymus commemorans hic opinionem Hebræorum de computatione septuaginta hebdomadum, his verbis refert. *Non erit illius imperium, quod putabat se redempturum*: hoc est, Messias regnum Iudæorum derelinquet, & omnino abiiciet, ad quod tamen spiritualiter reparandum, & reficiendum præcipuè venerat.

Lectio Hebraica huius loci qualis.

Matt. 27.

*Confirmauit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem, & finem, perseuerabit desolatio.*

HIs verbis Gabriel septuagesimam & vltimam hebdomadum, quam ab aliis sexaginta nouem supra seiunxerat, nunc separatim, & solam explicat, docens, quid effecturi ea olim euenturum. Dicit igitur, Messiam, post baptismum, quem acceptutus erat sub finẽ sexagesimę nonæ hebdomadis, pactum

Quomodo Christus pactũ cõfirmauerit.

per

Universidad de Deusto
Biblioteca



pro reliquam septuagesimã hebdomadam confirmaturus pactum suum, hoc est, prædicaturus legem & doctrinam suam, partim quidem per semetipsum, partim verò post mortem suã per discipulos suos. Etenim, Christum post baptismum prædicasse Euangelium tribus annis integris, & aliquanto plus serè patrum sententia est. Hoc testatur Chrysostomus homilia 21. in Matthæum, hoc ipsum sensisse Euodium discipulum Apostolorum, refert Nicephorus libro secundo historiæ Ecclesiasticæ capite tertio. Hoc fusè tractat in commentario huius capitis Theodoretus. Quin Eusebius, quem multi sequuti sunt, id argumentatur ex historia Euangelica beati Ioannis, qui tres annos prædicationis Christi, manifestè distinxit. Nec hoc tantum in chronicis annotauit Eusebius, sed præterea in libro octauo de demonstratione Euangelica affirmat, hanc esse veterem Ecclesiæ traditionem. Cui rei fidem facit vetustissimus auctor Ignatius martyr in epistola, quam scripsit ad Trallianos, prædicationem Christi post baptismum, tribus annis definiens.

Christus tribus annis & aliquanto plus post Baptismum prædicauit.

Transactis igitur tribus annis & aliquot mensibus, hoc est, in dimidio septuagesimæ hebdomadis, *defecit hostia & sacrificium*. Quibus verbis significatur mors Messiæ. Nam & quarto anno post baptismum suum, Dominus noster mortuus est, & post mortem eius, omnia sacrificia veteris legis, cunctaque cæremonialia in totum abrogata, & antiquata defecerunt. Huius rei illud fuit admodum illustre argumentum, quod moriente Christo, velum templi, à summo vsque ad imum est discissum: quo portendebatur, quæ in eo templo peragebantur, dissoluta & sublata esse. Atque his consonant, quæ scripta sunt in Psalm. 40. Prout ea D. Paulus in Epistola ad Hebræos ca. 10 citat atque interpretatur *Christus*, inquit, *ingrediens in mundũ dicit: hostiam & oblationem noluisti, corpus autem adoptasti mihi. Holocaustomata pro peccato non placuerunt tibi. tunc dixi: ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Hæc ex Dauide cũ citasset Paulus, subiecit eorum interpretationem. *Superius*, inquit, *dicens, quia hostias & oblationes pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, subdit, ecce venio, vt faciam voluntatem tuam: & sic auferet primum, vt sequens statuat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.* sic Paulus. Nec mirum, cessasse antiquæ legis sacrificia, postquam immaculatus agnus, se in cruce Deo Patri obtulit hostiam viuentem, scilicet, omnium veterum sacrificiorum finem atque consummationem, & Deo infinitè gratam, atque ad omnia omnium hominum peccata delenda efficacem. De qua sic beatus Leo homilia octaua de passione Domini scribit. *Nunc carnalium sacrificiorum varietate cessante: omnes differentias hostiarum, vna corporis & sanguinis tui implet oblatio: quoniam tu es verus agnus Dei, qui tollis peccata mundi: & ita in te vna vniuersa perficis mysteria, vt sicut vnus est pro omni victima sacrificium: ita vnũ de omni gente sit regnũ.* Verum enimuero non est intelligẽdum, statim post Christi mortem omnino defecisse Iudæorum sacrificia, quippè quoad templum illud fierent, fierent autem post Christi morte per annos fermè quadraginta, & vsque ad euersionẽ ipsius & vrbis à Romanis factam, non est intermissa consuetudo, in eo templo sacrificandi. Ergo statum post Christi interitũ defecerunt illa sacrificia, non sanè secundum vsum, & exercitium, sed secundum virtutem & efficaciã, & vt nunc in scholis loquuntur Theologi secundũ valorem. Namque post id tempus, licet non statim fuerint mortifera, quoad, promulgato Euangelio, veritas doctrinæ Christi mundo enotesceret: tamen mortua desierũt enim Deo esse grata & accepta, hominibusq; salutaria. Atque hæc in priori septuagesimæ hebdomadis dimidio acta sunt. In posteriori autẽ dimidio eiusdem hebdomadis, Christus pactum suum per Apostolos & discipulos confirmauit: qui cælitus Sancto spiritu mirabiliter accepto, per illos quatuor annos maxima contentione, acerrimoque studio, atque ardore animi, Euangelium Christi in Iudæa, Galilæa, & Samaria prædicauerunt, multis prodigiis & miraculis prædicationem suam confirmantes.

Oblatio corporis & sanguinis Christi implet omnia veteris legis sacrificia

Sacrificia Iudæorũ statim post Christi mortẽ fuere mortua, sed non mortifera.

Sed in supradictis Gabrielis verbis, tria sunt diligenter ponderanda: Vnum est, illud *pactum*, alterum, illud, *multis*: tertiũ, illud, *abominatio desolationis*. Ac primo, vim & notionem illius vocabuli, *pactum*, prout in sacris literis crebro vsurpatur, aperiamus. Pactum Hebraicè dicitur, *Berith*, quæ vox Latinè significat fœdus & pactum. Nec raro ponitur pro ipsa lege: veluti in Deut. cap. 29 apertissimè: vero in cap. 24. Exodi: sic enim ibi scriptum est. *Assumens Moses volumen fœderis, legit audiente populo, qui dixerunt: omnia quæ locutus est Dominus faciemus & erimus obedientes. Ille vero sumptum sanguinem respersit in populum & dixit: hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.* Vocem autem Hebraicã, *Berith* tres interpretes, Aquila, Symmachus, Theodotio, Græcè vertunt συνθήκη quæ vox etiam significat fœdus & pactũ. Soli septuaginta interpretes vbique trãstulerunt διαθήκη, qua voce significatur testamentum, quod ab his, qui mox sunt moriturì: fieri solet. Et quia aliud est fœdus seu pactum, & aliud est testamentum, propterea Diuus Hieronymus in commentariis suis in epistolam ad Galatas super tertio capite, reprehendit

Pactum quomodo in Scriptura sumatur.

Quæstio 22. Quid sit pactũ hoc Messiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dit septuaginta interpretes, quod vocem illam Hebræam, quæ proprie significat pactum & fœdus, expressérint Græca voce, testamentum significante. Verum pro defensione septuaginta interpretũ, illud facit, quod vox διαθήκη, apud optimos scriptores Græcos, nõ modo significat testamentum, sed etiam pactũ, fœdus, conuentum, pollicitationem, vt Budæus in commentariis linguæ Græcæ luculentissimis exemplis, ex Aristophane & Demosthene depromptis confirmat, addens præterea, eam vocem, cum pro testamento ponitur, fere plurali numero fumi, nec in singulari, nisi admodum raro. Quod autem septuaginta interpretes vsi sint ea voce, non ad significandum testamentum, sed pactum, & fœdus, patet ex Psalmo octuagesimo secundo, *Simul adunati sunt te, testamentum disposuerunt*, &c. Vbi pro testamento, Græce est eadem illa vox: non aliud eo loco significans, nisi fœdus vel pactum, namque illorum verborum hæc est sententia: omnes vicinæ gentes perenne inuicem fœdere, vnanimes aduersum te conspirarunt. Diuus quoque Lucas eadem significatione vsus est ea voce scilicet pro pacto: cum in actis Apostolorum capite tertio, dixit, *vos estis filij prophetarum & testamenti*: & in cantico Zachariæ dixit, *& memoratus testamenti sui sancti*, id est, fœderis, & pacti. Noster autem Latinus interpres, eam vocem sæpe vertit vocabulo, testamenti, sine dubio Latina voce testamenti abusus. Nec hoc latuit Diuum Augustinum, quippe in libro locutionum de Geneti, numero nonagesimo tertio, & nonagesimo quarto, super illis verbis, quæ sunt in vigesimo sexto capite libri Geneseos, secundum antiquam lectionem Latinam, quam tunc sequutus est Augustinus: *Videntes vidimus, quia est Dominus tecum, & disponamus tecum testamentum*: super his inquam verbis ita scribit D Augustinus: *amant scripturæ pro pacto, ponere testamentum*, id est, διαθήκην.

διαθήκη apud Græcos testamentum & pactũ significat

Pactum hic proprie legẽ Euangelicam significat.

Hoc igitur loco tam vox Hebræa: quam Græca & Latina, proprie significat legem nouam, & Euangelicam, quam Christus & Apostoli mundo publicarunt, & per quam, quasi per pactum quoddam Deus promisit hominibus, se, credentibus in filium suum, & legem eius obseruantibus, peccata omnia remissurum, & vitam æternam esse daturum. Hanc legem appellare licet, secundum, vel nouum pactum, fœdus, testamentũ, quod Christus cũ hominibus fecit in cruce pendens, idque sanguine suo aspersit, morteque confirmauit. Hieremias porro clarissimis verbis in capite trigesimo primo docet, duo esse Dei pacta: vnum antiquum illud, datum Iudæis per Mosem in monte Syna, scriptum in tabulis lapideis: alterum vero, nouũ, longe præstantius, vtilius, ac diuturnius priori, dandum per Messiam



Messiam, & in hominum animis mentibusque scribendum. Verum non satis est indicasse locum Hieremiæ, verba quoque eius, quæ plane aurea sunt, & nostra interpretatione, quo nihil in eis reliquum sit obscuritatis, illustrari debent, hoc loco adscribenda duximus: sic igitur ait: *Ecce dies veniũt, dicit Dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum: non secundum pactũ quod pepigi cum patribus vestris, cum eduxi eos de Ægypto, pactum quod irritum fecerunt. Sed hoc erit pactum quod feriam domui Israel, post dies illos dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribam illam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vltra vir proximum suum dicens, cognosce Dominum: omnes enim cognoscẽt me a minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum iam non memorabor amplius.* Nonne his verbis delicijs Hieremias præstantiam legis Euangelicæ, quæ potissimum viget, regnatque in animis hominum, eos illuminans clara Dei cognitione, & purgans peccatorum omnium remissione? At enim ne quis suspicaretur, hoc secundum pactum fore temporarium, sicut fuerat prius illud Mosaicum, & aliquando tandem similiter vt illud, fore antiquandum & abolendum, ideo proximè subiecit pactum legis Euangelicæ tamdiu permansurum, quoad stabit motus cælorum, discursus syderum, noctis, & diei, cæteraque temperiarum vicissitudines, hoc est, vsque ad consummationem, & finem huius mundi: iuxta illud quod Dominus dixit, *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam*: cui illud: *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi*, dixit: Sic igitur post præmissa scribit Hieremias: *Hæc dicit Dominus qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis qui turbat mare, & sonant fluctus eius: Dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus: tunc & semen Israel deficiet vt non sit gens coram me cunctis diebus.* Loquitur autem hic Hieremias de semine Israel, non secundum carnem, sed, vt interpretatur Paulus, secundum promissionem & spiritum. Quod autem subdit Hieremias, ciuitatem Hierusalem ædificatum iri, & instaurandum esse templum, ita vt non destruatur vltra in perpetuum, non debet intelligi de terrena, & corporali Hierusalem, & templo, quippe hæc postea, nec semel destructa, nec per mille quingentos annos, post vltimam eorum euersionem, vsque ad hanc diem reparata esse cernimus. Sed intelligi debet hoc vaticinium Hieremiæ, de Christi Ecclesia, quam res illæ corporales per quandam similitudinem præfigurarunt. Atque hæc de vocabulo illo, *pactum*, dicta sint.

Explicatur locus Hieremiæ ex cap. 31.

Matt. 16. Matt. 28.

Pactũ secundum nũquam irritandũ Rom. 9. Col. 4.

Verum

Universidad de Deusto
Biblioteca



cōformat semultis. *Ioan. 1.* Quibus multis probauerit Christus se Messiam esse, & doctrinā suā esse verā, & primo testimonio omni exceptione maiori.

Verum quid sibi vult illud, *multis*? nam hoc supra, secundo loco positum fuerat explicandum. Possumus id quidem duplici ter interpretari. Primo, vt referatur ad homines, velut Iudæos: & intelligatur Christum confirmaturum pactum suum: id est, doctrinam Euangelicam probaturum, & persuasurum, nō omnibus, sed multis. Et verè quidem, tantum abest, vt omnibus Iudæis Christus eam persuaserit, vt paucissimi fuerint, qui eam acceperint. Itaque Ioānes dixit, *In propria venit, & sui eum non receperunt.* Per discipulos autem suos, multo plures de Iudæis sibi subiecit, de Gentilibus vero, multo plurimos: sed huius rei fuere pauci in comparatione eorum qui in vniuerso terrarum orbe Christi fidem & disciplinam accipere noluerunt. Deinde, illa voce, *multis*, significari potest, Christum esse confirmaturum pactum suum multis & variis argumentorum, & probationum generibus. Quinque enim modis Dominus noster probauit se Messiam esse, suamque doctrinam a Deo esse protectam, eamque cunctis hominibus ad percipiendam vitam æternam, esse omnino necessariam. Primum genus probationis constat multis, variis, & adeo grauibus testimoniis, vt ea nulla tergiuersatione eludi possint. [a] Primū testimonium fuit angelorum, in ortu Christi annunciantium pastoribus, eo die natum esse Saluatorem mundi. [b] Secundum testimonium fuit Magorum, qui ex Oriente venientes, natum iam esse regem Iudæorum, nouæ stellæ miraculo confirmarunt. [c] Tertium fuit eorum, qui illo ipso tempore, quo Christus natus est, iustitia, pietateque ac sanctitate insignes, & apud Iudæos perquam nobiles habebantur vt Elizabeth, Zachariæ, Simeonis, & Annæ. [d] Quartum fuit, multiplex testimonium & præconium Ioannis Baptistæ, cui Iudæi non poterant contradicere. [e] Quintum fuit testimonium Dei patris, magnificè & gloriosè datum in baptismo, & transfiguratione Christi. [f] Sextum fuit Moysis & Heliæ, qui apparuerunt in transfiguratione Christi, & testificati sunt, ipsum esse Messiam. [g] Septimum fuit testimonium ipsorum Pharisæorum, de quibus vnus, Nicodemus, dixit, ferè mus quia a Deo venisti magister. Octauum etiam ipsorum dæmonum, qui eiecti ab ipso ex humanis corporibus, clamabant ipsum esse Christum, & filium Dei. Alterum genus probationis, constat vaticinijs prophetarum de venturo Messia editis, & monumentis literarum confignatis, quæ ad vnum omnia, in Domino nostro fuisse completa, & ipse demonstrauit, & Apostoli eius, deinde probarūt, nec non & nos supra docuimus, cum explicaremus illa verba, *vt impleatur visio, & prophetia.* Tertia probatio versatur in miraculis Christi, quæ fuerunt plurima maximaque. Quapropter Iudæi, vt refert Ioānes cap. 7 dice-

*Matt. 2.*
*Luc. 1. & 2.*
*Matt. 2.*
*Luc 3.*
*Ioan. 1.*
*Matt. 3. & 17.*
*Matt. 17*
*Ioan.*
*Matth. 7.*

Secunda, vaticinijs

Tertio, miraculis.



bant: *Nunquid Christus cum venerit plura signa faciet, quàm quæ hic fecit.* Dupliciter autem ex hoc loco vrgentur Iudæi. Siquidem Dominus noster, & omnia miracula fecit quæ factum Messiam prædixerant prophetæ: & fecit ea miracula, quo declararet, ac probaret se Dei filium esse, verumque Messiam. Quarta approbatio ducitur ex vita, & moribus, ex passione item, & morte Domini nostri: Eam enim vitam egit Dominus noster, is moribus fuit, eam doctrinam prædicauit, denique tali vita, moribus, & doctrina fuit, quali futurum Messiam vates præscripserant. Ea præterea passus est à Iudæis, eoque mortis genere necatus est, vt de ipso Isaiæ cap. quinquagesimo tertio & Dauidem in Psalmo vigesimoprimo vaticinatos esse dubitari nullo modo possit. His adde prodigia, quæ Domino nostro moriente contigerunt. Sol vsquequaque defecit, & sanè præter naturalem rerum cursum, & ordinem horribili motu terra contremuit: velum templi discissum est: sepulchra patuerunt, multique de mortuis ad vitam reuocati, visi sunt multis, & testificati Iesum esse Messiam. Quibus prodigijs permotus Centurio, exclamauit, *Vere filius Dei erat hic.* Quintum & vltimum genus probationis, consistit in prædictionibus Domini nostri, quarum omnium veritatem euentus comprobauit. Fuerunt autem prædictiones Christi, ferè huiusmodi. [a] Prima fuit de suptema ruina, & exitio Iudæorum: [b] secunda, de miraculis quæ facturi erant ipsius discipuli, & sectatores: [c] tertia de maximis & acerbissimis persequutionibus quas erāt passuri: [d] quarta, de Euangelio suo per omnem terram prædicando: [e] quinta de Ecclesia sua vsquequaque & in vniuerso orbe propaganda: [f] sexta, quod eadem Ecclesia, licet foret vbique terrarum & gentium oppugnanda, diuexanda, & conflictanda, nihilominus tamen, vsque ad consummationem seculi esset permansura. [g] denique septima & vltima de genere mortis suæ, de resurrectione post triduum, de missione spiritus sancti, de nomine suo apud omnes gentes, nobilitando, & clarificando.

Quartò ex vita, & moribus.

*Matt. 27.*

Quintò ex prædictionibus Christi Domini nostri præ dictiones

*Luc. 10.*
*Ioan 14.*
*Ioan. 16.*
*Mat. 26*
*Act. 1.*
*Ioa 10.*
*Mat. 16.*
*Mat 20.*

Restat interpretandū illud, quod supra tertio loco propositū fuerat: sunt autem verba illa Gabrielis: *Et erit in templo abominatio desolationis.* Hanc ipsam Gabrielis sententiam nominato eius scriptore Daniele, commemorauit Dominus, vt refert Matthæus capit. 24. nam loquens cum discipulis suis ita dixit: *Cum ergo videritis abominationem desolationis: quæ dicta est à Daniele propheta: stantem in loco sancto, qui legit intelligat, tunc qui in Iudæa sunt fugiāt ad montes.* Esse autē obscura hæc verba Gabrielis, neque cuiusuis intelligendum exposita, & aperta, satis est significatum illis verbis Domini, *qui legit intelligat*, quasi di-

Quæstio 24. Quid sit abominatio desolationis.

si diceret non debent illa verba oscitanter legi, sed diligenti & attento lectore opus est ad ea intelligēda. Verū quid sit *abominatio desolationis*, quæ futura erat in templo, varie admodum exponitur. Ponam hic omnium interpretationes, easque breuiter perpendam, & diiudicabo. Prima interpretatio est Irenei in l. 5. aduersus hereles qui hæc verba exponit de Antichristo, quem putauit ipse, si nalier, vt alij complures antiquorū Patrum, sessurum in templo Hierosolymitano, & tāquam Messiam, & Deum à multis adoratum iri. Qui quidem recte nomina tur abominatio desolationis, abominanda quidem, propter infinita eius scelera plane abominanda, & execranda: desolationis autem, quoniam grauissima contra omnes Christi cultores, concitata persequutione quam māximam potent, vbique facies eorum stragem, & religiosissima eorum templa profanabit, atque desolabit. At enim, non est hæc interpretatio conuenies sententiæ, aut Gabrielis, quæ hæc verba dixit, aut Christi Domini nostri, qui multo post, eadem retulit. Etenim Gabriel hoc loco vt patet ex antecedentibus, & sequentibus, haud dubie loquitur de nece Messiæ, & vindicta eius necis, nō longe post septuaginta hebdomadas de Iudæis sumenda, non igitur, quod de abominatione desolationis dicitur, ad Antichristum referri debet. Dominus autem noster apud Matthæum cap. 24. hæc ipsa verba, sine dubitatione retulit ad futuram Hierusalem vastationē, & desolationē, vt ex cōtextu sermonis eius liquido constat.

1. interpretatio Irenæi, qui per hæc verba Antichristum intelligit.

Secunda interpretatio, est abominationem desolationis, referri debere ad Antiochum Epiphanem, qui in templo Hierosolymitano āse sacrilegè copulato, atque impiè prophanato, abominandum idolum collocauit: de quo ita scripsit Iosephus lib. 12. antiq. *In templo quoque aram posita, porcos macta uit sacrificium à Iudæorum religione alienissimū: & cogebat omnes abrogato veri Dei cultu ipsius venerari Numina: & appidatim extructis templis, atque altaribus, porcinas in eis quotidie immolari victimas. Quin & sanctissimum templum, cui veroque sacratum Deo, deinceps Iouis Olympij cognomen imposuit.* Sic Iosephus. Et si scripsit quidem prior liber Machabæorū, existimari posset in hac fuisse sententia, vt qui in primo capite, quasi ad hoc vaticinium Gabrielis spectans, scripserit, Antiochum super altare Deiædificasse idolum abominationis, siue vt Græcè est ad verbum, abominationem desolationis. Illud autem idolum Antiochi, vocatur abominatio, more Scripturæ, quæ omne idolum vocat abominationem. Dicitur præterea, desolationis, quia idolum illud, vbi, temploque prophanatis atque vastatis, collocatum fuerat. Atqui verba hæc Gabrielis, non benè applicari ad illud Antiochi idolum, patet tribus argumēnis. Primo, quia

2. interpretatio, quæ hanc abominatione ad Antiochū Epiphanem alienispectate Iosephi lib. 12. cap. 7.

Refellitur hæc opinio.

Gabriel



Gabriel significat his verbis mala, & calamitates, quæ Iudæis propter Christi cædem, exactis iam septuaginta hebdomadis, contigerunt illud autē idolū Antiochi, positum est in templo Iudæorū, circa quadragesimā primā hebdomadā, scilicet, non minus centū sexaginta annis, ante Christi Domini nostri aduētū. Adhuc, quod Gabriel affirmat, abominationē desolationis, vsque ad finem, hoc est, vt supra nos exposuimus, in perpetuū, & in omne tempus mansurā: idolū autem illud Antiochi, non plus tribus annis stetit in templo, vt traditur in historia prioris libri Machabæorum, & prædictum à Daniele supra legimus in capite 8. Sed quid opus est argumentis? Omnem enim tollit dubitationem Saluator noster, qui hæc verba citans, manifestè significat, abominationem desolationis, post sua tempora futuram, cum dixit: *Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielem, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.* Cajetanus super cap. 24. Matthæi, arbitratus auctorem prioris libri Machabæorum, in eo loco, qui proximè memoratus est, erasse verba hæc Gabrielis de idolo Antiochi, tacitè eum reprehendit, tanquam peruersè, & contra sententiam Gabrielis, & Saluatoris nostri, verba illa interpretantem. Atque hanc vnā de multis aliis affert ipse rationem ad probandum libros illos Machabæorum nequaquam esse canonicos. Sed profectò deceptus est Cajetanus. Nam nec scriptor ille citauit testimonium Danielis, sed similibus verbis vsus est ad exprimendum scelus Antiochi, & si omnē spectauit ad sententiam Danielis, non tamen ad hanc, quæ est in hoc nono capite, sed ad alteram similitudinem, quæ apud eundem est in undecimo capite, vbi hæc illa verba: *Et brachia ex eo stabunt, & polluent Sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem.* Quo loco Danielem loqui de persequutione Antiochi Epiphanis, consilio est omnium interpretum, & res ipsa loquitur.

*Mat. 24.* Defenditur auctoritas libri Machabæorum contra Cajetanum.

Tertia est interpretatio D. Hieronymi, Chrysostomi, Theodoreti, & aliorum, qui abominationem desolationis interpretantur statuam aliquam, vel imaginem gentilium imperatoris, quorum cultum, & venerationem Iudæi abominabantur; & quia capta vallataque ciuitate, & desolato templo, quomodi imagines à victoribus positæ sunt in loco sancto, id est, intra vrbem, vel templum: propterea dicitur, *abominatio desolationis stans in loco sancto*. Planiorem faciam hanc interpretationem, positis hic prædictorum auctorum verbis. D. Hieronymus in commentariis in Matthæum tradit super vigesimo quarto capite, hæc ipsam sententiam. *Potest*, inquit, *quod dicitur abominatio desolationis stans in loco sancto simpliciter intelligi aut de Antichristo,*

3. interpretatio D. Hieronymi, Chrysostomi, & Theodoreti, cui hæc de statua imperatoris explicant.

*tichristo aut de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso sancto sanctorum loco, vsque in præsentem diem steterit. Abominatio quoque secundum veterem Scripturam, idolum nuncupatur. & idcirco additur desolationis, quod in desolato templo, atque destructo, idolum positum sit.* Hæc Hironymus. Theodoretus vero hunc Danielis locum pertractans in suis commentariis, similiter exponit de imaginibus Cæsaris, quas Pilatus in vrbem, & templum intulit. *Signum*, inquit *futuræ desolationis in vrbe & templo, erãt imagines quædã legibus interdictæ in ipsum illatæ. Quod Pilatus fecit, qui nocte in sacrum Dei templum imperatorum contra Diuinam legem intulit imagines.* At verò Chrysostomus super vigesimo quarto capite Matthæi, & in secunda oratione aduersus Iudæos, propterea Theophilactus, Euthymius in vigesimo quarto capite Matthæi, referunt ad imaginem Titi Imperatoris, quæ tam expugnata ciuitate in adytis templi statuta est. Sed enim, hæc interpretatio mihi quidem non videtur vera. Et, vt de Pilato primum dicam, liquet ex his, quæ scribit Iosephus libro decimo octauo antiquitatum, capite quarto, imagines illas Cæsaris a Pilato illatas in vrbem, non ibi permansisse, sed statim, repugnantibus obstinatè Iudæis, eductas esse. Et quia tunc non erat desolata vrbs, nec fuit desolata, nisi plus quadraginta annis post id temporis, propterea non poterant illæ imagines appellari abominatio desolationis. Adde ad hæc, quod Christus loquitur de abominatione desolationis, non tam facta, sed post futura: illud autem Pilati factum, si quis chronologiam in historia Iosephi subtiliter exploret, id temporis quo Dominus noster hæc loquutus est, præcessisse cõperiet, verũ hæc certiora, & apertiora fient verborũ Iosephi appositione. *Plinius*, inquit, *ignaris omnibus Iudæis, signa cum effigie Cæsaris in vrbem intulit, ad contumeliam legis nostræ, qua cautum est, ne habeamus huiusmodi imagines. Quocirca priores Iudææ præsides cum signis aliter insignitis vrbem ingredi solebant. Re cognita, magno agmine Iudæi Cæsaream ad Pilatum adeunt, supplices orantes, vt imagines illas alio transferri iuberet. Ille nõ solum pernegat se facturum, quod postulabãt, sed morte minitatur, nisi quamprimũ quiescerẽt. At illi procidentes humi, & exertos præbentes iugulos, manifestè præferebant, vitæ sibi cariorem esse patriæ legis obseruantiam. Tum Pilatus, tam constantem legum studium admiratus, continuo eas imagines Hierosolymis Cæsaream reportari iubet.* Sic Iosephus. At verò, quod dictum est de imagine Titi, vel de statua equestri Adriani, non est probabile. Nam Iosephus, qui præsens interfuit expugnationi Hierusalem, & omnia tunc facta, etiam dicta memorabilia, septem de bello Iudaico scriptis a se libris diligentissimè complexus est, ne verbum quidem de Titi imagine in templo posita vspiam facit. Deinde quod Dominus dixit de abominatione desolationis, id quasi signum dedit antecedens desolationem Hierusalem, vt eo viso, possent, qui id petent, fuga sibi consulentes imminens Iudæis exitium euitare. At qui tam imago Titi quam statua equestris Adriani, non nisi post ruinam & desolationem vrbis, posita fuisse dicitur.

Refellitur hæc interpretatio.

Quarta interpretatio, auctoris historiæ scholasticæ in historia Danielis, capite decimo, qui abominationem desolationis, interpretatur sacrificia, & ceremonias Iudæorum, quæ post mortem saluatoris nostri statim futura erant inualida, abominanda, & paulo post desolanda, seu abolenda. Hanc interpretationem, præter ceteras, probasse videtur Dionysius Carthusianus. Etenim in commentario huius loci ita scribit: *Et erit in templo abominatio desolationis id est, sacrificia & ritibus templi, post Christi occisionem, erit abominabilis desolatio, ipsaque sacrificiorum oblatio erit sacrilega, detestabilis, abominataque Deo: nec erit in templo, post Euangelij promulgationem, verus Dei cultus, sed potius Iudæ diaboli.* Veruntamen hæc interpretatio, neque congruit cum sensu, & mente Danielis, seu Gabrielis, qui aperte distinxit abominationem desolationis, defectione hostiarum, & sacrificiorum, cum dixit: *In dimidio hebdomadæ deficiet hostia, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis.* Neque consentit cum Domini nostri sententia, qui hæc ipsa verba citans apud Matthæum capite vigesimo quarto, desolationem abominationis stantem in loco sancto, dicit fore certissimum signum, & quidem omnibus ex æquo, proximè appropinquantis desolationis Hierusalem, & exitij Iudæorum. At, quod sacrificia legalia post mortem Christi essent infructuosa hominibus, & ingrata Deo, paucis Iudæorum, immo nullis præter Christianis, notum erat. Neque id signum esse poterat iamiam ingruentis illius captiuitatis, cum inter mortem Christi, atque euersionem Hierusalem, non minus quadraginta annis intercesserit.

4. interpretatio historiæ scholasticæ & Dionysij Carthusiani, qui hæc de Iudæorum sacrificiis explicat. Reiicitur.

Quinta interpretatio est Tostadij super vigesimo quarto capite Matthæi, & super eodem loco Ioannis Hesselij Louaniensis, nec non & Cornelij Iansenij in commentariis suis super capite 122. concordiæ Euangelicæ, hi existimant per abominationem desolationis stantem in loco sancto, id est, in templo, intelligi debere plurima & nefandissima scelera, quæ intra ipsum templum facta sunt à Iudæis, eo ipso tempore, quo vrbs Hierusalem obsidebatur à Romanis. Tunc enim execrandis sacrilegiis pollutum est templum, quin etiam crudelissimis cædi-

5 interpretatio Tostadij, Hesselij, & Iansenij, qui hæc de sceleribus in templo patratis declarant.

Zelotæ quâ faciunorandi, & sceleratiut refert Iosephus fuerint.

ce libris, & innocentium hominũ sanguine redundauit, quorũ scelerum principes, & auctores fuere qui vocabantur Zelotæ, sic appellati à ipsis, vt scribit Iosephus libro quarto de bello Iudaico capite quinto, tanquam patriæ libertatis & dignitatis, bonarumque disciplinarum & studiorum æmuli essent: cum tamen ipsi omnem facinorum immanitatem superarent. De quibus idem Iosephus libro secundo capite vigesimo octauo ita scribit. *Omnis genus iniustitiæ incredibiliter viguit in Zelotis: qui nomen sumpsit factis verum esse probauerunt. Omne enim malitiæ facinus emulati sunt, nullo quod autem memoriæ prodi-tum esset, prætermisso quamuis nomen sibi ex bonorum æmulatione imposuissent: ipsi malorum, quæ maxima essent, bona ducebant, ita quæ debitum vitæ finem inuenerunt. Cuncta enim quæ natura hominis ferre posse supplicia erat, vsque ad extremi vitæ terminũ congesta sunt: quæ à variis peremptis cruciatibus pertulere.* Sic Iosephus. Hanc igitur abominationem scelerum illantem in templo, in quod illi Zelotæ se receperant, eo tamquã castro, nulla sacri religione, nulloque rerum sacrarum respectu, impurissime abutentes, intellexit Daniel hoc loco, & Dominus noster tradidit, tam quam signum proxime antecedẽs, ac prænunciãs imminentem genti Iudaicæ calamitatem, ac desolationem. Quibus consona scribit Iosephus libro quinto, capite secundo, de bello Iudaico. *Vetus*, inquit, *euidam fermo, nunc seribatur, tunc domum Ciuitatem captum iri, sancta quoque sanctis excrendi esse bogi bella. cum sedicio fuisset exorta, templumque Dei, propria Iudæorum manus antea vicit essent. Quibus Zelotæ, nihil de eorum fide dubitantes, omnia se præbuerunt.* Sed illud memorabile, quod idem Iosephus libro sexto, capite decimo sexto, intimo & acerrimo doloris sensu scripsit. Nam, cum narrasset sacrilegia, & nefaria scelera, quæ quotidie fiebant in templo, hæc subiecit. *Non equidem recusabo dicere quæ dolor iubet. Puto si Romani contra tam noxios nostræ gentis homines venire tardassent, aut hiatu terræ deuorandum fuisse ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulminum ad similitudinem Sodomæ incendia passuram: multo enim maiori impiorum progeniem vicit, quam ea fuit quæ illa supplicia pertulerat.* Atque hæc est quinta interpretatio,

Reiicitur hæc interpretatio.

& prædictorum auctorum opinio. Quam equidem, vt probabilem esse non inficior, ita nullo non probati, ingenue fateor. Nam licet execranda illa Zelotarum facinora, possint appellari, & significari vocabulo abominationis, nomen tamen desolationis, non potest illis applicari, & accommodari. Non enim auctores illorum scelerum, effectores desolationis verbis & templi fuerunt, sed Romani, verum dicet aliquis, fuisse illos illorum causam desolationis, non quidem efficientem, sed meritoriam:



ritoriam: quippe, promeruerant illis suis flagitiis, tam apud Romanos, quam apud Deum, vt desolaretur eorum ciuitas. Sed id facile refellitur. Cum enim post mortem Christi, templum Hierosolymitanum non fuerit amplius sanctum & gratum Deo, sed quasi prophanum & immundum, omni eius loci sanctitate ac religione simul cum Christi morte pœnitus extincta: nulla ratio erat, cur prophanatio & contaminatio eius loci, tanto supplicio & exitio vindicaretur, atque expiaretur. Romanos vero manifestum est, non propter scelera in templo patrata, sed propter defectionem & rebellionẽ Iudæorum, tantis malis & calamitatibus eos afflixisse. Deum porro non tantopere castigasse Iudæos propter scelera illorũ Zelotarum in templo facta, sed propter impiam eædem filij sui Domini nostri liquido intelligitur ex verbis Saluatoris nostri, quæ ita refert Lucas cap. 19. *Cum videret*, inquit, *ciuitatem Hierusalem fleuit super illam dicens: quia si cognouisses & tu, in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo & conangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent lapidem super lapidem, eo quod non cognouerit tempus visitationis tuæ.*

Restat sexta & vltima interpretatio, quæ est D. Augustini in epistola octogesima, quæ scripta est ad Hesychium, & item Caietani super 24. ca. Matthæi: eamque nos cæteris omnibus anteponimus. Arbitramur igitur, abominationem desolationis, non significare aliud, nisi Romanum exercitum vndique circumdantem & artissimo obsidente ciuitatem Hierusalẽ. Vocatur ille exercitus, abominatio, quia conflabat ex Gentilibus adorãtibus & colẽtibus idola, Iudæis abominata & execrata. Additur præterea illud *Desolationis*, quoniam tandem exercitus ille cœpit, diripuit, incendit, ac desolauit vrbem, & templum. Veram esse hanc explanationem, patet eo argumento, quod Lucas capite 21. narrans eadem verba Domini, quæ & Matthæus cap. 24. & Marcus 13. memorauerant: pro eo quod illi scripserunt, *cum videritis abominationem de-solationis stantem in loco sancto, tunc qui in Iudea sunt fugiant in montes &c.* Lucas, qui post illos scripsit Euangelium, quod ab illis inobscurè dictum fuerat, planius & apertius dicens, ita scripsit: *cum videritis circumdari ab exercitu Hierusalẽ, tunc qui in Iudea sunt fugiant in montes.* Liquet igitur ex antecedentibus & consequentibus, & ex ipsa forma narrationis, idem esse apud Matthæum & Marcum *abominationem desolationis*, quod apud Lucam, *exercitum circumdantem Hierusalem.*

6. Interpretatio D. Augustini & Caietani prædictis longe probabilior exercitũ Romanũ hac voce designari, & esse indicans.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nam quod ait Euthymius super. 24. capite Matthæi, Saluatorem nostrum duo dedisse signa appropinquantis desolationis Hierusalem: vnum quidem de abominatione desolationis stante in loco sancto, quod Matthæus & Marcus narrarunt: alterum vero de exercitu circumdantem Hierusalem, quod Lucas retulit: hoc inquam, non est profecto verisimile, cum omnes tres Euangelistæ narrent eundem numero sermonem Domini, videlicet eodem loco, iisdem sententiis ac penè verbis, cum eisdem discipulis, denique eodem tempore habitum.

Dubitatio, de quo exercitu, & obsidione Hierusalē loquatur D. Lucas

Sed vnus etiamnum heret scrupulus, de quo exercitu & obsidione Hierusalem, intelligendū sit, quod scripsit Lucas. Nam Ioannes Hesselius, & Iasenius, iisdē locis quę supra posuimus, putant Lucam nonloqui de vltima obsidione Hierusalem à Tito imperatore facta: non enim ea fuisset idoneum signū ad fugiendum imminens exitium, nimis enim sera fuisset fuga, cū Iudæa & Galilæa iam essent vastatæ, & Hierosolyma tenerentur obsessa. Censent igitur, quę scribit Lucas, ea referri oportere ad priorem quandam obsidionem Hierusalem quę facta est, à Cestio præside Syriæ, & memoratur à Iosepho in ca. 24. libri secundi de bello Iudaico. Is enim partem exteriorem ciuitatis expugnauit, & interiorem, in qua templum erat, & quo seditiosi sese receperant, obsedit. Postmodum tamē, nescio quo consilio, soluit obsidionem: scilicet, Deo impios Iudæos ad grauiora supplicia reseruante, & Christianis fugæ locum dante. Sic illi. At ego sine vlla dubitatione affirmare ausim, quę traduntur à Luca de exercitu circumdante Hierusalem,

Ostendit obsidionem Cestii non fuisse eā, quę hoc loco præcipitur.

ea, si diligenter perpendantur, nequaquam referri posse ad obsidionem Cestii, sed ad supremam obsidionem Titi imperatoris, quæ desolationem vrbi, & summum Iudęis exitium attulit, omnino pertinere. Illa enim obsidio Cestii, vt Iosephus narrat, nec plena fuit, & fuit breuissima, quęque non fregit animos Iudęorum, sed audaciam magis auxit. Etenim Cestius, paulo postquam obsidere cœperat vrbem, cum eam breui & facile capere potuisset, repente soluta obsidione, similis fugienti, magno suo dedecore, magnaque suorum strage discessit. Mox enim in sequentes eum magna frequentia Iudęi, vehementiusque prementes, ad sex millia militum, partim equitum, plurimum vero peditum, interfecerunt. Loqui autem Lucam de vltima obsidione Hierusalem, quam excidium vrbis & templi maximaque Iudęorum calamitas consequuta est, nemo non perspicuè intelliget, qui paulisper aduertat animum ad verba quibus eā obsidionem Lucas descripsit: sic enim ait, *Cum videritis circumdari ab exercitibus Hierusalē, tūc scitote quia appropinquauit desolatio eius*



*eius. & quia dies vltionis hi sunt, erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. & cadent in ore gladij. & captiui ducentur in omnes Gentes. et Hierusalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum.* Hæc verba Lucæ, in obsidionem Cestij, nullo modo conueniunt, ad illam vero Titi imperatoris, mirifice quadrant. Et licet tunc obsessis in Hierusalem, nulla erat fugiendi facultas: erat tamen iis, qui in reliqua Iudææ regione versabantur, de quibus nominatim Saluator noster loquitur. Quamquam, quod ille dixit de abominatione desolationis, non tam signum esse voluit ad fugiendum, quam ad intelligendum impendere genti Iudæorum irremediabilem calamitatem, & excidium nullo tempore reparabile. *Illud enim qui in Iudæa sunt, fugiant in montes*, significat, tantam fore calamitatem, vt nullibi salutis & tutis esse liceat Iudæis, nisi in montibus & inaccessis locis.

Verum non conuenit in explicatione huius quæstionis esse longiorem. Duo tantum breuissimè adiiciam, minuta illa quidem, & quæ sine magno doctrinæ, aut legentium damno potuissent omitti: sed curiosa tamen lectori, & quem in hac tractatione septuaginta hebdomadum, nihil, quod fieri possit, latere vellemus, minime ignoranda. Reperi apud Eſychium in Epistola, quam scripsit ad Dinum Augustinum, quæ inter Augustini epistolas numeratur, septuagesima nona, nouam quādam & ceterarum omnium dissimilem, miramque huius loci Danielis lectionem, quæ ita se habet. *In dimidio hebdomadę, tolletur sacrificium meum, & desolationem supplicatio interritus, & ad sacrificium abominatio.* Vnde hanc ille hauserit lectionem, mihi quidem non liquet, illud patet, eā lectionem vsque adeo mutilam, confusam & perplexam esse, vt vix certam aliquam ex ea sententiam sit eliecre. Est præterea intelligendum illorū verborum, *In dimidio hebdomadę deficiet hostia, & sacrificium*, præter communem, & à nobis supra expositam interpretationem, secundum quam significatur illis verbis, in quarto anno vltimæ hebdomadis occisum iri Christum, & post eius mortem cessatura Iudæorum sacrificia, alteram quandam interpretationem tradi ab auctore historiæ scholasticæ, in historia Danielis capite decimo, eamque in commentatio huius loci commemorari, neque improbari à Dionysio Carthusiano. Interpretatur ille, *dimidium hebdomadę*, non quartum annum, qui medius est inter septem, quos vltima hebdomada cōtinet, sed posterius dimidium, seu medietatem hebdomadæ. Diuidit enim vltimam hebdomadam in duo dimidia seu medietates, vtrique assignans tres annos & dimidium. In dimidio igitur hebdomadæ, id est, posteriori medietate, hæc sunt facta. In

Notabilis interpretatio

Universidad de Deusto
Biblioteca



exordio illius diuisionis, baptizatus est Christus: deinde, per tres annos & dimidium, prædicatur Euangelium: denique in fine illius hebdomadis, qui sunt etiam terminus vltimæ hebdomadis, mortuus est Christus: post cuius mortem omnis vanus legalium sacrificiorum præstigiæ euanuit. Sic ille. Hanc interpretationem propterea hic commemorare volumus, quod eam diligenter à lectore animaduerti & obseruari cupimus: ea namque vtimur in extremo libro vndecimo, ad enodandam grauem quamdam difficultatem, quæ implicata est cum ea opinione, quam de exitu & fine septuaginta hebdomadum, nos omnium probabilissimam esse decreuimus. Sed finem aliquando tandem faciamus, huic decimo libro, qui totus in explanatione huius nominis raptus versatus & consumptus est. Sequitur proximè liber vndecimus, in quo disputationem de septuaginta hebdomadis, ipsa tua obscuritate clarissimam, & multitudine ac dignitate eorum, qui de ea disseruerunt, nobilissimam: in quis etiam varietate sententiarum, maiori profecto, quam in alia vlla disceptatione, celebertimam, separatim tractandam explicandamque suscepimus.

# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV. COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER XI. IN DISPVTATIONEM DE SEPTVAGINTA HEBDOMADIS.

## PRÆFATIO.

De obscuritate ac difficultate disputationis.

GAbriel docturus Danielē mysterium septuaginta hebdomodum, præfatus est nonnulla, quibus significauit quæ dicturus erat, fore obscurissima, & ad quæ intelligendo vigilantissimo, atque intentissimo animo esset opus. Sic enim affatus est Da-



Danielem. *Ego veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animaduerte sermonem, & intelle e visionem,* & paulo post rursus exclamans: *Et tu ergo, & animaduerte.* Hæc autem Gabrielis verba explanans D. Hieronymus, *tam ob scuram, inquit, est visio hæc de septuaginta hebdomadis, vt Daniel, tantus propheta, magisterio & doctrina Gabrielis indiguerit ad eam intelligendam: & certum Gabriel existimat animum Danielis, iubetque diligenter audire, & animaduertere quæ de mysterio hebdomadum ipse breuiter explicare volebat: quod nos facere oportet, qui nec dictatum prophetæ lumē habemus, quo tamen Daniel abundabat, & tenebris miseriæ, vitiorumque caligine oppressi, & obcæcati sumus.* Sed quanta in huius visionis obscuritas, manifestum erit expansis, quæ hic subiiciam: Origenes in tract. 29. in Matth. *sermonem* inquit, *Danielis de septuaginta hebdomadis, prout conuenit confiteri, nullus est, nisi spiritus sanctus qui Danielem hoc mysterium docuit, & per eum literis consignatum Ecclesiæ tradidit.* D. Hieronymus in commentarium huius noni capitis, aggressus tractare hanc disputationem, alienarum opinionum nuda expositione contentus, suam nolue proferre sententiam, vel quia in re obscurissima nihil exploratum, & certum habuit, vel quia, vt ipse ait, periculosissimum duxit, de magistrorum Ecclesiæ iudicare sententijs, & alterum præferre alteri. Quod si Hieronymus vir doctissimus, (vt ea in verbis Eychij, quæ sunt in Epistola eius ad Augustinum) non audet de hac quæstione suam proferre sententiam, quanto magis lector hoc facere non debet, quod magister facere dubitauit? Porro D. Augustinus, quotiescunque in hanc quæstionem incidit, veluti in Epistola octogesima, qua respondet prædicto Eychio, & in libro decimo octauo de ciuitate Dei, capite trigesimo quarto, semper quasi confutō, eius quæstionis tractationem reliquit. Forsasse, vt erat ingenio acutissimo, vidit, multas magnasque in eam quæstionem inclusas atque inuolutas esse difficultates, quas omnes à se pœnitus expediri posse diffidebat. Deinde de obscuritate huius quæstionis satis ostendit incredibilis sententiarum varietas, tam apud Græcos, quam apud Latinos: tamque apud veteres, quam apud recentiores. Cum autem sapientes viri de re quapiā inter se dissentiunt, & quia vnusquisque multum valet auctoritate, & quia fuæ quisque opinionis probabiles rationes affert, difficillimū ea res facit veritatis iudicium. Adiice, quod si arduū est, vnius monarchiæ aut regni historias & chronologias bene cognitas & perspectas habere: quāti erit negotij, omniū historiarū, & chronologiarū, ad tres principales monarchias, Persicā, Græcā, & Romanā pertinentiū, quę omnes cū hac disputatione implicatæ sunt, certā & explicatam tenere

nis, quæ est de septuaginta hebdomadis.

D. Hieronymi sententia.

Origines

Eychij sententia.

D. Augustinus refugit expositionem 70. hebdomadum,

Quatuor esse præcipuas difficultates in disputatione de septuaginta hebdomadis

tenere cognitionē? Ad hæc circa hāc quæstionē de septuaginta hebdomadis, quatuor sunt principales difficultates, quarū vnā quamlibet, sicut patebit, cognoscere ad diiudicare, operosissimum est. Prima difficultas est, de initio, vnde incipiant hebdomades: secunda de earum exitu & fine, quo inquam tempore terminandæ sint: tertia, principio & fine constitutis, an quod interiectum est tempus, complectatur omne spacium septuaginta hebdomadum, hoc est, nec pluret, nec pauciores annos, quam quadringentos nonaginta, qui in septuaginta hebdomadis continentur, quarta & vltima difficultas est in demonstrando omnia mysteria, quæ Gabriel dixit in decursu harum hebdomadum euentura, eo tempore quod est designatum, ac definitum euenisse. Ex his apparet, magnam esse huius quæstionis difficultatem. Et quemadmodum apud antiquos, quo aliquid esse obscurissimum significaretur, tanquā prouerbij loco dicebatur, esse id obscurius numero Platonico, ita nunc, & sane verius, dici posset obscurius esse septuaginta hebdomadibus Danielis. Verū, quo maiorem in hac disputatione obscuritatem ineſſe constet: eo maiori studio & diligentia enitendum nobis est, efficiendumque, vt discussis omnibus difficultatum tenebris, liquidam veritatis lucem lector aspiciat. Tripartito autē hic liber a nobis diuisus est: in prima

Diuisio huius libri.

parte præmittuntur octo quæstiones, quibus non ante profligatis, ne digitum quidem in hac disceptatione progredi posse mus: contra vero, diligens earum explicatio, incredibiliter conducet ad refellendas falsas opiniones, & quam veram esse censebimus, ad eam sententiam muniendam, atque confirmandam. Secunda pars, connexet expositionem & confutationem variarum opinionum, quæ de computatione septuaginta hebdomadum apud varios auctores inueniuntur. Extrema libri pars in sententiæ nostræ probatione & confirmatione versatur.

## *Prima pars disputationis, quæ continet octo quæstionum explicationem.*

1. Quæstio. Quæ sit omnium probatissima chronologia.

PRima quæstio esse debet de chronologia, qua vtendum nobis est in hac discrepatione. Nam cum vsus chronologiæ, per vniuersam hanc disputationem fusus, & frequentissimus sit: quin etiam genus argumentandi ductum ex chronologia, non modo sit crebertimum in hac doctrina, sed etiam valentissimum, nec vero apud omnes auctores simplex, & vnius modi sit chronographia, sed admodum varia & multiplex, quis non intelligit, ante omnia, decerni ac definiri oportere, quænam sit chronologia probatissima, fideque dignissima: & quam



quam nos, posthabitis cæteris, maximè sequi debeamus. Sunt autem quatuor chronologiæ, quibus vsi sunt auctores, qui hāc quæstionem tractarunt. Vna est Hebræorum, altera est Methodij, & Eusebij: vel, vt breuius ac verius dicam, Ioannis Annij Viterbiensis: tertia est, quæ in qualibet monarchia & regno, numerum regum & annorum, quibus regnatum est, diligenter colligit: quarta, Græcis & Latinis vsitatissima, Olympiadum computatione continetur. De his quatuor chronologiis quod sit iudicium, quæ nostra sententia, paucis indicandum est lector.

Quadruplex chronologiæ genus.

Prima igitur chronologia, est Hebræorum: quam Rabbini ex Thalmudicis scriptis deprompram, & suo sensu & arbitrio confictam, in explanandis sacris literis crebo vsurpant. Hanc nonnulli, etiam de Christianis scriptoribus amplexi sunt, velut Nicolaus de Lyra, super primo capite libri Esdræ, & libri Esther, & super nonum caput Danielis. Verū huiusmodi chronologiam esse mendosissimam, ac planè ridiculam, manifestis argumentis concluditur. Principio, illud Hebræi pro veto cer toque habent, nec plures reges, nec plures singulorum regum annos fuisse in aliqua monarchia, vel regno, quam qui in sacris literis memorantur. Quo fit: vt Balthasarem vltimum regem Chaldæorum, tribus tantum annis regnasse affirment, quia in Scriptura, hoc est apud Danielem, capite octauo, de regno eius non vltra tertium annum mentio fiat. Cyro quoque primo Persarum regi, tres dumtaxat imperij annos assignant, quod Daniel capite decimo, tertium annum eius regis nominet. Similiter, Darium, cuius principatu templum Hierosolymitanū refectum est, sex modo annis regnasse perhibent, quod eorum meminerit Esdras, nec vltra memoret Scriptura. Denique monarchiam Persarum non nisi quatuor reges vsque ad Alexandrum magnum tenuisse arbitrantur, hoc est Cyrum, Cambysem, Assuerum, & Darium: & propterea quod scriptum est apud Danielem capite vndecimo, tres reges post Cyrum in Persidē regnaturos. Atque hanc opinionem etiam Diuus Hieronymus tetigit super septimo, & vndecimo capite Danielis. At enimuero, hæc doctrina, & sententia Hebræorum plena est insciticæ, absurditatis, & inconstantiæ. Quid enim magis inerudi-

An vera sit chronologia Hebræorum.

tum atque insulsum esse potest, quam propterea negare plures reges fuisse in aliqua monarchia vel regno, aut eos pluribus annis regnasse, quod de pluribus diuina Scriptura mentionem nō faciat? Non enim sacra Scriptura profanam historiam & chronologiam, simpliciter, & absolute tractat, sed eatenus modō, quatenus ad historias sacras pertinet. Quocirca B. Hieronymus, super vndecimo capite Danielis, *Scriptura*, inquit, *sancta*

Chronologię Hebræorum quam illi Seder holā vocant mendosissima.

A sacra Scriptura exacta profanarum rerū Chronologia petenda non est.

*propositum*

Notabile documentum D. Hieronymi.

*propositum est, non extremam absque laudis historiam texere, sed eam quæ Israel populo copulata est. Quæ sit, ut historiæ Gentilium nec plenè, neque ordinatè tradat: non enim curæ fuit spiritui prophetali, his esse ordinem sequi, sed præclara quæque perstringere.* sic Hieronymus. Mira quoque cernitur Hebræorum inconstantia, neque enim suum hoc ipsi perpetuum tenent propositum & institutum. Nam si cogitarent sibi, non tribuerent Dario Medo duos imperij annos: cum scriptura apud Danielem capite nono, vnius tantum anni meminerit, nec regi Euilmerodach assignarent viginti tres annos, cum ex ipsa scriptura, plures vno anno nonpossint colligi, nec affirmarêt matrimonium Esther, regem Assuerum, regnasse quatuordecim annis, cum liber Esther anni duntaxat duodecimi memoriam habeat. Quid plura? Darium, sub quo ædificatio templi absoluta est, sex annis regnasse dicunt Hebræi, eumque faciunt vltimum regem Persarum: at vero Esdras & Nehemias, regem Persarum laudant Artaxerxem, eiusque trigesimum secundum regni annum memorant, quem post fabricam templi consummatam regnasse ex historijs Esdræ, & Nehemiæ manifestum est. Sed quis non facillimè animaduertat, chronologiam Hebræorum fallam & commentitiam esse, quorum scripta videat innumerabilium errorũ, & fabularum esse referta? Quod si eorum philosophiã, & theologiam improbamus, cur eximimus, atque retinemus, cur non itidem historiam, & chronologiam negligamus? Præsertim cum ipsi sua tantùm scripta legãt: libros autem exterorum scriptorum, vel attingere, nefas ducant, & religioni vertant: è quibus tamen solis, res gestæ, ac tempora regum gentilium, vere cognosci possunt. Ar, quasi dissimiles illorum Iosephus fuit, vir eiusdem tamen gentis, ac religionis. Is namque in omni Latinorum, & Græcorum scriptorum genere pernolutatus, omnem Gentilium historiam, & chronologiam excussit, & perdidicit: ideoque ab illorum Hebræorum ineptijs, & nugis remotissimus fuit.

An probanda sit chronologia Ioannis Annij, subspecioſis, sed falsis nominibus.

Altera est chronologiaphis, vt dudum dixi, Ioannis Annij, nobilissimorum tamen auctorum Berosi, Manethonis, Metasthenis, & Philonis nominibus sucata, & suberrata. Quam ille, Patrum postrorum memoria, nescio vnde exulam, torquentem antea seculis ignotam moralibus commentarijs, à se auctam in publicum emisit. Eam vero, multi nostræ ætatis scriptores præter historiam, & chronographiam in cæteratum disciplinarum studijs diligentes, docti, ac nobiles, vt Ioannes Driedo, Nauclerus, Valernus, Antelmus, Ioannes Lucidus, Michael Medina, Sextus Senensis, alique, per quam studiosè sequuti sunt, eius omnibus sententijs, non minùs, quam oraculis, fidem adhibentes.



Atque illi quidem eo deducti sunt, partim allecti eius chronographiæ brevitate, perspicuitate, & omnìũ eius partium inter se consonantia: partim præclaris veterum auctorum titulis decepti. Verùm non omnes hoc errore capti sunt, sed scripta illa alia, & nitida esse deprehenderunt, atque ostenderunt ante nos, Volaterranus, Ludovicus Vives, & quidam alij, limati iudicij scriptores: in quo, præcellit omnibus Ioannes Vergara, homo Hispanus, & Toletanæ Ecclesiæ canonicus, atque in omni subtilitate chronologiæ, & historiæ solertissimus, atque doctissimus. Hic scripsit Hispanico sermone, libellum de octo quæstionibus, de quibus permulta in Latinum sermonem conuersa: Melchior Canus, in vndecimum librum, de locis theologicis, qui est de historia, ad verbum transtulit, & ex illis viri fontibus, hortum illum suum multipharium, & abundanter irrigauit.

Sed cur nos, libros illos Annianos, tam multis viris doctis maximè probatos, nullo modo probandos esse censeamus breviter hoc loco dicendum est. Principio, Berosus Annianus historiam Assyriorum, & Chaldæorum pertexuit, vsque ad decimum octauum regem Assyriorum, qui æqualis fuit Danai, cuius tempore regnum Troiæ habuit exordium, atque hic historiam Syriacam, & Chaldaicam finiunt, hoc est, aliquot seculis ante bellum Troianum. At, verus Berosus, quem nempè citat Iosephus, & cuius in priore libro, contra Appionem, partem historiæ de rebus Chaldaicis commemorat, non tantùm vltra Danum, & decimum octauum regem Assyriorum, sed etiam vltra bellum Troianum plus sexcentis annis, videlicet vsque ad Cyrum, in sua historia processit. Quin Metasthenes ipse Annianus confirmat, Berosum scripsisse historiam regum Assyriorum, vsque ad Sardanapalum, vltimum illius monarchiæ regem: vt mirum sit, non vidisse Annium hanc repugnantiam, inter Metasthenem, & Berosum, cum ambo tamen libri in eadem officina Anniana excusi, & perfecti fuissent. Adiice, quod Berosus Annianus, vnum modò librum scripsit, de historia Assyriorum: verò autem Berosi, Iosephus in primo libro, contra Appionem, etiam tertium librum de rebus Chaldaicis nominat. De Manethone autem hoc tantum dicam, Annianum Manethonem, multo secus, de regibus Ægyptiorum scribere, quam scripsit vetus Manethon, cuius benè longam orationem, in priore libro adiectus Appionem, Iosephus commemorat. Et Manethon quidem Annianus à Dauo, vsque ad cladem Troianam, paulò plures triginta, & trecentis annis enumerat: Iosephus autem ex vero Manethone, à Dauo, vsque ad excidium Troiæ, sexcentos fermè

Berosi, Manethonis, Metasthenis, & Philonis edita. Chronologiã Anni, qui auctores reprehenderunt. Vives in c. 1. lib. 18. de Ciuita te Dei. Volater. lib. 14. Anthropol. Contra Berosum Annianum.

Contra Manethonem Annij.

Contra Metasthenē Ioannis Annij

fermè annos præteriisse demonstrat. Venio ad Metasthenem: in cuius libri exordio, non est ferenda Ioannis Annij censura, plena arrogantiæ, temeritatis, inscitiæ. At in monarchia Persarū, solos Metasthenem, & Cteliam Gnidium sequendos esse, quasi veraces eius monarchiæ scriptores. At Diodorus Siculus, qui sequutus est Cteliam Gnidium in historia regum Persidis, omnino discrepat ab isto Metasthene, & cum Herodoto, Thucydide, Iustino, & aliis, quos dānat Annius, mirificè congruit. Deinde repudiat, atque reiicit Annius Herodotum, Iustinum, Iosephum, Clementem Alexandrinum, Tacianum, Iulium Africanū, Eusebium, Hieronymum, Orosium, & Bedam. At quos vitos? scilicet, cum quorum, vel minimo, nulla re compārandus sit Annius. Sed ratio, quam reddit, cur prædictis auctoribus non sit credendum, ea clarissimè prodit, & arguit insignem eius in legendis veterum scriptis, vel ignorantiam: vel incogitantiam. Affirmat supradictos auctores, contra omnem publicam fidem scripsisse, Babylonem captam esse à Dario Medo, aliquot annis post mortem Cyri: cum constet fuisse expugnatam à Cyro, & Dario Medo, priusquam soluta fuit captiuitas Iudæorum. Verum; in quo Annius reprehendendos putauit veteres in eo ipse puerilis ignorantiæ reprehensione dignissimus est. Quis enim, tantum non oscitanter, & incogitanter legens Herodotum, & Iustinum, non videt bis narrari ab ipsis captam Babylonem? prius quidem à Cyro, vt narrat Herodotus libro primo: posterius autem cum ipsa defecisset ab imperio Persarum, & rebellasset, à Dario, non Medo, sed Hystaspis quarto Persarum rege? Sed excutiamus chronologiam istius Metasthenis. Primo, vnde auctor ille numquam ante ætatem Annij vel fando auditus, & notus, repente prodiit? Etenim Metasthenem scriptorem rerum Indicarum, Strabo, Plinius, Solinus, Alphæus, Iosephus, Eusebius, & Hieronymus sæpe citarunt: Metasthenem autem istum, qui de rebus Persicis scripserit, nemo veterum agnouit. Præterea Metasthenes Annianus mirificè laudat Berosum in historia regum Chaldeorū, & Assyriorum: quomodo igitur ipse contraria Beroso de illis regibus scribit? Tradit enim Nabuchodonosor regnasse quadraginta quinque annos: Euilmerodach, triginta, Neglissar, seu Regnassar, tribus, Labosardach, sex, Baltazar quinque. Atqui verus Berosus apud Iosephum in priore libro aduersus Apionem, longè secus, quadraginta tres annos: Euilmerodach, duos. Neglissar, quatuor: Labosardach, nouem menses, Balthasari, seu, vt, ipse nominat, Nabonido, septem, & decem annos. Cæterum, ex eo clarissimè apparet istum Metas-

Babylon bis capta.



sthenem esse totum commentitium, & cui nullatenus credendum sit, quod in monarchia Persarum ab omnibus Græcis, & Latinis, melioris notæ scriptoribus, maximè discrepet in regum Persidis numero annis, nominibus, rebus gestis: denique in ipsius monarchiæ diuturnitate. Nam cum ex omnibus historiis, Græcis, & Latinis, velut confirmat Hieronymus super septimo & vndecimo capite Danielis exploratissimum, & notissimum sit à Cyro, vsque ad Alexandrum Magnum quatuordecim fuisse reges Persarum, eamque monarchiam ad triginta, & ducentos annos stetisse: iste Methasthenes Annianus octo duntaxat reges numerat, nec plus vno, & nonaginta centumque annis imperium Persarum durasse affirmat. Sed quo euidentius mendacia, & figmenta istius Metasthenis appareant, ponam hic velut ante oculos lectoris, numerum, & nomina regum Persidis quemadmodum à Metasthene traduntur. Facit ille auctores, & fundatores eius monarchiæ, Cyrū, & Darium Medum, fratres, qui cōstituta monarchia simul regnarunt duobus annis. Deinde Cyrus mortuo Dario, solus regnauit viginti duobus. Post Cyrum, Priscus Artaxerxes, filius Darij Medi, viginti annis. Huic successit eius filius Darius Longimanus, qui tenuit imperium triginta septem annis. Quarto loco post Cyrum regnauit Darius Nothus annos decem, & nouem, quinto loco regnauit Artaxerxes, Darius, Mnemon, annis quinquaginta quinque: sexto loco Artaxerxes Ochus viginti sex: septimus rex fuit Arses quatuor annos potitus imperio: octauus, & postremus rex fuit Darius, qui sex annis regnauit, & victus est ab Alexandro. In hoc catalogo regum Persidis, præter errores supradictos, duo sunt alij, minime tollerandi: nam in eo prætermittuntur tres reges Persarū, Cambyses, Darius Hystaspis, & Xerxes terror Græciæ, propter magnitudinem, & diuturnitatem imperij, propter celebritatem rerum gestarum, denique, propter multitudinem, & claritatem scriptorum, qui de illis prodiderunt, omnibus notissimi, testatissimi, & celebratissimi. Negare enim hos fuisse reges Persidis, simile est, vt si quis negaret, Iulium Cæsarem, Octauianum Augustum, & Tiberium fuisse imperatores Romanorum: præsertim verò, cum de illis regibus scripserint vicinissimi eorum temporibus. Siquidem Herodotus scripsit non solum de Cambyse, & Dario Hystaspis, sed etiam de Xerxe, cuius tempore vt libro tertio refert Diodorus claruit ipse. Præterea, Thucydides quoque, qui superfuit Herodoto. Alter error est, successorem Cyri facere Priscum Artaxerxē, Assuerum filium Darij Medi, cum nec vllus rex Persarum eius nominis memoretur ab vllo veterum, & Darium Medum,

Catalogus Regum Persidis iuxta Metasthenem Annij.

Errores huius catalogi.

dum, qui Cyaxares nominatur à Xenophonte, constet apud omnes caruisse filio: & ab omnibus historicis proditum sit, Cyro in regnum proximè non alium, nisi Cambysem ipsius filium successisse. Restat Philo Annianus: cuius Breuiarium temporũ esse commentitium, nec veri Philonis, opus satis argumenti est, neque Eusebium in libro secundo historiæ Ecclesiasticæ, nec diuum Hieronymum in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, cum Philonis operum copiosissimum indicem desecuerint, verbum vllum de eo Breuiario facere. Iosephus item in libris Iudaicarum antiquitatum, atque in iis, quos scripsit aduersus Appionem, Eusebius quoque in chronicis, in libris de præparatione Euangelica, & in lib. 8. de demonstratione Euangelica, nec non, & Hieronymus in commentariis suis in Danielem, cum sæpissimè ipsis oblata fuerit occasio nominandi eius libri, nunquam tamen de eo mentionem fecerunt. Nimirum incredibile est, prædictos auctores, veterum librorum, maximè verò Philonis studiosissimos, & curiosissimos indagatores, aut ignorasse hunc librum, aut cognitum nullo scriptorum suorum loco fuisse nominaturos. Et vero, tale est illud breuiarium temporum, vt existimari non debeat, scriptum esse ab homine aliquo, vel leuissimè docto, & tantum literis tincto, nedum à Philone, quem in eloquentia, & doctrina tanti fecit antiquitas, vt eum comparare cum Platone, & quodammodo adæquare non dubitauerit. Sunt in eo breuiario multi errores, & de regibus Persarum, plane iisdem quos supra in Metasthene confutauimus. Sed vnus error præter cæteros, eo maxime insignis est, quod manifestissimè contrarius est diuinæ Scripturæ. Traditur in eo breuiario, posteritatem Salomonis penitus defecisse in rege Ochozia: Ioas autem regem Iuda, qui ei proximè in regnum successit, non fuisse filium Ochoziæ, neque ex familia Salomonis: sed ex posteritate Nathan: reclamante Scriptura, quæ in quarto libro Regum capit. 11. & in libro secundo Paralipomenon cap. 22. affirmat Ioas fuisse filium Ochoziæ. Et esse intelligendum de filio naturali, probatur ex ca. 1. libri Paralipomenon, vbi scriptum est, Ioas esse ortum & generatum ex Ochozia. Patet hoc ipsum ex genealogia Saluatoris nostri, quam per lineam Salomonis contexuit Matthæus: nam in ea sic est, *Iosaphat genuit Ioram, Ioram autem genuit Oziam.* Intermisit hic Matthæus tres reges intermedios, Ochoziam, Ioas & Amasiam. Quod si Ioram genuit Oziam, necessario concluditur Ioas fuisse naturalem filium Ochoziæ, & ex posteritate Salomonis: non enim verè diceretur Ioram genuisse Ochoziam, nisi Ioram genuisset Ochoziam, & Ochoziam genuisset Ioas, qui fuit naturalis auus Oziæ.

Contra Breuiarium temporum quod est commentitium.

Errores Philonis Annianis.

Matth. 1.

Verum



Verum commemorare omnia quæ aduersus Ioannem Annium afferri possunt, nimis longum esset, & minimè necessarium. Valeat igitur & in perpetuum valeat hæc Anniana chronologia: & quæ totics à viris doctis profligata & iugulata est, iaceat in posternum, sempiterna hominum obliuione sepulta: nec sit posthac, qui eam exhumare, & ad fidem aliquam, atque auctoritatem, quasi ad vitam reuocare audeat. Satis sit adhuc eam, cum non esset bene nota, imposuisse multis, nunc detectis, atque in apertum prolatis fucatis eius mendaciis, & fallaliis, si quem circumuenerint, ac deceperint, nimis profecto stupidum, & vecordem eum fore necesse est.

Certa chronographia multis bonisque scriptoribus probata, & sane probabilis, ea est, quæ describit continuam seriem, atque ordinem omnium regum, cuiusque monarchiæ, & regni, singulorumque regum annos, quibus illi tenuere imperium, recenset. Hanc ego rationem describendi tempora non reicio, non contemno, non improbo, quin ea vtor non raro cum mihi ex vsu futura est. Eam tamen ceteo, non omnino certam esse & tutam, & cui fidem et adhærendum sit: multas enim ob causas, ad errores proclivis & lubrica est. Primum enim, vbi est multitudo et varietas, ibi sæpè confusio & error contingit. Cum igitur in quauis monarchia multi fuerint reges, & multis quisque eorum annis regnauerit, perdifficile est, omnes annos omnium regum ita colligere, vt nihil desit, nihil redundet. Hoc autem eo difficilius est in hac nostra disputatione, quod tempus septuaginta hebdomadum, tres maximas monarchias, Persicam, Græcam, & Romanam, & triginta circiter regum annos complectitur. Deinde notario temporum, quæ sit per annos regum non raro occasionem errandi præbet. Nonnunquam enim scriptores, in enumerando reges, non omnes percensent: sed præteritis obscurioribus, nobiliores tantum atque illustriores commemorant. Interdum, reges dumtaxat legitimos describunt, qui legitima vel successione, vel electione imperium tenuerunt, aliis qui tyrannicè in regnum inuaserunt, prætermissis. Vsu quoque venit, vt regũ tantummodo tempora describantur, tacitis interregnis quæ inter prioris regis mortem, & posterioris creationem, intercesse tunt. Ad extremum primus & extremus cuiusque regis in imperio annus, siquidem ille completus non fuerit, à quibusdam memoratur, ab aliis reticetur. Harum autem rerum omnium varietas & differentia, mirandum in modum, chronologiam variat atque perturbat. Patet igitur, qui huiusmodi chronographiam sequuntur, eos non omnino rectam, certamque

An exacte veritatis essentia sit ea chronologia, quæ per temporum, & principũ describitur.

Cur huiusmodi chronologiæ non satis fidẽ dum sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



vitam insistere. Atque hæc fuit causa, cur Tertullianus, & Clemens Alexandrinus, aque alij minutiores istis & obscuriores auctores, in tractatione septuaginta hebdomadum, longè à vero aberrauerint.

Chronologiæ quæ per olympiadas ducitur reliquis præstat.

Quarta, & vltima chronologia, omnium laudatissima, certissima, atque optimis auctoribus vsitatissima, ea est, quæ olympiadum obseruatione, notationeque constat. Nomen autem olympias, accepit à ludis olympicis, qui Ioui olympio maximo totius Græciæ celebritate, quinto quoque anno in Elide agebantur: spatium igitur quatuor annorum inter vnos ludos olympicos, & alteros proximè sequentes interitum, olympias à chronologis appellata est. Vsus olympiadum inductus cœpit in computationem temporum viginti quatuor annis ante Romam conditam, & octauo anno regni Achaz regis Iuda. Ratio autem olympiadum, propterea in chronologiam ascita est, quia cum spatium illorum quatuor annorũ breue esset atque inuariabile, & propter celebritatem ludorum olympicorum, cunctis ferè gentibus notissimum, ideoque nullius propemodũ errotis capax visum est fore notatu obseruatuque facillimum, & ad temporum descriptionem appositissimum. Quamobrem diligentissimi quique scriptores tam Græci quam Latini, limatissimam deferbere studentes rationem temporum, hac maximè chronologia vsi sunt. Marcus quidem Varro, vt est apud Censorinum in libro de Natali die Romanorum, tria totius ævi distinxit tempora: vnum ante diluuium, quod quantum fuerit, neminem mortalium scire existimat alterum post diluuium vsque ad primam olympiadem, quod ipse *mithicon*, hoc est, fabulosum appellauit, cum enim scriptores, in digerendis & declarandis illis temporibus nullam sequerentur certam rationem chronologiæ, innumerabiles fabulas miscendo in certam, atque improbabilem reddiderunt eorum temporum historiam. Tertium tempus Varro deduxit à prima olympiade, ad suam vsque ætatem, quod vocat *historikon* quasi certũ & verum. Nam quia ea eius temporis, propter vsum olympiadum, veris testatisque literarum monumentis consignabantur, propterea veram esse eius temporis historiam, existimare conuenit. Iulius Africanus libro tertio Annalium, vt est apud Eusebium in chronicis, & in libro decimo de præparatione Euangelica, capite vltimo, ita scripsit *Vsque ad olympiades, nihil exploratum in historia Græcorum inuenitur, sed omnia sunt confusis scripta temporibus. post olympiades autẽ quoniã quadriẽnio diligentissimè omnia notabantur, nulla penitus confusio temporum apparet.* D. Augustinus libro secũdo de Doctrina Christiana c. 28 obseruationem olympiadum ad multas quæstiones sacras & Ecclesiasticas explicandas conferre plurimum censet. Nos igitur in hac disceptatione, quæ est de septuaginta hebdomadis, huiusmodi chronologia, quæ fit per olympiades, aut sola, aut quam maximè vtemur. Verum de prima quæstione satis dictum sit.

Vnde origo & nomen olympiadũ, & cur diligentiores chronologi ea maximè cõputatione vti voluerint.

Tria mũdi tempora iuxta Varronẽ.

Iulius Africanus quid de olympiadibus scripserit.

D. Augustinus.

## *Quæstio secunda: quo tempore regnare cœperit Cyrus, monarchiæ Persarum auctor & conditor.*

Quando cœperit regnare Cyrus.

HOc explicatè nosse, plus quã lector fortasse existimare posset ad multos & difficiles huius disputationis nodos exoluendos valet. Ad hanc autem quæstionem respondendum est imperium & monarchiam Cyri, habuisse initium in primo anno quinquagesimæ quintæ olympiadis. Hoc enim tradit Eusebius, tum in chronicis, tum in libro decimo de Præparatione Euangelica, cap. vltimo: atque inibi probat hoc testimonio Diodori Siculi, Thalicastorie, Polybij, Phlegontis, qui in historia, maximè vero in ratione temporum explicanda concessu omnium primas tenuerunt. Idem quoque videtur sensisse Clemens Alexandrinus: quippe in primo libro Stromatum, ponens excidium templi Hierosolymitani in extrema olympiade quadragesimaseptima, & trigesimo post anno faciens initium regni Cyri, haud dubiè significauit, Cyrũ in quinquagesima quinta olympiade iniisse regnum. Cyrillus item libro primo contra Iulianum scribens, Aggæum & Zachariam prophetasse olympiade quinquagesima sexta, regnante iam Cyro, ab hac sententia non discessit. Præterea Iulius Africanus libro quinto Annaliũ, vt refert Hieronymus super nono capite Danielis, à primo anno Cyri vsque ad vigesimũ annũ Artaxerxis Longimani: quo anno missus est Nehemias ad reficiendos muros Hierosolymitanos, numerat annos cẽtũ & quindecim: & ait vigesimũ annũillius Artaxerxis, fuisse quartũ annũ octogesimæ tertiæ olympiadis. Ex quo licet cõcludere, primũ annũ imperij Cyri, fuisse ité primũolimpiadis quinquagesimæ quintæ, siquidem à primo anno quinquagesimæ quintæ olympiadis, vsque ad vltimum octogesimæ tertiæ, sunt illi quindecim & centum anni quos refenset Africanus. Ad hæc Diodorus Siculus in exordio libri vndecimi, transitum Xerxis cum exercitu in Græciam signauit in anno primo olympiadis septuagesimæ quintæ: Iustinus autem libro secundo tradit Xerxem primum transmisisse in Græciam anno imperij sui quinto. Fuit igitur quintus annus regni Xerxis, primus olympiadis septuagesimæ quintæ. Sed à primo anno Cyri vsque ad quintum Xerxis, conflat ex optima chronologia regum Persidis fluxisse annos octoginta: hoc est, triginta Cyri: octo Cambysis & Magorum, Darij Hystaspis triginta sex, & Xerxis quinque. Ex octoginta autẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



annit conficiuntur viginti olympiades. Concluditur igitur, si quintus annus Xerxis fuit primus olympiadis septuagesimæ quintæ, annum primum Cyri fuisse etiam primum quinquagesimæ quintæ olympiadis. Postremo, Alexandrum Magnum rebus humanis excessisse, initio centesimæ decimæ quartæ olympiadis, tradit Diodorus lib. decimo septimo. Clemens li. 1. stromatum, & Iosephus priore libro aduersus Appionē affirmat, omnes rerum Alexandri scriptores hoc ipsum confiteri. Nam quod dixit Eusebius libro octauo de demonstratione Euangelica, Alexandrum obiisse diem suum in olympiade centesima decima tertia, id sanè de olympiade iam cōpleta & exacta intelligendum est, nam in chronicis ipse mortem Alexandri notat in centesima decima quarta olympiade. Obiit autem Alexander sexto vel septimo anno postquam euertérat imperium Persarum, de hoc enim inter omnes constare video. Desiit igitur monarchia Persarum circa finem olympiadis centesimæ duodecimæ: steterat vero, ex quo fundata à Cyro fuerat, per annos circiter ducentos triginta, vt doctiores chronologi sentiunt, & id nos infra in libro decimotertio probabimus, cum de regibus Persarum copiosè disseremus. Quo fit, vt à Cyro vsque ad mortem Alexandri, numerentur ducenti triginta sex anni, tot nempe nominat Eusebius in libro octauo de demonstratione Euangelica, qui efficiunt quinquaginta nouem olympiades. Ergo, si Alexander obiit initio centesimæ decimæ quartæ olympiadis, necesse est imperium Cyri ineunte quinquagesima quinta olympiade, principium habuisse.

Quomodo sit intelligendus, Eusebius de morte Alexandri scribit.

Persarū monarchia quādo desiit.

Hoc autem, quod de principio monarchiæ Cyri, tantopere probare & constituere voluimus, quanti sit momenti, facilè lector intelliget, si animaduertat, quanta ex hoc vno fiat pulcherrimarum rerum consequentia. Est enim hoc quasi vinculum quoddam firmissimum, quo externa & prophana chronographia, cum historia & chronologia, quæ continetur in sacris libris optime connecti, & colligari potest. Quatuor enim sunt apud externos auctores nobilissima & celebertima tempora, vnde illi, quasi a capite & fonte rationem omnem putandi annos, & describendorum temporum, arcessere, ac deducere solent. Hæc vero quatuor tempora, posito monarchię Cyri principio in primo anno quinquagesimæ quintæ olympiadis, facile est applicare & accommodare ad sacram chronologiam. Sunt autem hæc prædicta tempora, primum quidem est initium olympiadum, secundum tempus quo Roma condita est, tertium tempus excidij Troiani, quartum tempus diluuij Ogygis. Principio, si Cyrus regnare cœpit incipiente olympiade quinquagesimaquinta, ergo regnum eius inceptū est

Quatuor maxime notabilia tempora, vnde chronologi ferè annos computare solent.



est ducentis sexdecim annis post initium olympiadum. Ex hoc efficitur principium olympiadum in octauo anno regis Achaz esse locandum. Ab hoc enim anno vsque ad primum Cyri, ducentos sexdecim annos, ex sacris literis ita colligimus. Ex libro quarto Regum patet, ab octauo anno Achaz vsque ad vltimum regis Sedechiæ, fluxisse annos centum quadraginta sex: a fine autem regni Sedechiæ: vsque ad primum annum Cyri, fluxerūt septuaginta anni captiuitatis Babylonicę, quam incepisse vltimo anno Sedechiæ, & desiisse primo anno Cyri, supra ostendimus in decimo libro quæstione quarta & quinta. Deinde, si in octauo anno Achaz ponitur exordium olympiadum, consequens est vt Roma fuerit condita decimo sexto anno regis Ezechiæ, id est, viginti quinque annis ab octauo anno Achaz. Siquidem Romam esse conditam initio septimæ olympiadis, confirmant Dionysius Halicarnasseus libro primo, & Solinus capite secūdo, non solum testimonio Cornelij Nepotis, Luctatij, Appollodori, Etatosthenis & Polibij, sed etiam manifestis argumentis. Hoc autem constituto nullius negotij est, chronologiam: quæ fit per annos vrbis Romæ, componere & concordare cum sacra chronologia, & quæ diuersis temporibus præclarè facta sunt apud Romanos, ea referre ad tempora, quæ notantur in sacris literis.

Initium olympiadum fuisse in octauo anno regni Achas regis Iuda.

Romam esse conditam decimo sexto anno regni Ezechiæ regis Iuda.

Præterea, posito exordio vrbis Romæ in primo anno septimæ olympiadis, & in decimo sexto anno regis Ezechiæ: non est operosum inuenire, quo tempore, secundum chronologiam diuinæ Scripturæ, contigerit excidium Troianum: euenit namque in principio Heli pontificis, & Iudicis Hebræorum. Id quod partim ex sacra, partim ex prophana chronologia eis Hebræorum iocidisse ostenditur. Inter excidium Troię & primordia vrbis Romæ fluxisse annos triginta duos, & quadringentos, non modo affirmat Solinus capite secundo, sed etiam diligentissimus in notandis, & destinguendis temporibus Dionysius Halicarnasseus in primo libro rerum Romanarum: à quo numero proximè absunt Eusebius, Cyrillus, & Beda, definientes id tēporis, annis quadringentis triginta, nec non & Messala in libello de progenie Augusti, & Cassiodorus in suo chronico, spatium eius temporis quadringentis triginta tribus annis circumscribentes. A primo autem anno Heli vsque ad decimum sextum regis Ezechiæ, cōputantur anni secundum diuinam scripturam quadringenti triginta duo, hoc est à primo anno Heli vsque ad Salomonem centum viginti, à Salomone vsque ad decimum sextum Ezechiæ, trecenti duodecim. Quæ computatio procedit, si quadraginta annos, quos Saul tribuit D. Paulus, apud Lucā in actis Apostolorū ca. decimotertio

Exeidiū Troianū in principatū Heliū pontificis Hebræorum.

dispertiamur in iudicatum Samuelis, & regnũ Saulis sic enim eos annos distribui oportere, multi existimarunt.

Quo tẽpore fuerit diluuium Ogygis.

Restat quartum tempus quo accidit Ogygii diluuium, maximè celebratum: à Marco Varrone apud D. Augustinum libro decimo octauo de ciuitate Dei, capite octauo, à D. Iustino martyre in sermone exhortatorio ad Gentes, à Clemente Alexandrino, in libro primo stromatum à Iulio Africano, multisque antiquorum scriptorum apud Eusebium libro decimo de præparatione Euangelica, capite tertio, & ab Orosio in libro primo. Contigit autem diluuiũ Ogygia mille viginti annis ante primam Olympiadẽ: ita enim tradit Iulius Africanus apud Eusebium loco proximè dicto, & confirmat testimonio Hellanici, & Philochori, atque omnium, qui Atheniensiũ annales scripserunt. Castoris item & Thali, qui diligenter Syriacam tractarunt historiam: denique, Diodori Siculi, qui orbis historiam in bibliothecas contulit. Orosius porro in libro primo, capite septimo & octauo, ponens diluuium Ogygis mille, & quadraginta annis ante vrbem conditam, ab hac sententia discessisse non est existimandus. Si autem, vt supra docuimus initium Olympiadũ incidit in octauum annum regis Achaz, hinc apparet diluuium Ogygis euenisse tempore Iacob patriarchæ, cum his octogesimum octauum ætatis annum ageret, & centum septuaginta septem annis ante ortum Mosis. Hoc enim tempus continet prædictos mille, & viginti annos inter diluuium Ogygis & primam olympiadem exactos, quos ad hunc modum ex sacra Scriptura colligimus. Ab ortu Isaac vsque ad egressum Hebræorum ex Ægypto, fuere anni quadringenti quinque, ergo ab octogesimo octauo anno Iacob vsque ad egressum ex Ægypto, fuere anni ducenti quinquaginta septem. Deinde ab egressu Hebræorum ex Ægypto, vsque ad initium ædificationis templi Salomonis anni quadringenti octoginta numerantur in tertio lib. Regum capite sexto: hinc vero vsque ad octauum annum regis Achaz tertius, & quartus liber regum describendo annos singulorum regum Iuda, à quarto anno regis Salomonis vsque ad octauum annum regis Achaz ducentos octoginta tres annos fluxisse declarant. Ex prædictis autem tribus numeris, 257, & 480, atque, 283, fit summa illa annorum mille, & viginti, ab antiquis descripta inter diluuium Ogygis, & primam olympiadem. Ex his liquido apparet, quam sit verum quod supra diximus, exordium imperij Cyri bene cõstitutum, & firmatum: magnum afferre præsidium ad multas, & nobiles in chronologia quæstiones explicandas, & ad prosanam chronologiam cum sacra conciliandam, atque concordandam.

Quomodo ex sacra historia deducatur quo tempore Ogygis diluuiũ congerit

*Tertia*



*Tertia quæstio, sub quo rege Persarum, & quoto imperij eius anno, ædificatio templi Hierosolymitani diu intermissa, & repetita & perfecta fuerit.*

RESpondeo, eum regem fuisse Darium Hystaspis, quartũ Persarum regem, cuius secundo regni anno, rursus templi ædificium renouatum est, & sexto eiusdem regni anno vel, vt tradit Iosephus, nono anno, plane absolutum. Hoc primum enim indicare videtur Esdras capite quinto, & sexto id nempe renouatũ. omnes auctores tradũt, ex Hebræis, Iosephus libro vndecimo antiquitatũ, ex Christianis omnes tam Græci quã Latini, tam veteres quam recentiores, præter vnum, aut alterum, vt infra dicam. Cœpit autem hic Darius regnare, quarto anno sexagesimæ quartæ Olympiadis. Hoc sensit Diuus Hieronymus, qui super nono capite Danielis scribit, sextum annum Darij, quo est perfectum templum, concurrisse cum primo anno sexagesimæ sextæ Olympiadis. Idem tradit Eusebius in chronicis, atque in li. decimo de præparatione Euangelica, ferè in exordio capitis vltimi affirmat, secundum annum regis Darij, fuisse primum annum sexagesimæ quintæ Olympiadis. Quin hoc necessaria concluditur ex iis, quæ supra in quæstione secunda de Cyri principatus exordio dicta sunt. Etenim, Cyrus regnare cœpit initio quinquagesimæ quintæ olympiadis, & regnauit triginta annis, vt priore lib. de diuinatione Cicero probat testimonio Dionysij, qui scripsit de rebus Persicis: idemque tradit Iustinus libro primo, Clemens primo libro stromatum, Eusebius in chronicis, Hieronymus super septimo capite Danielis, Orosius libro secũdo capite septimo, Beda in lib. de sex ætatibus, denique Herodotus tribuens Cyro viginti nouem annos, non est ab hac sententia remouendus. Post Cyrum, regnarunt Cambyses & Magi, octo annos, secundum Eusebium, Bedam, & Herodotum: hos proximè sequutus est Darius Hystaspis. Quare ab initio regni Cyri, vsque ad initium regni Darij, inter fuere anni triginta octo. Si igitur Cyrus cœpit regnare initio quinquagesimæ quintæ Olympiadis, necesse est Darium, qui octo, & triginta annos post regnauit, initium regnandi fecisse in quarto anno sexagesimæ quartæ Olympiadis.

Cæterum quia quod docuimus, non liquido cõstat ex Scriptura. Esdras namque narrans templum fuisse absolutum sub Dario præcisè, non declarans sub quo Dario, vtrum sub Dario Hystaspis, qui fuit quartus rex Persarum, an sub Dario Notho, qui fuit decimus rex, rem in ambiguo & incerto reliquit: & quia olim Seuerus Sulpitius in libro secundo sacræ historiæ, & superiorum Iosephus Scaliger in volumine sexto de emenda-

Darius sub quo tẽplum exædificatum est, fuerit ne Darius Hystaspis, an Darius Nothus dubitatur.

tione temporum, contendunt, Darium, sub quo est absolutum templum, fuisse Nothum, Artaxerxis Longimani filium, ideo quid in hoc, aut verum, aut probabile sit, diligenter pro instituta breuitate, cognoscendum ac diiudicandum est. Aiunt Sulpitius, & Scaliger templum ædificatum esse sub Dario Notho. ego contra censeo sub rege Dario Hystaspis ex ædificationem templi esse repetitam, atque consummatam. Nec temerè ita sentio, sed his adductus rationibus. Primo quidem, a me stant omnes ferme scriptores. In hoc autem genere doctrinæ, consors omnium sententia, instar firmissimæ rationis apud intelligentes rerum æstimatores esse debet. Deinde, Zorobabel, & Iesus pontifex, ædificationi templi sub rege Dario præfuerunt, iidem quoque in primo anno Cyri, quo soluram esse Iudæorum captiuitatem docuimus libro decimo, quæstione secunda, principes fuerunt populi in Iudæam reuertentis, nec tunc minores eos fuisse vigesimo anno par est credere. A primo autem anno Cyri, vsque ad sextum Darij Nothi, numerantur anni centum quadraginta. Fuissent igitur Zorobabel & Iesus cum vrgebant opus templi, minimũ, nati centum sexaginta annos: sed ad eam ætatem, nemo illorum temporum, atque etiam multo superiorum, peruenichat: siquidem plus quingẽtis annis ante, vitam hominis, videlicet in qua esset aliquod corporis robur, & vigor animi ad agendum, octoginta annis Dauid definierat. Præterea Scaliger existimat. Xerxem terrorem Græciæ, fuisse Assuerum illum, maritum Esther, & à quo Esdras capite quarto narrat, Iudæos ab ædificando templo fuisse prohibitos. Atqui non est verisimile, reginã Esther & Mardochæum, qui apud eum regem benevolentia, gratia, & auctoritate plurimum valebant, & à quo rege multo maiora impetrauerant, fuisse passuros, vt templum Hierosolymitanum, impedita eius ædificatione, iaceret, ac non potius quoquo modo effecturos, vt sublato regis interdicto, opus templi procederet: & quamprimum absolueretur. Postremo valde me mouet, quod Iudæi Saluatori nostro dixerunt, vt est apud Ioannem capite secundo, *quadraginta, & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?* & fane dixerunt hoc Iudæi, tanquam rem apud ipsos teritatam, & pernulgatam, quamque ipsi, partim ex historiis, partim ex traditione maiorum compertissimam haberent. Ille autem numerus quadraginta sex annorum, ad opinionem Sulpitij & Scaligeri nullo modo quadrat: à secundo quippe Cyri regis anno, quo templum iactis fundamentis ædificari cœptum est, vsque ad sextum Darij Nothi annum, transierant, vt paulò ante diximus, anni quadraginta, & centum. At vero cum nostra sententia

Psal. 89.



tentia bellè congruit numerus ille quadraginta sex annorum. Nam ex quo cœpit ædificari templum, vsque ad nonum annum Darij, quo plane absolutum est, præterierũt anni quadraginta sex.

Tres dubitationes.

Sed hoc loco nonnullæ dubitationes existunt. Prima dubitatio: Esdras narrat capite sexto, templum esse absolutum sexto anno Darij: ex quo si recurras vsque ad secundum annum Cyri, non plures reperies annos, quam tres & quadraginta, non igitur fuerunt quadraginta sex. Respondeo, sexto anno Darij fuisse absolutum, quod proprie vocatur templum, hoc est, interior pars, in qua erat tabernaculum, & sancta sanctorum: in quod templum, præter sacerdotes, nulli fas erat ingredi, & de hoc loquitur Esdras: at exterior pars, continens atrium exterius, gazophylacium, & porticus, quæ nomine templi etiam nonnunquam appellantur vt cum Ioannis octauo dicitur, Dominum docuisse in templo, & illuc, mulierem deprehensam in adulterio, ad eum esse ductam, hæc inquam, para templi, non ante nonum annum Darij perfecta est, vt scribit Iosephus lib. 11. antiquitatum. Secunda dubitatio: apud Aggæum Prophetam capite secundo non obscure significatur, fundamenta templi iacta esse secundo anno Darij, cum tamen paulo ante à nobis sit positum, anno secundo Cyri templum esse fundatum. Pro hoc quidem facere videtur D. Hieronymus, super 7. ca. Danielis, & quadragesimo quarto capite Isaiæ, scribens secundo anno regis Darij cœptum fuisse ædificari templum: quin hoc ipsum affirmat Esdras ca. 5. Ad primum respondeo, sicut respondet Beda, fundamenta templi interioris locata esse, vt narrat Esdras, anno secundo Cyri: at fundamenta templi exterioris, in quo vt diximus, erat atrium, gazophylacium, & porticus, polita sint secundo anno Darij, vt significat Aggæus. Quod autem additur ex Hieronymo, & Esdra, templum ædificari cœpisse secundo anno Darij, manifestum est ex verbis, quæ apud vtrumque auctorẽ antecedũt, eos non loqui de inchoatione ædificij simpliciter, & absolute, sed tantum eius, quod suppositis fundamentis superstructum, & super impositum fuit, quod proprie nominatur templum, & hoc cœpisse ædificari anno secundo Darij nõ potest negari. Tertia dubitatio: Iosephus ait priori libro aduersus Appionem, tẽplum Hierosolymitanũ anno secundo Darij esse perfectum: in quo difficile est intelligere, quemadmodum Iosephus, & secum, & cum Diuina Scriptura nõ pugnet. Respondeo, dictum illud Iosephi esse interpretatione adiuuandum, & subleuandum. Neque enim aliud, nisi ego fallor, significare voluit Iosephus, nisi opus templi ante intermissum, secundo anno Darij esse;

Quomodo templum 46 annorũ spatio sit exædificatum. Iosephus li. 11. ca. 4

Quomodo conciliari possint Aggæus & Esdras, de tẽpli inchoatione dicentes.

Iosephus quomodo secum & cum scriptura non pugnet.

esse repetitum, & sine vlla intermissione continuatum quoad perficeretur. Itaque, continuatio operis vsque ad perfectionem appellatur perfectio: & quia cœpit secundo anno Darij, eidem anno attribuitur tamquam termino à quo. Ex supradictis licet intelligere, lapsos esse Theophylactum, & Iansenium, super secundo capite Ioannis: hunc quia putat templum fuisse omnino absolutum sexto anno Darij, & incœptum primo anno Cyri, & hoc tempus esse quadraginta sex annorum, cum vix sit quadraginta quatuor: illum vero, quoniam scripsit ædificationem templi duasse vsque ad Artaxerxem, propter infestationem vicinorum hostium retardantium Iudæos à perfectione operis tantam enim fuisse illorum vexationem, vt cogerentur Iudæi vna manu opus facere, & altera tenere arma. In quo erranit Theophylactus, tam re ipsa quam temporibus: nam confundit ædificationem templi, cum ædificatione vrbis Hierusalem, principe Nehemia facta, & tempora Darij Hystaspis miscet cum temporibus Artaxerxis Longimani: præsertim cum à secundo anno Cyri, quo factum est initium ædificationis templi, vsque ad vigesimum annum Artaxerxis Longimani, plus centum annis effluxerint. Maneat igitur templum fuisse absolutum sub Dario Hystaspis, repetita quidem ædificatione secundo eius anno: perfecta vero, secundum interius templum, sexto anno, at secundum interiores partes templi, anno nono. Incidit autem secundus annus Darij, vt ex supradictis patet, in primum annum sexagesimæ quintæ Olympiadis: sextus autem annus, in primum sexagesimæ sextæ Olympiadis: nonus vero, in vltimum eiusdem Olympiadis annum.

Lapsus Theophylacti, & Iansenij

*Quarta quæstio, quis fuerit Artaxerxes ille, cuius vigesimo anno missus est Nehemias ad reficiendos muros Hierusalem, ex quo tempore supra libro decimo quæstione decima sexta: docuimus initium septuaginta hebdomadum esse sumendum.*

Quis fuerit rex ille Artaxerxes sub quo refecti sunt, principe

TRes sunt opiniones. Prima est Iosephi in libro vndecimo antiquitatum, existimantis regem, à quo missus est Nehemias, fuisse Xerxem, bello, quod Græciæ intulit, suaque clade nobilitatum. Sed falsus est Iosephus: nemo enim veterũ, vltra duos, & viginti annos Xerxem regnasse, tradidit, attrigesimum secundum annum regni Artaxerxis, ipse Nehemias in libro suo, capite quinto, nominauit. Quin Iosephus in historia Nehemiæ, quædam scribit sacris literis planè contraria. Ait



Ait Nehemiã venisse in Iudæã vigesimo quinto anno illius regis: cum expresse notet Scriptura eius aduentum in vigesimo anno Artaxerxis: ait præterea, ædificationem mœnium, spacio duorum annorum, & trium mensium esse perfectam, cum ipsemet Nehemias scribat, muros refectos esse quinquaginta duobus diebus. Quod si Iosephus intelligat totum tempus, quo Nehemias in Iudæa mansit intẽtus reficiendæ, reformandæ, atque instruendæ ciuitati, id sanè fuisse duodecim annorum, videlicet ab anno vigesimo Artaxerxis, quo Nehemias in Iudæam venit vsque ad annum trigesimum secundum, quo ad regem reuersus est, ex historia ipsius manifestum est.

Nehemia, muri Hierusalem.

1. Opinio Iosephi. lib. 11. antiq. c. 5. refellitur.

2. *Esdr.* 2.

2. *Esdr.* 6.

Secunda opinio fuit Seueri Sulpitij in libro secundo, de sacra historia. Hic censet, Artaxerxem, à quo missus est Nehemias, fuisse eum, qui cognominatus est Mnemon, vndecimum Persarum regem, quique vxorem duxit Esther, & Mardochęũ ad summam dignitatem, & gloriam euexit. Hanc ego sententiam, quatuor argumentis refelli posse arbitror. Ac primo quidem, non est verisimile, cum tempore Nehemiæ pontificatum tenuerit apud Iudæos Eliasib nepos Iosue, seu Iesu pontificis, qui cum populo Hebræo soluta captiuitate Babylone, reuersus est in Iudæam, non est, inquam, verisimile, inter Iosue, & Eliasib, vnum tantummodo pontificem Ioachim, in spatio centũ octoginta annorum intercessisse: cum inter Eliasib, & Ieddoa, seu Iaddum, qui tempore Alexandri magni pontificatum gessit, interfuerint, duo pontifices, Ioiada, & Ionathan, intra quinquaginta annos: consulat lector duodecimum caput Nehemię. Deinde, incredibile est, finitimos illos populos hostesque Iudæorum, qui erant sub imperio regis Persarum, ausuros fuisse impedire ædificationem vrbis & tantopere vexare Iudæos, cũ scirent reginam esse Iudæam, & qui princeps erat omniũ apud regem, Mardochæum esse Iudæum, regemque omnia, de illorum sententia, & voluntate agere. Præsertim vero, cum recens tunc esset cædes innumerabilium hominum, qui, quod mala Iudæis machinati essent, procurante Esther, iubenteque rege, ad vnũ omnes occisi fuerant. Exstabat quoque apud ipsos epistola regis, ad omnes imperij sui prouincias missa, sicut narratur in cap. 16. libri Esther, in qua rex summum studium, & benevolentiã suam erga Iudæos manifestissimè declarabat. Præterea, si rex ille fuisset Mnemon, maritus Esther, sanè non per se Nehemias petiisset à rege facultatem eundi in Iudæam ad reparandam vrbem: sed per Mardochæum, & Esther, gratiosissimos apud regem, per quos vtique sciebat, nihil à rege peti posse, quod non facilè impetraretur. Postremò, vrat Sulpitij argumento aduersus ipsum. Probat ille historiam Esther non contigisse

Et hæc etiam refelluntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tigisse sub Artaxerxe Longimano, quia Esdras, qui posterior fuit, aliquid profectò de tanta regina, cum Iudæa esset, scripsisset. Hoc ego argumentum retorqueo in Sulpitium. Si Esdras, & Nehemias missi sunt à Mnemone marito Esther, cum ipsi historias suas scripserint, post id temporis, quo Esther nupta est regi, & Mardochæus gratiæ auctoritatis, & potentiæ principatum, apud eum regem obtinuit, non est profectò dubitandum, quin aliquid ipsi de incredibili felicitate Esther, & Mardochæi, & de eximiis eorum meritis in gentem Iudæorum, in suis historiis prodidissent.

3. opinio, & quidē vera Africani, Eusebij, Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, Theodoreti, Bedæ, Rupetti.

Tertia opinio est, regem illum Artaxerxem, fuisse Longimanum, septimum Persarum regem. Huic sententiæ libenter equidem accedo, & adhæreo: tum, quod ea nullis præmitur incommodis, sed pertacilis est ad intelligendum, & defendendum: tum, quod eam placuisse video plurimis, & grauissimis viris, Iulio Africano, Eusebio, Augustino, Hieronymo, Chrysostomo, Theodoreto, Bedæ, Rupetto, aliisq;. Hic autē Artaxerxes Longimanus regnare cœpit primo anno septuagesimæ nonæ Olympiadis, vt docet Diodorus Siculus li. 11. & Eusebius in chronicis: quin Iulius Africanus libro quinto annalium, sicut refert Hieronymus super nono capite Danielis, vigesimū annum Longimani faciens quartum annum octogesimæ tertiæ Olympiadis, idem proculdubio sensit. Patet enim hoc ex supradictis de tempore Darij, quem supra, quæstione tertia, docuimus, iniisse regnum, anno quarto sexagesimæ quartæ Olympiadis, regnauit autē triginta sex annis: & post eum Xerxes circiter annis, quo interempto, per vim Artabanus inuadens regnum, non amplius septem mensibus obtinuit: hunc proximē consequutus est Artaxerxes Longimanus, de quo nunc loquimur. A primo igitur anno Darij, vsque ad primum huius Artaxerxis, anni fluxerunt circiter quinquaginta sex, quo fit, vt si ille regnare cœpit vltimo anno sexagesimæ quartæ Olympiadis, huius imperij principium in exordio septuagesimæ nonæ Olympiadis fuisse necesse sit. His necessariò consequēs est, vigesimū annum Artaxerxis, vnde supra, libro decimo, exorsi sumus septuaginta hebdomades, cum anno iij. octogesimæ tertiæ Olympiadis concurrisse.

## *Quæstio quinta, de tempore ortus Domini nostri Iesu Christi.*

Triplex chronologia Romana.

NAtale tempus Saluatoris nostri, describi potest, secundum triplicem chronologiam, Romanam, Græcam, Hebraicam, atque his tribus modis in præsentia exquiretur & declarabitur, Romana chronologia, triplex est: Vna texitur per annos à Roma condita, altera per consules, qui annui erāt, & Kalendis Ianuarijs inibant consulatum: tertia, per annos eius principis, qui tunc Romanum imperium administrabat: is autem erat Octauianus Augustus, cum natus est Christus Dominus, Roma condita est initio septimæ Olympiadis, vt supra quæstione secunda demonstratum est, & vndecimo Kalendas Maias, Romulo, eius conditore, octauum, & decimum, (vt multi tradiderunt) annum ætatis agente. Porro, plerique Scriptores Ecclesiastici inid consentiunt, anno post Romam conditam septingentesimo quinquagesimo secundo, Christum esse natum. Idque vel ex eo liquet, quod vt ex Dione colligitur, annus decimus quintus Tiberij Cæsaris, quo anno Christus agebat trigesimum annum, incidit in annum vrbis conditæ septingentesimum octogesimum secundum. Quibus autem consulibus natus sit Dominus, satis obscurum, & incertum facit scriptorum varietas. Etenim, auctore Seuero Sulpitio in libro secundo sacræ historiæ, natus est Dominus, consulibus Sabino & Rufino: quorum consulatum Dio, libro quinquagesimo quinto reposuit in anno vrbis conditæ septingentesimo quinquagesimo: secundum Cassiodorū, Cneo Lentulo, & Marco Messala, qui secundum Dionem libro quinquagesimo quinto consules fuerunt anno vrbis conditæ septingentesimo quinquagesimo primo: secundum Epiphanium in hæresi quinquagesima prima, & Onuphrium in fastis Romanorum, & in chronico Ecclesiastico, ortus est Saluator noster Augusto decimum tertiū consule, & Marco Plautio Siluano: & hoc videtur proximum verò. Si quidem horum, consulatus competit in annum vrbis conditæ septingesimum quinquagesimum secundum, vt Dio annotauit in libro quinquagesimo primo: hoc autem anno vrbis conditæ, paulo ante posuimus. Christum esse natum atque hunc opinioni suffragatur Carolus Sigonius in cōmentariis suis in sacrā historiam Seueri Sulpitij: nāque sententiam eius explanans de consulibus, in quos Christi ortus incurrit, posthabita opinione Sulpitij, ad hunc modum scribit: *At Eusebius*, inquit, *in historia, & Epiphanius in libro secundo contra hæreses, ostendunt, Christum esse natum Augusto tertium decimum, & Syluano consulibus, ipsius Augusti anno quadragesimo secundo: qui erat vrbis septingentesimus quinquagesimus secundus.* Cui supputationi, *quia Chronographi ferme omnes hoc tempore, ea, nō sine ratione sequuntur, ne quā in tēpora perturbationē introducamus, & nos hæremus.* Sic ibi Sigonius. Quamquū ipse in fastis Romanorū, similiter, vt Cassiodorus in annum vrbis septingesimū quinquagesimū secūdū, alios referat cōsules, hoc est

Quomodo probari potest anno post vrbē conditā. 752. natū esse Christum.

Quibus consulibus natus sit Christus.

Carolus Sigonius de anno ortus Christi quid sentiebat.

Cossum

Cossum Cornelium, Lentulum, & Lucium Calpurnium Pisonem: reclamante Dione, qui horum consulatum annotat in anno vrbis septingentesimo quinquagesimo tertio.

De tempore ortus, tripli cis principatus, atque obitus Augusti Cæsaris.

Quoto autem anno imperij Augusti Cæsaris, Dominus noster sit natus, quo enucleatius & distinctius intelligatur paulò altius Augusti chronologia repetenda est, ab ortu scilicet eius vsque ad interitum. Natus est Augustus, Consolibus Cicerone & Marco Antonio, vt tradunt Paterculus libro secundo & Suetonius in Augusto, anno Vrbis, secundum Eutropium libro sexto, & secundum Orosium libro sexto, capite sexto, sexcentesimo octogesimo nono: sed consulatum Ciceronis & Antonij, in anno vrbis conditæ sexcentesimo nonagesimo primo, figoar Dio libro trigesimo septimo: apud Plinium libro nono, capite trigesimo nono, mendose legitur anno vrbis septingentesimo Ciceronem fuisse consulem. Est autem

Augustus quo anno cōsul factus sit.

natus, decimo Calendas Octobris, secundum Paterculum: secundum Suetonium & Dionem libro quinquagesimo sexto, nono Calendas octobris, annis ante Christi ortum, duobus citer & sexaginta. Primum consulatum per vim extorsit, pridie quam expleret, vt scribit Paterculus, annum vigesimum in anno vrbis septingentesimo vndecimo, decem annis, vt Appianus inquit in libro tertio de bello ciuili, ante ætatem adipiscendo consulatui legitimam. Sed erratum est, vel librarij, vel auctoris, nam ex quinta Philippica constat, ætatem matutam consequendo consulatui secundum leges Romanas, fuisse annorum trium & quadraginta. At vero, scribit Dio, Augustum decimo quarto calendas Septembris, obiisse, eodem die, quo primum consulatum suscepera: cum Dione consentit Tacitus lib. primo, affirmans eundē diem Augusto fuisse accepti quondam imperij principem: & vitæ supremum. Triumuiratum iniuit cum Lepido & Antonio, secundum Appianum libro quarto de bello ciuili, biennio post necem Iulij Cæsaris, annum agens vigesimum. Sigonius in fastis citat lapidem Colocianum, in quo scriptum erat, initum fuisse ab illis triumuiratū ante quintum diem Calendas Decembris. Quo licet intelligere, triumuiratum esse ab Augusto susceptum, duobus

Ioseph. lib. 18. antiq. cap. 3

vel tribus mensibus post consulatum, annis vero ante Christum natam duobus & quadraginta, triumuiratū autem gessit per annos duodecim, sicut testatur Dio, Tacitus, Orosius, & Suetonius. Non igitur rectè Iosephus, libro decimo octauo Antiquitatum scribit, Octauium per annos quatuordecim, Antoniam imperij socium habuisse. Victo Antonio, solus rerum

Quo anno solus rerum potitus est.

potitus est Augustus triumuiratum conuerso in monarchiā, anno vrbis, vt Sigonius in fastis ex Dione & Cassiodoro confirmat



firmat, septingentesimo vigesimo secundo, idémque tradit Sextus Aurelius in epitome Romanorum imperatorum. His proximè accessit Tacitus libro primo historiarum, seu, vt sertur vulgo, libro decimo septimo annalium, id referens ad annum vrbis septingentesimum vigesimum primum. At quinquagesimus liber Dionis, victoriam Actiacam, in anno vrbis septingentesimo vigesimo tertio, adnotatam habet. Longius

Actiaca victoria, vnde dicta. Ioseph. lib. 15. antiq. cap. 6.

ab hac sententia discessit Orosius libro sexto, capite vigesimo, signans exordium monarchiæ Augusti in anno vrbis septingentesimo vigesimo quinto. Nominatur autem anni, vel monarchiæ, vel Actiacæ victoriæ, quæ sic appellata est, quod Augustus nauali pugna cum Antonio iuxta promontorium Actium, eam sit consequutus, citra initium olympiadis centesimæ octogesimæ septimæ, vt colligitur ex libro decimoquinto Iosephi de Iudaicis antiquitatibus, & quarto nonas Septembris: vt tradit Dio initio libri quinquagesimi primi, agens tunc annum circiter trigesimum secundum. Denique,

Augusti mors.

obijt Augustus decimo quarto Calendas Septembris, anno vrbis secundum Dionem in libro quinquagesimo quinto, septingentesimo sexagesimo septimo, consulibus, Sexto Pompeio, & Sexto Apuleio: & vixit annos septuaginta quinque, & menses decem, dies viginti sex, siquidem natus est nono Calendas Octobris. Solus, post victoriam Actiacā imperauit, annis propè quadraginta quatuor, post primum consulatum & triumuiratum, paulò minus annis quinquaginta sex ante Christi ortum quindecim, demptis quatuor mensibus, & sex diebus. Atque hæc ab optimis auctoribus prodita, & probata sunt: non igitur vere dixit auctor dialogi de claris oratoribus: tacito assignatus, Augustum post primum consulatū, vixisse annos quinquaginta octo: nec Iosephus scribens libro decimo octauo, Augustum partim cum Antonio, partim solum, imperasse annis quinquaginta septem, præterque mensibus sex ac duobus diebus: nec Epiphanius, qui in Anchorato ait, Augustū imperasse annis quinquaginta sex, & mensibus sex, quod etiam tradidit Beda in libro de sex ætatibus mundi: nam hæc nō esse vera patet ex eo, quod Augustus, tam monarchiam, quā consulatum iniuit mense Septembri, triumuiratum Nouembri, obiit autem mense Augusto, sicut in confesso est apud eos, qui res Augusti subtilius & diligentius præscripserunt. Et ratio quidē temporum Augusti, ita sit à nobis breuiter explicata.

Ioseph. li. 18. c. 5.

Quoto anno Augusti Cæsaris,

Nunc ad chronologiam Christi, cuius potissimū causa, superiora prædocuimus, reuertamur. Quoto Augusti anno Christus Dominus sit natus, ex supradictis facile intellectu est. Etenim natus est anno ætatis Augusti sexagesimo secundo: post primū

Universidad de Deusto Biblioteca



Christus Dominus natus.

eius consulatum & triumuiratum, anno quadragesimo secundo, tantum inchoato, vel per vnum, vel per tres, vel per quatuor menses, secundum varias auctorum sententias supra expositas post exordium monarchiæ eius, siue post Actiacam victoriam, anno trigesimo. Hæc esse vera, eo liquet, quod supra ostensum fuit, Christum esse natum anno vrbis septingentesimo quinquagesimo secundo: quem annum si compares cum eo anno, quod paulo ante demonstrauimus, Augustum iniisse vel consulatum, vel triumuiratum, vel monarchiam, ita esse, vt dictum est à nobis, manifestè comperies. Et sanè Christum esse natum anno post primum consulatum, vel post triumuiratum Augusti, quadragesimo secundo, testes sunt, Eusebius in chronicis, & in libro primo historiæ Ecclesiasticæ, capite quinto, Epiphanius quoque in hæresi quinquagesima prima, & in summa Panarij, & in Anchorato, Beda item libro de sex ætatibus mundi, necnon & Orosius libro septimo capite secundo: nisi quod in eo lapsus est Orosius, quod dixit, cum natus est Christus, fuisse annum imperij Augusti quadragesimum secundum, propemodum emensum, cum ex supradictis liquidissimè constet, cum natus est Christus, summum quatuor mèses præteriisse, quadragesimi secundi anni principatus Augusti. Quippe primus eius consulatus, vel Augusto, vel Septembri mense susceptus est. Nouembri autem, triumuiratus: Christus verò Decembri mense natus est. Hinc præterea licet intelligere, non rectè Cassiodorum in Chronico Romanorum cõsulum, signasse ortum Christi, in anno quadragesimo principatus Augusti. Nam Irenæum in libro tertio aduersus hæreses capite vigesimo quinto, & Tertullianum in libro aduersus Iudæos, affirmantes, Christum esse ortum anno quadragesimo primo Augusti, interpretari possumus, non de eo anno inchoato, sed iam expleto exactoque esse loquutos. Illud tamen Tertulliani dictum nullis interpretatione videtur posse adiuuari, & ad veram sententiam reuocari, quod eodem loci dixit, Christum esse natum quadragesimo primo anno imperij Augusti, post mortem Cleopatræ cum is fuerit annus, sicut dictum est, trigesimus: & si verum esset hoc Tertulliani dictum, consequens foret Dominum nostrum, cum anno decimoquinto Tiberij baptizatus est, fuisse annorum dumtaxat decem & nouem, cum beatus Lucas capite tertio scribat, eum tunc iniisse trigesimum. Nec tamen defuerunt docti & graues viri, qui ortum Domini ad annos monarchiæ Augusti referentes, eum notarunt vel in anno vigesimo septimo, vt Beda libro de sex ætatibus mundi: vel in vigesimo octauo, vt Clemens primo libro Stromatum, & Eusebius primo libro historiæ Ecclesiasticæ capite

Orosij lapsus.

Lapsus Tertullia ni.



pite quinto: vel in vigesimo nono, vt Onuphrius in Chronico Ecclesiastico. Verum fuisse annum trigesimum ex supradictis apparet esse probabilius, si ponitur sit, victoriam Actiacam contigisse, anno vrbis septingentesimo vigesimo tertio. Sed bene habet, omnem varietatem quæ est circa Christi chronologiam, vno aut summum, duobus tantùsve annis esse circumscriptam. Tantam vero paucitatem annorum, vt quæ propriæ nullius momenti in descriptione temporum esse queat, prudenter monuit Dionysius Halicarnasseus libro septimo, esse chronologia dissimulandam, & pro nihilo ducendam.

Per exigua anno rũ varietas, in chronologia, ferme pro nihilo habetur.

Dictum est de Romana chronologia, deinceps de Græca, quæ in olympiadum obseruatione versatur, dicendum est. Si igitur Christi ortum ad rationem olympiadum exquiramus, eum in tertio vel quarto anno centesimæ nonagesimæ quartæ olympiadis competere reperiemus. Ac natum esse Dominum in tertio anno eius olympiadis, auctor est Eusebius in chronicis, & Beda de sex ætatibus mundi. Eusebius certè, tam in chronicis quam in lib. 10. de præparatione Euangelica, signans annum decimumquintum Tiberij, quo baptizatus est Dominus, ingressus annum trigesimum, in anno quarto olympiadis ducentesimæ primæ, aperte declarauit ortum Domini anno tertio olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ contigisse, verumtamẽ, quia annus septingentesimus quinquagesimus secundus vrbis conditæ, quo Christum natum esse diximus, concurrit cum anno quarto olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ, & quia infra demonstraturi sumus, Christum triginta duos annos & minus præterea dimidio anni vixisse ac mortuum esse in quarto anno olympiadis ducentesimæ secundæ, propterea quasi vero similius visum est nobis hoc loco ponere Christi ortum in quarto anno olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ. Quota olympiade, natus sit Saluator noster.

Insigne admodum & notabile in chronologia ortus Christi erratum, inuenitur apud Cyrillum Hierosolymitanum catechesi duodecima, scribit enim, natũ esse Christum anno quarto olympiadis centesimæ octogesimæ sextæ: quo fieret, vt cum Christus baptizatus est anno 15. Tiberij Cæsaris, hoc est anno primo olympiadis ducentesimæ secũdæ, fuerit annorum sexaginta. Positum sit igitur hoc loco, Christum esse natũ in anno 4. olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ.

Lapsus Cyrilliin chronologia ortus Christi.

Restat excutienda Hebræorum chronologia. Hæc autem per quam varia & multiplex est. Nam solent Hebræi putare tempora vel vsque à creatione mundi: vel à diluuio: vel ab egressione Hebræi populi ex Ægypto, vel ab ædificatione primi templi Salomonis: vel à solutione captiuitatis Babylonicæ, & reditu in patriam: vel ab instauratione secundi templi, aut vr-

Hebræos exdiuersis principijs chronologiam suã orditi solitos.

vrbis refectione, vel per annos principum, quorum imperio subiecti erant, quo pertinent anni regni Græcorum, toties in libris Machabæorum vsurpati: vel etiam per lobilæos, quorũ vnusquisque quinquaginta annos continebat: ad hæc, posset adiici computatio per hebdomades Danielis. Sed in Chronologia ortus Christi, prætermissis cæteris computationibus, duas tantum perstringemus, vnam, quæ ducitur ab exordio mundi, alteram, quæ sumitur ex annis regni Herodis, quo regnante, Christus natus est, natus est Dominus noster anno post orbem conditum, quater millesimo, & vigesimo secundo. Hic numerus, partim ex sacris literis, partim ex profana, sed probata tamen chronologia, hunc in modum colligitur. A creatione mundi vsque ad diluuium, in capite quinto Geneseos, numerantur anni mille sexcenti quinquaginta sex. A diluuio vsque ad ortum Abrahæ, tam scriptura Hebraica, quam nostra versio Latina, capite vndecimo Geneseos, annos habet duocentos nonaginta duos. Sed his addere oportet, alios triginta annos ipsius Cainam: cuius generationem, inter Arphaxad & Salem, interposuerunt septuaginta interpretes, & beatus Lucas in Euangelio suo, capite tertio: cuius auctoritas cogit hos triginta annos prædictæ supputationi adiungere. A diluuio igitur vsque ad ortum Abrahæ numerandi sunt anni trecenti viginti duo. Ab ortu Abrahæ vsque ad promissionem factam ei à Deo: vt est in capite duodecimo Geneseos, numerantur anni septuaginta quinque. Hinc vsque ad legem datam Hebræis in monte Syna, tertio mense, quam egressi fuerant ex Ægypto anni quadringenti triginta, vt Paulus docet capite tertio epistolæ ad Galatas scriptæ. Ab egressu Hebræorum ex Ægypto, vsque ad ædificationem templi Salomonis, in libro tertio Regum, capite sexto recensentur anni quadringenti octoginta. Ab hoc tempore vsque ad exordium olympiadum, quod nos supra locauimus in octauo anno regni Achas, fluxerunt anni ducenti octoginta tres, vt patet ex tertio & quarto libro Regum. Denique, ab initio olympiadum, vsque ad annum quartum olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ, quo anno proximè posuimus, natum esse Dominum nostrum, intercesserunt anni septingenti septuaginta sex. Patet igitur, veram esse summam annorum quatuor mille viginti duorum, ab exordio mundi, vsque ad ortum Saluatoris nostri.

Quoto annopost orbẽ conditũ, natus sit Dominus noster.

Breuis annorũ mũdi vsque ad Christi ortum computatio.

Quoto anno regni Herodis Saluator noster natus sit.

At quotum autem regni Herodis annum, Domini nostri ortum referri debeat, est profecto, vt mea fert sententia, obscurius & difficilius ad explicandum, quam plerique putant. Sed, etiam in hoc qualemcunque diligentiam lector desiderabit, pauca & difficultatem, & rationem eius soluendæ attingam. Tria vero hic disquirenda sunt: quando Herodes regnare cœperit, quamdiu regnauerit: quoto eius regni anno, Saluator noster in terris natus sit. Iosephus libro decimo quarto Iudaicarum antiquitatum narrat. Herodem creatum esse à Romanis regem Iudæorum, olympiade centesima octogesima quarta, Consulibus Cneo Domitio Caluino iterum, & C. Asinio Pollione: quorum consulatus incidit in annum vrbis conditæ septingentesimum decimum tertium, sicut est in fastis Romanorum apud Sigonium. Dio tamẽ libro quadragesimo octauo, & Onuphrius in chronico, illorum consulatum conficiunt in annum vrbis septingentesimum decimumquartum, qui concurrit cum anno secundo olympiadis centesimæ octogesimæ quintæ: secundum autem Iosephum, siquidem is fuit in olympiade centesima octogesima quarta: necessario conuenit cum anno quarto eiusdem Olympiadis. Tertio autẽ anno, quam fuerat Senatus consulto declaratus rex, captis Hierosolymis, victoque, ac tandem interempto Antigono, Herodes regnum Iudaicum pacifice obtinuit, rexitque per triginta septem annos, ex quo illud à Romanis acceperat: à victo autem Antigono, per triginta quatuor. Atque hæc quidem Iosephus partim libro decimoquarto, partim decimoseptimo prodidit. Alii veto scriptores consentiunt cum Iosepho, regnum Herodis, similiter vt ille, triginta & septem annis, definientes: in eo autem dissentiunt, quod exordium regni Herodis aliquot annis, quam ille, faciunt recentius ac posterius. Eusebius quidem ceterè in chronicis, Epiphanius in hæresi vigesima, & quinquagesima prima, Seuerus Sulpitius libro secundo sacræ historiæ, Onuphrius in chronico Ecclesiastico, Herodem septem & triginta annos regnasse consentiunt. De quo numero vnum duntaxat annum detraxit Beda in libro de sex ætatibus mundi. De principio autem regni Herodis, sententiam suam aperuit in chronicis Eusebius, notans ipsum decimo anno imperij Augusti, hoc est, annis septem posterius quam Iosephus constituerat, Onuphrius in chronico signat ipsum in tertio anno imperij Augusti. Beda in libro de sex ætatibus mundi, ab vndecimo anno principatus Augusti, regnum Herodis, exorditur. Nec minor est varietas opinionum de anno regni Herodis, quo natus est Christus. Beda prædicto libro, natum inquit eum, anno Herodis trigesimo primo, Eusebius, trigesimo secundo: Epiphanius & Sulpitius trigesimotertio: Onuphrius, extremo trigesimo sexto. Quid igitur in hisce rebus adeo obscuris, dubiis, & incertis similius vero existimari debet.

Equidem ita sentio. Tria hæc, non modo non cogruerein, et se, sed ita pugnare, vt vnum ab altero euertatur. Vnum est,

*Ioseph. li. 14. antiq. cap. 26.*

*Ioseph. lib. 10. ca. 16.*

Auctoris iudicium *Ioseph. l. 14. antiq. c. 26*

Eusebius Sulpitius Epiphanius Beda, Onuphrius, partim eadem, partim contraria de regno Herodis tradiderunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Auctoris iudicium *Ioſ. lib. 14 ant. c. 26.*

Herodem iniiſſe regnum olympiade centeſima octogeſima quarta, quod tradit Ioſephus: alterum eſt, regnaſſe Herodem triginta ſeptem annis: de quo conuenit Ioſepho cum omnibus aliis ſcriptoribus: tertium eſt, regnante Herode, Chriſtum eſſe natum, & hoc tradit D. Matthæus cap. ſecundo. Pugnate autem hæc inter ſe, nihil negotij eſt oſtendere. Etenim, ſi Herodes regnare cœpit centeſima octogeſima quarta olympiade, regnauitque tantùmodo triginta ſeptem annis, neceſſe eſt, obiiſſe ipſum in olympia de cẽteſima nonageſima tertia: quate, cum ſupra oſtẽſum ſit, Dominũ eſſe natũ decimoſexto olympiade centeſima nonageſima quarta; ex his profecto efficeretur, Chriſtum aliquot annis poſt obitum Herodis fuiſſe natum, quod hiſtoriæ Diui Matthæi plane aduerſatur. Neceſſe igitur eſt, vnum aliquod illorum trium eſſe falſum. Sed quodnam? vltimum quidem, cum aperte tradatur in Euangelio, falſum eſſe non poteſt. Si quis autem dicat, Chriſtum non eſſe natum exeunte olympiade centeſima nonageſima quarta, ſed aliquot annis ante, hoc eſt, ſub initium olympiadis centeſimæ nonageſimæ tertiæ: quo tempore ſecundum prædictam computationem, viuebat & regnabat Herodes, id ſanè contrarium eſt hiſtoriæ Euangelicæ. Lucas enim capite tertio affirmat, Chriſtum, cum eſſet fere triginta annorum, baptizatum eſſe anno decimo quinto Tiberij: quem annum, ex Græcorum & Latinorum annalibus liquet, vel in finem olympiadis ducenteſimæ primæ, vel in principium ducenteſimæ ſecundæ olympiadis incidiſſe. Ab exordio autem olympiadis centeſimæ nonageſimæ tertiæ, vſque ad finem ducenteſimæ primæ, nouem numerantur olympiades, hoc eſt anni triginta ſex. Si igitur Chriſti ortum ponemus, in principio olympiadis centeſimæ nonageſimæ tertiæ, cogemur fateri, contra id quod ſcribit B. Lucas, Chriſtum, cum eſt baptizatus, fuiſſe triginta & ſex annorũ. Non ergo poteſt vltimum illorum trium negari. Quare alterutrum reliquorum duorum negandum eſt. Videtur autem minus improbabiliter negari poſſe primum. Solus namque Ioſephus tradit initium regni Herodis fuiſſe in olympiade centeſima octogeſima quarta: aliis omnibus ad poſteriores olympiades in referentibus: præſertim cum conſulatus eorum, quibus conſulibus Ioſephus affirmat, Herodem creatum eſſe regem a Romanis, ſecundum Dionem, & Onuphrium, incurrerit in annum vrbis ſeptingenteſimum decimum quartum, qui competit cum anno ſecundo centeſimæ octogeſimæ quintæ olympiadis: Quin Ioſephus non ſatis conſtare ſibi videtur: quippe in libro 16. capite 9. vigeſimum octauum regni Herodis annum incidiſſe ait

Falſum eſt Herodem regnare cœpiſſe Olympiade 184. vt tradit Ioſephus.



ſe ait, in centeſimam nonageſimam ſecundam olympiadem: atqui, ſi primus eius regni annus, fuit quartus olympiadis centeſimæ octogeſimæ quartæ, non vigeſimus octauus, ſed trigeſimus regni annus, cum initio centeſimæ nonageſimæ ſecundæ olympiadis concurrit. Ergo neceſſe eſt, aut aliquod annis poſterius, quam deſignauit Ioſephus, Herodem iniiſſe regnum, aut plus triginta ſeptem annis regnaſſe. Si autem nec principium nec diuturnitas regni Herodis plane conſtat, nec ſane quoto regni eius anno Chriſtus ſit natus, omnino ex portum, & compertum eſſe poteſt. Sed commodè accidit, vt hæc chronologia regni Herodis, nequaquam neceſſaria nobis, ad explicationẽ quæſtionis de ſeptuaginta hebdomadis, futura ſit.

## *Queſtio ſexta, quo tempore Chriſtus baptizatus ſit.*

Diuus Lucas capite tertio aperte ſcribit Chriſtum anno decimo quinto Tiberij Cæſaris eſſe baptizatum. De ætate autem ipſius, cum eſt baptizatus, ita ſcribit, ſicut habet noſtra tralatio Latina: *& ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta*, quæ verba valde perplexam, & ambiguam habent ſententiam: quapropter locum dedere ſcriptoribus vario opinandi de anno ætatis, quem Chriſtus agebat, cum baptizatiſmum accepit. Sed illud, ad verba D. Lucæ pertinens, prænotandum eſt, Græcè diuerſam eſſe eorum verborum diſpoſitionem, ſic enim Græcè legitur: καὶ αὐτὸς ἦν Ἰησοῦς ἀρχόμενος Domine ἀρχόμενος, hoc eſt, ſi verbum de verbo Latinè reddamus, *& ipſe erat Ieſus incipiens quaſi annorum triginta*. *incipiens*, pro eo autem, quod Latinè eſt, *quaſi*, Græce eſt ὡσεί, quod verti Latinè poteſt, vel quaſi, vel tanquam, vel fere: licet Eraſmus eo loco referat, eam primũ particulam in quibuſdam Græcis codicibus non inueniri. Pro Græca illa autem voce, *incipiens*, Græcè eſt ἀρχόμενος: Euthymius tamen legiſſe videtur ἐρχόμενος, id eſt, incedens ſeu ingrediens, vt ſit ſenſus: erat tunc Chriſtus quaſi triginta annorum incedens, id eſt, ita exterius viuens, itaque conuerſatus cum hominibus, vt opinione hominum, Ioſephi filius exiſtimaretur. Cæterum in noſtra verſione Latina, illarum duarum vocum, *quaſi & incipiens*, videtur alterutra vacare. Quid enim ſibi vult *erat Chriſtus incipiẽs quaſi triginta annorum*? ſatis namque fuiſſet dicere, erat quaſi triginta annorũ: vel erat incipiens eſſe triginta annorũ. Verũ, non ita eſt: illud enim, *incipiẽs*, referendum eſt ad illud, *triginta annorũ*, nec inogi debet cum particula *quaſi*, vt hoc modo legamus, *erat quaſi triginta annorũ incipiẽs*, hoc eſt, tunc ortus trigeſimũ annũ. Nam cũ illud, *quaſi triginta annorũ*, ſignificare poſſet, vel exitũ trigeſimi anni, vel ini-

Traſtatur locus de ætate quo eſt in capite tertio Euangelio, de tempore quo Dominus Ieſus baptizatus eſt, & quam La tina verba expendunt.

dum, per illud participium, *incipiens*, cõtrahitur & determinatur ad significandum initium trigesimi anni: atque hoc clarius apparet in lectione Græca quæ illud *incipiens*, non habet ante illa verba, *quasi triginta annorum*, sicut est in lectione Latina: sed habet potius ea verba, hunc in modum, *erat quasi triginta annorum incipiens*. Nec desunt, qui putent, illud *incipiens*, non esse referendum ad ætatem Christi: sed absolute positum esse ad significandum exordium prædicationis Christi: hoc videlicet intellecto, *erat Christus triginta annorum, incipiens*, hoc est cũ aggressus esset prædicare Euangelium, & manifestare se mũdo.

Quæ ætate erat Christus, cũ est baptizatus.

Sed ingrediamur ad discutiendam propositam quæstionem. Illorum verborum Lucæ, triplex repetitur apud Ecclesiasticos auctores interpretatio: unde triplex quoque de tempore, quo Christus baptizatus est, opinio exstitit. Prima opinio est Epiphanij, qui in hæresi quinquagesima prima tradidit, Christum esse natum die sexto Ianuarij: eodemque die post expletum trigesimum ætatis annum, mutasse aquam in vinum: baptismum vero accepisse, sexto Idus Nouembris, exactis iam viginti nouem annis, superque nouem libus decem: ita vt à tempore baptismi, ad finem trigesimi anni, duo tantum menses reliqui fuerint. Itaque illud, *quasi triginta annorum*, putat Epiphanius significare Christum, cum baptizatus est, propè abfuisse ab explendo trigesimo anno: illud enim, *quasi*, non initium, sed exitum finemque trigesimi anni denotare. Sic Epiphanius. Nonnullis fortasse videbitur, idem sensisse, ac significasse Iustinus martyr, in Dialogo, quem habuit cũ Triphone: scripsit enim, Christum per annos fermè triginta expectasse, donec Ioannes præiret, baptismum prædicando. Iansenius in commentariis super decimo quarto capite concordiæ Euangelicæ, ad hanc opinionem videtur esse propensior, cui etiam suffragari putat Irenæum libro secundo, aduersus hæreses, capite trigesimo nono. Sed nos, cum magis fauere tertiæ opinioni, infra ostendemus. Illud certe Epiphanij sententiæ plurimum officit, quod illud participium, *incipiens*, cum secundum ipsum non ad prædicationẽ, sed ad ætatem Christi referatur, indicat potius initium, quam finem trigesimi anni: si enim Christus baptizatus esset prope finem trigesimi anni, non verè dicerentur incipiens tunc annum trigesimũ, sed potius terminãs & finiens. Taceo nunc, vetustissimam esse traditionem, vsum item, & obseruationem Ecclesiæ Catholicæ, communemque Doctorum sententiam, Christum esse baptizatũ sexto die Ianuarij: natum vero vigesimo quinto die Decembris: certè hãc vt antiquissimam, & probatissimam traditionem, lib. 4. de Trinitate, cap. commemorat Diuus Augustinus.

Refelluntur Epiphanij opinio.

Altera



Altera est opinio Bedæ in libro de ratione temporum, capite quadragesimo quinto, Christum baptizatum esse sexto Ianuarij, tredecim diebus post expletum ab ipso trigesimum annum, ideoque verè dici de ipso, quod erat incipiens triginta annorum, tunc enim primùm exactis triginta annis, verè dici poterat esse triginta annorum. Idem quoque sensisse videntur Chrysostomus scribens in homilia decima in Matthæum: post triginta annos, Christum venisse ad Baptismum. Similia Chrysostomo scribit Euthymius, super tertio cap. Matthæi. Quin D. Bernardus sermone primo de Epiphania, Christum ait transactis iam triginta annis, à Ioanne esse baptizatum. Nicolaus de Lyra super tertio capite D. Lucæ, facit eius sententiæ Chrysostomum, & Augustinum. Verum tamen ea sententia, videtur ipsis Lucæ verbis refelli: Lucas ait, Christum fuisse tunc, quasi triginta annorum. At, si tunc iam transierat trigesimum annum, simpliciter, & absolutè dici debebat esse triginta annorum, non autem cum adiunctione illius particulæ, *quasi*, quæ, cui numero additur, denotat nonnihil deesse ad eũ ipsum numerum complendum. Quamquam non videtur hoc vsquequaque verum: nõnumquam enim hæc particula, *quasi*, *vel fere*, præpolita numero alicui, nõ significat deesse aliquidei nõ semnumero, sed potius aliquid superesse. Huius rei exemplũ habemus satis illustre in capite duodecimo libri Exodi, vbi, Hebræo quid nutũ, qui fuerãt egressi ex Ægypto, fuisse dicuntur fere sexcenta meris de millia virorũ: in quibus verbis illud *fere sexcenta millia*, nõ significat defuisse aliquot ad explendũ numerum sexcentorũ mil- notantlium: sed potius aliquot ei numero superfuisse: liquet enim ex primo capite libri Numerorũ plenum, & integrum numerũ Hebræorum, qui vno anno post egressionem ex Ægypto, à vigesimo anno, & supra recensiti fuerunt, sexcenta, & tria millia superque, quingentos, & quinquaginta fuisse præter eos, qui propter adorationem vituli, sicut est in Exodo, capite trigesimo secundo, interfecti fuerunt. Huc etiam pertinet illa quotundam obseruatio, particulam, *quasi*, nonnumquam esse dubitantis, & coniicientis: interdum tamen esse affirmantis: quẽadmodum in illis verbis Ioannis, *Vidimus eum, quasi vnigenitum à Patre*. Illud autem intelligendum est hoc loco, quicumque cẽserunt Christum obisse, inchoato trigesimoquarto anno, de quibus infra dicturi sumus, eos fuisse in hac ipsa sententia, quod Christus expleto trigesimo anno, sit baptizatus. Aduersus quã sententiã, non parum valet, quod à nobis supra constitutum est, Christum esse natum anno quadragesimo secundo principatus Augusti: ex quo anno vsque ad decimum quintum Tiberij, quo Christus est baptizatus, non plures viginti

2. opinio Bedæ Christũ post trigesimũ annum exactum baptizatũ fuisse.

Quasi, vel fere, nõ semper aliquid nõ esse defectum.

Quasi, particula est affirmantis, nõ dubitantis interdũ.

*Tom. 2.*

nouem integris annis numerantur. Nam Beda in libro de sex ætatibus mundi, faciens Christum natum quadragesimo secundo anno Augusti, & nihilominus affirmãs eum, cum iam transgressus esset trigesimum annum, esse baptizatum, procul dubio sequutus est errorem eorum, qui Augustum plus quinquaginta tex annos imperasse existimarunt.

3. opinio, & priori bus probabilior est. Christum initio anni trigesimi fuisse baptizatum.

Tertia sententia est, Christum, quo tempore baptizatus est, eo tempore ingressum esse trigesimum annum, videlicet, tredecim tantum diebus inchoatum: atque ob eam causam de ipso scripsisse Lucam, quod ipse ieiunus erat, quasi trigintà annorum incipiens, hoc est, tunc annum trigesimum exorsus. Placet multis, mihique in primis hæc sententia: quæ duarum superiorum confutatione probatur, & confirmatur. Nam cum illud *erat quasi triginta annorum*, tribus tantum modis intelligi possit, aut enim significat fuisse tunc Christum prope finem trigesimi anni, sicut vult Epiphanius, aut paucis diebus præteriisse trigesimum annum, vt tradit Beda: aut tunc per paucos dies fuisse ingressum annum trigesimum, quod habet tertia sententia: cumque priora duo, supra facta sint refutata, relinquitur tertium esse congruentius sententiæ verborum Lucæ, nobisque magis probandum. Iam vero, sensisse hoc ipsum antiquos Patres, patet ex eorum scriptis. Etenim, quicumque putarunt, Christum vixisse annos integros dumtaxat triginta: iidem censuerunt, initio anni trigesimi, ipsum esse baptizatum: idque ex supradictis Lucæ verbis euidenter se argumentari ere debant. Lege Clementem Alexandrinum, libro primo stromatum, Tertullianum in libro aduersus Iudæos, Iulium Africanum libro quinto annalium, vt refert Hieronymus, super hoc nono capite Danielis, in digressione de septuaginta hebdomadis, & Lactantium libro quarto capite decimo. Deinde, in hac sententia fuisse Eusebium, declarant eius verba, quæ sunt in decimo capite primi libri historiæ Ecclesiasticæ: *Christus*, inquit, *quando ita trigesimum ætatis suæ annum agere incipiebat, ad Ioannẽ, vt lauacro baptismatis tingeretur, se cõtulit.* Sic videtur sensisse Ignatius martyr in epistola ad Trallianos, cũ ait, Christum triginta annos agentem, baptizatum esse à Ioanne: posteà tres annos prædicasse. Irenæus quoque libro secundo, aduersus hæreses, capite trigesimo nono, ita scribit: *Ad baptismum venit, nondum, qui triginta annos suppleuerat: sed qui inciperet esse tam iuuenis triginta annorum: ita enim Lucas significauit, qui eius annos posuit.* Sic Irenæus, quem, existimasse Lucam loqui de initio trigesimi anni, non autem de fine, palam est ex his, quæ post hæc proximè subiecit. Ad horum auctorum sententiam egregiè oportet Catolum Sigonium in commentariis libri secundi

Probatur hæc sententia.



secundi sacræ, historiæ Seueri Sulpitij, & Onuphrium in chronico Ecclesiastico. Quod autem Chrysostomus, & Bernardus dixerũt, Christum post trigintà annos venisse ad baptismum, hunc in modum interpretari conuenit, id est, postquam ingressus erat trigesimum annum. Quæ interpretatio ne ficta a nobis, vel per se absurda existimetur, fidem capit ex ipsa Scriptura: siquidem B. Lucas in Euangelica historia, capite secundo, scribit Christum postquam consummati essent dies octo, esse circumcisum. Si verba ipsa spectes, significari videtur circumcisum esse Christum tractis octo diebus, id est, nono die, at non est hic eorum verborum intellectus: neque enim in circumcisione Christi, violata est lex Mosis, iubens omnes infantes octauo die circumcidi. Est igitur modus loquendi proprius diuinæ Scripturæ, & significans, postquam aduenit octauus dies, in eo die Christum esse circumcisum. Alterum eiusdem phrasis exemplum, extat in Euangelio Matthæi. Matthæus enim capite vigesimo septimo facit Iudæos dicentes Christo, Christum dum viueret, dixisse resurrecturum se ex mortuis, post tres dies: pro eo, quod est tertio die, vel postquam aduenisset tertius dies. Quin Marcus capite octauo narrat, Christum dixisse, filium hominis resurrecturum post tres die: at Lucas, & Matthæus idem commemorantes scribunt dixisse eum, tertia die.

Expositio loci D. Lucæ, de circũcisione Domini.

*Gen.* 17. *Leu.* 12.

*Matt.* 16. *Luc* 9.

## *Quæstio septima, de tempore, quo Christus est Dominus mortuus.*

Quot annos Christus vixerit in terris.

ARduam esse quæstionem hanc, & litigiosam, ac perdifficilem explicatu, ipsa eius tractatio declarabit. Primo loco producemus in medium aliorum sententias: quibus expositis, & diiudicatis, extremo loco, quam putamus extetis probabiliorẽ sententiam, constituemus, atque confirmabimus. Prima opinio, Christum vixisse quadraginta tex annos, aut etiam propè quinquaginta: illud putasse quoidam, quia per tot annos ædificatum esset templum Hierosolymitanum, imaginem Dominici corporis gerens, refert Augustinus in libro secundo de doctrina Christiana, capite vigesimo octauo. Hoc autem difertis verbis tractat, & probare nititur Irenæus in libro secundo aduersus hæreses, capite trigesimo nono, & quadragesimo, affirmans, Christum vixisse paulo minus quinquaginta annos, propter illud quod Iudæi Christo dixerunt, vt refert Ioannes capite octauo, *quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* quamquam eo loco D. Chrysostomus & Euthymius, non quinquaginta,

1. opinio Irenæi.

sed

sed quadraginta annos legerint. Addit præterea rationem Irenæus: minimum fuisse conueniens, vt Christus obiret omnes gradus ætatis humanæ, quo cuiusque ætatis sancte atque innocenter degendæ salutaria præberet exempla, & documenta. Neque vero conseruaneum fuisse, vt Christus in iuuenili ætate, sed potius in virili etiam ad senilem inclinante, munus prædicandi Euangelij, nempe grauissimum, magnoque indigens authoritatis exerceret. Sed hanc opinionem, vt falsam, improbabile, & absurdā, omnes qui fuere post Irenæū, repudiarunt, ac reiecerūt. Quid enim minus credibile, quā si Christus vixisset vsque ad quinquagesimum annum, nullū de actis ipsius, miraculisque, & doctrina, post trigesimum tertium vel quartum annum, Euangelistas fecisse verbum? Cum verisimile sit, quæ posterioribus annis Christus egisset, ea futura fuisse insigniora, illustriora, & mirabiliora, nobisque vtiliora: ob eāque digniora, quæ literarum monumentis consignata, in omnium posterorum cognitione, admiratione, atque imitatione versarentur. Sed illud valentissimum est ad eam opinionem euertendam argumentum: Si Christus vixisset annos prope quinquaginta, ergo non fuisset mortuus Tiberio Cæsare imperante, nec adiudicatus morti esset à Pilato Iudææ procuratore: eum illud tamen, in confesso sit apud omnes auctores Ecclesiasticos: hoc vero Euangelica testetur historia, & in Symbolo Apostolico expressum sit, passum esse Christum sub Pontio Pilato. Quod autem illi opinioni hoc sit consequens, hinc patet: Tiberius nāque regnauit viginti tres annos: post eum Caligula, quatuor: hunc consequutus est Claudius. Cum igitur Christus anno decimoquinto Tiberij, & trigesimo suæ ætatis baptizatus fuerit, si vixit prope quinquaginta annos, necesse est peruenisse eum ad quartum, vel quintum annum Claudii. Atqui Pilatum ex procuratione Iudææ, anno vltimo Tiberij decessisse, auctor est Iosephus libro decimooctauo antiquitatum.

Reiicitur Irenæi opinio.

Ioseph. lib. 18 antiq. cap. 5.

Secunda opinio, & quidem perueteris, fuit multorum patrū, qui Christum eodem anno quo baptizatus est, id est, expleto trigesimo ætatis suæ anno, esse mortuum existimarunt. Ita sentit Tertullianus in libro aduersus Iudæos, Clemens Alexandrinus libro primo stromatum, Iulius Africanus libro quinto annalium, & Lactantius libro quarto, capite decimo. Quorum sententiæ accessisse videtur Augustinus: scribit enim libro decimooctauo de ciuitate Dei, capite quinquagesimo quarto, Christum esse mortuum consulibus, duobus geminis, Caio Rubellio, & Caio Fusio, quorum consulatus in annum Tiberij decimumquintum incidit: & in eisdē operis libro vigesimosecūdo capite decimoquinto, tradit Augustinus, mortuos resurrecturos

2. opinio Tertulliani Clemētis Africani, Lactantij.



resturos in ætate iuuenili, qua ætate Christus mortuus est, hoc est, circa trigesimum ætatis annum. Sed incredibile est D. Augustinum in tam aperto errore esse versatum, præsertim cū in libro secundo de doctrina Christiana cap. 28 non obscure indicet, Christum plures triginta annis vixisse. Sic enim scribit. *Et annorum quidem ferè triginta, baptizatum esse retinemus auctoritate Euangelica, sed post eos quot annos in hac vita egerit, quamquam textus ipse actionum eius animaduerti possit, tamen ne nimis de caligo dubitationis oriatur, de historia gentium collata cum Euangelio liquidius certiusq; colligitur.* Sic Augustinus. Fit igitur verisimilius vero Augustinum lapsum esse in designandis consulibus, quibus Christus mortuus est: nequeunus enim est pleroſque antiquorum patrum, mortem Domini referentium ad illorum duorum geminorum, consulatum. Nec animaduertit Augustinus quibus consulibus Christum fecit mortuum, eorum consulatum cum anno decimoquinto Tiberij concurrisse. Huius autem secundæ opinionis, & tertiæ, quam proximè subiiciemus confutatio, pendet ex confirmatione quintæ sententiæ, quam nos cæteris præferemus.

An D. Augustinus putauerit Dominū nō ultra trigesimū annū in terris vixisse.

Tertia opinio, Christum vixisse vno & triginta annis, & post baptismum biennio tantum prædicasse. Hoc sensisse Appollinarē Laodicenum Episcopum: tradit Hieronymus super nono capite Danielis. Simile quid videtur sensisse Cyrillus Alexandrinus in explanando vigesimum nonum caput Isaiæ, affirmans, Christum duobus annis docendo, omnem Iudæam peragrasse. Ioannes Lucidus de vero die passionis Christi capite nono, in eandem sententiam quosdam alios recentiores, sed inferioris tamen notæ auctores adscripsit, Philastrium quoque in catalogo hæreseon, existimare licet eiusdem fuisse sententiæ, quippe Christum vixisse vno & triginta annis, non obscurè significauit. Nec ab ea opinione alienus fuisse videtur Severus Sulpitius: scribit namque in libro secūdo sacræ historiæ, Christum vixisse quatuor annos, regnāte magno Herode, deinde sub Archelao, nouē: deniq; mortuū esse anno decimooctauo Herodis Tetrarchæ: ex quo efficitur, Christū vnū dūraxat & triginta annos vixisse. Proximè abest ab hac sentētia Paulus Orosius: apud quem libro septimo, capite quarto, nisi forte mendosus sit locus, scriptum est, Christum obiisse anno decimoseptimo Tiberij: quo efficeretur, cum non excessisse trigesimum secundum annum: præsertim cum ipse tradat, Christum extremo quadragesimo secundo anno Augusti, esse natum.

3. opinio Apollinaris & aliorum.

Severus Sulpitius

Paulus Orosius.

Quarta opinio, Christum esse mortuum anno suæ ætatis trigesimo quarto, non tamen expleto, sed inchoato tantū per aliquot menses, & aliquot præterea dies. Huius sententiæ auctorem

4. opinio Bedæ & aliorum qui Chri

Universidad de Deusto
Biblioteca



flum anno trigesimo quarto mortuũ esse scribunt.

rem video fuisse Bedã in libro de ratione temporum, capite quadragesimo quinto, eiusdeq; probatores atque sectatores reperio, Albertum Magnum in commentario epistolæ Dionysij Areopagitæ, & Onuphrium in fastis, & in chronico Ecclesiastico. Qui sic opinantur, variis rationibus in eam opinionem adducti sunt. Beda quidem putauit Christum esse baptizatum, cum is, iam ortus esset trigesimum primum annum: exinde prædicasse tres annos: quam opinionem supra nos confutauimus. Alij nobiscum sentiunt, Christum incunte trigesimo anno esse baptizatum, & prædicasse tantum tres annos superque aliquot menses, sed initium tamen prædicandi non fecisse, nisi vno anno post baptismum, id est, post nuptias in Chana Galileæ factas, eodem scilicet die, sed vno anno postquam fuerat baptizatus, de quo posterius disputaturi sumus. Onuphrius cẽset Christum esse mortuũ trigesimo quarto anno, qui fuit decimus nonus Tiberij, & quartus ducentesimæ secundæ Olympiadis, & octauus Pilati procurationis Iudææ, consulibus Seruio Sulpitio Galba, & Lucio Cornelio Sulla, vigesimo sexto die Martij, decimaoctaua luna primi mensis numerando lunas à coniunctione lunæ cum sole: erat tamen decimaquinta luna, numerando à cotriculari apparitione ipsius lunæ, vnde solebant Iudæi, secundum antiquam traditionem menses suos auspicari: ea vero dies fuit tertia post plenilunũ, quod eo anno circa occasum solis diei Martis, vigesimo tertio Martij acciderat. Portentosius autem fuit triduo post plenilunium, defectionem solis euenisse, quam si in ipso plenilunio, in quo naturaliter fit eclipsis lunæ, contigisset. Hæc Onuphrius. Verum, in istam opinionem, vnusquisque diei potest eam non esse admodum probabilem: id quod liquido iudicabitur ex cõfirmatione eius sententiæ, quam proximè subiecimus. Illud quoque asseuerant periti astronomicæ computationis, in trigesimoquarto anno ætatis Christi, Pascha incidisse in vigesimam tertiam Martij, & in diem Mercurij, cum tamen certum sit, Christum die Veneris obiisse.

Refellitur Onuphrius affirmãs, Christũ mortuũ decimonono Tiberij Cæsaris, &

Sed in opinione Onuphrij, multa propriè sunt diiudicanda. Principiò, Christũ, inquit, decimonono Tiberij anno esse mortuum. Atqui contra censent plerique summæ auctoritatis viri. Eusebius in chronicis. Epiphanius in libro de ponderibus & mensuris. Beda in libro de sex ætatibus mundi, & in libro de ratione temporum, capite septimo & quadragesimo septimo: idemque colligitur ex iis, quæ tradit Hieronymus in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, vbi agit de D. Paulo. ait enim Paulum vinctum Romam primum venisse, anno secundo Neronis, & à passione Domini vigesimo quinto



qui ntoresse autem occisum, anno decimo quarto Neronis, & à passione Christi trigesimo septimo. Quæ ratio tempotum non aliter constat, quã si ponamus Christũ esse mortuũ decimooctauo anno Tiberij. Etenim reliqui erũt imperij eius quinque annii tũ Caligulæ quatuor: possea Claudij quatuordecim, & totidem Neronis, qui efficiunt illos triginta septem annos, à passione Christi vsque ad martyrium Pauli, descriptos à D. Hieronymo. Sed in huiusmodi computatione, oportet prædictorum imperatorum annos accipere, tam plenos, quam inchoatos. Deinde putat Onuphrius, annum mortis Christi fuisse octauum procurationis Pilati: quod ex Iosepho refellitur. Apud illum enim legimus libro decimooctauo antiquitatum, decem annos Iudææ Pilatum præfuisse, & vltimo anno principatus Tiberij, Iudæa decessisse: cum enim ad vrbem rediret, in ipso itinere mortis Tiberij nuntium acceperit. Si igitur octauo anno Pilati, Christus esset mortuus, necesse fuisset, eũ mortuum esse vigesimo primo anno Tiberij. Ad hæc, quis inducat in animum credere, quod tradit Onuphrius, Christum non esse mortuum in ipso plenilunio, sed triduo post: cum id manifestè sit contra communem doctorum sensum, præsertim verò contra sententiam Dionysij Areopagitæ, qui fuit testis oculatus, & spectator tanti miraculi? Quippe in epistola, quã scripsit ad Polycarpum, & in altera, quam misit ad Apollophanem philosophum, narrans illam solis eclipsim, quam ipse simul cum Appollophane, cum in Ægypto essent, magna cum admiratione vidit, eam in plenilunio ipso contigisse, eoque maximo ipsis fuisse miraculo, contestatur. Nec verum est, quod ait Onuphrius mirabiliorem fuisse illam eclipsim triduo post plenilunium, quam si in ipso plenilunio accidisset. Nã cum eclipsis solis naturaliter non fiat, nisi quando luna coniuncta soli, eiusque subiens orbẽ, aspectum ipsius terris ademit; hinc profecto apparet quato luna à coniunctione cum sole remotior est, tanto longius abesse ab efficienda eclipsi solis. Constat vero, nunquam à sole magis esse disiunctam lunam, quam cum est in plenilunio: nunquam igitur minus quam tunc, naturaliter valet ad efficiendam solis eclipsim: quare si tunc fiat, mirabiliorem sanè est, quam si alio vllo tempore fieret.

octauo anno procurationis Pilati.

Ioseph. lib. 18. antiq. ca. 5.

Probat Christũ mortuũ esse in ipso plenilunio, cõtra Onuphrium.

Quinta opinio, cæteris probabilior est.

Quinta sententia est, Christum esse mortuum expleto trigesimo secundo anno, & præterea paulo plus tribus mensibus, itaque mortuum esse trigesimo tertio anno non expleto, sed inchoato. Hanc ego sententiam, quia cæteris omnibus antepono, quatuor rationibus confirmabo, Prima ratio ducitur ex historia & chronologia Romana. Etenim, supra quæstio hæc quinta constituta à nobis est, Christum esse natum anno

Christũ annos trigintaduos

quadra-

Universidad de Deusto
Biblioteca



& mẽses aliquot vixisse, quæ quatuor rationibus probatur. Prima ratio.

quadragesimo secundo imperij Augusti: & paulo antè, in computatione quartæ opinionis docuimus, Christum esse mortuũ secundum communem doctorum sententiam, in decimooctauo anno Tiberij Cæsaris. Sed ab anno quadragesimo secundo Augusti, vsque ad decimumoctauum Tiberij, triginta tres anni non pleni numerantur, tot igitur nec plus, nec minus Christum vixisse putandum est. Aduersus hanc rationem duo possent obiicinam dicet aliquis incertum esse, quot annis regnauerit Augustus, ex quo incertum esse videtur, quantum temporis inter quadragesimum secundum annum Augusti, & decimumoctauum Tiberij intercesserit. Siquidem Tacitus in dialogo de claris oratoribus, ait regnasse Augustum quinquaginta octo annos. Iosephus libro decimo octauo, antiquitatum, quinquaginta septem, & eo amplius sex menses: Isidorus & Beda, quinquaginta sex annis, & præterea sex mensibus. Sed hæc obiectio facile diluitur, nam supra, quæstione quinta docuimus imperium Augusti, intra quinquaginta sex annos contineri. Deinde, posset obiici, fortasse non statim post mortem Augusti, sed longo post intervallo, Tiberium sumpsisse imperium. Verum, hoc nullam vim habet, in aperto enim est apud omnes, proximè post Augusti excessum, Tiberium initisse principatum. Si quis præterea, nobis facessere negotium pergat, dicens, in obscuro esse, cum dicitur, Christus natus quadragesimo secundo anno Augusti; & mortuus decimooctauo Tiberij, an id sit intelligendum de vtriusque annis, vel expletis, vel tantum inchoatis, annis expletis, alteris autè inchoatis: nõ enim parui refert quomodo anni accipiãtur. Nã si quadragesimus secũdus annus Augusti, intelligatur iã expletus, & decimus octauus Tiberij tantum inchoatus, efficietur, Christum non nisi triginta duos annos, ac ne hos quidem plenos vixisse. Sin autẽ quadragesimus secundus Augusti accipiatur tantum inchoatus, annus vero Tiberij decimus octauus, iam expletus, consequens erit Christum vsque ad trigesimum quartum ætatis annum peruenisse. Verumtamen hoc facile repellitur. Est enim præter consuetudinem scriptorum præterque rationem, alio modo accipere quadragesimum secundum annum Augusti, & alio, longeque diuerso, decimum octauum Tiberij: siquidem ratio ipsa, & vsus chronologorum docet, vtromque eodem modo esse intelligendum. Vtcunque autem modo accipiatur, concluditur quod volumus, Christum non excessisse trigesimum tertium ætatis annum. Quamquam ferè scriptorum tam sacri, quã profani, cum aiunt euenisse aliquid, hoc vel illo anno alicuius principis intelligi, volunt non expletum, sed inchoatum modo, & vt vulgo loquimur, currentem annum.

Iosephus. lib. 18 antiq. cap. 3

Secunda



Secunda ratio petita est ex Græca chronologia, quæ in computatione olympiadum versatur, supra, quæstione quinta probauimus, Christum esse natum anno quarto olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ. Nunc affirmamus, Christum esse mortuum anno quarto ducentesimæ secundæ olympiadis: hoc autem spatium temporis, non potest continere plus triginta tres annos inchoatos. Incidisse autem mortem Domini nostri, in quartum annum ducentesimæ secundæ olympiadis, satis magno argumento esse debet, ab antiquis pretantissimusque chronologis, mirabilem illam solis eclipsim, quæ nono Kalendas Octobris Domino accidit, in quarto anno ducentesimæ secundæ olympiadis esse annotatam. Quam hæc verba eorum, priores cõmemorantes ab Eusebio in chronicis. Cum enim signasset Eusebius mortem Christi in anno decimooctauo Tiberij, hæc scribit. *Ad passionem verus Dominus, ut no Tiberio desinat esse quo tempore, & in aliis Ethnicorum commentariis, hæc ad verbum scripta reperimus: Solis facta defectio, & tenebræ super vniuersam terram, Bithynia terra motu cecidit, & in vrbe Nicæa ædes plurima corruerunt. Quæ omnia ipsi congruunt, quæ in passione Salvatoris nostri acciderunt. Scripsit vero super his & Phlegon, egregius olympiadum supputator, in decimo quarto libro ita dicens. Quarto anno ducentesimæ secundæ olympiadis magna & excellens, & super omnes qui ante ipsam acciderant, defectio solis facta est: diei hora sexta, in tenebrosam noctem ita versus est, vt stellæ videri sint, terræque motus multas in Bithynia Nicææ vrbis ædes subuerterit.* Sic Eusebius. Hæc supradictis vtinam scripta reliquisset, quæ sane ad confirmationem nostræ sententiæ plurimum valere debent.

2. Ratio. An Christus mortuus sit, quarto anno ducentesimæ secundæ olympiadis.

Testimonia Ethnicorum de tempore Christi.

Tertiæ rationi fides & robur adiungitur, tum ex doctrina Euangelica, tum ex ratione astronomica. Veram ad hanc construendam argumentationẽ, tria quasi fundamenta supponere oportet, sed eiusmodi tamen, vt ab omnibus firmissima censeri debeant. Primo sumimus Christum esse mortuum decimaquinta luna primi mensis: quod patet legenti euangelium. Ait enim Christum esse passum postridie, quam comederat Pascha cum discipulis: comederat autem decima quarta luna ad vesperam, scilicet vti inhibebat lex Mosis. Et Dionysius Areopagita, quemadmodum supra docuimus, ecclipsim solis in excessu Christi factam, in plenilunio accidisse confirmat. Deinde, illud quoque sumimus, Christum esse passum sexta feria, seu die Veneris. Tali enim die fit in Ecclesia, vsque ad exordium ipsius, per singulos annos anniuersaria mortis Christi eorum memoratio. Et hoc item manifestum facit historia Euangelica. Nam Marcus cap. decimoquinto, diem mortis Christi sum-

3. Ratio. Christus mortuus decima quinta luna primi mensis. Exod. 12. Leu. 23. Dion. in epist. ad Apollophanem.

N n sein-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christus mortuus feria sexta ostenditur.

se inquit parasceuen ante sabbatum. Quin ob eam causam solicitos fuisse Iudæos de Christi corpore deponendo de cruce, eo ipso die Veneris, quia immineba dies sabbati, incipiens post occasum solis diei Veneris, narrat Ioannes decimo nono, & Lucas vigesimo tertio cap. Addisce quod, si non obiisset Dominus noster in die Veneris, vel non die Dominico, vel non die tertia, quam mortuus fuerat, resurrexisset. Tertio loco positum, quintum annorum mille quingentorum octogintasex, quibus ortus Christi ad hodiernum diem transacti sunt, ratū & firmum apud omnes esse debere, vtpote quem ex antiquissima Ecclesiæ traditione, ab eius ortu, continuata temporum serie, ad nos vsque fideliter perductā, & ex consensu populi Christiani, omnium quæ scriptorum, exploratum atque compertū habeamus. His positis, recta ratio ita conficitur. Si Christus mortuus est feria sexta, & luna decima quinta primi mensis, vt positum est, ergo non est mortuus alio etiam suæ anno, quam trigesimo tertio. Ex illo concludit hoc, ita probatur. Nō est disputandum nunc Christum non esse mortuum, vel ante trigesimum primum ætatis annum, vel vltra trigesimum quintum: id enim extra controuersiam, & in consesso est apud omnes præter vnum Ireneum, cuius tamen opinio iam pridem explosa est ab omnibus, & paulo superius à nobis etiam manifestis argumentis profligata. Tota igitur hæc de anno mortis Christi quæstio versatur circa quatuor annos, trigesimum primum, trigesimum secundum, trigesimum tertium, & trigesimum quartum. In horum autem nullo euenit, vt decimaquinta luna, simul etiam esset feria sexta, nisi in anno trigesimo tertio. Quo licet intelligere, in eo ipso anno Christum esse mortuum. Nam in anno trigesimo primo, luna decima quinta primi mensis, incidit in diem vigesimam septimam Martij, & in diem Martis. In anno trigesimo secundo, eadem luna incidit in decimum quintum Aprilis, & in diem Martis. In anno trigesimo quarto, incidit in vigesimum tertium Martij, & in diem Mercurij. In anno trigesimo quinto, incidit in vndecimum diem Aprilis, & in diem Lunæ. At vero in anno trigesimo tertio, quo nos credimus Christum esse mortuum, luna decima quinta primi mensis, simul concurrit cum die Veneris, & cum die tertio Aprilis, vt cum in annos habeat quæcunque legimus conuenisse in tempus mortis Christi, in eo anno ipsum esse passum, nullo modo sit dubitandum. Non me præterit, etiam trigesimo septimo, trigesimo octauo, & quadragesimo septimo anno post ortum Christi, lunam decimam quintam primi mensis, concurrisse cum die Veneris: sed quia constat apud omnes, excepto Ireneo, Christum non at-

In nullo alio anno præter quam trigesimo tertio Christi, luna decima quinta in diem Veneris incidit.



gessisse annum trigesimum septimum: propterea id nullam contra nos vim habere potest. Ratio autem cognoscendi decimam quintam lunam primi mensis in quolibet superiorum annorum, ex tabulis regis Alphonsi, aliisque similibus, petenda est. Rationem vero inuestigandi, & inueniendi sextam feriam in quolibet superiorum annorum, docent nos literæ Dominicales: quippe eius consideratione, in quolibet anno, siue præterito siue futuro, facile est quamcunque velis feriam inuenire.

Quartam rationem, historia euangelica, præsertim vero Ioannis: qui post alios tres euangelistas suum edidit Euangelium, firmissimam nobis suppeditat. Ioannes enim, quia post alios scripsit Euangelium, sicut multa omisit ab aliis tribus prodita, ita quædam expressit ab aliis prætermissa: & inter alia duo, historiam enim perscripsit rerum gestarū à Christo, primo anno suæ prædicationis, hoc est, à baptismo Christi, quo ad Ioannem Baptistā inclusus est in carcere: præterea historiam suā digessit distinctis temporibus ad certā chronologiæ rationē redegit. Omnē nāque tēpus prædicationis Christi à baptismo vsque ad eius mortem, per quatuor Paschata distinxit. Primum Pascha, & post baptismum Christi proximum, posuit in capite secundo, alterum in cap. quinto, tertium in cap. sexto, quartum in cap. vndecimo, decimotertio, & decimo octauo. Primum Pascha incidit in trigesimum annum Christi: alterum Pascha, in trigesimum primum: tertium in trigesimum secundum: quartum in quo ipse mortuus est, in trigesimum tertium ætatis suæ annum. Ex his necessario manifesteque concluditur, Christum cum in anno ætatis suæ trigesimo tertio versaretur, esse mortuum. At enim, aduersus hanc rationem, nonnulla possunt obiici, quæ, quia magnas habent difficultates, magnique sunt momenti ad explicationem eius quæstionis, quam nunc tractamus, propterea nobis visa sunt non esse vel dissimulanda, vel molli, vt aiunt, brachio, prætercunda, sed cum diligentia curaque tractanda.

Quarta ratio ex Euāgelio D. Ioannis petita

Euangelium D. Ioannis reliquit dimissiue.

Primo igitur opponitur nobis, Ioannem post Christi baptismum, aperte expresseque non nisi tria Paschata commemorasse: vnum capite secundo, alterum capite sexto, tertium capite vndecimo: decimo tertio, & decimo octauo. Nam quod nos diximus commemorari ab eo capite quinto, id Ioannes non appellat Pascha, sed tantummodo diem festum: sic enim scribit: *erat dies festus Iudæorum. Ascendit Iesus Hierosolymam.* Nonne autem dicit festi, multi & in primis graues & clari scriptores, nō Paschæ, sed vel scilicē Pētecostes, vel festū Sortiū, siue aliquod aliud de festis hyemalibus Iudeorū, intelligi debere eē

Tractatur locus Ioannis, cap. 5. an quē Ioannes ibi vocet diem festum, is fuerit Pascha.

fuerunt. Equidem non ignoro quisnam fuerit dies ille festus à Ioanne positus in capite quinto, tres esse scriptorum opiniones: quas hoc loco breuiter ponere ac perpendere, non erit alienum. Prima opinio est Chrysostomi, Cyrilli, Euthymij, Theophilacti, D. Thomæ, & Nicolai de Lyra, qui explanantes illum locum Ioannis, tradunt, diem illum festum fuisse Pentecostes, tertio mense, & quinquagesimo die post pascha celebrari solitum. Nam cum Ioannes ca. 2. posuerit festum Paschatis, nec deinde vsque ad caput quintum, aliud diem festum memorauerit, satis manifesto indicio est, diem festum, quem nominauit capite quinto, fuisse proximum post Pascha. Nec sanè vllus erat apud Iudæos, dies festus, lege diuina præscriptus, proximè post Pascha, nisi festus dies Pentecostes. Verum hanc opinionem videtur contextus ipse Euangelicæ historiæ D. Ioannis refellere. Etenim post pascha memoratum à Ioanne in capite secundo, aliquamdiu Iesus commemoratus est Hierosolymis, postea non vbique tantum, sed etiam Iudæa discessit: & aliquanto post, iterum rediit in Iudæam, ibique non paruo tempore, vt ex tertio capite Ioannis intelligitur, versatus est. Post hæc declinans inuidiam & odium insectantium se Pharisæorum, relicta Iudæa venit in Samariam. Prædicta autem omnia intrà quinquaginta dies inter Pascha & Pentecostes interlapsos, esse acta, non est verisimile. Quo tempore autem erat in Samaria, quatuor mensibus affuisse festum Paschatis, perspicuè intelligitur ex illis Christi verbis: quæ sunt in quarto capite Ioannis, *Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?* tempus autem messis in Palestina, fuisse circa festum Paschatis, manifestum sit ex vigesimo tertio capite Leuitici, sed manifestius est legenti tertium, quartum, & quintum caput libri Iosue. Illis enim locis narratur, quo tempore Iordanem Iudæi transierunt, fuisse tempus messis: transierunt autem decimo die primi mensis & decimo quarto die celebrantes Pascha comederunt fruges illius anni, nempè, azymos panes, & polentem. Patet igitur à festo Paschatis in secundo capite nominati, vsque ad Christi aduentum in Samariam, præteriisse circiter mèses octo: sed Christus venit in Samariâ ante diem illum festum nominatum in quinto capite, & priusquam venit in Hierosolymam, vbi sanauit paralyticum, ergo non potuit dies ille festus minimum octo mensibus posterior Paschate, esse Pentecostes, quippe, qui quinquaginta dumtaxat diebus à Paschate distabat. Rationem porro, quia illi auctores vti sunt, manifestum est parum esse firmam. Non enim omnes dies festi, quos Ioannes in sua historia ita narrat, vt vnus proximè post alterum commemoret, fuerunt inter se proximè consequentes. Initio namque sexti capitis nominat festum Paschatis, cum tamen proximè ante in principio quinti capitis posuisset diem festum Iudæorum, quem illi pentecostes interpretantur. Perspicuum verò est inter Pentecosten, & lobse quens Pascha interiectos fuisse apud Iudæos complures alios dies festos, videlicet, qui in mense septimo, nono, & vltimo celebrantur. Quin cum Ioannes in exordio sexti capitis nominasset festum Paschatis: proximè post, initio septimi capitis ponit festum Scenopegiæ, quod agebatur mense septimo, intermisso festo Pentecostes, & aliis quibusdam intermedijs. Altera opinio est Caietani super quinto capite Ioannis, & Melchioris Cani in libro vndecimo de locis theologicis, capite quinto, in solutione sexti argumenti affirmantium, diem illum à Ioanne dictum simpliciter, ac præcisè festum, nec fuisse Paschatis, nec Pentecostes, sed vnum aliquem de festis hyemalibus: erant autem tres, vnus Encæniorum, id est, renouationis, & purgationis templi, factæ à Iuda Machabæo, incidens in vigesimum quintum diem noni mensis Iudaici, qui Casleu appellabatur: vide quartum caput prioris libri Machabæorum: alter dies festus erat ædificationis seu instaurationis secundi templi, principe Zorobabele, & Pontifice Iesu: is verò agebatur tertio die vltimi mensis, quem Hebræi vocât Adar, sicut legitur apud Esdram capite sexto: tertius erat Sortium, à Mardachæo, & Esther institutus, & decimo quarto, ac decimo quinto die eiusdem mensis agi solitus, lege nonum caput libri Esther. Putant igitur Caietanus, & Canus, diem illum festum dictum à Ioanne fuisse festum, vel ædificationis secundi templi, vel Sortium, alio nomine dictum festum Mardochæi. Sed hanc opinionem non aliis argumentis infirmare attinet, quàm quibus confirmabimus tertiam sententiam: huius enim confirmatio manifesta est illius confutatio.

Messis in Iudæa quo tempore fieret.

2. opinio Chrysostomi, Cyrilli & aliorũ. Diem festum, cuius D. Ioannes meminit, fuisse Paschaosten dit.

2 opinio Caietani de illodie festo. Iudæorũ festa hyemalia.

Est itaque tertia sententia prioribus longè probabilior, nomine illius diei festi simpliciter dicti, non alium, quam diem festum paschatis, debere intelligi. Atque hoc quidem clarè docet ipse contextus historiæ Ioannis: sic enim, quæ narrantur ab eo in capite quinto cohærent, & consequentia sunt his, quæ narrantur capite quarto, vt manifestè arguant veram esse hanc nostram interpretationem. Illic enim apertè significatum est, ab eo tempore, quo Christus venit Samariam, tempus messis, & Paschatis, quatuor mensibus abfuisse: quo temporis spatio, cõmodè à Christo fieri potuerũt in Galilæa, quæcumque tunc ab eo facta, illic esse, alij Euangelistæ prodiderunt. Deinde non est verisimile, appellationem festi simpliciter dicti, tributam esse à Ioanne festo Sortium, vel instaurationis

3. opinio Isenæi, Eusebij, Hieronymi, & aliorum similiorũ verò.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rationi templi: siquidem eiusmodi dies apud Iudæos, erant minus illustres, & celebres festo Paschatis, & Pentecostes, & Tabernaculorum, nec erant diuina lege, sed humana auctoritate constituti. Cum autem festus dies Paschatis esset primus anni, longeque celeberrimus, eius appellatus est per antonomasiam, dies festus simpliciter, & præcipue. Verumtamen, illud mihi maxime persuadet probatque hanc sententiam, quod nō semel in Euangelica historia, dies festus Paschatis, etiam nonnunquam festi præcipue, & simpliciter dicti, appellatur, velut apud Lucam capite vigesimo secundo, apud Matthæum capite vigesimo sexto, & apud Ioannem decimoterrio. Ex quo facta apparet eos recedere a consuetudine diuinæ scripturæ, qui appellationem festi simpliciter dicti, remouentes a festo Paschatis, cui maxime conuenit, & sæpe a scriptura tribuitur ad alios dies festos, quibus minime congruit, nec vllam in veteri, aut nouo testamento attributam, accommodare conantur. Atque huius sententiæ auctores habemus, Irenæum libro secundo, capite trigesimo nono, Eusebium in chronicis, & in libro octauo, de demonstratione Euangelica, diuum Hieronymum, & Theodoretum super capite nono Danielis, & Rupertum super capite quinto Euangelij diui Ioannis. Sed enim fortasse obiicies, in principio festi capitis, nominasse festum Paschatis: quare, si quem initio sic nominauit diem festum eū quoque festum Paschatis intelligi oportet, ab vno festo Paschatis, transisse Ioannes ad alterum proximè subsequens omnibus vnius integri anni actis Christi, prorsus intermissis: quod sanè videtur absurdum. Verum hoc leuius est, quam vt lectorem mouere debeat. Namque solemne est Euangelistis, extrema vnius inter media proximè intricem connectere. Matthæus, descripto Christi baptismo, & ieiunio, proximè iubicit vltimam vocationem Apostolorum, quam tamen multo post tempore constat esse factam Ioannes, cum 6 cap. Christi circa festum Paschatis acta dictaque narrasset, statim in capite septimo transiit, ad ea, quæ contigerunt circa festum Scenopegiæ, hostriā Christi septem mensium silentio inuoluēs. Ergo quæ inter secundum, & tertium Pascha facta dictaque a Christo fuerant. Ioannes prætermisit, quod ea tres alij, qui ante ipsum scripserāt Euangelium, diligentes, & copiose, tradiderant, videlicet, Matthæus à capite duodecimo, vsque ad decimum quartum: Marcus a secundo ad sextum. Lucas a sexto ad nonum. Nam quod illi narrant de Christi discipulis vellentibus spicas, & grana comfricantibus, non longe post secundum festum Paschatis, & post ea, quæ Ioannes capite quinto, a Christo facta, & dicta commemorat accidisse putandum est.

Dies festus dicitur Paschæ dies simpliciter.

Cur D. Ioãnes ab vno Paschate ad aliud trãsierit.

Deinde, contra id quod supra dictum est de quatuor festis Paschatis, descriptis a Ioanne post baptismum, Christi vndenos concludi arbitramur. Christum trigesimum tertium annum nequaquam excessisse, illud præterea obiici potest, Ioannem omisisse vnum pascha transactum inter Christi baptismū & nuptias factas in Chana Galilææ in quibus Christus, aqua in vinū mutata, primum omnium signorū fecisse dicitur, postquas nuptias fuit Pascha, quod a Ioanne primū memoratur. Enimuero, communi opinione receptū est, quin etiā ipsum Ecclesiæ sensu, & auctoritate comprobatū, miraculū illud patratum in nuptiis, eodem quidem die, sed vno tamen anno postquā fuerat Christus baptizatus, fuisse factū. Ex quo efficitur, Christū post baptismum suū, quinquies festā Pascha, celebrasse Nam, quod apud Ioannem est primū Pascha postnuptias in Chana Galilææ peractas, id reuera secundum est: cū enim inter baptismum, & illas nuptias, vnus integer annus interfluxerit, necesse est in eo anno fuisse aliud pascha; cuius eo, quod Ioannes primo loco memorauit. Hæc obiectio implicatam habet quæstionem, non parum nobilem, ac celebrem, nec parum etiam inter doctores controuersā. Quæstio enim est, an quo die Christus baptizatus est, eodē ipso die, sed vno anno post miraculū illum fecerit in nuptiis, vt fieri baptismus eius fuit sexto Ianuarij ineuntis anni trigesimi: sic illud miraculū accidisse eodē sexto die Ianuarij in anno trigesimo primo, per tredecim dies inchoato. In hac controuersia quid alij protulerint, & quid mihi propensius ad similitudinem veritatis esse videatur, paucis exponendum est. Epiphanius in hæresi quinquagesima prima censet, miraculum illud factum esse a Christo in nuptiis, eo die quo fuerat natus, hoc est, die sexto Ianuarij cum iam expleuisset trigesimum annum, & eo die trigesimum primum orditetur. Hinc colligit, miraculum illud sexagesimis diebus post baptismum Christi esse factum. Quorum dictum rationem, hunc in modum subiicit Epiphanius: post baptismum, inquit, quo trigesimo die Christus ieiunauit in deserto, exinde rediit Nazareth, & ibi mansit quindecim dies, postea, rediit ad Ioannem, & vno die, qui fuit a baptismo quinquagesimus sextus, Ioannes de ipso tunc abiente præclarā dedit testimoniū: die autem quinquagesimo septimo ipso Iesu præsente, testificatus de illo palā est illud, *Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi*: tertio autem, die quinquagesimo octauo, dicente Ioanne, *Ecce agnus Dei*. Andreas, & quidā alius, sequuti sunt Christum ad hæc egressus è Galilæa Christus die quinquagesimo nono vocauit ad se Philippū idemque,

An inter Christi baptismum & mortem quinque Paschata transierint.

An miraculum, quo in Cana nuptiis vinum mutatum est, vno anno post Christi baptismum ex acto, contigerit.

Opinio Epiphanii. *Matth. 4. Ioan.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christus 6 exto die Ianuarij natus in terris, qui sint opinati.

Ægyptij festu die Christi or tum, in die sexto Ianuarij agebant.

die proximè sequẽti, qui fuit sexagesimus a baptismo, & sextus dies Ianuarij, factæ sunt nuptiæ in Chana Galilææ. Sic Epiphanius. Sed in hac eius opinatione, quædam sunt contraria communi doctorum sententiæ & antiquæ ipsius Ecclesiæ traditioni, veluti est illud, Christum sexto die Ianuarij esse natum: cum ab antiquis vsque temporibus Christũ 25. Decembris die natum in populo Christiano pro certo teneatur. Quamquã videatur in eo, consuetudinem Ægyptiorũ sequutus, Epiphanius: quam in primo capite decimæ collationis, his verbis memorat Cassianus. *Intra Ægypti regionem, mos iste antiquitus seruatur, vt pridie Epiphaniorum diei, quem prouinciæ illius Sacerdotes, vel dominicæ baptismi: vel secundum carnem nativitatis esse definiunt, ex ædibus virginibus sacramenti solemnitatem, nõ bifaria, vt in ceteris prouincijs, sed sub vna die huius festiuitatis celebrem.* Atque huius loci, sententiæ Cassiani, meminit etiam Isidorus libro primo de officiis Ecclesiasticis, cum agit de festo Epiphaniæ, nonnulla sunt præterea in opinione Epiphanij, plane incerta, nec vlla firma ratione, vel probabili coniectura, aut grauis cuiuspiam viri auctoritate subnixa. Huiusmodi est illud, Christum statim post quadraginta dies exactos in solitudine, remisse Nazareth: mansisseque ibi quindecim dies, & post eo tendisse ad Ioannem. Hoc enim incompertum est, nec fortasse compertũ esse potest: sicut nec præfinito sciri quõ tempore post baptismum Christi, Ioannes illa præclara de ipso testimonia dixerit: quantumque temporis inter singula eius testimonia interfluxerit.

2. Opinio Christũ quo die baptizatũ eo aquã in vinum mutasse.

Altera opinio est, & nunc recepta & petulgata: Christum quo die baptizatus, est eodẽ die, vno anno post fecisse miraculum aquæ in vinum cõmutatæ. Hanc sententiam veteri traditione videntur confirmasse beatus Maximus, sanctus Augustinus, Eusebius Emissenus in suis homiliis de festo Epiphaniæ, & Isidorus in libro de officiis, cum agit de Epiphania. Quin etiam, quod maximum est huius sententiæ firmamentum, adest huic opinioni Ecclesiæ auctoritas & testimonium, quæ id videtur apertè comprobare, publicè in templis canens in quadam antiphona, quæ est in officio de Epiphania, *Tribus miraculis ornatum diem sanctũ colimus: hodie stella Magos duxit ad præsepe: hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias, hodie in Iordane Christus a Ioanne baptizari voluit.* Ar enim cum hæc argumenta facile possint solui, nec certam, nec admodum probabilem eam opinionem faciunt. Primum enim auctores ad confirmationem eius adducti, parum, aut potius nihil eam adiuuant. Siquidem Maximus, non affirmat tria illa mysteria, eodem die omnia contigisse: sed vtens particula disiunctiua, *vel*, ait,



zit, vnum aliquod horum trium eo die accidisse, sed nescitis tamen quodnam illorum trium eo die potissimũ euenerit. Ver. Maximi sic habent: *In hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu fraternæ traditionis instruimur, multiplici est festiuitate lætandum. Fuerunt enim Christum hodie, vel stella ante a gentibus adoratum: vel mutatum ad impiæ: aquam versũ esse in vinum: vel suscepto a Ioanne baptismate, Iordanis fluenta consecrasse, sed quia potissimum præsentis hoc festum sit diei, nouerit ipse qui fecit.* Hæc Maximus. Cuius simile est, quod scribit D. Augustinus sermone vigesimo septimo, de tempore, qui est secundus de Dominica in octauas Epiphaniæ. *Licet*, inquit, *de solemnitate huius diei, veterum sit diuersa traditio, vna tamen sancta deuotione ista fides. Nam quidam nonnulli Dominum nostrum, stella ducẽ a Magis adtentum adoratum: alij asserant, eum aquam in vinum mutasse, quidam vero baptizatum esse a Ioanne comperimus: in omnibus tamen Dei filius creditur, in omnibus est vera festiuitas.* Hæc eodem Emissenus homilia de festo Epiphaniæ. *Duo*, inquit, *per documenta certissima Deus in homine declaratus est: siue quod stella de ortu filij nuncium Magis præbuit: siue quod Iordanis aquas ad salutem humani generis sui baptismate consecrauit: siue hæc eadem illius mirabilis dies sit, qua primum in Cana Galilææ in nuptiali conuiuio, aquæ in vinum conuersa sunt.* Nec non & Isidorus præcedentibus viris concinens, scribit festum Epiphaniæ Ecclesiæ appellatum, siue ex eo, quod Christus eo die stella indice, ostensus est Magis: siue quia in baptismo Dei filius, & magister hominum declaratus sit testimonio Patris: siue quia in nuptiis, per miraculum aquæ in vinum conuersæ, manifestatus sit discipulo. Neque vero auctoritas Ecclesiæ multum fauet huic opinioni, nam cum Ecclesia canit, *hodie vinũ ex aqua factum est ad nuptias*, illud, *hodie*, diceret aliquis non referri ad tempus rei gestæ, sed ad tempus commemorationis & celebrationis eius rei, quam eo die facit Ecclesia. Est enim hæc illorum verborum sententia: hodie in Ecclesia recolitur & commemoratur, Christum esse adoratum a Magis, baptizatum a Ioanne, & aquam esse ab eo in vinum mutatam. Quod ne videatur commentitium, equidem puto non aliter intelligi debere, quod Ecclesia canit in festo Paschatis, *hodie Christus resurrexit*: & in festo Pentecostes, *Spiritum sanctum hodierna die discipulos adoptionis effudit.* Etenim raro accidit, vt festũ Paschatis, aut Pentecostes, eodẽ die celebretur ab Ecclesia, quo die Christus vel ex mortuis resurrexit, vel Spiritum sanctum misit in discipulos. Ecclesia igitur illa tria mysteria, sapienter instituit eodem die celebrari: tum quod magnã inter se conuenientiam & similitudinem haberent, cum in eorum vnoquoque, singulare

Maximus homil. 1. de Epiphania.

D. Augustinus.

Emissenus homil. 1. de Epiph.

Isid. lib. 1. de offic. Eccles.

Matt. 2. & 3. Ioan. 2.

Cur vni eodemq; die tria hæc mysteria recolãtur

gularis Christi excellentia varie declarata fuerit: tum etiam, quod incertum erat, quonam die, quodnam illorum trium euenisset, aliis omnia eodem die, aliis vero diuersis diebus ea contigisse opinantibus: propterea voluit ea coniunctè, atque vnius diei festiuitate celebrare. Quamuis expeditior istius argumenti solutio esse posset, Ecclesiam, vt in aliis non paucis, quæ ad Ecclesiastica officia pertinent, sic etiam in hoc, non certam aliquam & indubitatam sententiam sed inter varias & probabiles doctorũ ea de re opiniones, eam præsertim opinionem, quæ tunc fortasse celebrior erat, & probabilior habebatur, esse secutam. Multis præterea rationibus ea opinio refelli potest. Primum enim, iam inde à baptismo Ioannis, Christum habere discipulos cœpisse, perspicuè docet Diuus Petrus in actis Apostolorum, ca. 1. *Oportet*, inquit, *ex his viris qui nobiscũ sunt cõgregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismo Ioannis vsque ad diem, quo assumptus est à nobis, testem resurrectionis fieri nobiscum*, vnum ex istis. Sic Petrus. Ac liquet ex narratione Ioannis in capite primo & secundo, Christum paulo ante illas nuptias, discipulos habere cœpisse: ergo nuptiæ illæ non vno anno post baptismum sunt factæ. Deinde Christus in ipso baptismo, voce de cælo missa, & Dei patris testimonio declaratus est Dei filius, & doctor hominum, cum de ipso dictum est: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite*. Non decebat autem Christum, nisi ex quo cœpit autem prædicare post illas nuptias, non est igitur credibile, nuptias esse vno integro anno post Christi baptismum factas. Adhæc totum prædicationis Christi tempus, Patres vt supra ostendimus, tribus annis, superque aliquot mensibus definiebant: Christus vero prædicare ortus est post nuptias, quæ si vno anno post baptismum factæ sunt, non nisi duo anni assignari possunt prædicationi Christi: aut si tres anni assignantur, necesse est Christi ætatem, vsque ad trigesimum quartum annum producere: quod tamen illius opinionis defensores, plane inficiantur. Patet igitur ex his quæ dicta sunt, falsum esse, quod supra obiiciebatur: negãdum enim est, post baptismum Christi fuisse aliquot Pascha priusquam eos, quod in capite secundo à Ioanne memoratur. Nam quod pro huius rei argumento afferebatur, miraculum factum in nuptiis, vno anno post Christi baptismum contigisse, satis ostensum est, aut esse falsum, aut esse incertum & infirmum: liquet enim ex supradictis, tempus illarum nuptiarum, eo interuallo, quod fuit inter baptismum Christi & Pascha proxime subsequens, de quo nempe Ioanne in secundo capite scripsit, contineri.

Locus ex actis Apostolorũ capite primo, tractatur hic & infra.

Matth. 3.

Quomodo inter baptismũ Christi & nuptias illas Pascha interfuerit.

Si



Si quis tamen peruulgatam illam, multisque probatam de nuptiis vno anno post baptismum Christi factis opinionem, sequi ac defendere voluerit: eam hoc ego non magnopere contendam, quin etiam facile ac libenter concedam. Neque erit arduum, quibus ea opinio est oppugnata, rationes dissoluere. Ad primam enim ita respondeatur: quem Petrus appellauit baptismum Ioannis, eum non fuisse baptismum Christi à Ioanne collatum: sic enim neminem discipulorum Christi reperiemus, qui statim, ab eo tempore, quo Christus baptizatus est à Ioanne, eum ipso fuerit. Petrum namque & Andream, primos in Apostolis sectatores Christi, non obscure Ioannes, in primo capite indicat, longe post baptismum accessisse Christo: adhæsisse autem multo post tempore, manifestum est. Petrus itaque per baptismum Ioannis significauit eorum id temporis, quo Ioannes baptizauerat, nempe, quoad in carcerem fuit inclusus: quod tempus amplius fuisse vno anno, in aperto est. Ad secundam rationem, respondendum est, anno illo inter baptismum & nuptias interlapso, Christum minime otiosum aut desidiosum fuisse, sed frequenter adiisse ad Ioannem, vt eius testificatione promoueret, & commendaretur populo: & item, vt crebris sermonibus & colloquiis, priuatim homines erudiret, sibique fidem & auctoritatem, hominum qui studia & beneficentiam adiungeret: videlicet, ne publicus rejector doctor & contionator prodiret. Etenim, cum Andreas & Nathanael appellarunt eum Rabbi, hoc est magistrum, satis indicarunt, eum iam tunc docere homines, & habere discipulos cœpisse. Ad tertiam rationem hoc dicut respondum: tempus prædicationis Christi definitum à patribus, ordiri oportere à Christi baptismo, eoque tempore vniuersam Christi prædicationem, tam publicam, quam priuatam, comprehendi debere. Cur autem Pascha inter baptismum & nuptias transactum, Ioannes præterierit, ea ratio potest reddi, quod Ioannes tempus prædicationis Christi, per Paschata dirigere & describere voluerit ex eo tempore, quo Christus & discipulos habere, & palam docere, & miracula facere cœpisset: id autem post nuptias illas in Chana Galilææ celebratas, fieri cœpit. Sed vniuersæ huius disputationis de chronologia ortus, baptismi, & mortis Christi Domini nostri, hic finis esto.

Nuptias post Christi baptismum vno anno celebratas, credibile etiam est. Solutio rationum quibus communis opinio oppugnata est.

Ioan. 1.

Quæstio

Universidad de Deusto
Biblioteca



## Quæstio octaua, de tempore excidij Hierosolymitani, quod à Romanis, duce Tito, factum est.

Quotem pore excidium Hierosolymitanũ, sub Tito & Vespasiano contigerit.

DE octo quæstionibus, quas in prima parte huius libri explicandas suscepimus, vna tantum, & ea perquam breuis & facilis, reliqua est, paucis expedienda. Quæritur, quo tempore excidium Hierosolymitanum sub Tito Romanorum duce contigerit. Sed hanc quæstionem, nullius est negotij explicare: contigit namque quadraginta circiter annos post Domini nostri passionem. Siquidem Christũ Dominum anno quarto Olympiadis ducentesimæ secundæ mortuum esse, supra docuimus, in quæstione septima. Illud autem excidium euenisse in quarto anno ducentesimæ duodecimæ olympiadis, Eusebius in chronicis adnotauit. Item concluditur ex annis Romanorum imperatorum. Etenim Tiberius post mortem Domini nostri, quæ in octauum & decimum principatus eius annum incidit, imperauit annos quatuor, menses vndecim, ptæterque, dimidium mensem, cœpit enim imperare decimo nono die Augusti, & obiit decimo sexto die Martij, regnauitque annos viginti duos, menses sex, & dies viginti nouem. Post eum, Caligula orsus imperare decimo sexto Martij, interfectus est vigesimo quarto die Ianuarij, & imperauit annos tres, menses decem, & dies octo. Huic successit Claudius vigesimo quarto Ianuarij, imperauitque annos tredecim, menses octo, dies viginti: obiit enim tertio idus Octobris. Hinc sumpsit initium Neronis imperium, quem constat regnasse quatuordecim annos non tamen plenos. Neronem excepere tres: qui breui, & hoc ordine Romanorum imperium tenuerunt, sicut tradit Iosephus libro quinto de bello Iudaico, capite sexto, octauo, & decimo tertio: Galba, imperauit mensibus septem & totidem dies: Otho tres menses & duos dies, Vitellius, menses octo, & dies quinque. Denique, hos proximè secutus est Vespasianus, cuius secundo imperij anno expugnata, incensa, & funditus euersa sunt Hierosolyma, sicut prauus auctor in libro septimo de bello Iudaico tradit Iosephus. Ex præfatis annis imperatorum, summa annorum fere quadraginta à passione Domini vsque ad excidium Hierosolymitanum, quam posuimus supra, plane conficitur.

Item & Claudius Et Nero eiusque successores.

De clade Iudæorũ sub Adriano imperatore.

Post hoc gentis Iudaicæ exitium, paulo plus sexaginta annos altera clades, non minus calamitosa & funesta, sub Adriano Imperatore Iudæis accidit. Qui cum à Romanorum imperio defecissent, ac rebellassent, cruentissima strage, & incredibili cæde, fere omnes consumpti & deleti sunt. Narrat historiam hanc Eusebius libro quarto historiæ Ecclesiasticæ, capite secundo



& sexto, indicans eam quoque ab externis scriptoribus plenissimè scriptam, haud dubie, in primis significãs Dionem, cuius Epitome in Adriano, causam rebellionis, & magnitudinem cædis Iudæorum, ad hunc modum tradit, *Cum Adrianus in vrbem Hierosolymam quæ euersa fuerat, quamque Aeliam Capitolinam appellauit, se ioniam dedixisset, & in quo loco templũ Dei fuerat, eodem loco, Ioui adificare curasset: magnum bellum & diuturnum mouere cœpit, Iudæis grauiter ferentibus, quod exteræ nationes, in suam vrbem habitatum venissent, quodque templa sua fieri externa sacra viderentur.* Hæc igitur causa, vel occasio, fuit rebellionis. De infinita autem Iudæorum cæde, paulo infrà hæc subiungit. *Ita*, inquit, *à Romanis fracti & oppressi sunt Iudæi, vt pauci admodum euaserint, & quinquaginta eorum arces munitissimæ, vicique celeberrimi ac nobilissimi, nongenti octoginta quinque, funditus euersi sunt. Cæsa sunt in excursionibus, prælijsque hominum quingenta octoginta millia: eorum autem qui fame, morbo, & igni interierunt, infinita fuit multitudo, ita vt omnis pene Iudæa deserta relicta fuerit. Id eo antequam bellũ gereretur fuerat portentis quibusdam denuntiatum: namque monumẽtum Salomonis, quod illi summa religione colunt, sua sponte diuersum corruerat: lupi præterea, & hyænæ multæ, in vrbes eorum ingredientes atque vlulantes introierant.* Sic habet Epitome Dionis in Adriano. Hoc autem excidium gentis Iudæorum, Eusebius in chronicis fuisse annotauit in decimooctauo anno principatus Adriani, & extrema olympiade ducentesima vigesima octaua, scilicet annis post excidium sub Tito factum, sexaginta quatuor, post passionem autem Domini nostri, quatuor & centum annis.

Dio Cassius hoc excidio Iudæorũ quid scripserit

Quotempore hoc excidiũ euenerit.

SECVN-

Universidad de Deusto
Biblioteca



# SECVNDA PARS LIBRI VNDECIMI, ET DISPVTATIONIS DE SEPTVAGINTA HEBDOMADIS.

*Exponuntur ac refelluntur aliorum opiniones de ratione computandi septuaginta hebdomadas.*

Trãsitio ad sequẽtem disputationem.

EXpeditis octo quæstionibus, quarum explicatio magno nobis vsui futura erat, ad tractationem quæstionis de septuaginta hebdomadis, qua etiam de causa, præuertendam eri disputationi esse censuimus: nihil iam remorari nos debet, quo minus in ipsam disceptationem quam primum ingrediamur. Ac primo loco varias auctorum sententias de principio, & fine septuaginta hebdomadum, & de ratione putandi annos, qui in illis continentur, cognoscere ac diiudicare oportet. Nec tamen in animo est, omnes, omnium qui de hac quæstione quoquo modo differuerunt, opiniones persequi, nimis enim id longum & molestum, minimeque necessarium est. Celebriores igitur, & nobiliorum auctorum sententias percensebimus, incipiendo à vetustioribus, & vsque ad nostri temporis scriptores descendendo. Diuus Hieronymus in præfatione libri vndecimi commentariorum in Isaiam affirmat, Iosephum & Porphyrium de hac quæstione septuaginta hebdomadum plurima disseruisse. Ide in catalogi scriptorum Ecclesiasticorũ tradit, fuisse quendam, qui tempore Seueri imperatoris claruit, plenissimè de septuaginta hebdomadis quæ sunt apud Danielem scripsisse. Verum opiniones istorum auctorum, quia illæ amissis eorum scriptis ad nostram notitiam minime peruenerunt, nec probare, nec improbare possumus. Beatus Augustinus in epist. octogesima, quam scripsit ad Hesychiũ refert, fuisse quondam, qui duplices facerent septuaginta hebdomadas: & priores completas esse dicerent in primo Christi aduentu: posteriores vero, in vltimo eius aduentu, & in consummatione seculi esse complendas. In hac sententia fuisse quondam Apollinarium Laodicenum Episcopum, testatur hoc loco Hieronymus. Hãc opinionem non attinet argumentis refellere, quam res ipsa euentusque redarguit. Siquidem à primo aduentu seu ortu Christi, ad hanc diem in qua etiamnum expectamus secundum Domini aduentum, non tantum septuaginta hebdomadæ, sed ducentæ & viginti sex transierunt. De prioribus septuaginta hebdomadis, nihil certi aduersus illos dici potest, cum neque constet vnde eas illi ordirentur, nec liqueat, quid per primum Domini aduentum, in quo eas terminarunt significare voluerint: non passionem, & mortem Christi, an potius ortum eius: nam si ortum intellexerunt, falsam esse eorum sententiam, ex his quæ posterius dicturi sumus, manifestum erit. Veniamus igitur ad opiniones nobis notas.

Qui de 70. hebdomadibus scripserint quorũ libri extant.

Duplices 70. hebdomadas nonnulli fecerunt.

Prima opinio Hippolytus martyr, referente Hieronymo fu per hoc nono capite Danielis, orsus est septuaginta hebdomadas quinquaginta annis ante solutionem Babylonicæ Iudæorũ captiuitatis, id est ab olympiade quadragesima prima. Soluta enim est captiuitas Iudeorum, primo anno regni Cyri, vt dictũ est supra lib. 10. quæstione secunda: primus autem Cyri annus, cõperit in olympiadis quinquagesimæ quintæ annũ primũ, sicut docuimus in prima parte huius libri, quæstione secũda. Terminat autẽ Hippolytus sexaginta nouem hebdomadas in nativitatem Christi: vltimã vero hebdomadã refert ad consummationẽ mundi, eã diuidens in prædicationẽ Enoch & Eliæ, & in regnũ Antichristi. Tria sunt in hac opinione improbanda, Primo, sine vlla causa, & ratione, inchoat hebdomades durãte captiuitate Babylonis: Nã in lib. decimo, quæstione decima, sexta docuimus, exactis septuaginta hebdomadũ à vigesimo anno Artaxerxis Logimani, qui fuit decimus quintus, & cæteris annus post solutam captiuitatẽ Babylonicã, esse capiendũ. Deinde ab Olympiade quadragesima prima, vnde assignant hebdomades Hippolytus, vsque ad natiuitatẽ Domini, quæ fuit in anno quarto olympiadis ccxcv. quinquagesimæ quartæ, vt supra, quæstione quinta huius libri ostendimus, fluxerunt anni sexcenti duodecim. Hippolytus autẽ putauit trãsisse dumtaxat sexaginta nouem hebdomadas, hoc est annos quadringentos octoginta tres. Præterea, quis non videt commentitium esse vltimam hebdomadam tãto interuallo à cæteris separare, eamque vsque in tempus Antichristi reijcere? Hippolytus quid de 70. hebdomadibus scripserit

Relicitur huius sententia.

Secunda opinio, Clementis Alexandrini, in primo libro stromatum ordiri hebdomadas à primo anno Cyri, quo donata est Iudæis libertas, & facultas instaurandi templum, finit autem eas in quæstione Hierusalem, quæ sub Tito facta est. Clemens Alexandrinus

Sed

incipiat, finiatque 70. hebdomadas

Sed non satis mirari possum tam insigne Clementis in chronologia erratum, namque a primo anno Cyri, qui fuit primus olympiadis quinquagesimæ quintæ, vt dictu est supra, quæstione secunda, vsque ad subuersionem Hierusalem sub Tito factam in olympiade ducentesima duodecima, quemadmodum ostensum est in prima parte huius libri, quæstio. 3. numerauit centum quinquaginta octo Olympiades, & anni sexceti viginti octo, cum septuaginta hebdomades, annos tantum quadringentos nonaginta complectantur.

Iulius Africanus quid de his scribat.

Tertia opinio. Iulius Africanus, vt memorat Eusebius libro octauo de demonstratione Euangelica, & hoc loco D. Hieronymus, septuaginta hebdomadas Danielis interpretatus est, non annotum solarium, sed lunarium, ideo enim dictas esse ab angelo abbreuiatas: quadringenti autem & nonaginta anni lunares, quot videlicet continentur in septuaginta hebdomadis, æque valent, atque quadringenti, & septuaginta quinque solares. De hoc, etsi reprehenditur a multis Africanus, sed immerito iam reprehenditur, vt libro decimo, quæstione octaua ostensum est. Deinde orditur hebdomadas a vigesimo anno regis Longimani, nimirum, quo tempore primum data est facultas reædificandæ vrbis Hierusalem. Recte sane hoc Africanus, sed non aliunde sumi debere initium hebdomadum, libro decimo, quæstione decima sexta demonstratum est. In eo tamen lapsus est, quod terminas hebdomadas in morte Christi, facit Christum mortuum anno decimoquinto Tiberij, quem annum comparat ipse cum anno secundo ducentesimæ secundæ Olympiadis. Hæc vero confutata sunt a nobis in prima parte huius libri, quæstione sexta & septima.

Origenes quid sentiat.

Quarta opinio. Origenes libro decimo stromatum, vt hic refert D. Hieronymus, asseuerandas putauit hebdomadas a primo anno Darij Medi, quo scilicet anno Daniel hanc reuelationem habuit: terminandas vero in natiuitate Christi: non animaduertens tempus quod inter Darium Medum, & Christi natiuitatem interiectum est, continere annos quingentos sexaginta, nam annus Darij, quo hæc visio contigit Danieli, incidit in extremam Olympiadem quinquagesimam quartam, vno videlicet anno ante initium monarchiæ Cyri, vt dictum est libro decimo, quæstione secunda. Christum autem natum esse decimus supra, quæstione quinta, anno quarto Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ.

Origenes hic quid alibi scribat.

Quinta opinio. Idem Origenes in tractatu 29. in Matthæum multo aliter, & quidem multo melius, rationem septuaginta hebdomadum explicat: primo ait, has hebdomadas non esse annorum, sed decemnouorum, vt vnaquæque contineat septuaginta



ginta annos, & omnes simul annos quater mille nongentos. Hoc autem refutatum a nobis est libro decimo, quæstione octaua: nusquam enim Scriptura, aliter vocabulo hebdomadis vtitur, nisi pro septenario dierum, vel annorum. Sed illud absurdius, quod septuaginta hebdomadum, vsque ab Adamo ducit exordium: cum angelus manifestis verbis declaret, eas ab iussu tatione vrbis Hierusalem exordiri oportere, sicut probatum est a nobis lib. 10. quæstione decima sexta. Deinde, sexaginta nouem hebdomadas decenniorum, id est, annos quater mille octingentos triginta terminat Origenes in natiuitate Christi: atqui nos, quæstione quinta huius libri, secundum chronologiam Hæbraicam ostendimus ortum Christi non longius ab exordio mundi quatuor millibus annorum, additis præterea viginti tribus annis, absuisse. At secundum supputationem annorum, quam habent septuaginta interpretes in libro Geneseos, & quam pleraque veterum secuti sunt, ab exordio mundi vsque ad ortum Domini nostri, plures quinque millibus annorum numerantur, vt neutra supputatio ad Origenis sententiam quadret. Denique, Origenes septuagesimam & vltimam hebdomadam extendit, a natiuitate Christi vsque ad euersionem Hierusalem sub Tito factam: in cuius dimidio Christum putat esse passum, in fine autem subuertam esse Hierusalem. Sed nos in extrema quæstione libri decimi docuimus septuaginta hebdomadas, vsque ad excidium Hierusalem, nequaquam extendi debere.

Tertullianus in libro quem scripsit aduersus Iudæos explicando chronologiam harum hebdomadum, tam multa peccauit, vt longum, & molestum futurum sit omnia eius errata sigillatim resecare. Principio, hebdomadas cœpisse putare Dario Medo: quod supra in opinione Origenis refutatum est. Tum, in pertexenda chronologia regum Persarum, quinque tantum reges percenset, omissis aliis nouem: & monarchiæ Persarum quam fuisse constat triginta, & ducentos annos, ipse sex dumtaxat, & centum annos attribuit. Postea, Darium Medum, qui vno tantum anno Chaldæis imperauit, vt ostensum est libro decimo, quæstione secunda, ipse decem, & nouem annos imperium tenuisse affirmat. Deinde Darium fuisse, vltimum Persarum regem, duos & viginti regnasse annos, eoque deuicto postea Alexandrum magnum duodecim annos imperium tenuisse. Sed vtrumque falsum est: nam nec Darius regnauit vltra sex annos: & totidem Alexander, victo, & occiso Dario, superstes fuit. Ad hoc scribit Christum anno decimo quinto Tiberij Cæsaris esse passum, quod supra in septima quæstione huius libri confutatum est, præterea, censet a

Tertullianus iubet 70. hebdomadis computandis vt sit lapsus

Universidad de Deusto
Biblioteca



primo anno Darij Medi, quo anno hæc visio contigit Danieli, vsque ad natiuitatem Domini nostri, decussas esse sexaginta duas hebdomadas, & dimidiam, annos quadringentos triginta septem: atqui supra refellendo opinionem Origenis, quingentos sexaginta annos præteriisse ostendimus. Ad extremum Tertullianus putat, ab ortu Christi vsque ad euersionem Hierusalem sub Tito factam, exactas esse reliquas septem hebdomadas, & dimidiam, hoc est, annos quinquaginta tres: cum id temporis contineat plusquam decem hebdomadas, id est, annos septuaginta. Nam, vt suprà quæstione quinta, & octaua, ostensum est, Christus in anno quarto Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ natus est, excidium verò Hierosolymitanum accidit, anno quarto Olympiadis ducentesimæ duodecimæ.

Veteres Hebræi, vnde has inchoēt, & vbi finiant.

Septima opinio. Veteres Hebræi, quorum opinionem refert hoc Loco Diuus Hieronymus, exordiebantur hebdomadas à Dario Medo: sed earum sexaginta duas terminabant in euersione Hierusalem, quæ sub Tito facta est: reliquas octo finiebant in extremo illo excidio, & exterminatione Iudæorum, quæ Adriano imperatore ipsis accidit: Verum Hebræi, qui etiam in sua chronologia sæpe hallucinantur, in aliena vero, plane cæci sunt, non viderunt, à Dario Medo, qui regnauit quinquagesima quarta Olympiade, vt patet ex quæstione secunda libri decimi, & item secunda libri vndecimi, vsque ad cladem illam, qua Iudæi sub Adriano contriti, ac penè consumpti sunt, quæ incidit, vt demonstratum est in quæstione octaua huius libri, in Olympiadem ducentesimam vigesimam octauam, præteriisse, non septuaginta hebdomades, vt ipsi numerant, sed proxime centum, hoc est, annos sexcentos nonaginta sex.

Eusebius quomodo 70. hebdomadas sit interpretatus li. 8 de Euan. Demon. dem. 1.

Octaua opinio. Eusebius in libro octauo, de demonstratione Euangelica, cuius sententiam etiam hoc loco D. Hieronymus satis diligenter, & enucleatè declarauit, tres ponit huius quæstionis de septuaginta hebdomadis interpretationes. In prima expositione, incipit hebdomadas à primo anno Cyri, quo soluta est captiuitas, datæque Iudæis potestas ædificandi templum, terminat autem sexaginta nouem hebdomadas in Hyrcani tempora, videlicet, cum captis Hierosolymis à Pompeio, confirmatus ei est pontificatus. Dicit autem Hyrcanum fuisse vltimum Christum, id est vltimum pontificem legitimè electum: nam qui post illum fuere pontifices, ex alieno genere fuerunt: & pontificatum ad breue tempus, vel gratia, vel prætio à regibus cohsequuti sunt. A Cyro igitur vsque ad hoc tempus Hircani, numerat sexaginta nouem hebdomadas, hoc est, annos quadringentos octoginta tres. De vltima hebdomada, quid sentiat posterius in secunda interpretatione aperit.



Altera expositio.

In secunda porro interpretatione auspicatur hebdomadas à sexto anno Darij Hystaspis, quo instauratio templi absoluta est, hoc est, in primo anno sexagesimæ sextæ Olympiadis: sexaginta verò nouem hebdomadas: finit in morte Hyrcani, quem facit ab Herode necatum in Olympiade centesima octogesima sexta, & anno decimo principatus Augusti: regni verò Herodis, anno primo. Itaque, quem hoc loco Gabiel nominat, Christum ducem, cum ipse non Messiam, sed Hyrcanum pontificem interpretatur. Denique septuagesimam, & vltimam hebdomadam, à prioribus sexaginta nouem, longo interuallo disiungens, ita eam diuidit: initio eius Christum, inquit, esse baptizatum: post, triennio, & aliquot insuper mensibus, confirmasse pactum suum, videlicet, legem Euangelicam prædicando, & multis modis confirmando: ad hoc in dimidio illius hebdomadæ, occisum esse Christum: denique, reliquo eiusdem hebdomadæ dimidio Apostolos fidem Christi in Iudæa prædicasse, multisque miraculis comprobasse.

Tertia expositio.

Tertia interpretatio vna tantum re à duabus prioribus differt. Namque, cum priores sexaginta nouem hebdomadas, sectisset singulas septem annorum, in hac tertia interpretatione, solam septuagesimam, secit septuaginta annorum. Hos verò septuaginta annos, à baptismo Christi vsque ad Traiani principatum extendit, tamdiu enim Apostolicam durasse prædicationem, Ioanne Apostolo, vsque ad Traiani tempora, sicut tradunt historiæ Ecclesiasticæ, partim prædicando Euangelicam doctrinam, partim eam scriptis prodendo, perdurante. Atque hæc quidem fuit tripartita Eusebij sententia. In qua sunt multa, quæ reprehenduntur à viris doctis: & sane meritissimò. Principiò, male auspicatur hebdomadas, vel à Cyro, vel à Dario Hystaspis: neuter enim potestatem fecit ædificandi vrbem Hierusalem, vnde Angelus initium hebdomadum esse petendum indicauit. Deinde, quem Angelus vocat Christum ducem, ipse Hyrcanum pontificem interpretatur: quod, quam sit remotum à ratione, & à germana verborum Angeli sententia, libro decimo, quæstione decima septima, & decimaoctaua, demõstratũ est. Postea, numerat Eusebius à primo anno Cyri, vsque ad id tẽporis, quo põtificatus

Reprehenditur Eusebius.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hierosolyma quâ do a Pompeio capta fuerit Iosephus lib. 14. cap. 8. De morte Hyrcani, vide Iosephi li. 15. c. 11. quo tempore vero hæc acciderint narratur cap. 7. Herodes rex quando creatus Iosephus 14. cap. 25.

Hyrcano, auctoritate Pompeij Magni restitutus, & confirmatus est, quadringentos octoginta tres annos: sed fuere plures quingentis. Etenim, Cyrus iniuit regnũ primo anno cuiusquam Olympiadis æquinoctij: Hierosolymã vero, cœpit Tarquinius, auctore Iosepho, libro decimo quarto antiquitatum, & ipsomet Eusebio in chronicis, in Olympiade centesima septuagesima nona. Præterea, tempus inter sextum annum Darij Hystaspis, & necem Hyrcani pomerijs interiectum, definit ipse quadringentis octoginta tribus annis, notans necem Hyrcani in Olympiade centesima octogesima sexta: cum Iosephus libro decimo quinto antiquitatum aperte scribat, eam in Olympiade clxxxvij. contigisse. Falsum item est, annum cædis Hyrcani fuisse primum regni Herodis, cum fuerit septimus à victo Antigono, sicut tradit Iosephus, & decimus ab eo tempore quo à Romanis creatus est rex Iudæorum, quod Olympiade centesima octaua quarta esse factum, affirmat Iosephus libro decimo quarto antiquitatum. Similiter falsum est, annũ cædis Hyrcani fuisse decimum principatus Augusti: nam si spectes ad eius triumuiratum, erit duodecimus, vel decimus tertius, sin autem ad victoriam Actiacam, seu initium monarchiæ, erit primus. Ad hæc, commentitium videtur, vltimam hebdomadam, à sexaginta nouem prioribus tanto intervallo seiungere. Nam secundum primam eius interpretationem, dilata à prioribus nonaginta annis, secundum alteram expositionem, abest sexaginta. Simile autem figmento est, priores sexaginta nouem hebdomadas, inter se continentes, & cohærentes facere, solam autem septuagesimam, tam longo spatio ab aliis separare, nec huius diuersitatis causam vllam, vel rationem probabilem afferre. Postremo, cum sexaginta nouem hebdomadum, singulas faciat septem annorum, vt solam vltimam, septuaginta annorum, satis appareat meram esse commentum, vt taceam, id esse præter morem Scripturæ, quæ vocabulo hebdomadis, nusquam aliter, nisi ad significandum septenarium, vel dierum, vel annorum, vti solet. Cæterum Eusebius de tribus supradictis interpretationibus, maximè videtur probasse secundam: hanc quippè solam in chronicis commemorat.

Cyrillus Hierosolymitanus, quid de his scripserit

Nona opinio. D. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi duodecima, paucis expedit hanc quæstionem, sed multa minimè vera. Cœptas existimat hebdomadas tempore Darij Medi, sic falsò appellans Darium Hystaspis. Ait hunc Darium cœpisse imperare sexagesima sexta Olympiade. Sed nos supra, quæstione tertia exordium regni eius notauimus in quarto anno sexagesimæ quartæ Olympiadis. His addit anno huius regis octauo,



octauo ædificatam esse Hierusalem, cõfundens templum, cum ciuitate Hierusalem, quæ non tempore illius Darij, sed Artaxerxis Longimani, qui eius nepos fuit, relecta est. Ortum præterea Domini nostri accidisse tradit. Olympiade centesima octogesima sexta, cum inciderit in centesimam nonagesimam quartam, vt probatum est in prima parte huius libri, quæstione 3. Quo fit, vt ab initio regni Darij, vsque ad ortum Christi, anni, non vt ipse computat, quadringenti octoginta tres, sed plures quingentis effluxerint. Illud denique in Cyrillo desideratur, quòd de sexaginta nouem prioribus hebdomadis loquutus, septuagesimam, & vltimam, tam expresè, & distinctè descriptam ab Angelo, mira silentio præterierit.

Decima opinio. Diuus Chrysostomus in oratione secunda contra Iudæos, bene quidem exordiuntur hebdomadas à vigesimo anno Artaxerxis Longimani: sed non bene finem earum refert ad euersionem Hierusalem sub Tito factam. Namque, vt alia nunc minime discutiam, sanè tempus, quod à vigesimo anno Longimani, qui fuit annus quartus Olympiadis octogesimæ tertiæ, vsque ad illud excidium Hierusalem, iactũ in Olympiade ducentesima duodecima, quemadmodum supra ostensum est, annos plures quingentis continet.

D. Chrysostomus quid de his scribat.

Vndecima opinio. Seuerus Sulpitius libro 2. sacræ historiæ, breuiter quidem, sed malè quæstionem hanc explicat. Exordium numerare incipit hebdomadas à restitutione templi: nõ aurẽ, vt oportet, à reædificatione vrbis. Deinde templum instauratum putat sub Dario Notho, quem vocat ipse Ochum: at nos supra, quæstione tertia, argumentati sumus, illum Darium, sub quo templum instauratum est, non fuisse Nothum, sed Darium Hystaspis, quartum Persarum regem. Illud præterea procul dubio verum est, quod sexaginta nouem hebdomadas terminauit in excidio Hierusalem, cum eas ostensum sit libro decimo quæstione decima septima, ad tempus baptismi Saluatoris nostri peruenisse. Neque illud in opinione Sulpitij non est obnoxium reprehensioni, quod sexaginta nouem hebdomadum tractatione exposita, septuagesimam, atque extremam altissimo supprimit silentio.

Seuerus Sulpitius etiã quid de his scribat.

Duodecima opinio. Theodoretus super nono capite Danielis, eiusque sequutus vestigia Ioannes Zonaras in primo tomo annalium, censent has hebdomadas esse annorum lunarium, cœptasque vigesimo anno regis Longimani, earum verò sexaginta duas terminant in nece Hyrcani, quem nomine Christi significatum putant ab Angelo. A nece porrò Hyrcani, vsque ad baptismum Christi, septem hebdomas numerant.

Theodoretus & Zonaras quomodo ea in scripserint.

Denique in vltima hebdomada, per tres annos, & dimidium, Christum prædicasse aiunt: & in dimidio huius hebdomadis esse mortuum: reliquum autem eius hebdomadis dimidium, Apostolos Euangelium in Iudæa prædicando, transegisse. Sic isti. Sed dupliciter lapsi sunt, nam à vigesimo anno Longimani, qui fuit quartus octogesimæ tertiæ oympiadis, vsque ad necem Hyrcani, quam Iosephus, vt paulo superius docuimus, notauit in olympiade centesima octogesima septima, non præteriisse annos quadringentos triginta quatuor, vt volunt ipsi, sed pauciores quadringentis sexdecim, ipse olympiadum, quæ inter vtrumque terminum intercesserũt, numerus, ostendit. Similiter, à nece Hyrcani, quæ fuit, vt dixi, centesima octogesima septima olympiade, vsque ad baptismũ Christi, quem supra notauimus in anno primo ducentesimæ secundæ olympiadis, non fuere tantum septem hebdomades, id est, anni quadraginta nouem, vt putat Theodoretus: sed prope nouem hebdomades, id est, anni exaginta.

*Ios. lib. 15. cap. 7.*

Lyranus, Burgensis, Vatablus, Galatinus, quid de his sentiant.

Decima tertia opinio, Nicolaus de Lyra, Paulus Burgensis, & Vatablus super nono capite Danielis. Petrus item Galatinus libro quarto, capite decimo sexto, sequentes chronographiam Hebræorũ, exorsi sunt hebdomadas à quarto anno regis Sedechiæ: easque terminarunt in passione Domini. Quorum opinionem de initio hebdomadum, supra refutauimus in libro decimo, quæstione decima sexta. Nunc satis argumenti esse debet ad eorum sententiam redarguendam, à quarto anno Sedechiæ, qui competit in Olympiadem trigesimam quintam, vsque ad passionem Domini, hoc est, quartum annum ducentesimæ secundæ Olympiadis, præteriisse annos sexcentos septuaginta. Taceo, istos auctores in putandis temporibus, & colligendis annis intermedijs, multa inscienter, & absurde effutiuisse. Nam Balthasari vltimo Chaldæorum regi, tres dumtaxat regni annos tribuunt, cui omnes boni scriptores, sicut dictum est in libro sexto, septem & decem annos tribuerunt. Cyrum præterea, tres tantum annos imperasse dicunt, quem triginta annos regnasse constat. Euilmerodach assignant viginti tres annos, contra omnium sententiam. Darium, sub quo instauratum est templum, fuisse aiunt filium Assueri & Esther. A quarto anno Sedechiæ vsque ad Cyrum, eum interfluxerint septuaginta & septem anni, ipsi octo tantum & quinquaginta numerant. Quid plura? secundum templum sub Dario restitutum, stetisse censent vsque ad excidium eius sub Tito factum per annos quadringentos viginti: cum steterit quingentis octoginta. Neq; mirum sit, istos tam multa peccasse in chronologia:



gia: quippe in ea sequuti sunt duces Hebræos, quorum chronologiam meadosillinam esse suprà in prima quæstione huius libri, manifestis argumentis conuincimus, itaque verisimilè in istos dici potest, quod dominus noster dixit, si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. *Matt. 15.*

Ioannes Driedo, & Cornelius Iansenius quid de his sentirent.

Decima quarta opinio. Ioannes Driedo, libro tertio de sacris scripturis, capite quinto, parte quarta, & Cornelius Iansenius in commentarijs super centesimo vigesimo secundo capite concordiæ Euangelicæ, has hebdomadas partitè interpretantur. Siquidem primas septem numerant, ab ædificatione templi sub Dario facta, vsque ad refectionem mœnium, & vrbis Hierusalem sub Artaxerxe, auctore Nehemia: cum tamen hoc tempus non septem hebdomadas, id est, annos quadraginta nouem, sed plus septuaginta annos contineat, id est ab Olympiade sexagesima quinta, vsque ad octogesimam quartam. Sexaginta vero nouem hebdomadas extendunt isti, ab instauratione templi vsque ad ortum Christi, hoc est per annos quadringentos octoginta tres. At secundum templum, ædificatum est initio sexagesimæ sextæ olympiadis, Christus autem natus est anno quarto centesimæ nonagesimæ quartæ olympiadis, quod tempus cõtinet annos quingentos & prope viginti. Postremo à refectione vrbis Hierusalem sub Artaxerxe, vsque ad mortem Christi Domini, computant ipsi sexaginta duas hebdomadas, id est, annos quadringentos triginta quatuor, atqui tempus hoc continet annos quadringentos septuaginta sex: nam, vt supra probatum est, quæstione quarta, & septima huius libri, cœpta est Hierusalem refici à Nehemia, anno vigesimo Longimani, qui fuit quartus annus octogesimæ tertiæ olympiadis, saluator autem noster mortem obiit, quarto anno ducentesimæ secundæ olympiadis.

Ioannes Lucidus quid sentiat.

Decima quinta opinio. Ioannes Lucidus in libro septimo de emendatione temporum, benè exorsus est hebdomadas à vigesimo anno regis Longimani, nec male terminauit eas quarto anno post Christi Domini passionem. Tempus autem intermedium censuit interfuisse quadringentorum nonaginta annorum, quot scilicet in septuaginta hebdomadis continentur. Sequutus enim est fictitias & mendosas Ioannis Annij chronologias, suprà in quæstione prima huius libri, à nobis reprobatas atque reiectas. Sed reuera tempus illud inter vigesimum annum regis Longimani, & annum quartum à Christi morte interiectum, non plus quadringentos octoginta annos cõtinet, hoc est, decẽ minus, quam sint in septuaginta hebdomadis. Atq; hoc quidẽ dupliciter ostẽdi atq; probari potest,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Primo quidem, patet hoc ex chronographia, quæ fit per olympiades: siquidem vigesimus annus Longimani, quartus fuit octogesimæ tertiæ olympiadis: & ité quartus annus post passionem Christi, fuit etiam ducentesimæ tertiæ olympiadis quartus annus: hoc igitur spaeium temporis, non plures quam cẽ tum viginti olympiades, id est, annos quadringentos octoginta continet. Nec de fide eorum, quæ sumpta sunt in hac argumentatione, dubitandum est: ea quippe satis superque declarata & confirmata sunt in quæstione quinta & septima huius libri. Deinde, hoc ipsum probatur ex chronologia regum: eam dico chronologiam, quæ à grauibus, doctis, & diligentibus chronologis probata & prodita est. Namque à vigesimo anno Longimani, vsque ad finem monarchiæ Persarum, & initium monarchiæ Alexandri Magni, reliqui fuerunt centum & quindecim anni. Alexander monarchiam tenuit sex annos. Post eius mortem, regnarunt in Ægypto Ptolomæi vsque ad interitum Cleopatræ & Marci Antonij per annos ducentos nonaginta quinque. Exinde Augustus monarchiam texit quadraginta quatuor annos. Hunc excepit Tiberius Cæsar: cuius decimo octauo anno Christus occisus est: & quatuor anni post, id est, vigesimo secundo principatus Tiberij, finiæ sunt septuaginta hebdomades. Ex supradictis autem annis regum, conficitur eadem illa summa quadringentorum octoginta annorum, quam ex ratione olympiadum etiã subducebamus.

Regum Chronologia, per quã 70. hebdomades demonstrãtur.

Obiectiones quæ pro Lucidi sententia fieri possem, soluũtur.

Hanc nostram rationem, qua opinionem Lucidi funditus euerti putamus, quispiam fortasse existimaret dupliciter posse solui. Primo enim respondere posset, in supradicta computatione olympiadum, subesse errorem duarum vel trium olympiadum, quem irrepsisse in tanta multitudine olympiadũ, hoc est centum viginti trium, minimè mirandum esse, cum nihil proclivius sit, quam in numeris errari. Similiter in chronographia regum, multis de causis error implicari potuit, vel quia numerati fuerint tantum anni pleni & integri, non autẽ imperfecti: aut quia descripti sint tantum anni regum, non autem interregnorum, quæ inter obitum prioris regis, & creationem posterioris sæpenumero intercessisse verisimile est. Verum, hoc responsum infirmum est, nec vllo modo probabile. Primum enim, in prædicta computatione nostra, olympiadum chronologia plane congruit cum chronographia regum: vtriusque autem chronologiæ consensus, apud intelligentes viros, rem facit prope certam atque indubitatam. Deinde si quis in prædicta chronologia fuit error, eum necesse est fuisse, vel in principio illius computationis, vel in fine: nã bene constitutis extremis, nullus medijs error potest contingere. Vbinam igitur fuit error? an in principio, vt videlicet vigesimus annus Longimani, non fuerit quartus olympiadis octogesimæ tertiæ, sed inciderit in principium olympiadis octogesimæ primæ? At hoc nisi temere loqui, & gratis quodlibet effutire volumus, dici non potest. Siquidem, in prima parte huius libri quæstione quarta, grauissimorum auctorum testimonio probatum est, initium regni Artaxerxis Longimani fuisse in primo anno septuagesimæ nonæ olympiadis. An potius dicent errorem contigisse circa finem, hoc est in denotanda olympiade, qua Christus Dominus mortuus fuerit: vt mortuus sit, nõ in ducentesima secunda, sicut nos docuimus, sed in ducentesima quintã Olympiade. Atqui hoc est, & contra sententiam est grauissimorum auctorum, & nec pauca nec parua, secum habet implicata incommoda, quæ tamen in præsens, ne longior sim, explicare non attinet.



Verum, etsi hoc primum responsum non bene processit, alterum tamen probabilius excogitari posset. Etenim dixerit quispiam, vigesimum illum annum Longimani, vnde sumptum est exordium hebdomadum, non esse numerãdum ab eo tempore, quo solus Longimanus post mortem patris regnum tenuit, hoc est à primo anno septuagesimæ nonæ olympiadis, sed decem vel vndecim annis ante, esse repetendum: videlicet faciendo initium regni Longimani ex eo tẽpore quo tempore viuo etiam tum patre suo Xerxe, sed externis bellis extra Persidẽ occupato, cœpit pro eo regnũ administrare. Scribit enim Herodotus in libro primo, & initio libri septimi, hũc fuisse mo tẽ Persis, vt reges eorũ longã & grauem aliquã expeditionẽ extra Persidem suscepturi, ne qua regno accideret perturbatio, vel illis absentibus, vel etiam mortuis ante, regni successorem declararent. Cœpit igitur Artaxerxes pro patre suo absente regnum administrare, circa olympiadem septuagesimam sextam. Atque huic responso, ne commentitium videatur, posset fides adiungi eo argumento, quod Themistocles damnatus capitis à Græcis, fugisse traditur in Asiam, & venisse ad Artaxerxem, eo tempore regnantem apud Persas. Hoc enim prodiderunt Thucydides, & Charon Lampsacenus, vt refert Plutarchus in vita Themistoclis. Cicero item libro 10. epistolarum ad Attic. & Æmylius Probus in vita Themistoclyi, eiusdem sunt sententiæ, nec nõ & Philostratus libro primo de vita Apollonij, capite decimonono. Profectionem autem Themistoclis ad Artaxerxem, ante septuagesimã septimã Olympiadem fuisse necesse est. Etenim Themistoclem ineunte septuagesima septima olympiade mortẽ obiisse, à Diodoro in libro vndecimo

An Themistocles ceteum damnatus à Græcis fugit in Asiã rũc adierit ad Xerxẽ an ad eius filiũ Artaxerxem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



decimo, & Eusebio in chronicis proditum est. Posito igitur ad hunc modum initio regni Artaxerxis circa finem septuagesimæ sextæ olympiadis, annus vigesimus regni eius sic accepti, vnde scilicet hebdomadas Danielis oportet, competet in annum secundum octogesimæ primæ olympiadis, à quo tempore vsque ad quartum annū post Christi passionem, qui quartus fuit ducētesimæ tertiæ olympiadis, reperietur plenus & integer numerus annorum quadringentorum nonaginta, qui cōtinentur in septuaginta hebdomadis. Verum huic responso tria fidem derogant. Primum enim, à plurimis & grauissimis scriptoribus pro certo traditum est, Themistoclem in illa fuga ex Græcia in Asiam, nō ad Artaxerxem, sed ad Xerxē patrem eius venisse: sic enim affirmant Ephorus, Diman, Clytarchus, Heraclides, quos refert Plutarchus suprādicto loco. Idem quoque tradit Diodorus Siculus libro vndecimo. Deinde, si Xerxes extra Persidem ad bellum proficiscens, administrationem regni filio reliquisset, verisimile est id eum fuisse factuturum eo tempore, quo primam illam ac celeberrimam aduersus Græcos expeditionem suscepit: id autem contigit primo anno septuagesimæ quintæ olympiadis, vt Diodorus annotauit in exordio libri vndecimi. Hic igitur figēdū esset principium regni, seu administrationis regni, quam absente patre obiuit Artaxerxes. Ex quo tempore, si annos regni eius numerare velimus, procul dubio annus regni eius vigesimus, concurret cū quarto anno septuagesimæ nonæ olympiadis, ex quo anno vsque ad quartū annum post Christi passionē, colliguntur anni quadringenti nonaginta septem, plures nempe, quam sint in septuaginta hebdomadis. Denique Artaxerxes minimus natu erat filiorū Xerxis: primus vero natu, scilicet ad quem proximè, secundum Xerxem, regni successio pertinebat, erat Darius, vt in principio libri tertij docet Iustinus. Quamobrem Artabanus, qui occiso Xerxe, regnum sibi asserere moliebatur, primum filiorū Xerxis aggressus est necare Darium, quo sublato, postea etiam Artaxerxis vitæ insidiatus est. Non igitur credibile est, Xerxem post habito Dario primogenito, & per ætatem gubernaculis imperij tractandis maturioti, paruulo tunc, & minori natu Artaxerxi, administrationem regni permisisse. Ex quo apparet, perfugium, quod sibi secundum responsum quæsierat, infirmum, ac planè nullum esse.

Refellitur superior obiectio.

In disputatione de 70. hebdomadis, quæ sint

Verum de aliorum opinionibus circa hanc quæstionem, hactenus dicta sufficiant. Atque hinc liquere potuit lectori, non nulla esse in hac quæstione de septuaginta hebdomadis, certa & indubitata, quædam vero dubia & in varias distracta sententias. Namque illud absque controuersia est, æquè apud Hebræos,



præos, quam apud Christianos, has Danielis hebdomadas, iam pridem esse completas: manifestis enim verbis prædixit angelus, in fine earum hebdomadum, vel certè aliquanto post tempore, funestissimo bello vehementer affligendos, & conterendos esse Iudæos: eiusque belli finem fore, terræ eorum vastitatem atque solitudinem, dissolutionemque vrbis ac tēpli & populi dissipationem, necnon & sacrificiorum, cunctique Mosaicæ religionis cultus defectionem: & quod omnium acerbissimum ac inconsolabile malum erat futurū, eam calamitatem: non, vt quas antea tulerant, fore temporariam, sed perpetuam, nec vllo temporis fine terminandam. Huiusmodi autem Iudæorum excidium ab angelo prædictum ab hinc mille quingentos annos contigisse illis, in confesso est. Quamobrem, qui de Hebræis sunt minus rudes, & contra veritatem minus contumaces, hi fatentur, hebdomadas Danielis, in euersione Hierusalem, vel sub Tito vel sub Adriano facta finem habuisse. Illud autem differt inter Hebræos & Christianos. Nos enim putamus, hebdomadas pertinuisse ad signādum & definiendum ad uentus Messiæ rēpus: illi hoc negant, & sunt alia permulta, sic etiam hoc, quamuis meridiana luce clarius sit, aut non vident, aut videre se dissimulāt. Inter Christianos porro, similiter pactum conuenit, & partim differt. Illud enim communiter ab omnibus traditur, & iampridem esse exactas hebdomadas, illisque tempus Messiæ aduentus esse prefinitum. Tripliciter vero inter se dissident, hoc est, in constituendo tam principio, quam fine hebdomadum, & in ratione computandi atque colligendi quadringentos nonaginta annos, qui continentur in septuaginta hebdomadis. De qua varietate, & dissensione opinionum proximè, satis superque dictum est.

cōtrouersa, & quæ sint extra cōtrouersiam.

# TERTIA PARS DISPVTATIONIS DE SEPTVAGINTA HEBDOMADIS IN QVA PONITVR AVCTORIS SENTENTIA.

Septuaginta hebdomades fuerunt anno-

RESTAT, vt tantæ huius disputationis moli ac fabricæ, quasi fastigium imponentes, extremo loco sententiam nostram lectori, quam breuissimè aperiamus. Primum igitur arbitramur, septuaginta hebdomadas fuisse annorum non sola-

Universidad de Deusto
Biblioteca



zum luna rium.

solarium, sed lunarium: quadringinti vero & nonaginta anni lunares, quadringentis & septuaginta quinque solaribus omnino respondent. Huius sententiæ de annis lunaribus, auctores habemus multos, & cum primis graues ac nobiles viros: Iulium Africanum in libro quinto annalium, vt memorat hoc loco Hieronymus: Theodoretum, Albertum Magnum, & Dionysium Carthusianum super nono capite Danielis, Bedam de ratione temporum capite quadragesimo septimo: Rupertum in capite decimo quinto suorum commentariorum super Danielem: auctorem historiæ scholasticæ super historiam Danielis capite decimo, & Ioannem Zonaram in primo tomo annalium. Quæ autem pro eius opinionis confirmatione, & solutione eorum, quæ aduersus eam obiiciuntur, dici poterant: ea omnia libro decimo, in explicatione quæstionis nonæ, diligenter & copiosè tractata sunt.

Initium 70 hebdomadum vnde sumendum

Deinde, censemus non aliunde sumi debere initium harum hebdomadum, nisi a vigesimo anno regis Artaxerxis Logimani: quo scilicet tempore primum exiit sermo, vt ædificaretur Hierusalem, permissa Nexemiæ à rege potestate extruendi muros Hierusalē, vrbemq; reficiēdi atque muniēdi. De quo, cum in lib. decimo quæstione decimatexta, subtiliter, & accurate dictum sit, equidē hoc loco verba facere, supernacaneum duco.

Septuaginta hebdomadas dupliciter terminari posse ostenditur.

Postremo, existimamus, hebdomadas dupliciter terminari posse: vel in quarto anno post Domini nostri passionem: vel in eo ipso anno quæ Dominus noster passus & mortuus est. Hoc, quia magni refert bene cognitum & exploratum habere, quo planius intelligatur, enucleatius declarandum est. Si septuaginta hebdomades terminentur in quarto anno post passionē Christi, cum à vigesimo anno regis Longimani, vnde cœperunt, hoc est à quarto anno octogesimæ tertiæ olympiadis, vsque ad mortem Saluatoris nostri, quæ concurrit cum quarto anno ducentesimæ secundæ olympiadis: transactæ sint septuaginta hebdomades annorum lunarium, id est, quadringenti septuaginta quinque anni solares, necessariō pro recto est dicere, reuera nō fuisse septuaginta hebdomades precisè, sed septuaginta, & dimidiam: nec annos tantum quadrigentos nonaginta, sed quadringentos nonoginta tres. Cur igitur angelus septuaginta tantum hebdomadas nominauit? Nimirum, contentus fuit maximum illum, eōdemque plenum, atque integrum septuaginta hebdomadarum numerum expressisse, minutum autē illum, & imperfectum numerum dimidiæ hebdomadis, vel vsu & consuetudine Scripturæ, quæ minutos numeros in magna aliqua summa omittere solet: vel quo magis prophetiam occultaret, tacere voluit.

Ac



Ac ne hoc simile figmento, aut consuetudine diuinæ Scripturæ alienum putetur: ponam hic aliquot exempla, quibus intelligatur id fieri solere in sacris literis. Quanquam ad id ecclesiasticorum satis esse posset auctoritas Epiphanij, & Augustini, quorum ille in compendiaria doctrina de fide Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ: hic vero in libro quæstionum in Exodum, quæstione quadragesima septima, diserte verbis id confirmant. Sit igitur eius rei primum exemplum: in libro tertio Regum ca. 2. scriptum est, Dauidem regnasse quadraginta annis, septē in Hebrō, & triginta tres in Hierusalē: atqui regnasse eū quadringēta annis, & præterea, sex mensēs, eadem Scriptura confirmat libro secundo Regum ca. 5. Quod patet minutū illum numerum sex mensium, fuisse illo loco à Scriptura prætermissum. Sit alterum, & sanè luculentius, eiusdem rei exemplum: in capite 15. lib Geneseos: prædixit Deus Abrahæ semen eius futurum peregrinum in terra aliena quadringentis annis: quorū annorum initium secundū doctores, fuit in ortu Isaac: exitus vero & finis, eo tempore, quo Moses Hebræos eduxit ex Ægypto. At hoc tempus, vt sacra docet chronologia, quinque & quadringētos annos continet. Quare in illa Dei prædictione omissi sunt quinque anni. Denio, tertij exēpli loco afferri posset, quod scriptū est in libro Iudicum, capit. 11. vbi Iephte affirmat, terram, quæ erat ab Arnon vsque Iaboch, fuisse a Iudæis per trecentos annos pacificè & tranquille possessam. Cœpit autem possideri, ferè quadragesimo anno, quam ēgressi fuerant Hebræi ex Ægypto: vt significatur in libro Numerorū, capite vigesimo primo & vigesimo secundo. Cæterum ab eo tempore vsque ad principatum Iephte, si numerētur duntaxat anni, quibus Hebræo populo præfuerunt iudices, omissis captiuitatum annis, reperientur septuaginta tantum & ducenti anni. Quare, dicens Iephte trecentos annos vsurpauit numerum perfectum pro imperfecto, hoc est, centenarium pro septuagenario: sin autem recensentur anni, tam Iudicum, quam captiuitatum, anni trecenti, & quadraginta colligentur. Quocirca cum Iephete dixit trecētos annos, haud dubiē, cōtentus maximo illo, & integro numero trecentorum annorum, paruū illum, & imperfectum quadringenta annorum numerum prætermisit. Ergo liquet his exemplis, non esse insolens in Scriptura, in exprimenda summa annorum, non totum numerum ponere, sed plenum tantum modo & integrum, tacitō exiguo, & imperfecto numero: vt non videri debeat incredibile, idem contigisse hoc loco fuisseque septuaginta hebdomadas & dimidiam: sed exemplis septuaginta, dimidiam esse suppressam.

Scriptura sacra in recensendis magna aliquot annorum summa, paucos aliquot annos & imperfectos nonnunquā omittere probatur.

Obserua

Hanc igitur si amplectamur interpretationem, videndum est lector & quem-

hic, & paulo infra, duplicē interpretationem illorum verborum. *in dimidio hebdomada deficiet hostia*, vtrūque minimè vulgatē.

quemadmodum illud dictum angeli: *in dimidio hebdomada deficiet hostia, & sacrificium*, quod nos supra in extrema quæstione libri decimi, interpretati sumus de morte Domini nostri, postquam omnis virtus legalium sacrificiorum planè defecit: videndum inquam est, quemadmodum ea interpretatio huic opinioni conuenire, & constare possit. Sed non est difficile id ostendere. Etenim cogitandum est, ex septem vltimis annis totius summæ septuaginta hebdomadum & dimidiæ, hoc est, annorum quadringentorum nonaginta trium, confici vnā hebdomadam, quę incipit ab anno quadringentesimo octogesimo septimo, definit in annū quadringentesimum nonagesimum tertium. In hac hebdomada, per tres priores annos: & dimidium, Christus prædicauit Euangelium: in dimidio huius hebdomadis, qui est annus quadringentesimus nonagesimus, & vltimus septuagesimæ hebdomadis, Christus mortuus est. Exinde sacrificia legalia fuere inualida. Reliquo huius hebdomadis, Apostoli magno studio, & ardore animi Euangelium in Iudæa prædicarunt. Et in fine hebdomadis terminatæ sunt septuaginta hebdomades & dimidia. Hinc apparet, hanc interpretationem nihil habere verbis angeli non coëntaneū, & cōgruens. Neque enim angelus eam hebdomadam, in cuius dimidio defecit hostia, & sacrificium: vel septuagesimam: vel vltimam hebdomadam appellauit, sed tātum, vnam hebdomadam: quæ, qualiscunque intelligi potest: dummodo ea conster septem annis, & sit extra sexaginta nouem, de quibus antea dixerat. Ecce tibi, vna hæc est ratio terminandi hebdomadas in quarto anno post passionem Domini.

70. hebdomades terminari possunt in passione Domini.

Altera est ratio terminandi septuaginta hebdomadas, in eo ipso anno, quo Christus Dominus mortuus est, quam rationē sequuti sunt Iulius Africanus, Beda, Rupertus & alij. Secundū hanc, illud Angeli dictum, *in dimidio hebdomada deficiet hostia & sacrificium*, potest duplicitet exponi: Beda nāque, & Rupertus interpretantur id de baptismo Christi, qui in mediam septuagesimam hebdomadam incidit: post quem baptismum defecere legalia, non quidem secundum vsum, qui permansit vsque ad excidium Hierusalem: neque secundum virtutem & obligationem, quæ non nisi post passionē Domini cessarunt, sed quia introductio baptismi, qui primū est sacramentum legis Euangelicæ, manifestum, atque indubitatum fuit signum, legalia sacramenta mox esse delectura. Potest etiam hoc exponi de morte Domini nostri, sed illud *in dimidio hebdomada*, non significat medium annum, qui est quartus septuagesimæ hebdomadis, sed significat vnam medietatem, videlicet, posteriorem illius hebdomadis. Cogitatione enim diuidenda est septuagesima



ma hebdomada in duo dimidia, seu in duas medietates, quarū vtrauis tribus annis, & dimidio constat. Et posteriore quidem dimidio illius hebdomadis, Christus, & in principio eius baptizatus est, & in decursu eius prędicauit, & in fine eius mortuus est: cuius mortem, legaliū sacrificiorū abrogatio est consequuta. Itaque, quod Angelus dixit: *in dimidio hebdomada deficiet hostia*, id sanè de posteriore dimidio illius hebdomadis, & de fine eius dimidij debet intelligi. Hāc interpretādi rationem ponit Dionysius Carthusianus in cōmentariis suis, super nono cap. Danielis, sed ante Carthusianum, eam tradiderat auctor historiæ scholasticæ, in enarratione historiæ Danielis, cap. decimo.

Vnus tantum restat scrupulus, sed excussu facilis. Videtur enim, à vigesimo anno Lōgimani, vsque ad mortē Saluatoris nostri, nō tantū quadringēti septuaginta quinque anni solares, qui æquiualēt quadringentis nonoginta lunaribus, sed quadringēti septuaginta septē numerari. Siquidē vigesimus annus regis Longimani, fuit quartus octogesimæ tertiæ Olympiadis, & annus passionis Domini, fuit item quartus ducentesimæ secundæ Olympiadis, sicut ostensum est in prima parte huius libri, quæstione quarta, & septima: hoc autem tempus continet annos quadringentos septuaginta septē. Verum nihil negotij est, hunc eximere scrupulum, adhibita distinctione computationis exclusiuæ, & inclusiuæ, chronologis satis vsitata. Computatio inclusiua est, cum propositi numeri vterque terminus, primus, & vltimus in computatione includitur: exclusiua vero est, cum vterque pariter excluditur. Exemplum vtriusque cōputationis circa eandem historiam reperitur in Euangelio. Etenim, transfigurationem Domini, Diuus Lucas narrat capite nono, factam esse octo diebus post sermonem Domini, de imminente sua passione, & glorificatione. At, Matthæus capite decimoseptimo, & Marcus capite nono, eandem trāsfigurationem sex diebus post eundem illum sermonem de passione, & glorificatione Domini, factam scribunt. Nec est inter Euangelistas repugnantia. Nimirum, Matthæus, & Marcus, exclusiua computatione vsi sunt, Lucas autem inclusiua. Similiter igitur prædictæ obiectioni est occurrendū. Nā, à vigesimo anno Lōgimani vsque ad annū passionis Domini sunt anni quadringenti septuaginta septem, secundum inclusiuam computationem: at vero secundum exclusiuam, quam Angelus sequi maluit, vt integrum numerum septuaginta hebdomadum exprimeret: tanti dumtaxat septuaginta quinque, & quadringenti numerantur. Atque hæc quidem sint à nobis de septuaginta hebdomadis, si non, vt tantæ rei dignitas, & difficultas postulabat, certè, vt ferebat nostræ facultatis tenuitas, explicata.

De duplici ratione cōputandi, vna exclusiua, altera inclusiua.

DE-

# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV. COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER XII.

## CAPVT DECIMVM.

† Regni MS. quidam, & Rom. addunt.

ANno tertio † Cyri regis Persarum, verbum revelatum mihi est Danieli cognomento Baltasar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexique sermonem: intelligētia enim est opus in visione. In diebus illis, ego Daniel lugebā, trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum: sed neque unguento unctus sum: donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem vicesima, & quarta mensis primi, eram iuxta fluuiū magnum, qui est Tigris. Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir unus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius, quasi chrysolitus, & facies eius, velut species fulguris, & oculi eius, vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorsum sunt, vsque ad pedes, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius, vt vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus visionem: porro viri, qui erant mecum non viderunt: sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in abscónditum. Ego autem relictus solus, vidi visionē grandem hanc: & non remansit in me fortitudo, sed, & species mea immutata est in me, & emarcui: nec habui quicquam virium. Et audiui vocem sermonum eius: & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus herebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuū mearū. Et dixit ad me: Daniel, vir desideriorū, intellige verba quæ ego loquar ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istū, steti tremens. Et ait ad me: Noli metuere Daniel: quia ex die primo, quo posuisti cor tuū ad intelligēdū, vt te affligeres in cōspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit



restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum: & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Veni autem, vt docerem te, quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus: quoniam adhuc visio in dies. Cumque loqueretur mihi huiusce modi verbū, deieci vultum meum ad terram, & tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea, & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum, qui stabat contra me. Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Et quomodo poterit seruus Domini mei loqui cum Domino meo? Nihil enim in me remansit virium, sed, & halitus meus intercludituir. Rursum ergo tetigit me, quasi visio hominis, & confortauit me, & dixit: Noli timere vir desideriorum pax tibi, confortare, & esto robustus. Cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere Domine mi, quia confortasti me. Et ait, numquid scis, quare venerim ad te? & nunc reuertar, vt prælier aduersum principem Persarum: cum ergo egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Veruntamē annunciabo tibi, quod expressum est in Scriptura veritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

Præstantia huius visionis.

VIsio quam Daniel hac capite sibi accidisse narrat multis de causis eximia, & admiranda fuit. Primum enim, Deus non prius Danielem hac visione dignatus est, quam se ipse vnius, & viginti dierum oratione, ieiunio, & lachrymis, ad eam digne accipiendam præparasset. Tum, qui in hac visione Danieli apparuit, non quilibet fuit Angelorum, sed Archangelus Gabriel, & ordinis, & muneris sui dignitate clarissimus, & secretissimorum Dei consiliorum internuncius, atque interpres, maximarumque Dei legationum functione nobilissimus. Nec is, vt alias visus est, sed ea specie, atque habitu se ostendit, vt magnam præ se ferret maiestatem, stuporeque, ac terrore, Danielem, & socios eius impleret, ac naturæ Angelicæ, multis in rebus excellentiā ex ratione adūbraret. Et ecce, inquit, de illo Daniel, vir vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi chrysolitus, & facies eius vt species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius vt vox multitudinis.

Eius effectus.

TAntus porro ex hac visione socios Danielis horror & terror inuasit, vt confestim omnes eo relicto aufugerent. Ipse vero Daniel, animi pariter, atque corporis viribus debilitatus, defectusque, in terram cecidit, & prope exanimatus iacuit humi. Iam verò quis non obstupescat audiens inter ipsos Angelos discordias, contentiones, & prælia narrari, & principem Persarum vno & viginti diebus restitisse Gabrieli, huic autem

velut in certamine laboranti venisse in subsidium Michaelem, cumque inter illos pugna seruetur, in eum venisse principem Græcorum, nouas, propriasque cum illis dimicandi causas ferentem? Denique si eorum sententia est vera, & videtur sanè vera, hanc visionem, vltimam esse huius libri, eamque ab hoc capite vsque in finem duodecimi capitis continuari, liquet profectò, hanc visionem latissimè ac longissimè patere: quippè plurima, & altissima Dei mysteria per eam Danieli patefacta sunt: eiusque visionis prædicta, non certo alicuius temporis spatio determinata sunt, sed pariter cū ipsius mundi ævo extenduntur. Siquidem vsque ad persequutionem Antichristi, & consummationem seculi, atque ipsam mortuorum resurrectionem, qui legerit historiam horum trium capitū, eam pertinere animaduertet. Hæc præfari voluimus, vt intelligatur, quanta nobis opus sit intentione animi, diligentiæ, curæque, vt hæc tam multiplex, tam excellens, & admirabilis visio, quantum in nobis fuerit, non indignè tractetur, & explicetur: & quanto item lectoris studio, reuerentia, ac religione, quæ de hac visione scripta sunt à Daniele, quæque à nobis in eorū explanatione dicentur, accipienda, atque complectenda sint.

De quibus rebus habita sit.

## *Anno tertio Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli, & verbum verum, & fortitudo magna, intellexitque sermonem, intelligentia enim opus in visione.*

Daniel post Cyri annū primum vaticinatus est.

HInc apparet, quod suprà in extremo capite primo positum est, Danielem fuisse vsque ad annum primum Cyri regis, non significare terminum temporis, quo Daniel aut vixerit, aut vatis munere sit functus, cùm hic legamus, anno tertio Cyri prophetica visione ipsi cōtigisse. Illud igitur ibi significatum est, vt notauit hoc loco Diuus Hieronymus, & nos docuimus, cum eum locum primi capitis tractaremus, Danielē in ea gratia, & honore, quem apud regē Nabuchodonosor adeptus fuerat, pariter etiā apud cæteros reges Chaldæorum permansisse quoad steterit imperium Chaldaicum, hoc est, vsque ad annum primū regis Cyri, qui Babylonem expugnauit, suoque Chaldæos subiecit imperio. Libri Græci hoc loco mendose, pro anno tertio Cyri, habent anno primo. Vnde illis hoc mendum acciderit, indicat Theodoretus super hoc loco ita scribens. *Quibusdam videtur, hic in tempore erratum esse: & pro anno primo, qui ab initio libri huius describit, tertium annum posuisse. Atque ex eo coniiciunt, quod in fine primi capitis dictum est, Danielem fuisse vsque ad annum primum Cyri: si enim non vltra primum annum fuit, quomodo tertio anno Cyri reuelationem habere potuit? ego autem arbitror, neque illis verbis desinitum aliquod tempus significari, neque primo anno Cyri Danielē vitam terminari: neque enim ibi dictum est vsque ad annum primum Cyri, sed vsque ad annum vnum.* Sic Theodoretus. Verū, & scriptura Hebraica, & multa Versio Latina habēt in extremo primi capitis, vsque ad primum annum: & manifestum est more Hebraico, non raro, vnum dici pro primo. Quo liceat intelligere prædictā Theodoreti obseruationem inanem esse.

Vnde Theodoreti explicatio.

An propheta dicatur visionem propriè habere, nec ne.

*Et Verbum verum, & fortitudo magna.* Eandem sententiam habet lectio Græca: *Magna.* Inuit Hieronymus *fortitudo vel Dei, qui, quæ promissa erant in hac visione, facturus erat vel ipsius Danielis, qui tam alta mysteria diuino lumine illustratus, ea roboratus intellexit.* Docent Hebrææ linguæ periti, vocem Hebraeam, quæ est hoc loco, vana, præter fortitudinem significare etiā rēpus, & exercitū. Vnde Pagninus vertit & Vatablus explicat, *tempus magnum*, id est, quæ ostenduntur hac visione, nō nisi longo post tempore, esse implenda. Alij legunt, *& exercitus magnus*, vt supplendum sit, *angelorum*, quasi angelus, qui hic locutus est Danieli, numeroso angelorum agmine comitatus, ad eum venerit, *intellexitque sermonem: intelligentia enim est opus in visione.* Hinc deprompta est illa theologorum sententia vt quis verè ac propriè sit, & nominetur propheta, opus esse, vt non modo habeat visiones propheticas, sed eas etiam intelligat. Quo fit, vt nec Pharao, nec Nabuchodonosor, nec Balthasar, licet visa quædā prophetica, & sanè insignia ipsis acciderint, prophetæ tamē nomē habeant, sed id magis cōueniat Ioseph, & Danieli, qui eas visiones interpretati sunt. Quam Theologorum sententiam repetit doctrina beati Gregorij, & Augustini, qui hoc ipsum antea tradiderant. Ille quidem breuiter super illis verbis Iob in ca 13. *Omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea & intellexi singula.* Hinc in modum scribit in libro vndecimo moralium, ca. 12. *non satis est, inquit, vidisse, & audisse: non enim vtilitatem habent dicta si intellecta non sunt. Proinde subditur, & intellexi singula. Cum enim aliquid ostenditur, vel dicitur: si intellectus non tribuitur, propterea minime est. Vidit namque Pharao per somnium, quæ erant Ægypto ventura: sed quia nequiuit intelligere, quod vidit propheta non fuit. Sic abscessit Balthasar rex articulam manus scribentis in pariete, sed propheta non fuit, quia intellectum rei, quam viderat, nō accepit. Vigilat beatus Iob propheta, spiritū se habere testatur, non solum vidisse se, & audisse, sed etiā intellexisse omnia, asserit.*

D. Gregorius, Gene. 41. Dan. 5.

Prophetæ sunt, qui diuina visa interpretantur.

Idem: sed enucleatius tradit Augustinus in libro duodecimo de Geneſi ad literam capite nono, *quibus*, inquit *ſigna per aliquas rerum corporalium ſimilitudines demonſtrabantur in ſpiritu, niſi acceſſiſſet mentis officium, vt etiam intelligerentur, nondum erant prophetæ, magiſque propheta erat qui interpretabatur, quod alius vidiſſet, quam ipſe qui viſſet. Vnde apparet, magis ad mentem pertinere prophetiam, quam ad hunc ſpiritum, qui eſt vis anima quædam mente inferior, vbi corporalium rerum ſimilitudines exprimuntur. Itaque magis Ioſeph propheta fuit, qui intellexit, quid ſignificaret viſum Pharaonis, quam Pharao, qui illud in ſomno habuit. Huius enim ſpiritus informatus eſt, vt videret illius mẽs illuminata eſt, vt intelligeret, ac per hoc, in illo erat prophetia, & in hoc linguæ: & in hoc rerum imaginatio, in illo imaginationum interpretatio. Minus ergo propheta eſt, qui rerum, quæ ſignificantur, ſola ipſa ſigna in ſpiritu per rerũ corporalium imagines videt, & magis propheta eſt, qui ſolo earum rerum, intellectu præditus eſt: ſed & maxime propheta eſt, qui vtroque præſtitit, vt & videret in ſpiritu corporalium rerum ſignificatiuas ſimilitudines, & eas vi natitate mentis intelligat. Sic Danielis excellentia tentata, & probata eſt, qui regi, & ſomnium, quod viderat dixit, & quid ſignificaret, aperuit. Et ipſa quippe imagines corporales expreſſæ ſunt, & earum intellectus reuelatus in mente.* Hactenus Auguſtinus. Et hæc quidem rectiſſime habent, & conuenienter noſtræ tralationi Latinæ dicta ſunt. Hebræa tamen Scriptura & verſio Græca paulo ſecus habere videntur: nam Pagninus, ex Hebræo ita vertit, *& intellexit verbum & intellexit ſibi in viſione.* Græca verò hanc reddunt ſententiam *& intellectus datus eſt ei in viſione.* Itaque, pro eſt, quod nos legimus, *intelligẽtia opus eſt in viſione*, illic eſt, *intelligentia data eſt ei in viſione* Verum ſi in hac varietate, ipſa æſtimetur ſententia, ferè iſta eodem recidunt: propterea enim data eſt Danili in viſione intelligentia, vt ipſe pleno ac perfecto prophetiæ munere donaretur, quod ſine intelligentia viſionis, non fuiſſet abſolutum.

Gen. 41.

Prophetarum ea ſuerit genera

Dan. 2.

*In diebus illis ego Daniel lugebam.*

CVr lugebat Daniel? ſiquidem biennio ante laxata Hebræorum captiuitate, populoque ſuo in patriam reuerſo atque inchoata iam templi ædificatione, nulla quidem mœrendi ac lugendi, magna potius lætandi, & gaudendi causa eſſe videbatur. Sed quatuor tamen eaſque iuſtiſſimas mœroris & luctus cauſas fuiſſe Danieli, docere poſſumus. Prima cauſa fuit deplorandæ improbitatis & pertinacia Iudæorũ, qui donata omnibus Iudæis à Cyro libertate, nihilominus tamẽ Babylone remanſerant. Namque ex tot millibus, qui Babylone commorabantur, ad quinquaginta duntaxat millia in Iudæam redierant, cætera propemodum innumerabilis turba, tantam Dei erga ſe mitem erga ſe mitem cordiam, tantamque regis Cyri beneficentiam contempſit, præferens captiuitatem libertati, & exilium patriæ. Hanc cauſam, quia breuiter, & diſerte tractat hoc loco Theodoretus, eius verba hic adſcribam. Cum enim dixiſſet, videri potius fuiſſe Danieli, ob donatam à Cyro Hebræis libertatem, gaudendi, quam lugendi cauſam, ſubiunxit hanc ipſam Cyri beneficentiam, qua Iudæi male vſi fuerant, materiam dolendi, aclugendi præbuiſſe Danieli. *Cum enim*, inquit, *rex omnibus libertatem ac reditum in patriam permiſiſſet, complures, bonorum, quæ Babylone poſſidebant, amore capti, neglecto in patriam reditu, tanto beneficio vti noluerunt. Soli autem viri pietatis amatores, patriarumque legum cuſtodes, poſt habitis omnibus bonis & deliciis Babylonicis, patriæ ſolitudinem omnibus regni antepoſuerunt. Hoc itaque Danieli luctus cauſa fuit. Videns enim diuinæ promiſſionis veritatem, & regis humanitatem atque benignitatem, contra vero populi ſui contumax, & effrenatum ingenium, vehementer animo angebatur. Sed enim quæret aliquis, cur ipſe Daniel, cum iis, qui redierant in patriam, non abierit: ac potius cum impiis Iudæis Babylone remanſerit? cui quæſtioni facilè occurritur, ſi captiuitatis eiuſdẽ Danielis cauſa intelligatur. Quemadmodum enim non propter ſua peccata ductus eſt in ſeruitutem, ſed Deus populi preſpiciens vtilitati, eum vna cum cæteris in captiuitatem abſtrahi permiſit, quaſi curatorem, & magiſtrum quendam ſimul cum ipſis mittens: ita etiam reditus tempore cum placuit Iudæorum Babylone remanere decreuiſſent, propterea diuinus propheta eũ illis degere cõpellitur, vt ne ſpirituali cura prorſus deſtitutis, in execrandam idololatriæ impietatem pœnitus laberentur.* Hactenus ex Theodoreto.

Quatuor cauſæ cur Daniel mœreret ac lugeret, & primo iuxta Theodoretus.

Altera cauſa templi ædificio impedita

Esdr. 4

Altera cauſa fuit, quod ex literis ſuorum cognouerat, inchoatam templi ædificationem, fuiſſe à finitimis populis, acerrimis Iudæorum hoſtibus, impeditam atque interpellatam, eoſque tanto eſſe apud regem Cyrum vſos artificio: vt ille non parum de priore erga Iudæos benevolentia & benignitate remiſiſſe videretur. Atque hoc ex his, quæ ſcribit Eſdras capite quarto, non obſcurè perſpicitur.

Tertia lugendi cauſa fuit, quod Daniel identidem memoria repetebat, & cum animo ſuo reputabat id, quod viderat & audierat in ſuperiori viſione, quæ in capite octauo ſcripta eſt, videlicet, de multis & magnis calamitatibus & malis quibus rex quidem Græcorum, Antiochus Epiphanes, Iudæos crudeliſſimè vexaturus & afflictaturus erat. Hoc Daniel mente volutãs, non poterat, pro ea caritate qua populum ſuum complectebatur,

Tertia Antiochi cõtra Iudæos perſecutio.





mœreret ac lugeret, & primo iuxta Theodoretus.

Daniel cur in Iudæam nõ redierit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tut, non ingenti mœrore luctuque compleri. Ad hanc porro causam pertinet, quod mox sequēti capite vndecimo, angelus omnē illius Antiochi aduersus Iudæos persequutionis & crudelitatis progressū, plenius atq; distinctius Danieli demōstrauit.

Quarta Christi mors a Iudæis procurata.

Quartam mœroris & luctus causam, illam equidem fuisse reor, quod hic erat in animo meteque Daniels, id quod ex Gabriele cognouerat in visione noui capitis, tantam nimirum fore populi Hebræi contumaciam, perfidiam, & cæcitatem, vt ipsum Messiam, acerba & ignominiosa morte esset necaturus, quam ob tanti sceleris immanitatem, ipsum antea tantopere à Deo dilectum, tantisque beneficiis ornatum atque cumulatū, in perpetuum ab ipso Deo repudiatum & abiectum iri.

*Panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum.*

Ieiunij tempore à cibis delicatioribus abstinendū.

HOc docemur exemplo inquit D. Hieronymus, tempore (etiam) a cibis delicationibus abstinere, quod ego puto nunc dici panem desiderabilem. Tres autem iungit hebdomadas seipsum affligendo, ne transitoria & fortuita videatur deprecatio. Theodoretus existimat, propterea panem præcipue appellari desiderabilem, quia panis sit planè necessarius & communis omnium cibus. Etenim carnibus vescuntur diuiores, panē autē, etiam paupores alūtur: ideirco panē desiderij appellauit: vt cibum communē, & omniū alimentorum antistitē. Sed reuera phrasi Hebraica, panis desiderabilis vel desiderioru dicitur, qui est optimus & delicatissimus, edentique non tantum robur, sed etiam voluptatem præbens.

Panis desiderabilis quis.

Cur Daniel cibis sit vsus melioribus in senectute, quā in iuuentute.

Ossi cuarunt quidā hoc loco, quia Daniel ait, se per tres hebdomades delicato cibo abstinuisse: ex eo intelligi, solitum fuisse ipsum alias eiusmodi cibis vti: quamobrem non tantam in senectute victus austeritatem tenuisse, quantam ipse tenuerat in adolescentia, cuius victus, vt in primo capite scriptum est, aqua & leguminibus constabat. Videlicet, hoc tempore Daniel tanta erat potestate & auctoritate, vt facile haberet posset cibos etiam optimos, qui legi Mosis non essent veritus. At verō non tanta virtus duritia, & rigor necessarius est senibus, quorum perturbationes animi sedatiores sunt, atque infirmiores corporis vires, quantus adolescentioribus, aduersus quos ardentiores & robustiores pugnant animi cupiditates. Theodoretus, hoc Danielis exemplo quasi fortissimo argumento confutabat impiam Iudæorum sui temporis consuetudinem, qui extra solū Hierosolymitanum, vbicunque exulabāt Pascha, iecundū omnēs ritus legis Mosaicæ, celebrabāt contra ipsam legē, quid nisi in loco diuinitus electo, fieri vetabat. Atqui Daniel in primo

Theodoretus suo tempore quomodo arguat.



primo mense, cuius decima quarta die, Pascha secundum legem Mosis agi solebat, per tres hebdomadas, vsque ad vigesimum quartum eius mensis diem, ab omni genere carnium abstinuit. Non igitur pascha celebrauit, cuius enim præcipue erat ceremonia esus agni paschalis: nec id si per legem, extra Hierosolymam fas esset fieri, Daniel vir religiosissimus, facere prætermisisset.

*Sed neque vnguento vnctus sum.*

De antiquitate & vsu vnguentorū. Per se vnguentis delibuti. Plinius, quod ante Troiana tempora vnguenta nō fuisse dixerit refargui. Eustath. in comment. Iliad. ha

HIc mos, inquit Hieronymus apud Persas & Indos hodie quoque seruatur, vt pro balneis vtantur vnguentis. Per se autem, apud quos erat hoc tempore Daniel, non tantum vngebantur, sed etiam auctore Plenio libro 13. capite primo vnguentis madebant: non modo voluptatis & luxus causa, sed etiam medicinæ: quo videlicet, ex nimia cōcinnitate & inguinum natum oris & corporis virus, accersita commendatione ex vnguentorum suauitate, extinguerent. Verum, quod inibi scribit Plinius vnguenta non fuisse Troianis temporibus, nequaquam probabitur viris doctis, qui legerint apud Diodorum Siculum libro secundo capite primo, regem Ægypti Mitrēum, qui multis seculis antiquior fuit Troianis temporibus, ex quodam stagno vectigal constituisse vxori suæ, ad vnguentorum vsum, & reliquum corporis cultum: id autē erat talentum argenti in singulos dies. Athenæus item libro decimoquinto, & Eustatius, conferta Plinio prodiderunt. Homerum sanè præcipuum Troianarum rerum scriptorem, vnguenta cognouisse, & olei vocabulo significasse, patet ex eius Iliade. Archilochum vero constat primum vocabulo vnguenti μύρου esse vsum, cum antea eodem nomine vnguentum, & oleum appellaretur: cui opinioni etiam Iulius Pollux accedere videtur. Certē in sacris libris, longe vetustior Troiana clade, vnguentorum vsus inuenitur. Etenim Moses, plus quinquaginta & trecentos annos Troiano excidio antiquior, præsidia quædam vnguenta facere docuit in Dei cultum, hisque vsus est ipse in quatundā, vetū cōsecratione. Quin, ducētis annis ante Mosen, legimus in libro Geneseos capite quinquagesimo primo, corpus Iacob demortui, aromatibus, & vnguentis, more Ægyptiorum esse conditum. Quis autem fuerit Ægyptiorum mos in sepeliendis mortuis, indicat capite quinto libri secundo Diodorus. *Vino*, ait, *phœnicco ex rebus odoriferis lauant corpus, de cetum ex cedro primum, cum alias pretiosis vngere eum dies amplius triginta: myrrha deinceps & cinnamomo, cæteris odoribus liniunt, qua non solum id seruare diutissime, sed etiam odorem reddere queant.* Vnguentorum porro vsus admodum fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca



Varius vnguentorum vsus

varius, in diuinis libris obseruatur: primo quidem in rebus sacris, velut in consecratione tabernaculi, & summi pontificis: lege caput 29. 30. & 40. Exodi, & Leuitici 8. tum in creatione regum: nam [a] Saulem, [b] Nauidem, & [c] Salomonem ii, vnctione reges designatos esse legimus: præterea munditiæ, & elegantiæ causa: quamobrem & [d] Ruth, & [e] Iudith vnguentis esse vsas, in earum historia proditum est: ad hoc in condiendis mortuorum, maxime vero regum corporibus, quod etiam apud Iudæos vsque ad ambitiosissimum luxum processit. Scriptum est in posteriori libro Paralipomenon cap. 16. Asa regem Iuda vita defunctum esse positum super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta, eaque esse combusta super ipsum ambitione nimia. Denique, mos fuit apud Iudæos etiam granum, & sanctorum hominum, quos comuniò accepissent, eorum caput, pedesque pretiosis vnguentis perfunderet quocirca legimus apud Lucam cap. 7. Dominum nostrum quodammodo esse quæsitum de Pharisæo, quod quem ita communium vocauerat, eius caput oleo non vnxisset. Nota est historia Mariæ Magdalenæ, quæ pretiosum vnguentum, videlicet, trecentis denarijs æstimabile, super caput, & pedes Domini effudit. Quarenus verò apud Græcos luxuria in vsu vnguentorum processerit, & vt etiam cibis, & potui miscerentur, indicat Aristoteles in libello de sensu & sensili: de luxu autem Romanorum, legenda sunt, quæ in tertio capite lib. 13. scripsit Plinius.

[a] 1. Reg 10.
[b] 1. Reg 16 & 2. Reg 2 & 1. 3. Reg. 1.
[c] Ruth 3.
[d] Iud. 10.
Matt. 26. Ioan. 12.

## *Eram iuxta fluuium magnum, qui est Tigris*

Vnde nomen fluuij Tigris Plinius 6. capite. 7. Cur magnus dicatur.

PVtant quidam Theologi, Tigrim dictum à fera Tigre, quod eius in cursu celeritatem imitetur. Verum Plinius, Curtius, & alij, tradunt Tigrem vocem esse Medorum, qua illi sagittam significant: cuius celeritatem, quoniam eius fluminis cursus præ se ferat, propterea dictũ esse Tigrem. Sed cur hic nominatur magnus? an quia vnus erat ex quatuor fluminibus è paradiso profluentibus? an comparatione fluminum Iudææ? an quod esset ex nobilioribus, maioribusque fluminibus tunc temporis in orbe notis, aut certe Iudæorum genti cognitis? constat sanè maiorem eo esse Euphratem: vide Strabonem lib. 11. vt nihil dicam de Nilo, Indo, & Gange. Euphrates autem magnus appellatur Genes. 15. Deut. 11. Apoc. 9. quin etiam fossæ ad quasi per excellentiam flumen præcisè, ac simpliciter nominatur. Notauit hoc loco D. Hieronymus, sæpè diuinas visiones & reuelationes iuxta flumen aliquod esse

Gen. 2.



esse factas: velut Ezechieli, iuxta fluuiũ Chobar, Danieli, iuxta fluuium Eulæum, & Tigrem, Ioanni Baptistæ cum ascenderet Dominum, iuxta Iordanem. Etenim fluuius non est aliud, quam magna vis, & copia aquæ perenniter ex sua origine profluentis: quo significatur magna vis gratiæ, & illuminationis propheticæ, quæ datur prophetis, non tollat habitus permanentis, sed tanquam in transcursu, & ad modum aquæ præterfluentis.

Fluuius quid sit, & quid significet

## *Ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi Chrysolithus, &c.*

NOn erat re vera, qui visus est Danieli, vir, sed angelus sub specie & habitu viri: quapropter Symmachus, teste Hieronymo, vertit, quasi vir. Sed quis fuit ille angelus? admodũ credibile est fuisse Gabrielẽ, hoc nãque existimarunt Ioãnes Cassianus collatione octaua, & Theodoretus paulo infra, & de posterioribus, Carthusianus. Idque rationi cõsentaneum est, siquidẽ in duabus superioribus visionibus capitis octaui & noni angelum missum à Deo, ad docendum Danielem constat fuisse Gabrielem, cum expressum eius nomen ibi legatur. Quo licet intelligere Gabrielem fuisse in hac visionibus à Deo destinatum, ad illuminandum eruditionem, atque instruendum Danielem. Putat autem Cassianus, & Gregorius lib. 17. moralium, hunc angelum habuisse peculiarem tutelam, & curam populi Hebræi, qui erat in captiuitate Babylonica, & quæ cũque ad eius populi salutem, & dignitatem pertinebant, fuisse Gabrielis ministerio demandata. Michael autem princeps erat, tutor, & rector vniuersi populi Hebræi, ac totius Synagogæ, sicut nunc esse creditur Ecclesiæ.

Angelus visus hic Danieli, fuit Gabriel.
Cassi collat. 8 c. 13
Cassi ibid. Greg. l. 17 Moral. c. 8

Linea vestis huius angeli, significabat puritatem, & innocentiam naturæ angelicæ, nulla peccati labe vnquam fœdatæ, sicuti enim est album, & byssina vestis candorem habet, quo lucis æternæ imaginem gerit, & competit electis, de quibus Ioannes in Apocalypsi capite tertio, *qui vicerit*, inquit, *induetur vestimentis albis*. Sequitur, *renes eius accincti auro obrizo*, id est, cinctus erat zona ex auro purissimo, & nitidissimo: sic enim interpretatur Theodoretus aurum obrizum, quod ipse, retinens Hebræum vocabulum, appellat ophaz: Isidorus libro 16 Etymologiarum cap. 17. dictum putat obrizum, quia obradiet ipse dore suo, quod sit optimi coloris. Plinius autem lib. 33 capite. 3. *aurum*, inquit, *quo magis arsit, eo magis proficit ad bonitatem: aurique experimentum ignis est, vt simili colore rubeat vt ignis, atque ob hoc obrizum vocant.* Pagninus obriza esse dictum ait, ab Ophir, quasi Ophirizum. Erat autem Ophir, nomen proprium loci,

Quid significet vestis linea.

Quid sit aurũ obrizum.

Pagni. in thesau

Universidad de Deusto
Biblioteca



solinguę Sanctæ, quod tamẽ ab alio interiectum videtur. D. Hieronymus.

loci, qui feracissimus erat optimi auri, quod deuehi solitum ad Salomonem, & Iosaphat: scriptum est in tertio libro Regum, capite. 9. 10 & vltimo. Diuus Hieronymus in epistola 140. ad Principiam virginem quæ continet explanationem Psal. 44. super illis verbis: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato*, pro illo, *deaurato*, vel sicut ipse vertit ex Hebræo, *in diademate aureo*, refert, Symmachũ transtulisse, *in auro primo*. Aquilam vero, quintam item & sextam editionem vertisse *in finctilium, vel in auro Ophir*, subditque Hieronymus, Ophir genus esse auri, vel à loco indiæ, vel à colore sic nominatum. Septem quippe apud Hebræos auri vocabula reperiri. Apud Hieremiam capite 10. sic legitur, *argentum inuolutum de Tharsis afferitur, & aurum de Ophaz*. Et sunt hoc nostrò tempore qui putent, Ophaz, fuisse, quæ nunc a Lusitanis vulgo dicitur, Sophala, auri optimi ditissima, vnde in Lusitaniam deuehi solet.

Quid significatzona aurea.

Per zonam vero auream, figuratur ardor amoris, quo angeli Deo, indissolubili coniunctione copulantur, vel purissima eorum sapientia, qua Deum & alia in Deo intelligũt. Potro quia renes sunt loca delectationum carnalium, per renes aurea zona cinctos, significatur, concupiscentiæ victoria & quod angeli omnem suam voluptatem, & delectationem in Dei sapientia, & amore positam habeant. Significatur etiam, eos qui carnalem concupiscentiam vicerunt, ac perdomuerunt, angelorum visitatione, illuminatione, & consolatione, à Deo dignari. *Et corpus eius quasi chrysolithus*. Hebraicè est, *Tharsis*, quod vocabulũ retentum est in Græca translatione. Dicitur autem, inquit Theodoretus, corpus illius angeli fuisse quasi Tharsis, id est, simile auro probatissimo è Thatsis allato, etenim illinc Salomoni rude afferebatur aurum. Hieronymus hoc loco vertit chrysolytum, qui est lapis marini coloris, habens maculas, & quasi scintillas aureas. Hyacinthos mittit Æthiopia, & chrysolithos, aureo colore transtucentes, vt inquit Isidorus libro decimo sexto etymologiarum. Quidam faciunt duo genera chrysolithi, vnum transtucens aurei coloris, habẽs velut ardentes quasdam scintillas: alterum cæruleũ & virens: aquæ marinæ, cum à sole collustrata est, persimile: quod radiis solis suppositũ, auream repræsentat stellam, & in Æthiopia gignitur. Chrysolithi fit sæpe mentio in Scriptura: velut Exodi vigesimo octauo, Ezechielis vigesimo octauo. Apocalypsis vigesimo primo.

Quid significet vox Thar sis. Cap. 10 & 14.

Sed redeamus ad vocabulum Hebræum, *Tharsis*, quod est hoc loco: quod quia frequens est in Scriptura, variamque habet significationem, diligentiori indiget interpretatione. Ponam igitur primum, quid Hieronymus diuersis locis de vocabulo Thartis tradiderit: tum ego prælibus & distinctius, varias eius



eius vocis significationes exponam. Super hoc Danielis loco ita scribit Diuus Hieronymus. *Pro chrysolitho, qui vnus est de duodecim lapidibus, qui penitur in Logio pontificis, in Hebræo, habetur Tharsis quod Theodotio & Symmachus, eodem verbo interpretati sunt Tharsis: septuaginta vero, mare appellauerũt iuxta illud quod in Psalmo legitur 47. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis, id est, maris, & Ionas fugere cupiebat, non in Tharsum vrbem Cilicia, vt plerique existimant, literam ponentes pro litera, vel in Indiæ regionem, vt putat Iosephus, sed absolutè in pelagus.* Idem vberius, & luculentius eadem de re scripsit in epistola 133. ad Marcellam: in qua reprehendens Rhætium Augustodunensem Episcopũ, quod in cõmentariis suis in cãtica cãticorũ, multa & ineptè, & perperàm interpretatus esset, sic ait, *Vehementer mirabar virum eloquentè præter ineptias sensuũ cæterorũ, Tharsis putasse vrbem esse Tharsum in qua Paulus natus est. & aurum Ophaz, Petrum significare, quia Cephas in Euangelio, idem Petrus sit appellatus. Habuerat vtique id ipsum verbum in Ezechiele cap. 10. & species rotarum sicut species Tharsis, & in Daniele cap. 10 & corpus eius, vt Tharsis, quod Aquila chrysolythum, Symmachus hyacinthum interpretatur. & in Psalmo quadragesimo septimo, in spiritu vehemẽti conteres naues Tharsis, inter lapides, qui in ornatu sacerdotis scribuntur nominibus sculpti sunt, cuius de lapidis nomen inserere, ferè omnis ferè Scriptura hoc vocabulo referta est. De Ophaz vero quid dicam eum Daniel capite decimo, Angelum sub viri specie sibi visum, lineis vestitum, & circa renes cinctum fuisse ex auro Ophaz dicat. Plura quæ apud Hebræos auri sunt genera, vnde ob distinctionem, nunc Ophaz positum est, ne quis Zeph putaret, quod in Genesi, nasci cum lapide carbunculo præbeatur. Quæ vis si Tharsis, lapis chrysolitus sit hyacinthus, ad cuius coloris similitudinem Dei species scribatur: quomodo Ionas Tharsis ire voluisse dicatur: & Salomonem, atque Iosaphat, in Regum libris, naues habuerint, qua de Tharsis solita sint exercere commercia: Ad quod facilis est responsio, homonymia esse vocabulũ Tharsis: quod & Indiæ regio ita appelletur, & ipsum mare, quia cæruleum sit, & sæpè solis radijs percussum, colorem supradictorum lapidũ trahat. & a colore nomen acceperit: licet Iosephus T. pro D. litera mutata, Graecos putet Tharsum appellare pro Tharsis.* Hactenus D. Hieronymus. Nos quatuor eius vocis significationes, tum ex sacris literis, tum ex earum interpretatione, quam septuaginta interpretes condiderunt, colligere possumus. Nam quintam significationem eius vocis, pro Thartso, Ciliciæ metropoli, à Iosepho in primo, & nono libro Antiquitatum traditam, vt quæ merito reproba sit à Diuo Hieronymo, hic omittimus. Primo igitur, Thartsia in libro tertio Regum, & secundo Paralippomenon, signifi-

Quid D. Hieronymus varijs in locis de vocabulo Tharsis tradiderit.

*Ioan. 1.*

*Alter. 12. Ioann. 1.*

*Exod. 28*

*Genes. 2.*

*Ioann. 1. 3. Reg. 10. 2. Para. 9. & 10.*

Quotuplex significatio vocabuli Tharsis. *Ios. lib. 8. Antiq. cap. 7. Libro 1. Reg. cap. 22. & 2. Para. 20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



cat regionem Indiæ, optimo auro abundantem, vnde ad Salomonem longa nauigatione deuehebatur. Deinde significat lapidem pretiosum, vt patet Exodi vigesimo octauo, & Ezechielis vigesimo octauo, & Danielis decimo, quem Hieronymus, sequutus Aquilam, vertit chrysolithum. Preterea, id nominis sumpserunt aliquando Septuaginta interpretes, pro Carthagine, vel illa ora Africæ. Nam Isaiæ vigesimo tertio, nos legimus, *vlulate naues Tharsis*, pro quo septuaginta reddiderunt, naues Carthaginis, & Ezechielis vigesimo septimo, sic est, *Tharsis negotiatores tui*: at Septuaginta verterunt, *Carthaginenses negotiatores tui*: Denique, secundũ Theodoretũ, Theophilactũ, Ariam Montanum, & Vatablum, hoc modo sumitur nomen Tharsis, apud Ionam capite primo. Postremo hoc nomen ponitur pro mari: & sane perquam frequenter in sacris literis, vt Psalmo quadragesimo septimo, & Isaiæ capite secundo, & secundum Hieronymum, & Hebræos etiam apud Ionam capite primo: quin Hieronymus super secundum caput Isaiæ affirmat nomen Tharsis, proprie significare apud Hebræos ipsum mare: nam alterum nomen, iam, quo etiam vtuntur Hebræi ad significandum mare, magis esse Syriacum, quam Hebræum. Atque hæc de vocabulo Tharsis attumisse, satis sit lectori.

De hyacintho & chrysolitho.

Quoniam autẽ, vt diximus, cum Tharsis significet lapidem pretiosum, ficut videtur hoc loco significare, ab interpretibus exponitur nomine chrysolithi, vel hyacinthi, nonnihil etiam de his dicendum est. De chrysolitho quidem supra nonnulla posuimus, quibus addendum est, quod in libro trigesimo septimo, capite nono, scribit Plinius: *Chrysolithus*, inquit, *Æthiopia mittit aureo colore translucentem. Præferũtur eis Indicæ: & si quæ non sint, Bactrianæ: deterrimæ autem Arabicæ, quoniam turbidæ sunt, & varia, & fulgores interpolati nubilo macularum. etiam quæ limpidæ contigere veluti scobe sua referta. Optimæ vero sunt, quæ in collatione aurum albicare, quadam argenti facie cogũt.* Rochobus auctor est, chrysolithũ duodecim modo in se visam. Hugo de sancto Victore, in libro tertio, de bestiis, & aliis rebus, enarrans genera & proprietates lapidum, de chrysolitho hunc in modum scribit: *Chrysolithus fulget quasi aurum, & emittit ex se scintillas ardentes, quo circa significantur hoc lapide illi, qui intelligunt diuinam Scripturam, & id quod intelligunt, aliis demonstrant opere, & sermone: & quasi scintillat boni operis, & verbi illustrat ex se quibus alij illuminãtur. & accendũtur: nec abscondit Deum interiora, nec sub modio lucernã ponit, sed in aperto vt luceat omnibus qui in domo Dei sunt:* Et ide paulo infra, de hyacintho. sic ait: *Hic lapis mutat colorẽ suũ cũ facie cæli: si clarũ est cælũ, lucet: si obscurũ, fit obscurus. Per hunc lapidẽ designãtur, qui se omnino*

Plinius quid de chrysolitho scripserit.

Hugo de sancto Victor, de eodem quid scripserit.

De hyacintho & quid idẽ scripserit.



*do ad aliorum captum accommodãt: sicut fecit Paulus, vt ipse scribit primæ ad Corinthios secundo, tertio, & nono capite, omnibus, inquit, factus sum omnia, vt omnes facerem saluos. Vel alter: hyacinthus similis est aquæ, radio solis percussæ: & ita, vires sapientiæ, placens, & veri solis radio perfusos significat.*

Non possum hoc loco prætetire tacitam, eiusdem lapidis descriptionem à Solino positam, in capite trigesimo tertio. *Apud Æthiopes*, inquit, *nitore cæruleo hyacinthus inuenitur, lapis pretiosus, siquidem inculpabilis inuentatur. Est enim vitijs non parcè obnoxius. Nam plerumque aut violaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albicãtius in aquaticum eliquescit. Optimus in illo tenor, si nec densiori fuco sit obtusior: nec propensa perspicuitate deterior, sed ex vtroque temperamento lucis, & purpuræ moderatum sumiter florem trahat. Hic est, qui sentit æstus, & cum calo facit mutationem: nec æqualiter nitillat, cum aut nubilosus est, aut serenus dies. Præterea, in os missus, magis friget scalpturis terè minimè accommodatus: vt qui attritum respuat. Nec tamen penitus inuictus est: nam adamante scribitur, & notatur. Vbi hyacinthus ibi chrysolapis apparet, quem lapidem lux celat, prodit obscurum. Hæc enim est in illo diuersitas, vt nocte igneus sit, die pallidus.* Hæc Solinus. At enim, addubitabit fortasse aliquis, si Angelus, qui visus est Danieli, vestitus erat lineis, qui potuit eius corpus à Daniele, cuius esset coloris, discerni? Sed cogitandum est, lineam illã in vestem, fuisse tenuissimam, atque pellucidam, & peruiam aspicienti, vt corporis quod ornabat, facilè proderet colorem.

De codẽ quid Solinus literis mandauerit.

Dubitatio.

Pergamus, cæterum illius Angeli habitum visumque, hoc loco descriptum, breuiter enarrare. Sequitur, *& facies eius sicut species fulguris*: id est, splendor illuminãs, è facie eius emicabat: vel facies eius videbatur quasi flammans, & fulgurans: in quo tertot, & ita contra Dei hostes ostendebatur: vel indicabatur excellentia gloriæ Angeli, vel mentis eius quæ excellenti diuinæ cognitionis fulgore coruscat. Similiter à Matthæo describitur Angelus, capite vigesimo octauo, nuncius, & testis resurrectionis Domini: *Erat*, inquit, *aspectus eius quasi fulgur*. Post hæc subdit Daniel, *oculi eius vt lampas ardent*. Intimatur ardor amoris diuini, & claritas notitiæ Angelorum, in beatifica Dei visione consistens. Sequitur *& brachia eius, & quæ deorsum sunt usque ad pedes quasi species æris candentis*. Brachia robur, & fortitudinem Angeli significant, ad ferendam opem, & præsidiũ quibuscumque voluerint, & ad cõterendas omnes aduersarias potestates. Per pedes, designantur Angeli facultas, incomparabili celeritate eundi quocumque, & quacumque voluerit. Ærea dicuntur brachia, ob insuperabile robur, & ob vim cætera frangendi,

Quid significet, ipsi Angeli fulgurans.

Quid brachia, & pedes Angeli ex ære candenti.

gendi, & conterendi. Candor autem, vel ad pulchritudinem pertinet, vel ad terrorem aspicientium, sicut candor armorum in prælio. Simile quid legitur in Ezechiele, capite primo: *Scintillæ*, inquit, *quasi aspectus aeris radentes*. Extremo loco ponitur *& vox sermonum eius, vt vox multitudinis*, id est, *visus tibi esse*, inquit Theodoretus, *illum audire Angelum, multam hominum inter se magna voce colloquentium turbam audire.*

Quid multis vna voce Angeli.

Cur Angelorum aspectus, & cõgressus primo terrificus hominibus esse soleat.

Putat Albertus, hunc Angelum, qui loquebatur Danieli, venisse multis aliis comitatum Angelis, ad maiorem ipsius Danielis consolationem. Magnitudo porro, & multiformitas vocis Angelicæ, significabat admirabilem facilitatem enunciandi, & explicandi hominibus arcana cœlestia. Ex hac igitur, & aliis Angelorum visionibus palam est, tam inusitato, & terribili modo Angelos apparuisse hominibus, quo maiorem in eorum animis, sui reuerentiam, & timorem excitarẽt, & vt simul humilitatem cõditionis humanæ, & Angelicæ supra omnes mortales, in donis naturæ, gratiæ, & gloriæ excellentiam demonstrarent. Et quia sæpè, ideo apparent hominibus, vt eos, quæ occulta sunt, familiariter doceant: hinc fit, vt per proprietates corporis assumpti, spirituales proprietates Angeli significentur.

Similis locus in Apocalypsi capite primo.

Simili propemodum specie habituque, visum sibi Dominum narrat Ioannes in Apocalypsi capite primo. *Vidi*, inquit, *similẽ filio hominis*. Sic etiam supra, Daniel capi. septimo, dixit, vidisse se quasi filium hominis venientem cum nubibus cæli. Vocat Ioannes Christum similem filio hominis: quia licet ipse post incarnationem suam verus sit homo, non tamen ipse tunc, qualis est per se, visus fuit Ioanni, sed tantum per visionem imaginariam sub multiformi specie, ac similitudine. Quamquam secundum phrasim Hebraicam, idem est, similem esse filio hominis, vel factum esse in similitudinem hominis, atque esse verum hominem, vnde filius Dei dicitur à Paulo in Epistola ad Philippenses capite secũdo, propter mysterium incarnationis, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Pergit Ioannes, & subdit, *vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. Podere*, est tunica talaris vsque ad pedes demissa, & erat vna de vestibus sacerdotalibus. Quapropter per eam significatur, vel Christi sacerdotium, vel natura humana, quam Dei filius inquit. Per zonam vero auream, designatur regia Christi auctoritas, de qua Dauid in Psalm. 92. Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est fortitudinem, & præcinxit se. *Caput eius* inquit Ioannes, *& capilli candidi tanquam lana, & tanquam nix.* Rectè sanè: nam caput Christi, secundũ Paulum, est Deus: cuius antiquitatem, vel potius æternitatem denotat canicies: quocirca etiam Daniel supra, appellauit Deũ antiquum dierum. *Oculi eius tanquam flamma ignis*: significatur vis diuinæ intelligentiæ, omnia colluitrans, & illuminans, vt nihil ei obscurum, & occultum esse queat: ignis nempè lucis bonis, improbos perdẽs, atque consumens. *Pedes eius similes aurichalco*: per pedes, qui intellexerit sanctos Apostolos, minimè opinor, à vero aberrauerit. Illi enim Christi nomẽ per vniuersum orbem portauerunt, sicut Dominus dixit de Paulo: *Vas electionis iste est mihi, vt portet nomen meũ coram gentibus, & regibus, & filijs Israel.* Sunt etiã ipsi corporis mystici, id est, Ecclesiæ Christi pedes: quoniã eorum fide, & disciplina, fundata, firmata est Ecclesia. Qui benè dicuntur similes aurichalco, quoniam, & splendorem habuerunt auri, id est, splendidissimã caritatem, ac sapientiam, & soliditatem, ac firmitudinem æris, propter incredibile virtutis robur, & insuperabilem animi fortitudinem. *Vox tanquam aquarum multarum*, id est, vox magna, & sonora. Etenim Christi doctrina, per omnem terrã prædicata, & exaudita est, de quo, tanto ante Dauid spiritu prophetico cecinerat in Psalm. 18. non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiãtur voces eorum: & in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Facies eius sicut sol lucet.* Similiter in tãfiguratione resplẽduit vt sol, Christi facies: si enim iusti fulgebunt vt stellæ, secundum Danielem cap. 12. immo si fulgebunt iusti vt sol, sicut dixit Christus, Matthæi 13. quid mirum, splendorem vultus Christi, solis fulgori similem prædicari? Sed reuertamur ad visionem Danielis.

Cur Christus dicatur similis filio hominis.

Quid vestis podere. Quid zona aurea.

Caput Christi quod sit.

1. Cori. 11. Dan. 7.

Oculi Christi quid.

Actor. 9.

Pedes Christi & Ecclesiæ fuerunt Apostoli

Matt. 17.

*Vidi ego Daniel solus visionem: porro viri qui erant mecum, non viderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum.*

IN potestate angelorum est, cum in assumptis corporibus apparent hominibus, sui aspectum quibuscunque volunt, vel exhibere, vel denegare. *Sed cur*, inquit Theodoretus, *fugerũt socij Danielis, cum visionem illam non vidissent? Atqui verisimile est, hoc ipso maiorem illis veritatem esse incussum, nullum enim conspicati, magnamque audientes vocem, merito perculsi terrore, aufugerũt.* Ecstasim vocat hic Scriptura (sic enim Græce est, pro eo quod Latine legitur, *terror*) non timiditatem solam, sed cœcitatem illam, quæ Græcè dicitur *ægnoia*: quæ quibus contigit, hi non amisso visu, non vident tamen, quæ sunt ipsis ante oculos. Hac percussi sunt Sodomitæ iuxta fores Loth, & Syri, qui ad capiendum Eliseum missi furant. Simile quid etiam, quod narrat hoc loco Daniel, etiam Pauli socijs in itinere cum iret Damascum

Angeli dum apparent, non omnibus sese demonstrant. Ecstasis quid hic sonet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cum, accidit. Etenim, & tunc solus Paulus vidit lumen, quod cum circumfulserat, socij autem eius, non viso lumine, solam vocem audierunt: vocem nempè ipsius Pauli, non autem Christi. Nam de hac intelligendum est, quod ipse Paulus narrat in Actis Apostolorum capite vigesimo secundo, dicens: *qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt, eius, qui loquebatur mecum.* Lucas autem capite nono dixerat comites Pauli, neminem vidisse, & vocem tantum audiuisse, nimirum vocem ipsius Pauli, Christo ipsum compellanti atque increpanti respondentis. Subiungit Daniel, *Et non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me, nec habui quicquam virium*, & paulo infra, *Domine mi*, dixit Daniel angelo, *in visione tua dissoluta sunt compages mea, sed & habitus meus intercluditur.*

*Genes. 19. 4. Reg. 6. Actor. 9.*

Daniel ex angelorũ visione pertritus & alijs quam.

Satis apparet ex hoc loco, & ex aliis duobus, qui supra sunt in cap. 7 & 8 angentem Danieli ex visione angelorum, accidisse terrorem & consternationem animi: nec non & corporis debilitationem atque languorem, in capite septimo sic legimus: *Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum & visiones capitis mei cõturbauerũt me, & facies mea mutata est in me.* In extremo autẽ capite octauo sic est: *Ego Daniel langui, & egrotaui per dies & stupebam ad visionem.* Similia contigerunt aliis. Nam Habacub capite tertio, *Audiui*, inquit, *& conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea*, & Hieremias, *contritum est cor meum, contremuerunt omnia ossa mea, à facie Domini, & à facie verborũ sanctorum eius.* Ioannes quoque in Apocalypsi capite primo ait, se cum vidisset angelum, cecidisse ad pedes eius tanquam mortuum. Denique apud Iob. capit. quarto sic Eliphas loquitur. *Cũ spiritus me præsente transiret, horruerũt pili capitis mei, & pauor terruit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt, & facies mea mutata est in me.* Tantæ vero consternationis & terroris qui ex diuinis visionibus, seruis Dei cõtigit, variæ sunt causæ. Primum enim, insuitatus homini angelorũ aspectus, præsertim sub specie habituque terribili, merito terrorem homini incutit. Deinde, solet idem accidere, cũ in eiusmodi visionibus denuntiantur aliqua iis, quibus fiunt visiones, tristissima & acerbissima: quemadmodum Danieli in visione octaui & noni capitis prænuntiata sunt quædam, quæ populo Hebræo futura erant calamitosa, atque funesta. Adde, quod sic natura est comparatum, vt cum quis omnem vim mentis in contemplationem diuinarum rerum intendit atque defixit, pariter quodammodo remittantur, ac debiliten tur inferiores vires hominis corporali vitæ inseruientes: calore enim vitali, ad supremas mentis functiones contracto, & sanguine ad cor ipsum coacto, necesse est corpus frigescere, & vultũ pallescere: quin etiam nonnunquã, & corporis languor, & debilitas, & grauis aliquis morbus contingit. Libet hic apponere duos beati Gregorij locos, qui ad hoc ipsum illustrandum valẽt plurimũ. Prior locus est in lib. quarto moraliũ c. 30. vbi, cur sancti ex visitatione, & visione diuina, & animo conturbentur: & debilitentur corpore, causam exponens, ita scribit. *Nimirum mens humana, dũ occultæ locutionis aspiratione tangitur, & statu suæ fortitudinis infirmata, ipso quo absorbetur desiderio liquatur: & inde se apud semetipsam sessam inuenit, vnde vltra se esse conspicit fortitudinem, quam conscendit. Hinc Daniel, cum visionem Dei se confpexisse diceret: adãgit, elanguit, & ægrotauit per dies plurimos. Qui cum ad virtutem Dei mens adtingitur, à propria fortitudine caro laffatur. Hinc Iacob, qui angelum tenuit vnde mox pede claudicauit, quia qui vero amore sublimia respicit nom in hoc mundo duplicibus desiderijs incedere nescit, vno enim pede innititur, qui solo Dei amore robor atur: & necesse est, vt alter pes marcescat, qua mentis virtute crescẽte oportet proximũ vis carnis forti torpescat.* Posterior eiusdem Gregorij locus est, in octaua homilia super Ezechielem: longa enim oratione docet, hominem pœnitus deficere, comparatum Deo: & ex diuina visione ac visitatione accidere homini, vt suã ipse agnoscat & sentiat ignorantiam, infantiam, vilitatem, & infirmitatem. Confirmat hoc exemplo Abrahæ, & Mosis, ille Genes. 18. quanto familiarius cum Deo loquitur, tanto demissius de se sentit, & tanto magis seipsum abijcit: *loquar*, inquit, *ad Dominũ meũ, cum sim puluis & cinis*, hic autẽ Exo. 4. ex sermone quẽ cũ Deo habuerat, quãuis esset omni Ægyptiorũ scientia eruditus, sentit tamen, se magis, quam fuerat antea, indisertum & impeditioris linguæ esse factum, *obsecro*, inquit, *Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius: ex quo enim loquutus es ad seruum tuũ, impeditioris & tardioris linguæ sum.* Sic Isaias, ad illam Dei visionem, quam describit ipse capite sexto sublatus clamauit se virum esse pollutum labris. Sic Hieremias loquente ad ipsum Domino, clamat, *a, a, a, Domine, nescio loqui, quia puer ego sum.* Sic Daniel sublimem visionem videns, per plurimos dies elanguit, & ægrotauit. Quia nimirum, & hi qui in virtutibus fortes sunt, cũ altiora Dei concipiunt, in sua sibimet æstimatione infirmi atque imbecilles fiunt. Hactenus ex Gregorio.

Cur diuinæ & angelicæ visiones tãtopere turbãt & debilitẽt hominẽ.

*Hier. 23.*

*Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos.*



D. Greg. duobus locis quid de hac Angelorum visitatione scripserit. Iacob claudicauerit ex tactu Angeli.

*Hier. 1. Dan. 7.*

Ieiunij fructus.

HInc docemur, inquit Theodoretus, quantum nobis voluntaria prosit carnis afflictio. Etenim Daniel, cum voluntario se ipsum ieiunio macerasset, & Dominū quæsisset, statim exoratus est, & voti sui compos factus est. *Queritur*, ait Hieronymus, *si statim exauditus est, cur non statim missus est Angelus*, sed per vnum & viginti dies dilatus fuerit eius ad Danielem aduentus? videlicet, *data est Danieli per moram, occasio amplius Deum deprecandi, vt ex eo quod plus desiderat per labore, plus etiā per reuelationē angeli audire mereatur. Quod autē aut angelus, & ego ingressus sum ad verba tua*, (sic enim refert D. Hieronymus, nostra translatio habet, *& egoveni propter sermones tuos*) *hanc habet sensum: postquā tu cœpisti bonis operibus & lachrymis, atque ieiunijs, Dei misocare misericordiam: & ego accepi occasionem, vt ingrederer in conspectu Dei, & orarem pro te.*

Cur Angelus Danieli non ab initio apparuerit.

*Princeps autem regni Persarum, restitit mihi viginti & vno diebus*, & paulo infra: *& nunc reuertor, vt prælier aduersus principem Persarum.*

ANtiquam hic locus, quæstionem habet arduam sanè illam, nec minus nobilem atque vt explicatu minimè facilem, ita, quæ diligenter tractetur atque discutiatur, dignissimam. Quæritur enim, quisnam fuerit princeps Persarum, qui tamdiu, & tantopere restitit Gabrieli, & quod genus prælij inter ipsos sit factum. Vel enim fuit ille angelus bonus, vel malus: si malus, quomodo vocatur princeps Persarū? & qui potuit tātam habere vim & potentiam aduersus Gabrielem? sin autē fuit bonus angelus, cur igitur tam obnixè restitit Gabrieli, tam bonam & iustam causam agenti? & cùm angeli sint incorporei, quomodo ipsos inter se deserrare ac prælijari, intelligendum est? Verum ante alia disquiramus, verum princeps ille Persarum fuerit bonus angelus, an malus. Rupertus libro nono de victoria verbi Dei, & Beatus Thomas in prima parte quæstione 113. Carthusianus item, aliique plurimi (nam fere Theologorum est hæc communis opinio) tradunt sensisse Diuum Hieronymum, principem Persarum fuisse angelum malum. Ponam hic verba Hieronymi ex commentario eius super hoc loco, vt quæ fuerit eius sententia liquido iudicet lector: sic ille scribit. *Videtur mihi hic princeps Persarum, esse angelus, cui Persis credita est, iuxta illud quod in 32. capite Deuteronomij legimus, quando diuidebat altissimus gentes, & disseminabat filios Adam, statuit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei. Isti sunt principes, de quibus Paulus loquitur primo ad Corinthios capite secundo. Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nullus principum huius seculi cognouit, si enim cognouissent*

Quis fuerit Princeps Persarum tā diu & tā obnixè aduersatus Gabrieli, Thoan. in par. q. 113. ar. 1. An D. Hieronymus putauerit, principē illū Persarum, fuisse malum angelum. Sic legi hunc secundum 70. *nouissent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Restitit autē princeps, id est, angelus Persarum, sciens prouidentia sibi prouincia, ne captiuorum omnis populus dimitteretur: & ferebatur cum statim Daniel exauditus fuisset a Deo, non statim tamen missus est angelus qui ei indulgentia Dei nunciaret: ipse princeps Persarū, vno & viginti diebus restitit et enumerans peccata Iudeorū, quod iuste tenerentur captiui.* Sic hoc loco Diuus Hieronymus. Quoniam igitur significat Diuus Hieronymus, principem illū Persarum fuisse de numero eorū principū huius mundi, qui crucifixerunt Dominū, eos autē constat fuisse angelos malos, hinc apparet putasse Hieronymū fuisse illum Persarū principē, angelū malum. At enim, cum Hieronymus eodem loco dicat, eū fuisse de numro eorū angelorū, quos Deus, prouinciis & regnis præfecit, vt gentis, cui quisque præfectus est, curam & custodiam gerat: manifestum vero sit angelos quos Deus prouinciarum & regnorū præsides, tutores, & rectores constituit, esse bonos angelos: quippe qui sunt administri eius prouidentiæ in regendo mundo: exilimare conuenit, hunc Persarum principem, non malum, sed bonum angelum fuisse. Et verō, in hanc sententiam magis propendere D. Hieronymum, si quis attentius legat totius commentarij contextum, facilè animaduertet.

Quid ergo? contrarias sententias de illo principe Persarum, in suo commentario posuit Hieronymus? Quid ni? sanè frequenter D. Hieronymus solet in explanandis sacris literis diuersorum auctorum, tacitis sæpe eorum nominibus, non diuersas modo, sed etiam repugnantes inter se, & quasdam ipsi veritati contrarias sententias commemorare, nec eas tamen diiudicare, aut confutare, sed earum iudicium lectoris arbitrio integrum relinquere. De quo, cum à suis obtrectatoribus vehementius reprehenderetur, ipse purgat in quarto suorum commentariorum, super Hieremiam volumine, cur id fecerit rationem exponens.

Confutatur D. Hieronymi, scripta eius sententibus bene obseruāda.

Verum, siue Diuus Hieronymus huius fuerit sententiæ: siue, vt multi putāt contrariæ: siue vt quispiam non temere existimaret, ambiguæ, illud sane extra controuersiam est Ioannem Cassianum, & Rupertum Tuitiencem, viros, scriptorum quæ reliquerunt, laude claros, principem illum Persarū fuisse angelum malum, manifestis & disertis verbis prodidisse. Cassianus quidem certe in collatione octaua cap. 12. affirmat, omnem hunc aëtem inter cælum & terram vtique quaque diffusum, incredibili malorum spirituum densitate esse constipatum: quos tamen satis vtiliter humanis aspectibus prouidentia diuina subtraxit. Aut enim terrore concursus eorum,

Cassianus & Rupert. tuit hunc principē Persarū malū esse angelum opinati sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



vel horrore vultû, in quos se pro voluntate sua transformant, intolerabili formidine, consternarentur homines, atque deficerent: aut certè nequiores quotidie redderentur, exemplis eorum, & imitatione illorum vitiati, & per hoc inter homines, & immûdos spiritus, fieret noxia quædam familiaritas & pernicioſa coniunctio.

Post hæc Cassianus, proximè sequenti capite subiunxit, non solum malos spiritus impugnare homines, sed etiam ipsos inter se dissidere atque dimicare. *Nam discordias*, inquit, *& conflictus super nonnullis gentibus, pro qualibet sibi nequitia vernacula familiaritate susceptis, indefesso certamine similiter exarcere non desinunt. Quod etiam ex visione Danielis manifestè legimus figuratum, angelo Gabriele ita narrante: Noli timere Daniel, quia ex primo die, quo te afflingere cœpisti in cõspectu Dei, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, &c. Quem principem regni Persarum minimè dubitandum est, aduersariã fuisse potestatẽ quæ fauebat gẽti Persarũ inimicæ populo Dei, quippe, adimpediendam vtilitatem, quam videbat per absolutionem quæstionis, pro qua Daniel Deum exoraverat, ab archangelo ministrandam: lubens somnet ipsum, ne o cyus ad Danielem salutaris angeli consolatio perueniret, Denique populum cui Gabriel præerat confortaret, obiecit. Qui tamen ait, ne tunc quidem, ob impugnationis illius vehementiam, se ad eum peruenire potuisse, nisi in adiutoriũ sibi Michael aduenisset, & occurrens principi regni Persarum, se sequeconflictui eius inferens, & opponens, eumque ab ipsius impugnatione defendens, ad institutionem Danielis, post vigesimum & vnum diem peruenire fecisset. Ex quo liquidò perspicitur, quod discordiæ gentium, & conflictus, quos inter se, istis instigantibus, gerunt, etiam contra se aduersa exercent potestates: & illarum, vel victoria gaudeant, vel diminutione crucientur, & ob hoc non possunt inter se esse concordes, dum vnusquisque pro illa, quibus præest, contra alterius gentis præsulem, inquieta semper æmulatione contendit.*

Cur mali Dæmones, principatus & potestates dicantur.

Dicuntur etiam mali spiritus principatus, & potestates, vel quod diuersis gentibus dominentur, ac præsint: vel quod in inferiores spiritus atque demonia, suos exerceant principatus. Nam & Dominus Lucæ vndecimo nominauit Beelzebub, principem dæmoniorum: & Ioãnis decimo quarto, diabolũ vocauit principem huius mundi, & Paulus ad Ephesios sexto, dæmones appellauit principatus, & potestates, & rectores tenebrarum harum. Hæc Cassianus. Cuius quasi vestigia persequutus, similima tradit Rupertus in libro nono de victoria verbi Dei, hunc in modum scribens: *Principes Persarum & Græcorum quales sint, vnus de doctoribus eximius, D. Hieronymus breuiter innuit. Isti sunt,*



*sunt, inquit, principes, de quibus Paulus scripsit: Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nullus principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Profecto, etsi huius doctoris auctoritas deesset, prudens tamen auditor, principes illos angelos malos intelligere nõ dubitaret, scilicet, contra quos bonis principibus præliandum erat, qui contradicebant precibus sanctorum hominum, & legationi sanctorum angelorum. Siquidẽ mundi princeps, diabolus à Domino dictus est: cum de toto cõsteret, de partibus quis dubitet? si totius princeps mundi diabolus, nonne consequenter, partium mundi, scilicet Persarum atque Græcorum principes, malæ potestates, maiori principi diabolo subministrãtes rectè intelliguntur? Non enim Persæ & Græci, Dei cultores erant, sed potiùs creaturæ quam creatori seruiebant: nec Deum, sed pro Deo demonium colebant, Persæ quidem solem, quem Apollinem dicebant, Græci autem sub nomine, vel obtentu sapientiæ suæ, Mineruam, aliaque gentes, aliorum Damonum portenta, gens vnaquæque suum præcæteris, singularem: omnes autem vniuersaliter sub nomine Iouis, principem dæmonum, principem mundi diabolum colebant, & huiusmodi malis spiritibus, coram simulacris suis se prosternebant. Ergo, quorum Dij fuerunt, multo magis principes eorum rectè sunt appellati. Et boni semper principes, sibi quidẽ consentiũt, mali autẽ, & semper bonis quod ad possunt resistunt, etiã sibimet semper dissentiunt, & semper inter eos sunt iurgia, quia superbi sunt. Similiter, & qui sub malis istis spiritibus, sunt homines mali, semper à bonis dissentiũt, & nihilominus cõtra semetipsos diuisi sunt, regnũ aduersus regnũ, ciuitas contra ciuitatẽ, domus contra domum, vir in virum. Et quamuis aliqui sint inter eum consanguinitate connexi, attamen nulla fides regni sociis, omnisque potestas impatiens consortis erit.* Sic Rupertus. Hæc Cassiani, & Ruperti sententia, duobus confirmatur argumentis. Primo, inter angelos bonos nulla potest esse discordia, nedum contentio aliqua vel pugna. Siquidem, perfecta caritas quæ est in beatis angelis, & summa voluntatis eorum ad voluntatem Dei conformatio, omnem desiderij vel discordiæ rationem excludit. Deinde, liberatio populi Hebræi ex captiuitate Babylonica, Deo grata erat, quippe eam Deus per suos prophetas promiserat, atque prædixerat, nullus igitur bonorum angelorum eã impedire esset ausus. Facit etiam pro confirmatione huius opinionis est sententia illa Iob quæ in cap. 25. nam de Deo loquens ait, *qui facit concordiam in sublimibus.* Ex quo significatur in sublimibus illis, & beatis mentibus, nullam esse posse discordiam. Simile est illud eiusdem Iob, *contentum cæli, quis dormire faciet?* hoc est, quis interrumpere potest, aut quis cessare faciet summam cœlestium spirituum inter se consen-

1.Cor.2.

Ioan 14.

Rom.3.

Gentes pro Deo dæmonium colebant.

Lucan. lib.1.

Quomodo malus angelus bono resistere valuit. Thom. in 1. par. q. 109. ar. 4.

tem, nomine concentus signatam?

Cæterum aduersus hanc opinionem duo possunt obiici. Prior obiectio hæc est. Minimus angelus bonus, est potentior etiam supremo angelo malo: quia, vt docet beatus Thomas, in angelis præponderat & præualet ordo gratiæ, ordini naturæ: non igitur malus angelus tamdiu archangelo Gabrieli resistere potuisset. Sed non est difficile occurrere huic obiectioni: non enim malus ille angelus tantam illam vim resistendi angelo Gabrieli habuit ex naturali sua potentia, sed ex peccatis Iudæorum, quæ, quo plura & grauiora erant, eo inferiorem & valentiorem mali angeli aduersus ipsos accusationem, in conspectu Dei faciebant, tantoque indigniorem & difficiliorem liberationem ipsorum reddebant. Sed quia hoc nostrum responsum breuibus expositum, latius atque differtius explicat Rupertus, gratum lectori futurum puto, si ipsa eius verba hic adscribetem. Dic autē in libro nono capite sexto de victoria verbi Dei scribit Rupertus, *Vide malo angelo virtus pugnandi aduersus bonum angelum, eique resistendi ex hominum vel populorum peccatis. Vbi sit ista pugna inter bonos & malos angelos: In campo iustitiæ, in conflictu iudicij, ipso spectatore ac Iudice Deo. Sed quomodo boni & mali angeli pugnant inter se? Malus pugnat accusando, bonus defendendo. In quantum est magna & vera accusatio mali angeli, in tantum est terda & irrualida defensio boni. Exēpli causa. angelus malus qui aderat regno Assiriorum quo ducta sunt in captiuitatem decem tribus Israel, validissimè eas accusabat, quod nunquam recessissent a peccatis Ieroboam, quod reges omnes sceleratos, & impios habuissent, denique quod pertinaciter, & incorrigibiliter peccassent: nam tanties audito per prophetas verbo Domini, factisque apud se per Eliam & Elisæum, tot signis & prodigiis nullatenus ad pœnitentiam mollirī, ac flecti potuissent. Et quia hæc accusatio grauissima erat, propterea inefficax fuit apud Deum defensio boni angeli, qui curam gerebat illarum tribuum. Quapropter nunquam illæ tribus captiuitate sunt liberatæ. Similiter malus angelus qui aderat Persis & vocatur hoc loco princeps regni Persarum, vehementer obsistebat, ne tribus Iuda captiuitate liberaretur. Hoc autem faciebat quatuor modis. Primum, instigando & inducendo Iudæos ad grauissima scelera quo liberationis ex captiuitate apud Deum indigniores efficerentur: tum dissuadendo Iudæis, reditum in patriam, exagerandis bonis, quæ in captiuitate certe possidebant, & amplificandis malis atque incommodis, quæ in reditu perpessuri erāt, contra vero minuendis bonis, quæ ex reditu in patriā sperare poterant: ad hoc alienando animum Cyri regis a Iudæis, vt reuerso in Iudæam, minimè faueret: & eos qui apud ipsum remanserant,*

Rupertus cur Angelus malus bono resistere, causam refert.

Decem tribus nūquam à captiuitate liberatæ sunt.

Quot modis Iudæorum liberationem impedierint.



*nullo modo dimitteret, suadens id maiorem in modum intolumitati, tranquillitati, securitati, & diuturnitati imperij sui expedire. Præterea grauissimam coram Deo Iudæorum accusationem afferebat, exponens eorum scelera, propter quæ secundum legem iustitiæ nullo modo liberari deberent. Hæc ille malus angelus aduersus tribum Iuda. Cuius accusatio, fuit illa quidem grauis, sed non tam efficax, vt aduersus tribum Israel. Peccauit quidem etiam illa, sed non tam pertinaciter: habuit enim multos reges, qui vel pœnitentiam egerunt vt Manasses, vel etiam pij ac iusti fuerunt, ac populum correxerunt, vt Iosaphat, Ezechias, & Iosias. Proinde ait Gabriel princeps Persarum restitit mihi, & subaudiendum est, sed non vsque quaque resistere mihi poterit, quia videlicet causa vestra modusque peccati, & principi vestro Michaeli, qui solus adiutor meus est in his omnibus, locum faciet iustè defendendi, quod non de beatæ perpetuæ captiuitate teneri, quia non in perpetuum à Domino recessistis, imo pœnitentia satisfactionem nonnunquam obtulistis, & nunc offertis.* Hactenus ex Ruperto.

Cur Iuda tribus in patriā reuersa est, non autem alię.

Sequitur altera obiectio, quæ aduersus hanc ipsam opinionem ita instruitur. Angelus qui restitit Gabrieli, erat princeps regni Persarum, ergo fuit bonus angelus: siquidem, vt singulorum hominum, ita regnorum, prouinciarum, atque populorum custodia, cura, & gubernatio, non nisi bonis angelis à Deo demandata est: malis enim angelis permitti non debebat, quippe qui in omnium hominum perniciem, & exitum omnibus suis vitibus incumbunt: nimirum simile hoc fuisset (si parua licet componere magnis) vt si quis ouem lupo commisisset. Sed ad hoc ex Cassiani & Ruperti sententia paratum est, & in promptu responsum.

Annalia angelis in populis sit aliquis datus principatus.

Respondendum est, angelos malos dici principes regnorū & populorum, non quod eum principatum & potestatem acceperint à Deo: sed quod eam habeant ob improbitatē & impietatem hominum, quibus imperant, & dominantur, inciando eos ad varia & magna flagitia. Nā vt scriptura inquit, qui facit peccatum seruus est peccati, patiturque ipsius dæmonis. Et sane, Gentiles cognitione veri Dei, cultuque caremus, veluti Persæ & Græci tunc erant, ductum & impetum mali angeli potius quàm boni sequebantur. Ac, si diabolus a Christo Domino vocatur princeps huius mundi, à Paulo, Deus huius seculi, & rectot tenebrarum harum, quid mirum eum ministros, diuersorum regnorū principes, & præsides nominari?

Quomodo mali angeli in populos habeant potestatem. *Ioan. 8. Ioan. 14. 2 Cor. 4. Eph. 6.*

Accedit his, quod mali angeli, ex omnibus ordinibus angelorum, aliqui ceciderunt: sicut igitur Deus ex ordine principatuum statuit bonos angelos, qui regnis & prouinciis præsint: ita diabolus destinauit aliquos qui ceciderāt ex ordine

principatuum, perturbandis, decipiendis ac deprauandis gentibus & populis, qui sunt sub diuersis regnis, & prouinciis. Non est hoc loco supprimendum silentio, salutare quoddam documentum, haud dubie gratissimum lectori futurum, quod Rupertus tradit in libro nono de victoria verbi Dei, capite octauo, his verbis scribens. *Terribile, atque lamentabile hinc nobis datur documentum, vt sciamus causam esse apud Dei iudicium, cur eũ sumus in aliqua tribulatione, seu publica, seu priuata, non statim exanduiuur clamantes ad Dominum. Scire namque debemus, antecedi Angelos, inter Deum, & homines Dei seruos, esse administrare: & nos in conspectu eorum psallere, & orare, eosque semper esse paratos ad offerendas Deo orationes Ecclesiæ. Scire etiam debemus, malos angelos ex aduerso venire, & contradicere illis, ac resistere. & cum sint iniusti, nostra contra nos declamare cauſa iniustitiæ, quod videlicet, exaudiri non debemus, eò, quod neque plena fide eramus, neque propositas nobis exaudibilis conditiones obseruauimus: illas deo, solue cogitatione impietatis, solue fasciculos detrimentis. frange esurienti panem tuum, egenos vagosque induc in domum tuam:* & cætera, quæ pluribus verbis prosequitur Isaias, capite quinquagesimo octauo, & postea subdit *tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adsum. Cum igitur inuocamus, & Dominus non exaudit, scire debemus, sanctis Angelis orationes, & clamores nostros Deo offerentibus, resistere & contradicere malos angelos, habentes in manibus accusationũ iacula, quæ sunt peccata nostra, nũ redepta prædictis misericordiæ operibus, quæ Dominus in redditione posuit. si iuste exaudiri desideramus.* Sic Rupertus tradit in libro de victoria verbi Dei, capite octauo.

Notabilis Ruperti sententia, cur Deus preces nostras sæpè nõ statim exaudiat.

Altera sententia est, qui à Daniele hoc loco dominãtur principes Persarum, & Græcorum, eos fuisse bonos Angelos, qui à Deo illis regnis, & gentibus præfecti fuerant, atque omnem, quæ hic memoratur inter istos principes, & Gabrielem, ac Michaelem dimicationem, & pugnam, non nisi inter bonos Angelos esse actum. Huius sententiæ auctores habemus Theodoretum in commentario huius capitis, & D. Gregorium in libro decimo septimo, moralium, capite octauo: quem ceu ducem, sequuti sunt fere scolastici, atque in primis B. Thomas, in prima parte quæstione centesima decima tertia, articulo septimo. Nec his diuersa sentiunt Lyranus, & Carthusianus in explicatione huius capitis. Censent autem dimicationem, & pugnam inter Angelos bonos, non ita esse intelligendam, vt boni Angeli voluntate absoluta discordent inter se, nedum mutuis dilidiant odiis. sed quia quoad non est ipsis Dei sententia, & voluntas manifesta: populorum, quibus præsunt diuersa merita, vel demerita exponunt coram Deo, & diuersos ab ipso effectus postulant. Cum primũ autem patefacta

Fuisse illos principes, Angelos bonos, sententia Theodoreti, D. Gre. D. Thomæ, & fere scholastici eorum Theologorum.

Quomodo Angeli boni dissident.



ipsis est Dei voluntas, ac sententia, cessat omnis illorum dissensio, summaque concordia id ipsum omnes sentiunt, & volunt, quod diuinæ voluntati consentaneum esse cernunt.

Sed exemplorum appositione, hoc fiet apertius, & illustrius. Angelus bonus, qui præerat regno Persarum, has ob causas ceu sebat non esse omnes Iudæos illa captiuitate liberandos. Primum, quia hoc ingenio semper fuissent Iudæi, vt rebus aduersis meliores essent, quam secundis: magisque prodesset illis ad salutem animi malis premi, quam bonis abũdare: quapropter vtiliorem fore ipsis seruitutem, quam libertatem, & in captiuitate affligi, quã in patria florere. Deinde, tot esse, tantaque Iudæorum peccata, vt non posset aliter diuinæ iustitiæ satisfieri, quam, vt, vel perpetuo, vel longissima seruitute, suorum scelerũ pœnas persoluant. Ad hoc, pertinere ad diuinã prouidentiã aliarum quoque gentium curam habere, non tantum Iudæorum modo ipsum esse Deum, sed aliarum etiam omnium gentium. Cum igitur aliæ gentes minus offenderint Deum quam Iudæi, habita præsertim ratione amplioris scientiæ diuinarum rerum, quam Iudeis impertiuerat Deus, & plurium, maiorumque donorum quæ illi à Deo acceperunt, & conueniens erat, vt, si Deus erga Iudæos misericors esse vellet, simili clemen- 1. *Tim* 2.
tia, & benignitate aduersus alias gentes vteretur, & quia Persæ Iudæorum institutis, consiliis, & consuetudine, plurimi ab impietate ad veri Dei agnitionem cultumque conuertebãtur, æquum esset, dignumque Dei bonitate, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, etiam Persarum saluti consulere, & quoniam plurimos Iudæorum captiuitate liberatos, in Iudæam reduxerat, reliquos, qui remanserant apud Persas, ad eorum vtilitatem, atque conuersionem tenere. Atque hæc quidem erat principis regni Persarum, dimicatio cum Gabriele, & hunc in finem liberationi omnium Iudæorum obsistebat.

Cur Angelus Persarum nolebat Iudæos captiuitate liberari.

Contra vero Gabriel, & Michael, Iudæorum tutores, patroni, ac defensores, liberationem eorum ex captiuitate, his rationibus à Deo efflagitabant. Deum non semel promisisse, & per suos Prophetas prædixisse, captiuitatem illam Iudæorum non amplius septuaginta annos duraturam: quo tempore iam tunc exacto, oportere, vt constaret omnibus, quam ipse Deus sit verax in promissis suis, & vt Propheræ eius fideles, inuenirentur. Per exiguum autem, & nullius momenti esse emolumentum, quod Persis accedebat ex cõtubernio, & consortio Iudæorum, si cum detrimento ipsorum comparetur: eo namque septuaginta annorum tempore, vsque adeo in Iudæis, veræ pietatis, & religionis studium exoleuisse, vt nisi, quam primum à societate

Quomodo Gabriel, & Michael, Iudæorũ liberatione apud Deũ procurabãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tate Gentilium segregentur, periculum sit, ne, si quod in illis reliquum est virtutis, & religionis lumen, id penitus exinguatur. Cùm enim sint Iudæi ad superstitiones Gentilium valde propensi, nisi ab eorum contubernio abstrahantur, sine dubio eorum superstitionibus, & erroribus implicatum iri. Necesse esse æquum panè filiorum dare canibus, & tanto filiorum dispendio, & damno, leuissimum minimumq; impiæ gentis emolumentum redimere. Fuisse quidem pleroſque Iudæos improbos, & sceleratos, Deoque contumaces, ac rebelles: sed in his tamè repetiti non paucos, & bonos, & Deo carissimos, & in his Danielem, cuius tam multis lachrymis, tam longis ieiuniis, afflictionibus corporis, tam assiduis precibus, tam ardentibus votis, decebat Deum indulgere, ac satisfacere. Quod si eo beneficio indigni erant Iudæi, id tamen conferri illis decebat, in gratiam, & honorem Messiæ, qui ex ea gente, & in patrio eius gentis solo, humanam naturam susceperunt, cum ipsis familiaritet victurus, ipsó; que maximis cumulatutus erat beneficiis. Hæc igitur rationum contentio, vel pro Iudæorum liberatione, vel contra ipsam, inter diuersarum gentium præsides Angelos, coram Deo secta, appellatur hic pugna, prælium, resistentia, seu repugnantia.

Verum iuuat Theodoreti, & Gregorij verba hic apponere, quibus illi, quod nos scholastico modo, breuiter, & distinctè diximus, fusius, & luculentius explicarunt: quo, scilicet, tantorum doctorum auctoritate maior nostris dictis, fides accedat. Theodoretus, ita scribit: *Ex his, quæ tradit hoc loco Daniel, discimus, singulis angelis vniuscuiusque nostrũ creditã esse curã, vt custodiant, tueantur, & à præsentibus nos liberent insidijs. Archangelis verò illud munus iniunctum est, vt gentium sint præfecti. Sed illud in præsentia quærendum videtur, qua nam de causa princeps regni Persarum resistebat ei, qui patrocinium populi Hebræi susceperat? Non enim putandum est perturbationibus esse obnoxiam Angelorum naturam: quippe sanctitatis planam, & diuinis iussis, ac nutibus vsquequaque obtemperantem. Verum si quis diligenter ipsam rem perpendat, rectũ eorum, quæ dicuntur sensum, & intellectum comperiet. Nam Persarum princeps, & princeps Græcorum, id est, Angeli quibus earum gentium custodia, & cura erat commissa, necessariò benenolentia circa eos affecti erant, qui eorum tutelæ, & curæ tenebantur. Cum igitur cernerent Hebræorum iniquitatem, ægrè ferebant, videntes tam iniquam, & ingratam gentem, maioris prouidentiæ Dei fructum, cæteris populis ferre: non enim mouerant in Deo, qui omnia creauit occultum mysterium: siquidem post aduentum Saluatoris nostri, & prædicationem Euangelij, annotatis* (vt Paulus scribit ad Ephesios cap. tertio.) *principibus, & potestatibus, per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Hoc itaque mysterium ignorantes, & multam Dei erga Iudæos prouidentiam considerates Archangeli, quibus aliarum nationũ cura fuerat credita, indignabantur, quod cernerent Iudæos maximis post legem, & prophetas, tantamque doctrinam, & curam, deteriores esse barbaris populis, nec talibus beneficijs à Deo affectis, quibus ipsi præsidebant. Et hoc significauit Angelus Danieli dicens, princeps regni Persarum stetit ex aduerso mei, vno & viginti diebus: hoc est, sin omnibus diebus persuadere ei studebam, iure, hæc Dei prouidentia dignos censeri Iudæos, opitulante mihi Michaele.* Hæc Theodoretus. At D. Gregorij verba ex capite octauo, libri de D. Gregorius de pugna Angelorũ, quid scribat.
cimi septimi moralium, sic se habent. *Sed inter hæc libet inquirere, si pax in sublimibus summa retinetur, quid est, quod per Angelum Danieli dicitur, princeps regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael venit in adiutorium mihi: & nõne reuertar vt prælier aduersus principem regni Persarum. Quos itaque alios principes gentium, nisi Angelos appellat, qui sibi resistere ex eunte potuerunt? Quia igitur esse pax in sublimibus potest, si inter ipsos quoq; Angelicos spiritus prælianti certamè agitur, qui semper cõ spiritu veritatis assistunt? Sed quia certa Angelorum ministeria, dispẽsandis singulis quibusque gentibus sunt prælata: eorum subiectarum mores, aduersum se viciissim, præpositorũ spirituum opem merẽtur, ipsi, qui præsunt spiritus, cõtra se venire referũtur. In nãque Angelus qui Danieli loquebatur, captiuis Iudæis in Perside cõstitutis prælatus agnoscitur: Michael verò, Iudæis, qui in terris Iudææ remanserat in apostatæ inuamitur. Vnde & ab hoc ipso Angelo dicitur Danieli. Nemo est adiutor meus, nisi Michael princeps vester: & rursus Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorij mihi. Qui diù non simul esse, sed in adiutorij venire dicitur. Aperte ei populo prælatus agnoscitur, qui captiuus in alia parte tenebatur. Quid est ergò Angelũ dicere, ego veni propter sermones tuos: sed princeps Persarũ restitit mihi: nisi sua subditis opera nunciare? ac si aperiè dicat Danieli: præcij quidè tuarũ merita exigunt, vt populus tuus à iugo suæ captiuitatis exuatur: sed est, quod adhuc in eo populo Persarum dominio purgari debent, vnde eruptione in illius Persarũ principe mihi iure cõtradicat: quamuis preces tuæ, eorum quoque lachrymæ qui in Iudæa relicti sunt, hanc eruptionem adiuuent. Prophetæ igitur preces, Angelus exaudit: sed Persarum princeps resistit: quia etsi iã vita multis deprecantis, eruptione populi exigit: eiusdẽ tamẽ populi vita adhuc contradicit: vt qui necdũ hi, qui in captiuitatẽ ducti fuerãt pleno purgati sunt, iure eis adhuc Persæ dominari debent. Rectè ergò dicitur, quod cõtra se Angeli venisse referũtur, quia sublimes spiritus, eisdẽ gẽtibus principijs ratis, nequaquã pro iniustis agentibus decertant: sed aliũ respiciunt.*

Singuli homines Angelũ habent custodẽ, & Gẽtes Archanlum.

Cur Angeli Persarũ, & Græcorũ redditũ Iudæorũ impedierunt.

Cur Iudæi e Babylonica captiuitate non reuertebantur.



*salũ*

non educi mereretur.

*facta iustè iudicantes, examinant. Cumque vniuersi cuiusque gentis vel culpam, vel iustitia, ad supremæ curiæ cõsilium ducitur, eiusdem gentis præpositus, vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur. Quorum tamen omnium vna victoria est, sui semper sit creatoris voluntas: quam dum semper efficiunt, quod obtinere non valent, nunquam volunt. Bene igitur dixit Iob, qui facit concordiam in sublimibus suis.* Sic Gregorius.

*Iob cap. 25*

Quomodo angeli perfecta caritate coniuncti inter se pugnent.

Ex his palam est, quemadmodum facilè repelli queat, quod huic sententiæ supra obiectum est: nullam inter bonos angelos, perfecta caritate cum Deo & inter se coniunctissimos, discordiã, nedum pugnã esse posse. Hoc enim ita diluitur: talis est inter angelos dissentio & pugna, sicut proximè docuimus, vt eã nec perfecta caritas angelorũ, nec summa voluntatis eorum ad diuinam voluntatem conformatio, excludat: excludit tamen ab angelis, perfectam cognitionem diuini consilij voluntatis & prouidentiæ circa omnia futura contingentiæ: hanc enim non semper habent angeli, & quoad ea carent, possunt desideriis & sententiis inter se dissidere. At cum primum eis Dei voluntas & sententia enotuit, cessat omnino eorum omnis dissentio, idem plane sentientibus & cupientibus omnibus, quod velle & decreuisse Deum, ipsis patefactum est.

An inter demones sit discordia.

Expositi duas, de angelorum discordia & pugna, nobilium & illustrium doctorum sententias, & vtramque sane probabilem: posteriori tamen libeatius equidem accesserim: Illud vero, quod paulo supra retulimus, à Cassiano & Ruperto proditum, etiam inter ipsos angelos malos seria esse contentiones, graues discordias, acresque pugnas, adeò vt alij præualere aliis eorumque principatum, & dominatum euertere studeant, atque contendant: haud scio, an improbari debeat. Siquidem cõtrarium istorum opinioni videtur, quod Dominus in Euangelio dicit, Matthæi 12. *Omne regnum contra se diuisum desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa cõtra se nõ stabit. Etsi Satanas satanam eiecit, aduersus se diuisus est, quomodo ergo regnum eius stabit?* His verbis Dominus aduersus Phariseos argumentatur, se non eiicere dæmonia auctoritate, & potestate principis dæmoniorum: non enim dæmones inter se ita sunt discordes, vt alij aliis aduersentur, & alij aliorum potentiam, & dominationem

Cur tam diu durauerit pugna inter principem Persarum vno, & viginti diebus existit quæstio: quid causæ fuerit, quare tamdiu inter istos Angelos disceptatio duraueri: cum vel puncto temporis, possint angeli suas inuicem cogitationes Gabrieli. & desideria declarare, atque apud Deũ exponere. Quid igitur,





tanta mora fuit opus? aut in cuius rei tractatione, tantum temporis ab angelis cõsumptum est? Verum facilis est huius quæstionis solutio: dicendum enim est, moram illam esse factam, non propter angelos, quippe breuissimo illi tempore totum illud negotium transigere, & expedire potuissent: sed id duas ob causas factum est. Primum, quo maius esse meritum Danielis, tanto studio & cõtentione animi, tot illos dies in oratione, lachrymis, & ieiunio perseuerantis: eiusque caritatis ardor, & sanctitatis excellẽtia, illustrior & admirabilior omnibus esset. Deinde, quo magis intelligeretur, quãta esset huius negotij difficultas, id est, liberationis omnium Iudæorum ex captiuitate: quæ sane difficultas, non ex imbecillitate diuinæ potentiæ, nec ex bonitate & benignitate eius parum in homines propensa, nascebatur, sed ex indignitate Iudæorum, qui propter maxima ipsorum scelera, ab omnibus ferme angelis eo beneficio iudicabantur indigni: atque ex hoc præterea enotescceret, atque eluceret, eximia Dei misericordia, & singularis voluntatis eius erga Iudæos propẽsio: qui tot obstantibus eorum sceleribus, totque aduersantibus angelis, nihilominus tamen, tanto eos beneficio afficere voluerit.

Solutio quæstionis.

*Et ecce Michael, vnum de principibus primis, venit in adiutorium meum: & ego remansi ibi iuxta regem Persarum.*

Ex quo ordine angelorũ sit Michael.

QVod dicitur hic, Michaelem, vnum esse de primis principibus: Diuus Hieronymus interpretatur, esse ipsum, archangelum, id est, principem angelorum, idèque sentire videtur Theodoretus: Iudas item in epistola canonica, Michaelem appellat archangelum, quo nomine etiam nominatur ab Ecclesia in officio quod canit in anniuersario die festo sancti Michaelis. Vocabulum autem archangeli, presse proprieque sumptum, pertinet ad secundum ordinem infimæ hierarchiæ: quamuis latiori significatione acceptum, etiam in superiores ordines conferatur. Ferè tamen nunc theologi, doctrinam beati Dionysij in libro de cœlesti hierarchia traditam secuti, Michaelem, ex supremo ordine infimæ hierarchiæ, qui nominatur principatus, esse arbitrantur: quin etiam primum illius ordinis: namque Dionysius docet, ex ordine principatuum esse, qui gentibus, regnis, & prouincis à Deo sunt præpositi. Et quoniam in confesso est, Michaelem præfuisse populo Hebræo totius orbis tunc nobilissimo, clarissimoque: Deoque clarissimo non est dubitandum, fuisse eum principem omnium sui ordinis. Atque hoc non obscure indicauit Gabriel, appellans eum vnum de primis principibus.

*Iud. ca. 1.*

Dion. li. de cæl. Hier. c. 9.

Quomodo Michael venerit in auxiliū Gabrieli contra principē Persarū. Theodoretus.

Sed quomodo Michael venit in adiutorū Gabrieli? nēpe cō iunxit cum eo affectū & conatū patrocinādi populo Hebræo, eiusque plenissimam ex captiuitate liberationem procurandi apud Deū: & rationes principia regni Persarū, qui sese opposuerat, validissime repellendi. Verum, illud ingentem lectori admirationem mouere posset, quod Gabriel extremis verbis huius capitis ait, *Nemo*, inquit, *est adiutor meus in his omnibus, nisi Michael princeps vester*. Quæ verba explanās Theodoretus *non solum*, inquit, *Persarum & Græcorum principes vobis aduersantur: quinimo nulla earum virtutum, quæ super cælos sunt, vult populum vestrum boni alicuius compotem fieri, propter multa videlicet scelera: nisi solus Michael, cui vestri tutela credita est*. Illud igitur admiratione dignum est, quomodo solus angelorum omnium Michael, saueret populo Hebræo. Nonne tot angelos custodes Iudæorum, bona illis optasse & procurasse apud Deum credendum est? Qui fit credibile, erga populum Hebræum, tanto Dei amore, gratia, & beneficentia dignatum, & penes quem solum tunc veri Dei cognitio cultusque vigebat, tam malè omnes angelos fuisse affectos? pro vnius Elisæi defensione visus est totus mons confertus igneis equitibus, sub quorū specie significabatur numerosum angelorum agmen, qui Elisæo in custodiā & præsidium aduenerunt: lege ea. 6. li. 4. Reg.

Alberti Magni sentētia. Dyoni. l. de cæl. Hierar. cap. 4.

Quis igitur nō miretur vni viro illius populi, tot affluisse angelos: vniuersum autē populum ab omnibus fermē angelis esse desertū? Albertus Magnus respōdet: cū dicitur solus Michael fuisse adiutor Gabrielis, nō intelligi solā personā Michaelis, sed intelligi eū simul cū vniuerso agmine angelorū, qui sub illius ductu & principatu sunt: quemadmodum in Apocalypsi capite 12. scriptum est, *Michael & angeli eius præliabantur cum draconē*. Illud præterea docet Dionysius, angelos, nullum fuscipere ministerium, aut obire munus circa res humanas, nisi à Deo sibi iniunctum, & quoniam munus procurandi liberationem Iudæorum ex captiuitate, his duobus tantum angelis Michaeli & Gabrieli, Deus mādauerat, ideo ipsi soli dicūtur eius rei curam egisse. Nam angeli custodes, singulorum hominum curam gerunt, non gentium & regionum. Denique, propterea Deus hoc Danieli, & per Danielem omnibus voluit innotescere: vt intelligeretur, quanta esset illius populi improbitas & indignitas, cuius liberationi tam pauci angeli studerent, ac suffragarentur.

Quis fuerit ille rex Persarū, iuxta quē dicit se Gabriel remānsisse.

Quod sequitur, *& ego remansi iuxta regem Persarum*, nonnihil habet difficultatis. Non enim facile intellectu est, quisnam fuerit ille rex Persarum. Theodoretus de hoc nihil in commētario dixit, Hieronymus sine dubitatione, tegem Persarum interpretatur



interpretatur angelum custodem & præsidem regni Persarum, scilicet, quem & supra, & infrā hoc ipso capite, Gabriel appellat principem regni Persarum. Translatio Theodoreti diuersam hoc loco habet lectionem, hanc nimirum: *& ipsum reliqui ibi cum principe regni Persarum*: hodieque sic legitur in libris Græcis. Quam varietatem lectionis peperit verbum Hebræum, *Iathar*, ambiguę significationis ad significandum tam remanere, quā reliquere. Verum, sicut nostra lectio habet, sic etiam vertit Pagninus, & qui nuper ex Hebræo sacra Biblia transtulerūt. Ruperto non placet, per regem Persarum intelligi angelum illius regni præsidem: tum quia huic intelligentiæ obstat vocabulum regis, quod in Scriptura non solet angelis attribui: tum, quia cum ille præses regni Persarum aduersaretur Gabrieli, non dixisset Gabriel, se remansisse iuxta ipsum, sed potius contra, vel aduersus ipsum. Ponam hic verba Ruperti, ex quibus intelligetur, qualem ipse hūc regem Persarum, apud quem remanserat Gabriel, fuisse existimauerit. *Notandum est*, inquit, Rupertus, *Gabrielem dixisse, quia remansit non iuxta principem Persarum, sed iuxta regem Persarum. Rex namque Persarum, homo erat, scilicet Darius, vel Cyrus, iuxta quem bonum angelum remanere oportebat, quia captiuorum causa hoc exigebat: princeps autem Persarum, angelus malus erat, iuxta quem non remanere, sed aduersus quem, bonum angelum præliari decebat. Quid autem commodi remansio Gabrielis iuxta regem Persarum attulerit, non est obscurum legentibus sacram historiam, qua decet regem Persarum Cyrum instinctu Dei, captiuitatem Iudaeorum soluisse: & de reædificando templo magni Dei, decretum: & edictum fecisse. Et qualiter multis annis post, alius rex Persarum Assuerus maritus Esther, retentus fuerit a Deo, ne pessimum illius Aman hostis Iudaeorum, de nece eorum omniū consiliū perficeret immo malitia eius machinationes in caput ipsius retorqueret. Vnde hæc tam feliciter euenerunt? nisi quia boni isti angelus remansit iuxta regem Persarum? omnes enim sps. Hebr. 1. ritus cælestes, auctore Paulo, sunt administratorij salutis electorū: & quia hic angelus præliatus est aduersus sibi resistentem angelum malum principem regni Persarum, efferendo Deo orationes & defendendo causam captiuorum. Magna sunt hæc, & digna vt pro illorum effectu, sancti principes cælorū præliarentur: si memoria teneas quod tam sæpe diximus, quia reseruatio gentis illius, præparatio erat aduentus Christi Iesu, vt esset vnde illo nascente, verbum promissionis impleretur. Vnde gaudere & lætari habebant, nō solum ipse præliator angelus, & adiutor eius Michael, sed etiam omnes angelorum exercitus cum omnibus hominibus bonæ voluntatis.* Hactenus Rupertus.

Rupertī de Rege Persarū sententia

Esth. 7. & 8.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Et nunc reuertar vt prælier aduersus principem Persarum, Cùm ergo egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens.*

D. Hieronymi expositio huius loci.

HOrum verborum censet Diuus Hieronymus hanc esse sententiam: *Veni quidem vt docerem te, exauditas esse preces tuas: sed reuersus sum rursum, vt pugnem contra principem Persarum in conspectu Dei, qui non vult populum tuum de captiuitate laxari.* Et subditur, *cum egrederer, apparuit princeps Græcorum*, quasi dicat Gabriel, *ego egrediebar de conspectu Dei, vt tibi nunciarem, quæ uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus, licet adhuc non sim securus stante principe Persarum, & contradicente tuis precibus. ac legationi meæ: & esse princeps Græcorũ* id est, *Macedonum veniebat, & ingressus est in conspectu Dei, vt accusaret Persarum principem, atque Medorum, vt in locum eorũ, regnum Macedonum succederet. Et re vera mira sunt Dei sacramenta. Laxato enim de captiuitate populo Iudæorum, Persarum & Medorum imperium, interfecto Dario, subuertit Alexander rex Macedonum: & sic princeps Græcorum vicit principem Persarum,* Quod autem sequitur, *Veruntamen annunciabo tibi, quod expressum est in Scriptura veritatis*, hunc habet lectionis ordinem: *ad hæc res in dubio est: te enim precante Deum, & me tuas orationes offerente, stat è regione princeps Persarum, & non vult populum tuum de captiuitate liberari. Ego autem, quia venit princeps Græcorum, & interim pugnat contra principem Persarum, habens illic Michaelem in adiutorium, donec se dimicant, referam tibi, quæ Deus mihi futura prædixerit, & narranda tibi præceperit. Nullique oriatur scrupulus quare pro principe Macedonum, dixerit principem Græcorum. Alexander enim rex Macedonum, primum subuertit Græciam, & sua potestati subiecta, in Persas arma corripuit. Et nullus aliud est, qui mihi sit adiutor in rogando Deum pro nobis, nisi Michael archangelus, cui creditus est populus Iudæorum. Et interim hoc tempore, ego & princeps Græcorum communi labore aduersus Persarum principem dimicamus. Reuoluenda sunt veteres historiæ, & considerandum, ne fortè illud cæpus hic significetur, quando Persæ à Græcis victi sunt.* Hactenus pertinent, quæ nos super hoc loco, ex Diui Hieronymi commentatio describenda, & adnotanda duximus. Ex quibus apparet, Hieronymum sensisse, illum principem Græcorum venisse, non aduersus Gabrielem, sed aduersus principem Persarum: & causam eius aduentus fuisse, vt translationem imperij à Persis & Medis ad Græcos, apud Deum procuraret. Illud porro, *vt prælier aduersus principē Persarum*, explicans Theodoretus, sic ait, *Præliari dixit, pro disserere ac persuadere: eum ostendere vellet, & tutam illius contra populum Iudæum Hebræum indignationem: & suam erga eundem populum beneuolentiam. Est autem verisimile, eum qui differebat, sanctum esse Gabrielem, qui iam aliis etiam reuelationes ipsi Danieli fuerat interpretatus.* Hæc Theodoretus.

Sacramẽta Dei mira sunt.

Alexander rex Græcorũ cur dicatur.

Angeli orãt pro populis sibi commissis.

Theodoretus quo



Sed liquidius videndum est, quis fuerit princeps ille Græcorum, quem vidit Gabriel, cum egrederetur ipse è conspectu Dei, venientem: & aduersus quem, & ad quid, ille venerit. Quidam putant, & in his est Rupertus, illum fuisse malum angelum, qui Græcis maximè dominabatur: & venisse ipsum aduersus principem Persarum, etiam malum angelum, vt imperium à Persis ad Græcos transferret. Atque ad id perficiendum, existimat Rupertus, tum tum cœpisse illum angelum serere graues discordias & offensas, inter Persas, & Græcos, atque vtramque gẽtem inuicem concitare, & inflammare: vnde postmodũ funestissima bella inter istos populos exarserũt: quibus magnis Græci, sed maioribus Persæ calamitatibus & cladibus afflicti, & contriti, tandem per Alexandrum Magnum pœnitus victi, & subGræcorũ dominatum subiecti sunt. Eadem videtur D. Hieronymi sententia, vt ex verbis eius, quæ paulò supra memorauimus, est manifestum lectori esse potest. Sed in eo fortasse tantũ diuersa est, quod videtur Hieronymus existimare, principem illum Græcorum non fuisse malum angelum sed bonum, videlicet illius gentis custodiæ, curæque à Deo præfectum. Alij censent, illum principem Græcorum, fuisse bonum angelum, & venisse aduersus ipsum Gabrielem, repugnando ipsi apud Deum, ne populus Hebræus captiuitate liberaretur, causas exponens, propter quas digniores erant Græci, qui peculiari quadam prouidentia regerentur, atque iuuarentur, quàm Hebræi: & huic opinioni videtur annuere Theodoretus. Diuus autem Gregorius consentit Theodoreto, principem Græcorum venisse aduersus Gabrielem, & liberationi Iudæorum obstitisse, sed aliam tamen eius repugnantiæ causam affert. Nam, quia inquit, Iudæi etiam in Græcos deliquerant, princeps Græcorum contendebat æquum esse, vt tale delictum diuturniori Iudæorum afflictione purgaretur, atque expiaretur. Hic autem omnis inter tres istius principes, Iudæorum, Persarum, & Græcorum conflictus & pugna, ideo voluit Deus vt patefieret Danieli, & per ipsum cunctis le gentibus eius librum notesceret, vt hinc Planè intelligeretur, quantum sancti angeli, qui diuersis mundi regnis & prouinciis, atque populis, à Deo præpositi sunt, suæ quisque gẽtis prouidentiam curamque gerant, in his præsertim quæ ad animorum salutem pertinent.

Quis fuerit princeps ille Græcorũ

Græci li. 17. moral. cap. 8. Cur Deus inter factos angelos cœlestes regiones esse Danieli reuelari voluerit.

Verum præstat, vt sententias prædictorum auctorum, quas Rupertus

Universidad de Deusto
Biblioteca



tus quid de Græcorum imperio expectandum præferit.

non hic strictim attigimus, latius & apertius ab ipsis tractatas ex verbis eorum lector cognoscat atque perpendat, Rupertus igitur libro nono de victoria verbi Dei, capite decimo, hoc modo scribit. *Sed ecce aliud malum: cum egrederer*, inquit Gabriel, *apparuit princeps Græcorum veniens, subaudi, ad obtinendum vel acquirendum Macedonibus imperium, sub quo videlicet, imperio, filij populi tui, multa mala passuri sunt. Iam tum veniebat regnum Græcorum, agitante populos Græcia, ipso què dicit principem Græcorum. Nec mirum, si Gabriel in conspectu Dei stans, & a Deo egrediens & rursus ad ipsum regrediens, iam tum videbat venire istum principem Græcorum, quia nimirum iam tunc magna Græci facere incipiebant. Promptum est ex historiis nosse, quanta postmodum Græci, maximeque Athenienses fecerint & passi sint, qui primi Græcorum in rebus bellicis extiterunt. quippe quorum opere inquit Pompeius Trogus effectu maiora quàm dicto fuere, quæ non modo vltra spem gerendæ, verum etiam vltra gesti fidem peracta sunt. Ergo quo tempore has visiones Dan. l. revelabatur, eo tempore Darium tertium a Cyro Persarum regem Athenienses vicerint, tanta enim virtute in eo prælio Athenienses cum Persis pugnarunt, vt hinc vitor, inde pecudes putares: idque declarauit euentus prælij, nam reliqui ducentis Persarum millibus eo prælio interfectis. Claret itaque, quomodo dictum sit, cum egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Et quidem illustrior ac nobilior Græcorum fuit de Xerxe huius Darij filio victoria. Cuius regis cùm innumerabili exercitu, quam terribilis fuit in Græciam irruptio, tam fuit turpis & fœdus ex ea discessus. Mirum dictu, & veteres recentibus historijs perspicuum est, quam crudeliter mali illi principes angeli truces, per eadem tempora luserint in sanguine humano more Græco Græci, nec iisdem Græcis cadentibus & occidentibus Persas, implacabili furore: ita vt non ignores, eò dictum sit, mundi in maligno positum fuisse: vel esse, cuius videlicet mundi principes, diaboli suffragatores erant: ille iam dudi qui quoniam principabatur illis, non poterat esse pax impia.* Hactenus Rupertus. Verum in hac sua narratione Rupertus, contra veritatem historiæ & chronologiæ nonnihil peccauit: velut est illud quod dicit, hanc visionem contigisse Danieli tempore Darij qui Maratonica pugna, duceque Atheniensium Miltiade, victus est. Siquidem tertio anno Cyri, vt in exordio huius capitis expressum est, hæc visio Danieli accidit: à quo tempore vsque ad initium principatus illius Darij, non minus quinque & triginta annos effluxerunt. Sed quia initio vndecimi capitis, fit mentio primi anni regis Darij, similitudo nominis hinc dubiè fefellit Rupertum, arbitratum illum fuisse Darium Hystaspis, tertium à Cyro Persarum regem, cum ille tamen fuerit

Iustinus hæc refert li. 2.

Græcorum de Persis nobilis victoria.

Correctio sententiæ Rupertii.



fuerit Darius Medus, ante Cyrum Medorum, Persarumque regno defunctus.

Diuus autem Gregorius in libro decimo septimo Moralium, capite octauo, scribit: *Cùm Gabriel è conspectu Dei egrederetur, vt aduersus principem Persarum præliaretur, Græcorum principem vidit aduenientem. Qua ex re innuitur, quia aduersus Græcos quoque, aliquid iudæa commiserat, quorum profectò tanta ereptioni illius resistebat. Quia mereri quidem vetera, tam longa oppressorum captiuitas poterat: sed ereptionis eorum beneficia, hoc quoque quod in Græcos deliquerant, obuiabat.* Hæc Gregorius. Sed non possum equidem dispicere, quemadmodum illo tempore potuerint Iudæi quieti quam in Græcos deliquisse. Nulla quippe, ante id tempus fuisse inter Græcos & Iudæos, aut dissidia, aut commercia, vel in diuinis, vel in humanis historiis reperio. Quin ex libro Iosephi vndecimo de Iudaicis antiquitatibus colligo, nullam fuisse Iudæis consuetudinem cum Græcis, ante Alexandrum Magnum. Hic enim cum venisset Hierosolymam, & Iudæos humaniter & benigne tractasset, multos ipsorum, in suam, id est, Græcorum militiam adscripsit. Hoc autem euenit, circa olympiadem centesimam duodecimam, cum ducentis amplius annis antea, id est, circa olympiadem quinquagesimam quintam, hæc Danieli visio contigerit. Itaque mihi quidem, vel Theodoreti, vel Hieronymi sententia similior verò, atque probabilior videtur.

D. Greg.

Animadversio in sententiam Diui Gregorii *Iosephi. li. 11. cap. 8.*

# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

# COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER XIII.

## CAPVT VNDECIMVM.

Ego autem, ab anno primo Darij Medi, stabam, vt confortarer, & roborarer. Et nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimis super omnes, & cum inualuerit diuitijs suis, concitabit omnes aduersum regnum Græciæ. Surget verò rex fortis, & dominabitur potestate

Universidad de Deusto
Biblioteca



testate multa: & faciet quod placuerit ei. Et cum steterit conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli: sed non in posteros eius, neque secundum potentiam illius qua dominatus est. Lacerabitur enim regnum eius, etiam in externos, exceptis his. Et confortabitur rex Austri: & de principibus eius praualebit super eũ, & dominabitur ditione: multa enim dominatio eius. Et post finem annorum fœderabuntur, filiaque regis Austri veniet ad regẽ Aquilonis, facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachij, nec stabit semen eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eã, adolescentes eius: & qui confortabant eam in temporibus. Et stabit de germine radicum eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Insuper & Deos eorum, sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti, & auri, captiua ducet in Ægyptum ipse prævalebit aduersus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum rex Austri, & reuertetur ad terram suam. Filij autem eius prouocabuntur & congregabũt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet properãs & inundans, & reuertetur & concitabitur, & cõgredietur cum robore eius. Et prouocatus rex Austri egredietur, & pugnauit aduersus regem Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manu eius. Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & deiiciet multa millia: sed non præualebit. Conuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multò maiorem quam prius: & in fine temporum annorum, venietq; properans cum exercitu magno, & opibus nimijs. Et in temporibus illis multi consurgent aduersus regem Austri, filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem, & corruent. Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerẽ, & capiet vrbes munitissimas: & brachia Austri non sustinebunt, & cõsurgẽt electi eius, & non erit fortitudo. Et faciet venter super eum, iuxta placitum suum, & non erit qui stet contra faciẽ eius: & stabit in terra inclyta, & consumetur in manu eius. Et ponet faciem suam, vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cũ eo. & filiã fœminarũ dabit ei, vt euertat illud, & non stabit, nec illius erit. Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrij sui. & opprobrium eius conuertetur in eum. Et conuertet faciem suam ad imperiũ terræ suæ, & impinget, & corruet, & nõ inuenietur. Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio: Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia. Et brachia pugnantis expugnabũtur à facie eius, & conterentur: insuper & dux fœderis. Et post amicitias, cũ eo faciet dolum: & ascendet, & superabit in modico populo. Et abundantes & vberes vrbes ingredietur: & faciet quæ non fecerũt patres eius, & patres patrum eius: rapinas & prædam: & diuitias eorum dispergit. & contra firmissimas cogitationes inibit: & hoc vsque ad tempus. Et consiliabitur fortitudo eius, & cor eius aduersum regẽ Austri in exercitu magno: & rex Austri prouocabitur ad bellũ multis auxiliis, & fortibus nimis, & non stabũt, quia inibũt aduersus eum consilia. Et comedentes panem eius, conterent illum, exercitusque eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi. Duorum quoque regum cor erit, vt malefaciant, & ad mensam vnam mendacium loquentur, & non proficient: quia adhuc finis in alium tempus. Et reuertetur in terrã suam cum opibus multis: & cor eius aduersum testamentum sanctum & faciet, & reuertetur, in terram suam. Statuto tempore reuertetur, & veniet ad Austrum, & non erit priori simile nouissimum. Et venient super eum trieres, & Romani, & percutietur, & reuertetur, & indignabitur contra testamentum sanctuarij, & faciet, reuertetur que, & cogitabit aduersum eos, qui derelinquerunt testamentum sanctuarij. Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium: & dabunt abominationem in desolationem. Et impij in testamẽtum simulabũt fraudulenter: populus autem sciens Deum suum, obtinebit, & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio, in flamma, & in captiuitate & in rapina dierum. Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent, vt conflentur, & eligantur, & dealbentur vsque ad tempus præfinitum, quia adhuc aliud tempus erit. Et faciet iuxtà voluntatem suam rex, & elevabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum: & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia perpetrata, quippè est definitio. Et Deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentiis fœminarum, nec quemquã Deorum curabit: quia aduersum vniuersa consurget. Deum autem Mauzim in loco suo venerabitur, & Deum, quem ignorauerunt patres eius colet auro & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis. Et faciet vt muniat Mauzim cum Deo alieno* quem non cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuitò. Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri. & quasi tempestas veniet contra illum. Rex Aquilonis in curribus & in equitibus, & in classe magna, & ingredietur terras, & conteret, & pertransiet. Et introibit in terram gloriosam, & multi corruent: hæ autem solæ saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon. Et mittet manum suam in terras: & terra Ægypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Ægypti: & Libyes, & Æthiopes pertransibunt.

Iſ. 9 1. 161. Mach. 1. b. 12.



* Quem cognouit, legũt Heb. Græc. & Latina exemplaria exceptis paucis nullius momẽti

Universidad de Deusto
Biblioteca



*ti: per Lybiam quoque & Æthiopiam transibit. Et fama turbabit eum ab Oriente, & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna, vt conterat, & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum Apando inter maria, super montem inclytum, & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.*

Summa huius capitis vndecimi.

TRia hoc vltimo capite narrantur: primo quidem, progressus, & incrementa Persici imperij: eiusdemque impij excidium, & ad Græcos translatio: tum atrocissima bella, quæ inter duos Alexandri Magni successiores gesta sunt, reges dico Syriæ, & Ægypti, quibus bellis, varié, ac miserè Iudæorum gens implicata, & afflicta fuit. Ad extremũ, fusè describitur futura persequutio Antiochi Epiphanis aduersus Iudæos, atque hinc, propter quandam analogiam, sumpta occasione, prædicit Angelus persequutionem Antichristi aduersus ecclesiam Dei, & omnes electos, quæ futura est, omnium, quas ante id temporis vmquam passa erit Ecclesia, sæuissima, & supra existimationem nostram acerbissima.

Anvisio, quę in decimo, vndecimo & duodecimo capite narratur, sit vna ea demque.

Verum illud hoc loco quæstionem habet, vtrum visio, quæ hoc, & duodecimo capite memoratur, eadem sit visioni, in præcedenti decimo capite descriptæ, an potius diuersa sit? D. Hieronymus in extremo suo commentario super caput decimum, sequens Hebræos, censet hanc visionem superiori esse diuersam, verba eius ità se habent: *Iuxta editionem vulgatã, vsque ad finem libri, vna putatur visio, quæ anno tertio Cyri regis Persarum apparuit Danieli. Porrò iuxta Hebraicam veritatem, separata sunt, quæ sequuntur, & scripta ordine præposterο. Decuius causis supra diximus. Non enim sub Cyri anno tertio, sed sub primo anno Darij, qui Balthasarem subuertit, narrantur ista, quæ hic scripta sunt.* Putat autem D. Hieronymus prima illa verba huius capitis vndecimi: *ego autem ab anno primo Darij Medi stabam, &c.* esse verba Danielis, qui postquam subuerso imperio Chaldæorum, in potestatem venit Darij Medi, quoniam rex ille insigni benevolentia, gratia, & beneficentia, se suamque gentem complectebatur, studiosissimè atque instantissimè supplicauerat Deo, vt imperium eius regis, diu, multumque corroboraretur. Hæc oranti Deum Danieli, quæ narrantur hoc capite, per Angelum patefacta sunt. Nec turbet lectorẽ, quod post hæc Danielis verba, proximè inducatur Angelus dicens illa verba: *Et veritatem annunciabo tibi, &c.* Frequens enim est apud Prophetas, subita, nec præsignificata personarum mutatio: velut in Psalmo trigesimo primo, cum Propheta dixisset: *Tu es refugium meum à tribulatione mea, quæ circumdedit me.* Repente persona Dei introducitur respondentis, *Intellectum tibi*

Frequẽs mutatio personarum in verbis Prophetarum.



*tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris, &c.* Similiter hic ponitur in exordio capitis deprecatio Danielis, & mox subiungitur responsum Dei per Angelum. Hactenus ex Hieronymo. Cuius auctoritate magister historiæ scholasticæ, & Ibertus, Carthusianus, in eandem opinionem ducti sunt. Sed his discentiens Lyranus, eandem esse hanc visionem superiori, confirmat ea ratione: quod illa conjunctio *autem*, cum dicitur, *Ego autem à primo anno Darij, &c.* manifestè ostendit hanc orationem continuari cum extrema oratione præcedentis capitis, & vtraque esse verba eiusdem Angeli loquentis cum Daniele. Probo equidem magis hanc sententiam, ad quã confirmandam, & persuadendam, vel illud satis magnã vim, & pondus habere debet, quod Angelus, capite præcedenti, dixit Danieli, se post dimicationem vnius, & viginti dierum, cũ principe Persarum factam, venisse, vt ipsi Danieli aperiret, atque enunciaret plurima, & grauissima, eorum, quæ nouissimis diebus ventura erant mysteria. Horum autem nihil, præcedenti capite, patefactũ est Danieli: in hoc verò capite, multa de rebus grauissimis olim futuris præmonstrantur Danieli. Necesse igitur est, hanc visionem continuari cum superiori: nisi velimus dicere, aut non impleuisse Angelum promissa sua, aut Danielem, quæ ab Angelo audierit, & didicerit, ea scriptis prodere noluisse. Illud præterea monendus est lector, pro eo, quod Hebræi, & Latini codices habent in principio huius capitis, *Ab anno primo Darij*, mendosè legi in Græcis codicibus, quam lectionem habuit etiam Theodoretus, *anno primo Cyri.* Cuius errati, miror, cur Hieronymus more suo non monuerit lectorem, sed fortasse id mẽdi post eius recognitionem, Græcis literis irrepsit. Annus porro primus Darij, non denotat tempus huius visionis: nam cum ea continuetur cum visione præcedentis capitis, constat ex initio eius capitis, ipsum Danieli, tertio anno Cyri regis accidisse. Sed notatione eius temporis significatur ex quo tempore Gabriel cœpisset impolicare Deo, pro conseruatione imperij regis Darij, scilicet, à primo anno, quo ille subuerso Chaldæorum imperio propensissimum animum suum erga Iudæos ostendere cœperat.

Legendum in lectione Græca

*Ecce tres adhuc reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimiis super omnes, vsque ad illud, & cum steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli, &c.*

ILla particula, *adhuc*, vim habet apud Hebræos non-quã Latinæ præpositionis, *post*, sic legimus apud Ion-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur*: sic etiam hoc loco, *adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimiis*: id est, post tres reges, qui proxime subsequentur Cyrum, erit quartus rex, super omnes ditissimus. Licet autem multò plures fuerint reges Persarum, eos tamen non nisi vsque ad quartum regem numerare voluit, hoc est, vsque ad Xerxem, non solum quod hic diuitiis, & magnificentia, omnibus antecellit, sed quod horribilem contra Græcos belli tempestatē cōcitauerit, qua tamē ipse turpiter miserēque vexatus, fractus & cōtritus est. Et quod causa fuerit, cur deinde Græci, iniurias eius vlturi, bello Persas appetierint, atque profligauerint, eiusque imperium rapuerint. Verum inuabit lectorem cognoscere, quæ super hoc loco Danielis scribit D. Hieronymus, sic enim ait. *Quatuor reges post Cyrum dicit in Perside surrecturos, Cambysen filium Cyri, & Smerden Magum, qui Pantapten filiam Cambysis duxit vxorem. Qui cum a septem Magis fuisset occisus, & in locum eius, Darius fuisset ipse imperium, eadem Pantaptes nupsit Dario: & ex eo Xerxem genuit filium, qui potentissimus rex, & ditissimus aduersus Græciam, innumerabilem duxit exercitum, & ea gessit, quæ Græcorum narrant historiæ. Quo tempore Sophocles, & Euripides clari habebantur: & Themistocles ad Persas fugiens, hausto tauri sanguine periit. Frustra igitur quidam, quartum regem hic nominatū fuisse putant Darium, qui ab Alexandro superatus est: at ille, non quartus, sed quartus decimus post Cyrum Persarum rex fuit, quem septimo imperij sui anno, & superauit, & occidit Alexander. Et notandū, quod quatuor post Cyrum Persarum regibus enumeratis, nouem præterierit, & transierit ad Alexandrum. Non enim curæ fuit spiritui prophetali, ordinem historiæ sequi: sed præclara quæque perstringere.* Quod verò subditur. *Surget rex fortis, &c.* perspicuè *de Magno Alexandro intelligendum est: hic enim Illyricis Thraciisque superatis, vltra Graciam Thebisque subuersis transiuit in Asiam: fugatisque Darij Ducibus, vrbem Sardis cepit. Posteaque capta India & vrbe Alexandria condita, cum triginta, & duos ætatis haberet annos, & duodecimum imperij annum in Babylone veneno periit.* Hæc Hieronymus. Similia de quatuor regibus hic à Daniele memoratis scribit Theodoretus, appellans eos Cambysen, & Magos, qui decem menses regno potiti sunt: tertio loco Darium Hystaspis, & quartum, hoius filium, Xerxem: cuius externi Scriptores Historici, Sophistæ, & Oratores meminerunt: narrantes, & superbiam illius cum exercitu in Græciam profectionem, & ridiculum discessum. Angelus verò vsque ad ipsum Xerxem, summatim traditis Persicis rebus, & cæteris, qui post ipsum regnarūt, vt qui imbecilliores fuerint, omissis, ad Macedonum regem Alexandrum, transtulit orationem. Sic Theodoretus.

D. Hieronymus.

Cur alij reges post Xerxem, hic ab Angelo taciti fuerint.



Cæterum, hic locus Danielis nos monet, atque inuitat, vt de regibus Persarum paulo altius, & distinctius disserentes, nōnulla explicemus, quæ non modo pertineant ad harum visionum Danielis intelligentiam, sed etiam ad aliorum Scripturæ librorum illustrationem multum conducat: & quod nos in primis spectamus, plurimum adumenti conferant, ad explorate perci piendam, nobilem illam de septuaginta hebdomadibus disputationem, quam super nono capite Danielis, duobus ei dicatis libris, copiosè, accurateque tractauimus. Primū igitur dicamus de numero regum, qui a Cyro vsque ad Alexandrum, Persicū imperiū rexerunt: tum de singulis regibus explicemus tātum, quod memorabilius fuit, & quod studiosis diuinæ Scripturæ, ad varios sacrarum literarum locos rectè intelligendos, quasi lucem præferre possit: ad extremum doceamus: quamdiu hæc Persarum monarchia steterit.

Digressio, de monarchia Persarum.

De numero regum qui apud Persas regnarunt, quoad steterit eorum monarchia variè tradiderunt auctores, Petrus Galatinus, libro quarto capite 15. quosdam Rabbinos nominat qui dixerunt, tres tantum fuisse reges in Perside, Cyrum, Assuerum maritum Esther, & Darium, qui victus ab Alexandro perdidit imperium. Verum his tribus Rabbi Salomon, & Lyranus, quatuor regem adiungunt, inter Cyrum, & Assuerum interponentes Cambysen Cyri filium. Et hanc quidem opinionem fuisse perquam vetustam, testis est D. Hieronymus: qui & super hoc capite vndecimo, & supra exponendo caput septimum, refert, quosdam existimasse, non plures quatuor regibus post Cyrum apud Persas regnasse. Tertullianus in eo libro quem scripsit aduersus Iudæos, quinque tantum reges Persarum commemorat. Isidorus libro quinto etymologiarum, octo reges numerat, totidemque apud Ioannē Annium, Metasthenes & Philo, horum que chronologiis sine vlla dubitatione credētes, Ioannes Driedo, Ioannes Lucidus, aliique non pauci, nec obscuri huius nostri seculi scriptores.

Quot fuerint reges Persarū, dum steterit eorum monarchia. Rabbinorum sententia. Tertulliani ité Isidori, Ioannis Annij & aliorum.

At enimvero videntur ex ipsa sacra historia sex Persarum reges posse colligi. Primus fuit Cyrus auctor libertatis Iudæorū, & Persarum monarchiæ conditor: cuius amplissima fit mentio apud Isaiam cap. 45. atque extremis verbis historiæ Paralipomenon, primisque libri Esdræ. Secundus rex fuit, qui inchoatam templi ædificationem, Iudæos prosequi vetuit, dictus ab Esdra, capite quinto, Assuerus, & Artaxerxes, quippe varia illis regibus erant nomina ante, & post susceptum imperiū. Hunc Cyrus, Pietique existimant, fuisse Cambysem, Cyri filium, Tertius rex fuit Assuerus

Sex Persarum reges ex Scriptura colligūtur, & primum Cyrus, Secundus Assuerus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Tertius Darius.

fuit Darius Hysta spis: cuius secundo regni anno, repetita est templi ædificatio, & sexto anno absoluta. Hunc regem suo nomine appellat Esdras, capite quinto, & sexto. Zacharias item, & Aggæus. Quartus rex ab ipso Esdra, capite septimo, & Nehemia, capite primo, & secundo, nominatur Artaxerxes: cuius gratia, & præsidio, Nehemias profectus in Iudæam, extructis mœnibus, Hierosolymitanam vrbem resecit, atque communiuit. Hunc Artaxerxem multi censent fuisse eum, quem externi scriptores, cognomento Longimani appellare solent.

Quartus Artaxerxes.

Quintus Assuerus. Sextus Darius.

Quintus rex fuit maritus Esther, qui in principio eius libri vocatur Assuerus: postea vero capite decimo dicitur Artaxerxes, videlicet fuit is, vt placet multis, qui ab ethnicis cognominatus est Mnemon. Sextus rex videtur fuisse Darius, qui ab Alexandro victus est. Namque in libro Nehemiæ, qui vulgo inscribitur secundus Esdræ cap. 12. nominatur Darius rex Persarum, cuius tempore fuerit Iaddus pontifex Iudæorum. Hic autem

Ios. li. 11. cap. 8.

Iaddus, vt narrat Iosephus lib. 11. antiquitatum, pontificatum gerebat, quo tempore Alexander Magnus venit Hierosolymam: à quo etiam, præter opinionem omnium, mitè honoratus est, Darius vero vltimus rex Persarum, eodem anno quo Alexander, si verum scribit Diodorus lib. 17. iniuit principatum.

Quatuor decim fuisse reges Persarum in vniuersum ostenditur.

Veruntamen, præter hos sex reges, fuisse alios octo, vt in summa, quicunque a Cyro vsque ad Alexandrum, Persico imperio præfuerunt, quatuordecim fuerint, quemadmodum hic, & super capite septimo confirmat D. Hieronymus, manifestis firmisque argumentis probari potest. Principio, Herodotus & Thucydides, qui vixerunt, cum maxime floruit imperium, omnes reges qui apud Persas regnarunt, à Cyro vsque ad suam ætatem, nominatim expresséque commemorarunt. Herodotus quidem, Cyrum, Cambysen, Magos, Darium, & Xerxem, Thucydides vero, Artabanũ, Artaxerxẽ Longimanũ, Xerxẽ Sogdianũ & Darium Nothũ. Reliquos quatuor, Artaxerxẽ Mnemonem, Ochum, Arsen, & Darium Arsen, tradiderunt. Ctesias Gnidius, Diodorus Siculus, Strabo, Trogus Pompeius seu Iustinus, Iulius Africanus in annalibus, Clemens Alexãdrinus in primo libro stromatum, Eusebius in chronicis, D. Hieronymus super septimum & vndecimum caput Danielis, Severus Sulpitius in libro secundo sacræ historiæ, Orosius in sua historia, Beda in libro de sex ætatibus mundi. Et quidem, Ctesias Gnidius, magno in honore habitus est à rege Persarum Mnemone, à quo etiam præfectus est bibliothecis Persicis, e quibus fatetur ipse historiam, quam scripsit, fuisse depromptam. Nonnullos autem prædictorum regum, quidam in historia regum Persidis, tacitos præ-



præterierunt: tum quod non legitime, sed per vim, tum etiam quod breuissimo tempore imperium tenuerunt.

Secundo loco, strictim declarandum est, si quid in singulis istorum regum fuit memorabile, & lectoris ad intelligentiam factorum librorum aliquo modo profuturum. Primus rex fuit Cyrus, huius monarchiæ fundator & conditor: hic regnauit triginta annis: hoc enim probat Cicero in primo libro de diuinatione, auctoritate Dionysii, qui Persicarum rerũ scripsit historiã. Idem confirmat Iustinus lib. 1. Clemens primo libro stromatũ, Eusebius in chronicis, Hieronymus super septimum caput Danielis, Orosius libro secundo, Beda in libro de sex ætatibus mũdi. Atque huic numero vnum modo annum detraxit Herodotus, Sulpitius vero addidit: illo, annos viginti nouem, hoc, vnum & triginta Cyro assignantibus. Quo licet refellere tres scriptorum errores: primum Rabbi Salomonis & Hebræorum, quos etiam Lyranus super nono capite Danielis secutus est: istis tres duntaxat annos regnasse Cyrum existimantes. Secundus error Xenophontis fuit: qui libro octauo Cyropediæ, septem tantũ annos tribuit Cyro. Sed nimirum Xenophon, non tam scripsit eos libros, vt ait Cicero, ad veritatem historiæ, quam ad effigiem & exemplar iusti imperij expressè demonstrandum. Tertium cessit errorem Annij, Dritedonis, Lucidi, Valerij, Anselmi, & complurium nostri seculi chronologorum, qui Cyrũ simul cum Dario Medo dues annos, solum vero post Darij obitum, duos & viginti regnasse prodiderunt.

Cyrus 1. rex Persarũ quot annos regnauerit. Oros. li. 2. cap. 7.

Cic. lib. 1 epist. ad Q. fratẽ cap. 1.

Fuit Cyrus, quam qui maximè, in sacris & profanis historiis commẽdatus, ac celebratus. Fuit enim vnus ex duodecim principibus, qui, ob res gloriosissimè gestas, & imperiũ latissimè propagatum, super alios omnes reges clari & nobiles, omnibus seculis fuerunt. Horum autem celebrantur apud Assyrios, Ninus & Semyramis: apud Hebræos, Dauid & Salomon: apud Chaldæos, Nabuchodonosor: apud Persas, Cyrus: apud Græcos Alexander Magnus: apud Romanos, Iulius Cæsar & Augustus: apud Christianos, Magnus Constantinus, Theodosius, & Carolus Magnus. Cyrus præterea clarus, & nobilis fuit testimonio diuinæ Scripturæ: siquidẽ duobus ante ipsius ortũ annis, per Isaiã cap. 45. de proprio nomine diuino oraculo prænũciatus est: promittente Deo amplissimum, opulentissimum, & gloriosissimum imperium se ipsi daturum. Nec hoc aut ignorauit aut dissimulauit Cyrus: sed ingenuo grateque animo, vt in exordio libri sui narrat Esdras, omnia se mundi regna consecutum esse à Deo Iudæorum accepisse. Idemque multis annis post, confirmauit Assuerus maritus Esther, in epistola, quam scripsit ad omnes suo imperio subiectos. Fuit etiam Cyrus eo nomine

Qui fuerint Duodecim principes varijs gentium, superalios omnes, insignes ac memorabiles.

1. Esd. c. 1

Esth. c. 16.

com-

Universidad de Deusto
Biblioteca



commendatus in sacris literis, quod Iudæos benignissimè tractauerit, donata ipsis libertate, factaque non solum reuertendi in patriam, sed etiam reficiendi templum potestate.

Cambyses, secundus Persarum rex quis. Ioseph. li. 11. ant. cap. 3. Ioseph. ibid. ca. 2 & 3.

Secundus rex Persarum, fuit Cambyses, filius Cyri. Hic regnauit, auctore Herodoto in libro tertio, annos septem, & menses quinque. Eusebius & Beda illos quinque menses octaui anni, pro vno anno putantes, regnasse eum octo annis tradiderũt. Lapsus igitur est Iosephus in libro vndecimo antiquitatum, affirmans, eum sex tantum annos regnasse. Sed grauior est lapsus Sulpitij, nouem ei annos tribuentis: multo etiam grauior Clementis Alexandrini, qui decem & nouem annos ei regi assignauit. Tradunt Hebræi, horumque princeps Iosephus (nec de Christianis, dissentiũt, Eusebius in chronicis, & Beda) hũc Cãbysem fuisse illum Assuerum, & Artaxerxem, memoratum ab Esdra capite quarto, qui Iudæos prosequi ædificationem templi prohibuit. Istorum quoque auctorũ opinio est, nec abnuit D. Augustinus in libro decimooctauo de ciuita. Dei, capite vigesimo sexto, hũc Cambysem, fuisse regem Nabuchodonosor, cuius ducem militiæ Holophernem, sancta mulier Iudith, obtruncauit. Sed procul vero esse, patet diligenter considerãti, quæ de rege illo Nabuchodonosor scripta sunt in libro Iudith: videlicet, ea in Cambysem minimè conueniunt. Egenim, rex ille Nabuchodonosor dicitur pugnasse cum Arphaxat rege Medorum: at Cambyses, simul Persarum & Medorum imperium, à patre Cyro sibi relictum, pacificè tenuit vsque ad mortẽ suã. Illius præterea Nabuchodonosor, memoratur in libro Iudith, decimus tertius imperij annus: omne autem regni Cambysis tempus, octo annos non impleuit. Denique, tempore illius Nabuchodonosor, stabat vrbs & templum Hierosolymitanum, cuius regnante Cambyse, non vltra fundamenta, processit ædificatio.

Nabuchodonosor, qui memoratur in libro Iudith, non fuit Cambyses.

Smerdes Magus rex Persarum 3. Ios. lib 11 cap. 3. Hero. li. 3

Tertius rex, qui absente Cambyse, bellaque in Ægypto gerente, per fraudem occupauit regnum fuit, Magus, cui nomen Smerdes, simulans se fratrem esse Cambysis sibi cognominẽ, quem nocturno viso deceptus Cambyses, necari iusserat. Hic Magus, secundum Theodoretum: regnauit decem menses: secundum Iosephum, annum vnum integrum: sed verius dictu est, regnasse eum septem menses, vt tradit Herodotus.

Darius Hystaspis Persarũ rex 4.

Quartus rex, fuit Darius Hystaspis. Hic diuersæ familiæ fuit à familia Cyri, vnusque de septem Persarum principibus, qui facta coniuratione, Smerdem Magum regno vitaque priuarunt. Fuit humanissimus erga Iudæos, quippe facultatem prosequẽdi refectionem templi, vsque ad principatum eius impeditam, benignitti, nè Iudæis concessit. Quin, vt in quarto capite libri tertij



tertij Esdræ scriptum est, hic Darius simul adeptus est regnum, fecit votum, se vrbem & templum Hierosolymitanum Iudæis ædificaturum. Huius regis mentio fit ab Esdra capite quinto, & sexto: & ab Aggæo, & Zacharia, qui eo regnante prophetarunt. Regnauit hic, secundum Herodotum libro septimo, Eusebium in chronicis, Sulpitium in libro secundo, annos triginta sex. Nã Tertullianus, in lib. contra Iudæos, tribuens ei decem & nouem annos, & Orosius in libro secundo assignans triginta, nec non & Clemens in primo libro stromatum, quadraginta sex annos ei adscribens, omnes aut plus, aut minus vero, eius regni annos determinarunt. Reperita igitur fuit anno regni eius secũdo, ædificatio templi: & anno sexto absoluta, vt refert capite sexto. Sed hoc intelligendum est de absolutione partis interioris, quæ propriè nominabatur templum: scilicet in quod solos ingredi sacerdotes fas erat. Nã ædificatio templi secũdum omnes partes tam interiores quam exteriores, atria dico, & porticus, abãque templi ornamenta, non ante nonum Darij annũ completa est, sicut Iosephus scribit in libro vndecimo antiquitatum. Ex quo liquet, verum fuisse quod Iudæi dixerunt Domino nostro, vt narrat Ioannes capite secundo, *quadraginta sex annis templum hoc ædificatum est, &c.* Loquebantur enim illi, non de prima templi ædificatione sub rege Salomone: eam namque patet ex libro tertio regum, septem annis esse perfectam: nec de tertia ædificatione eiusdem templi sub Herode rege, quam fuisse narrat Iosephus lib. 15. antiquitatum: quippe, idem Iosephus tradit, eam intra decennium fuisse absolutam: sed loquebantur de secunda ædificatione templi, facta post reuersionem Iudæorum ex captiuitate Babylonica sub Dario quarto Persarum rege, quam capite sexto refert Esdras. Verum, illorum quadraginta sex annorum sumi debet initium, ab anno secundo regis Cyri: nempè quo anno iacta primum sunt à Iudæis templi fundamẽta: terminum vero eorum annorum, ponere conuenit in anno Darij nono: quo nimirum omnem templi ædificationem fuisse diximus vsquequaque consummatam. Si igitur viginti nouem annos Cyri, iungas cum octo Cãbysis & Magorum, & item cum nouem annis Darij, reperies illum quadraginta sex annorum numerum, à Iudæis definitũ.

*Agg. 1. Zach. 1.*

*Ios. lib. 11. cap. 5.*

Loens Iosephus explicatus.

*2. Reg. c. 6 Lib. 15. cap. 14.*

Xerxes primus Persarũ rex 5. Oros. li. 2 cap. 9.

Quintus rex, fuit Xerxes Darij filius, bello quod aduersus Græcos gessit, valde memorabilis. Hic enim cum innumerabili exercitu Græciam debellare aggressus est. Sed quam fuit gloriosus & formidabilis eius in Græciam ingressus, tam fuit reditus, seu fuga, pauoris atque ignominiæ plena. Hunc regnasse annos circiter vnum & viginti, consentiunt multi optimique auctores: Diodorus Siculus lib. 11. Eusebius in Chroni-

cis

Universidad de Deusto
Biblioteca



eis, Seuerus Sulpitius libro secundo sacræ historiæ, Orosius, & Beda in libro de sex ætatibus mundi. Vt non sit dubitandum, errasse Clementem Alexandrinum in primo libro stromatũ, qui viginti sex imperij annos huic regi attribuit. Iosephus porro in lib. 11. antiquitatum dicit hunc Xerxem fuisse eum regẽ, qui primum misit Hierosolymam Esdram, deinde Nehemiam appellatum ab illis Artaxerxem, vt videre est apud Esdram capite 7. & Nehemiam capite 2. Sed falsa est Iosephi sententia. Nam illius Artaxerxis, Nehemias memorat cap. 5. tricesimũ secundum regni annum: cum tamen Xerxes, omnium consensu, non vltra duos & viginti annos, regnauerit. Nec pro Iosepho responderi potest, Xerxem, solum quidẽ regnasse viginti duos annos: sed ex quo, viuente patre designatus est regni hæres & successor, regnasse eum plus triginta annos. siquidẽ Herodotus li. 7. scribit Xerxem fuisse à patre Dario successore regni declaratum, duobus annis ante suum obitũ. Quo fit, vt etiamsi principatum Xerxis ab eo tempore placeat numerare: omne tamẽ regni eius tempus viginti quatuor annos non excedat.

Iustini historici ignorantia sacræ historiæ.

Ridiculus sanè fuit Iustinus historicus, seu magis dicere, Pompeium Trogum, qui in li. 36. non est veritus dicere hunc Xerxẽ fuisse primum regem exterarum, à quo Iudæi sint domiti, & primum alienæ gentis principibus subesse, ac patere coactũ. Insigne profecto, ac notabile mendacium. Constat enim ex sacris libris, & ex historia Iosephi, quam Iustinus, multis annis posterior, legere potuit, sæpenumero Iudæos ante Xerxem, à regibus externis, velut Ægypti, Babylonis, & Assyriorum, esse subiugatos.

Xerxis diuitiarum copia.

De hoc Xerxe loquitur Daniel capite hoc vndecimo, dicens, eum diuitiis super omnes reges abundaturum. Sic nempe fuit, nam incredibilem eius regis opulẽtiam atque magnificentiã, & imperij magnitudinem, satis ostendit innumerabilis exercitus, quem ex Asia traduxit in Europam ad debellandos Græcos. Quem exercitum, terrestrem simul, atque nauale, fuisse tradit Herodotus lib. 7. ter & vicies centena millia hominum, adiectis decem, & septem millibus, præterque, decem & sexcentis. Ad quem numerum si adscribatur multitudo eorum, qui exercitui seruiebant ac ministrabant, & qui comitabantur, erãt hominum quingentæ & viginti octo myriades, additis tribus millibus ducentis viginti. Continet autem myrias, decem millia hominum. Quare, si ille numerus nostro modo computetur, quinquies continebat decies centena millia, & præterea, prope trecenta millia. Hic, vniuersus copiarum Xerxis numerus fuit. Nam mulierum pusentium, & pallacum, & eunuchorum numerum, nemo pro comperto queat dicere.

Hunc



Hunc Xerxem, præfectus militiæ eius Artabanus, per dolum peremit, & sexto loco regnum Persarum tenuit, septem mensesque simul cum annis imperij Xerxis computandi sunt.

Artabanus sextus rex Persarũ.

Septimus rex fuit Artaxerxes, cognomento Longimanus. Hic interfectore patris Artabano, regnique inuasore, pari animo prudentiaque interfecto: quadraginta annos, vt ferè conuenit inter bonos auctores, Persarum rexit imperium. Cognominatus est Longimanus, vel quia secundum Strabonem, libro decimoquinto, adeo longis erat brachiis, vt stans rectusque, manibus genua contingeret: vel quia secundum Plutarchum in vita Artaxerxis, alteram manum haberet longiorem: Hoc excepto, pulcherrimus omnium sui temporis existimatus est. Hic benignissimus fuit erga Iudæos: & est is, qui Esdram atque Nehemiam misit Hierosolymam, vt legitur Esdræ septimo, & Nehemiæ capite secundo.

Artaxerxes Lõgimanus rex Persarum. 7.

Anno vigesimo regni eius, cœpta refici est Hierosolyma, & circumstructis validis mœnibus communiti. Ex quo tempore, initium computandi septuaginta hebdomadas Danielis, esse supemendum, superioribus duobus libris decimo, & vndecimo demonstratum est. Iosephus libro vndecimo scribit, hunc regem fuisse maritum Esther, sed Iosepho contradicit Eusebius in chronicis, eo argumento, quod, si huius regis coniux fuisset Esther, cum sub eo ipso rege fuerit Esdras, haud dubiè facturũ eum, fuisse in scriptis suis mentionem aliquam, de illa historia Esther, & Mardochæi: tam insigni & nobili, Iudæisque omni tempore celebranda. Seuerus Sulpitius libro secundo sacræ historiæ, hunc regem fuisse putat illum Artaxerxem, à quo memorat Esdras capite quarto ædificationem templi Hierosolymitani esse impeditam: sed fallitur. Etenim, plus quinquaginta annos ante hunc regem, templi fabrica, sexto scilicet anno Darij Hystaspis, perfecta est, vt supra libr. 11. in quæst. 3. ostensum est.

Initium hebdomadarũ septuaginta.

Anhic rex fuerit maritus Esther vel traditur Iosephus.

Contra Sulpitiũ.

Octauus rex dictus est Xerxes secundus: nec plus duobus mẽsibus regnauit: quanquam Diodorus refert regnasse eum, secundum nonnullos scriptores, vnum annum.

Xerxes secũdus Persarũ rex octauus.

Nonus rex appellatus est Sogdianus, qui regno præfuit septem menses, & hi duo, per dolum, & vim regnum inuaserunt.

Sogdianus Persarũ rex. 9.

Decimus rex, fuit Darius cognomento Nothus. Nimirum Longimani filius fuit: non tamen ex iusto matrimonio, sed ex pellice susceptus, obidque Nothi cognomentum habuit. Hic regnauit, secundum Clementem, octo annos, at secundum Philostratum libro primo de vita Apollonij, sexaginta annos in regno exegit. Sed verius est, vt colligitur ex Thucydide,

Dario-

Darius Nothus Persarũ rex 10.

Diodoro, Eusebio, Beda, aliisque laudatis chronologis, regnasse ipsum annis decem & nouem. Arbitratur Sulpitius libro secundo, hunc fuisse illum Darium, cuius sexto imperij anno narrat Esdras ædificationem templi esse finitum. Quam opinionem esse falsam, constat duobus argumentis. Primo, quia templum illud ædificatum est, Zorobabele principe populi Hebraici, & Iesu summo pontifice, qui reuersi fuerant ex captiuitate Babylonica, anno primo regis Cyri, vt habes in capite secundo Esdræ; à quo tempore, vsque ad sextum annum Darij Nothi, fluxerant anni plus centum quadraginta. Non est autem credibile, Zorobabelem & Iesum, vixisse eo tempore vltra centem sexaginta annos. Deinde, totum illud Iudæorum, apud Ioannem cap. 2. de ædificatione secundi templi, quadraginta sex annis confecta, planè contradicit huic opinioni.

Contra Sulpitiū, qui putauit, sub hoc Dario fabricā secundi templi esse perfectam.

Artaxerxes Mnemon Persarū rex 11. An hic rex fuerit ille maritus Esther.

Vndecimus rex, fuit Artaxerxes Mnemō, sic cognominatus, ob singularem memoriæ præstantiam. Hic regnauit annos quadraginta, nā procul vero discessit Plutarchus, qui eius regis vitam describes, duos & sexaginta annos eum regnasse affirmat. Eusebius porrō, Isidorus, Beda aliique diligentes & docti scriptores, existimant, hunc Mnemonem fuisse maritum Esther, qui eo in libro primum Assuerus, deinde Artaxerxes nominatur. Et sit mihi hoc, simillimum vero. Vnum tamen illud, fidem huic opinioni derogare videtur, quod in capite vndecimo libri Esther scriptum est, Mardochæum qui sub illo rege floruit, & patruus fuit ipsius Esther, fuisse de numero captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor de Hierusalē, cum Iechonia rege Iuda. Atqui, ex eo tempore, quo Iechonias transmigrauit Babylonem, vsque ad duodecimum annum Assueri mariti Esther, qui annus memoratur in capite tertio eius libri, anni prope ducenti quinquaginta transierunt, quibus annis addere præterea oportet annos, quos natus erat Mardochæus, cum ductus est Babylonem simul cum Iechonia: excedit autem omnem fidem, vixisse Mardochæum, supra ducentos & quinquaginta annos.

Quæstio de ætate Mardochæi.

Verum facile occurritur huic obiectioni: si dicamus, quemadmodum etiam supra libro decimo diximus, Mardochæum dici fuisse ex numero captiuorum, qui fuerunt cum Iechonia, non quod ipse fuerit vnus ex illis, quasi conceptiuus Iechoniæ, sed quod fuerit ex illorum stirpe ac genere: vt id positum sit ad laudem Mardochæi, quod prognatus fuerit ex illis, qui cum Iechonia Hieremiæ monitis, Deique præceptis obsequentes, vltro se dediderant regi Babylonis, contra quam fecerant sequaces regis Sedechiæ. Quamobrem illi apud Hieremiam capite 24. sub figura optimarum ficuum commendantur, hi vero sub specie ac similitudine pessimarum ficuū, quę nullo modo comedi possunt,



sunt, vituperantur, atque reprobantur. Nec obscurè in capite secundo libri Esther, significatur, proauum Mardochæi, dictum Iemini, simul cum Iechonia transmigrasse Babylonem: sic enim est eo loco, *Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Hierusalem, eo tempore quo Iechonia transtulerat Nabuchodonosor*: Illud enim relatiuū qui, non ad Mardochæum, sed ad Iemini referendum est. Et vt obiter etiam hoc indicem lectori, in libro Esther in exordio capitis vndecimi, ita scriptum est, *Anno quarto, regnante Ptolemæo, & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se Sacerdotem ferebat, &c.* Quis fuerit ille rex Ptolemæus & Cleopatra, diu mihi obscurum fuit, sed tandem legenti posteriorem Iosephi librum aduersus Appionem, enotuit: fuit enim Ptolemæus ille, sextus post Alexandrum Magnum, rex Ægypti, quē cognominarūt Philometora, cuius vxor fuit Cleopatra. Iosephus enim eo loci sic habet. *Philometor Ptholemæus, & vxor eius Cleopatra, omne regnum commisere Iudæis: & totius militiæ duces fecerunt Oniam & Dositheum Iudæos*, & cætera, quæ deinceps scribit Iosephus, & apud eum legi possunt.

Locus ex vndecimo capite libri Esther explicatus.

Duodecimus rex fuit Artaxerxes Ochus, qui secundum Tertullianum, regnauit annos viginti tres, secundum Sulpitium, viginti quatuor, secūdum Eusebium autem & Bedam, & hoc verius est, viginti sex. Tempore huius regis contigisse quę narrantur in historia Iudith, eo argumento coniectat Sulpitius libro secundo sacræ historiæ: quod in libro Iudith nominatur Vagao, vel, vt ipse dicit, Bagua eunuchus, at Vagao fuisse eunuchum huius regis Ochi, patet ex lib. 17. Diodori, & Iosephi li. 11. antiquitatū. Verum fallax ea fuit cōiectura. Nam Vagao qui memoratur in libro Iudith, seruus & eunuchus erat Holofernis, ducis militiæ regis Nabuchodonosor, at Vagoam eunuchum regis Ochi, tradunt Diodorus, & Iosephus, summum fuisse principem exercitus, tantæque auctoritatis & potentiæ apud Persas, vt quos vellet ipse reges Persis & imponeret, & auferret. Illud præterea tessellit Sulpitij opinionem, quod in lib. Iudith traditur, eo tempore Iudæos recens ex captiuitate esse reuersos: at, quo tempore regnauit Artaxerxes Ochus, iā transierant anni prope ducenti, postquam Iudæi ex vltima captiuitate redierant in patriam.

Artaxerxes Ochus Persarū rex 12. An hic rex fuerit Nabuchodonosor, cuius mentio fit in libro Iudith, vti Sulpitius existimauit. Ios. lib. 11. c. 7.

Decimus tertius rex dictus est Arsas, seu Arses. Hic Tertulliano regnauit vno duntaxat anno, Sulpitio & Diodoro, tribus, Eusebio & Bedæ quatuor.

Arses Persarum rex 13.

Decimus quartus & vltimus rex, appellatus est Darius, quē Diodorus cognominauit Darium Arsami, quod filius fuerit Arsami, qui frater erat regis Ochi. Veruntamen Iustinus & Strabo negant

Darius Persarū rex 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca



negãt eum fuisse stirpis & familiæ regiæ, ac prius quidem appellatum fuisse Codomannum, ob insignem autẽ eius virtutem in bellis spectatam, ad regnum esse assumptum. Hic nominatur a Clemente primo stromatum Ochus, & vult eum regnasse tribus annis: a Tertulliano vocatur Darius Melas, & tribuitur ei vnus & viginti anni. At similius verò est, quod Diodorus, Iustinus, Eusebius, Hier. & Beda prodiderũt, regnasse eum sex annis: vt mites Sulpitiũ, postthabita tot, & tãgrauium scriptorum auctoritate, quatuor ei regi tantũ imperij annos tribuisse. Atque tot, & lu fuere Persarũ reges: quoad steterit Persarũ monarchia, quã Cyrus fundauit, & Alexãder Mag. euertit.

Quãdiu steterit monarchia Persarum.

Restat, vt quot annis ea monarchia steterit, indicemus. Nicolaus de Lyra, & Hebræi putarunt stetisse minus centum annis. Tertullianus, sex, & centum: Isidorus lib. 5. etymologiarum, centum octoginta nouẽ: Ioannes Annius, Diodo, & Lucidus, centũ nonaginta vnos: Dionysius Halicarnassæus in primo libro Romanarum antiquitatum, paulò plus ducentis annis. Clemens Alexandrinus in primo libro stromatum, ducentis quinquaginta. Seuerus Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ, & Strabo lib. 15. ducentis quinquaginta. Sed profectò, cæteris probabilior sententia est, stetisse eã monarchiã, annos circiter duos, & triginta, supra ducentos. Hoc enim dupliciter probari potest, tum ex annis, quibus singulos prædictorũ quatuordecim regum Persidis regnasse ostendimus: tum ex notatione temporis, quo cœpit, & desijt hæc monarchia, secundum computationem Olympiadum. Primus enim rex Cyrus, regnauit annos triginta, Cambyses simul cum Smerde mago, octo: Darius Hystaspis 36. Xerxes vnum, & viginti. Artabanus, septẽ menses: Artaxerxes Longimanus, quadraginta annos: Xerxes secundus, duos menses: Sogdianus septem: Darius Nothus, annos decem & nouem: Artaxerxes Mnemon, quadraginta: Artaxerxes Ochus, viginti sex: Arses, quatuor: vltimus rex Darius, sex. Ex his, supradicta ducentorum triginta duorum annorum summa conficitur.

Quotis Olympi. cœperit, & desierit, & de finitis monarchia.

Cœpit porrò monarchia Persarum, initio quinquagesimæ quintæ Olympiadis, tunc enim, secundum omnes bonos auctores, Cyrus eius conditor, suscepit imperium, desijt autem, cum Darius, postremum ab Alexandro victus, & paulò post suis occisus est, quod euenit, secundum Diodorum, tertio anno Olympiadis cxij. Duranerat igitur ea monarchia per quinquaginta septem Olympiades, actectis tribus annis: quod tempus ducentos triginta duos annos continet. Verum hæc nos digredi ab interpretatione Danielis, ad eam rursus regrediamur.



*Et cum steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: sed non in posteros eius, neque secundum potentiam illius, qua dominatus est. Lacerabitur enim regnũ eius, etiam in externos, exceptis his.*

NOn est dubium, quin hæc Angeli verba pertineant ad Alexandrum Magnum. Hic enim cum steterit: hoc est, cum ad summum gloriæ, potentiæ ac fœlicitatis fastigium ascendisset, & vindicato sibi Persarum imperio, subactoque Oriente, florens ætate, ac rerum gestarum laude, Babylonem venisset, & quasi Dominus orbis, omnium fere prouinciarum legationibus exceptus, & honoratus esset, repentina morte extinctus est. Quamobrem, tantum, ac tam florens eius imperium, propter ducum eius insanam æmulationem, exitialesque discordias, non modo diuisum, sed etiam dissipatum atque contritum est. Alexãde Magnuse quomodo hic designatus fuerit.

Post mortem autem Alexandri, dicitur regnum eius diuisum iri in quatuor ventos cæli, id est, Orientem, Occidentẽ, Meridiem, & Septentrionem. Nam in Ægypto, primus regnauit Ptolemæus, Lagi filius, id est ad meridiem: in Macedonia, frater Alexandri Aridæus, id est, ad occidentem: Seleucus Nicanor, Syriæ, & Babyloni, & superioribus locis imperauit, id est, ad Orientem. Antigonus Asiæ, & Põto, id est, ad Septentrionem. Hæc dicimus secundum totius orbis plagas. Nam Iudæa, Syria est ad aquilonem, Ægyptus ad Meridiem. Eius imperium quomodo diuisum.

Quod autem dicitur, *sed non in posteros eius*, hoc significat, quod Alexander liberos non reliquerit, qui ei succedentes in regnum, sed imperium eius diuisum sit in alienos, id est, nulla ei cogitationis necessitudine coniunctos, excepto Aridæo fratre, qui sex annos Macedoniæ tenuit imperium. Recte autẽ dicitur, *non secundum potentiam illius*. Diuisum enim in quatuor partes regnum, imbecillius fuit: dũ aduersum se duces Alexandri dimicant, & intestino furore bacchantur, mutuis cladibus debilitati, atque contriti. Nec tantum modo in prædictos quatuor, dispertitum est Alexandri imperium, sed etiam in alios complures, vt Perdiccam, Craterum, & Lysimachum, & præter hos, etiam in externos, & genti Macedonum, atque Græcorum alienos. Etenim Capadocia, Armenia, Bithynia, Bosphorus, & aliæ pouinciæ, de potestate Macedonum recedentes, diuersos sibi reges constituerunt. Eius successores non fuerunt de eius genere.

Notandum est pro illo, *non in posteros eius*, legere Theodoretũ, *non in nouissimo eius*, & sic interpretari, nullũ Alexandri successorum, adæquasse potentiã, & gloriam eius, præsertim Theodoreti expositio

Universidad de Deusto
Biblioteca



quam ipse nouissimis annis comparauerat. Illud autem, *lacerabitur regnum eius etiam in externos, exceptis his*, sic exponit Theodoretus: *Regnantibus posteris, primorum Alexandri successorum. Arsaces Persa, bello victor, adeptus est regnum, & partè quàdam Persici imperij recuperauit: ex quo ad hoc vsque tempus. Per earum reges Arsacidæ vocantur, cum superiores reges Chamanides appellarentur. Et Romanis, Macedonico, seu Graco diuiso imperio maior fuit potentia.* Sed hoc strictim à Theodoreto tactum; latius enarrat Iustinus libro quadragesimo primo: cuius verba, vtile visum mihi est fore intelligentiæ huius loci, hic adscribere. Sic autem scribit: *Parthi, post Alexandrum, à Nicanore Seleuci mox ab Antiocho & successoribus eius possessi sunt: à cuius pronepote Seleuco primum defecere. primo Punico bello, Lucio Manilio Pisone, Attilio Regulo consulibus: hanc illis dante imperii atem defectionis, quorum fratrum regum, Seleuci, & Antiochi discordia: qui dum sibi inuicem eripere regnum volunt persequi de sectores omiserunt. Eodem tempore etiam Theodorus mille vrbium Bactrianorum præfectus defecit, regemque se appellare iussit: quod exemplum secuti totius Orientis populi, à Macedonibus defecere. Erat eo tempore Arsaces, vir, sicut incertæ originis ita virtutis experta. Hic solitus latrocinia & rapto viuere, accepta opinione, Seleucum à Gallis in Asia victum, solutus regis metu, cum prædonibus manu Parthos ingressus, & præfecto eorum Andragora oppresso, imperium gentis inuasit, nec magno post tempore, Hyrcanorum quoque regnum occupauit. Denique, vt tantùm præualuit Arsaces, quæsito simul constitutoque regno, vt non minus Parthis fuerit memorabilis, quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, & Romanis Romulus. Cuius memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, vt omnes eiusdem reges suos, Arsacis nomine nuncupent, sicuti Romani, Cæsaris, Augustosque cognominarunt.* Sic Iustinus.

Iustinus de origine Parthici imperij, quid scripserit.

Arsaces quis, & quomodo Parthicum imperium fundauerit.

## *Et confortabitur rex Austri.*

Licet hic tantum prædicatur futura bella, inter reges Syriæ, & Ægypti.

Licet quatuor fuerint, qui proximè Alexandro in eius successerunt imperium, & horum tres Antigonum dico Seleucum, & Ptolemæum Lagi, regna sua posteris multa in secula reliquere posilidèa: attamè omnibus aliis Daniel narrat solum bella gerenda inter reges Syriæ, & reges Ægypti. Nimirùm, voluit hoc præcipuè Spiritus Sanctus docere Danielem, & ab eo scriptis prodi quod Iudæa esset media inter Syriam, & Ægyptum, ob idque necesse erat bellorùm, quæ inter illos reges gerebantur, ipsam esse participem. Audi Iosephum, cuius in libro 12. antiquitatum, hæc sunt verba: *Antiocho magno in Asia regnante, in continua vexatione Iudæa fuit. & Ceterum, quod ea bellum gesserit cum Philopatore Ptolemæo, huiusque filio*

Iosephus lib. 12. ca. 3



*filio Epiphane, siue vinceret, siue vinceretur, male multarentur, nõ aliter quam nauis fluctibus vtrinque oppugnata, inter prosperam, & aduersam Antiochi fortunam iactata.* Similia scribens hoc loco Diuus Hieronymus, idcirco, ait, *cætera regna dimisimus Daniel, Macedonia, videlicet, & Asia, tantùm de Ægypti & Syria narrat regibus: quia in medio Iudæa posita nunc ab illis nunc ab istis regibus tenebatur, & Scripturæ sanctæ propositum est, non externam absque Iudaïs historiam, texere, sed eam, quæ Israelis populo copulata est.* Commemorat autem Daniel bella, quæ inter illos reges per centum quadraginta annos gesta sunt, videlicet à tertio rege Syriæ, qui dictus est Antiochus Theos, vsque ad octauum regem Antiochum Epiphanem appellatum: & à secundo rege Ægypti Ptolemæo Philadelpho, vsque ad sextum Ptolemæum, Philometora nominatum. Illud porrò animaduertere oportet sæpius in hac narratione nominari regem Austri & regem Aquilonis: quibus nominibus significatur reges Ægypti, & reges Syriæ. Sic autem loquitur Daniel comparatione Iudææ, cui Ægyptus est australis, seu meridionalis. Syria verò, & Asia: nam vtrique dominati sunt Seleucidæ, est Aquilonaris.

D. Hieronymus in com. in hunc locum.

*Et confortabitur rex Austri.* Hæc verba pertinẽt ad Ptolemæum Lagi, primum post Alexandri mortem, Ægypti regem, à quo cæteri reges, Ptolemæi nomen acceperunt. Et rectè dicitur, *confortabitur*: scilicet, fuit ille, quatuor rebus clarissimus, prudentia, fortitudine, diuitiis, gloria rerum gestarum, ac penè continua fœlicitate, tantæque fuit potentiæ, quemadmodũ hoc loco tradit Hieronymus, vt Pyrrhum regem Epirotarum expulsum, restituerit in regnum: Cyprumque obtinuerit, & Phœnicẽ, & victo Demetrio filio Antigoni, Seleuco regni sui partem, quæ ab Antigono fuerat ablata, restituerit: Catiam quoque obtinuerit, & multas insulas, vrbesque, & regiones, de quibus non est huius temporis scribere. Videtur autem sumpsisse hæc diuus Hieronymus ex Pausania, qui in Atticis (sicut scribitur primus historiæ eius liber) similia, sed latius, & enucleatius de hoc rege scripsit. *Ptolemæum*, inquit Pausanias, *Macedones, veterâ Philippi, qui pater fuit Alexandri, verbo, Lagi filium fuisse existimant: eius enim matrem, tum gereret virũ à Philippo, vxorem Lago esse datam ferunt. Hunc Ptolemæum, & alia fortissime in Asia præclara facinora memorarunt: & Alexandro in Oxydracis periclitanti, præcunctis eius amicis, auxilio fuisse. Eundem etiam mortuo Alexandro iis qui ad Aridæum Philippi filium detulerant regnum acriter restitisse, regnumque in plures partes diuidendi auctorem in primis extitisse. Ægyptum profectus, Cleomenem, quem Ægypto præfecerat Alexander, quod Perdiccæ (inde et*

Ptolemæi Lagi fœlicitas

Pausanias de Ptolemæo Lagi filio quid scripserit.

*ceidit: Alexandri exactuer, quod Ægas portabatur, acceptum Macedonico ritu Memphi condidit. Post eadem Perdicca, ad res gerendas excitatus, Syriam statim, & Phœnicem imperio suo adiecit: mox Seleucum Antiochi filium ab Antichomo eiectum, ad se confugientem in fidem recepit. Antigono autem mortuo, Syriam, & Cyprum ab Antigono sibi ereptas, iterum subegit, Tyrumque in Thesprotidem Epiri reduxit, & per Magum filium Berenices, quæ tunc in matrimonio habebat Cyrenem, quæ se disiunxerat, quinto post defectionem anno, recepit,* Sic Pausanias.

Iosephus li. 12. c. 1.

Iosephus vero, initio libri duodecimi antiquitatum, scribit hunc Ptolemæum Lagi, præter meritum, fuisse appellatum Soterem (sic eum cognominarunt Rhodij auctore Pausania in Atticis, quod ipsos validissimè è tumultu liberasset aduersus Demetrium) is enim Hierosolymam dolo circumuentam occupauit, ingressusque urbem sabbatho, veluti sacrorum gratia, Iudæis nō arcentibus, quod eum diem in otio & quiete agerent, & nihil ab eo meuerent, aut suspicarentur hostile. At ille accepe atque inclementer, & gentem, & urbem tractauit. Deinde humanior fuit & benignior Iudæis, nam cum plurimos eorum captiuos Ægyptum duxisset, sciretque ex responso, quod Alexandri legatis post Darij cladem dederant, Iudæos pertinacissimè iurisiurandi fidem seruare, multa ex ipsis præsidia dispositi per arces, & iure ciuitates apud Alexandriam ipsis, pari cum Macedonibus conditione, dato deuinxit omnes iuramento, seruaturos fidem posteris eius qui tam multa ipsis crediderat. Hoc regnante, multi ex Iudæa, sponte migrarunt in Ægyptum, partim vbertate terræ, partim Ptolemæi erga suam gentem liberalitate allecti. Eadem confirmat Iosephus in priori libro aduersus Appionem. Polybius libro secundo tradit, hunc Ptolemæum Seleucum item, atque Lysimachum, tres Alexandri duces & successores in primis nobiles, eadem Olympiade centesima vigesima quarta mortem obiisse.

Ptolemæus Lagi Hierosolymā dolo occupat.

Mors eius.

*Et de principibus eius, prævalebit super eum, & dominabitur ditione: multa enim dominatio eius.*

De Ptolemæo Philadelpho.

Hic loquitur Angelus de secundo rege Ægypti filio eius Ptolemæi, de quo proximè dictum est. Appellatus est Ptolemæus Philadelphus. Hic dicitur fuisse *de principibus eius*, id est, vnus de filiis Ptolemæi Lagi. Is enim cū alios haberet filios, hunc, qui natu erat minimus omnium, cæteris præferens, regni fecit hæredem. De hoc dicitur, *prævalebit super eum*, id est, super patrem suum, maioris enim fuit potentiæ, opulentiæ, ac magnificentiæ: *Narrant enim historiæ*, vt refert hoc loco Hieronymus, *habuisse eum ducenta millia peditum*



*peditum, equitum viginti millia currium duo millia elephantes, quos primus eduxit ex Aethiopia, quadringentes, naues longas, quas nunc liburnas vocant, mille quingentas, alias ad cibaria militum deportanda, mille, auri quoque & argenti grandes pondere, ita vt de Ægypto per singulos annos quatuor decem millia talenta tabulata argenti acceperit, & frumenti artabas quæ nostra tres modios & tertiam modij partem habet, quinquies & decies centena millia.* Nec mirandum cuiquam accidat, tantos ex vna Ægypto reditus annuos prouenire potuisse: nam Strabo in libro decimo septimo, Ciceronem producit testem, qui in quadam sua oratione confirmat Ptolemæum Auletem, patrem vltimæ Cleopatræ, suo tempore in Ægypto regnantem annuo reditu capere solitum duodena millia & quinquaginta talenta: quem tamen regem, negligenter ac dissolutè regnum administrasse constat.

Potentia & opulentia Ptolemæi Philadelphi.

Ægypti annui reditus.

Sed redeo ad Philadelphum quem Strabo, proximè memorato libro tradit, super omnes Ægypti reges fuisse cupidum, diligentem atque curiosum, res abditas nouasque, & admirabiles scrutandi, noscendi, atque comparandi. Nam cum esset tenuissima valetudine, atque imbecillissimo corpore, semper noui aliquid perquirebat, in quo sine labore ac molestia Ieſe occupatet atque oblectaret. Sanè Tertullianus in Apologetico, hunc regem confirmat fuisse eruditissimum, atque enim literaturę iactantissimum. Quemadmodum autem huic minimo filiorum, pater regnum detulerit, narrat Iustinus libro decimo sexto. *Ptolemæus*, inquit, *Lagi contra ius gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem, regnum tradiderat: eiusque rei populo rationem reddiderat: cuius non minor fauor in accipiendo quam patris in tradendo regnum fuerat. Inter cætera pacis & filij mitia piatalia exempla, etiam eo rei amorem parem populi inuenit conciliauerat: & pater regno et publicè tradito, priuatim officia regia inter satellites fecerat, omnisq; regno palchrius, regis esse, patrē dixerat.*

Ptolemæus Lagi regnum filio minori vi uens tradidit.

Sed nescio, an hęc quę tradit Iustinus, cum iis cohęreāt, quę scribit Pausanias in Atticis, significans, hunc Philadelphum declaratum esse regem à patre, iam morti proximo. *Nam cum Ptolemæus Lagi*, ait Pausanias, *Eurydicem Antipatri filiam, vxorē duxisset, ex eaque liberos suscepisset: postea Berenices amore captus, filios ex ea quosque genuit, ex his Ptolemæum, tam propè moriens, sibi regni successorem declarauit. Hic autem Philadelphus, Arsinoes germana sororis amore victus, eam sibi matrimonio adiunxit: idque non ex Macedonum, sed Ægyptiorum quibus imperabat lege fecit. Minorem fratrem Aggæum, vt qui sibi insidias struxerat, interfecit. Alterum quoque fratrem ex Eurydice natum, & Cyprios ad defectionem sollicitantem, è medio sustu-*

Pausanias videtur contraria Iustino scribere.

*lit. Magas verò, qui Cirenais cũ imperio præerat, & quamuis frater, hostili tamen erat animo erga Ptolemæum. Apamen vxorem duxit Antiochi filiam, socerumque persuasit, vt violato fœdere, quod eius patri Seleuco cum Ptolemæo ictum fuerat, in Ægyptum cum exercitu inuaderet. Quod cum Antiochus comparato exercitu moliretur: Ptolemæus in omnes populos imperio Antiochi subiectos, copias dimisit: qua partim excursionibus & populationibus, partim instructa acie, omnem eius ditionem infestam redderent, atque in metu continerent. Quod sane consilium, omnem Antiochi profectionẽ in Ægyptum facultate præcidit. Hic Philadelphus filiã suscepit ex Arsinoe, non quidem sorore sua, quæ priusquam pareret, excessit, & à qua Arsinoetes regio cognomina ta est: sed ex altera Arsinoe, filia regis Lysimachi, quam postea in matrimonium accepit.*

Philadelphus in Iudæos beneficẽtia.

Hactenus ex Pausania. Denique Iosephus libro duodecimo antiquitatum testatur, hunc Philadelphum, benignissimũ fuisse erga Iudæos: quippe Hierosolymitas in Ægypto seruientes, numero ad centum viginti millia, sua pecunia redemptos, libros dimisit, templumque Hierosolymitanum amplissimis donis ornauit: & sacros libros ex Hebræo sermone in Græcũ, per duos & septuaginta interpretes conuerti fecit. Celebratissimam quoque instruxit bibliothecam, profecto ei Demetrio Phaletio, viro in ciuili gubernatione, & in eloquentia nobilissimo: qui togatus à rege, quam multa librorum millia comparatlet, respondit, circiter ducenta millia, sed breui, quinquaginta millia habiturum. Regnauit hic Philadelphus, secundum Iosephum, vnde quadraginta annos: secundum Eusebium & Bedam annos octo & triginta. Sed pergamus, quæ sequuntur apud Danielem, interpretari.

Iosephus li. 12. cap. 2.

Scripturæ per 70. seniores interpretatio.

*Et post finem annorum, fœderabuntur, filiaq; regis Austri veniet ad regem Aquilonis, facere amicitiam: & non obtinebit fortitudinem brachij: nec stabit semen eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam adolescentes eius, & qui confortabant in temporibus.*

Alexãdri successores in Syria.

PRimus in Syria regnauit, post mortem Alexandri, Seleucus Nicanor, secũdus, Antiochus cognominatus Sotet, id est seruator: tertius, Antiochus cognomẽto, *Theos*, id est Deus. Hic aduersus Ptolemæũ Philadelphũ, de quo proxime dictũ est, gessit bella quàm plurima, & totis Asiæ atque Orientis viribus dimicauit. Volens itaque Philadelphus post multos annos, molestum finire certamen, filiam suam nomine Berenicem, Antiocho vxorem dedit, qui de priore vxore, cui nomen



nomen erat Laodice, habebat duos filios, Seleucum, cui cognomen erat Callinicus, & alterum, Antiochum. Deduxit igitur filiam Berenicen Philadelphus vsque Pelusium: & infinita auri argentique milia, dotis nomine dedit: vnde *Phernophoros*, id est dotalis appellatus est. Antiochus autem, Berenicen consortem regni habere se dicens, & Laodicen in concubinæ locum: post multum temporis, amore superatus, Laodicen cum libertis suis reduxit in regiam. Quæ metuens ambiguum viri animum, ne Berenicen reduceret, virum per ministros veneno interfecit, Berenicen autem cum filio, qui natus erat ex Antiocho principibus Antiochiæ, Icadioni & Genneo, occidendum tradidit, filiumque suum maiorem, Seleucũ Callinicum in patris loco regem constituit: & hoc est quod hic dicitur à Daniele, *& post finem annorum fœderabuntur*, id est, post multos annos, quibus inter se belligerauerãt Philadelphus & Antiochus, tandem pacificabuntur inuicem. *Et filia regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam*, id est, Berenice filia regis Philadelphi, dabitur in matrimonium regi Antiocho, vt inter patrẽ & virum iungat amicitias. *Et non obtinebit fortitudinem brachij, nec stabit semen eius*, id est, Berenice non diu permanebit in regno Syriæ, sed per vim & dolum Laodices, vna cũ filio suo interficietur. Rex quoque Antiochus eius maritus, qui confortabat eam, id est, *per* quem poterat præualere, & apud quem præualuit, quoad ipse non reduxit Laodicen, Antiochus inquam, veneno vxoris Laodices occisus est. Propter vero hanc indignissimã Berenices cædẽ, atrocissimũ inter regẽ Syriæ, & insequentẽ Ægypti regẽ, bellum exarsit: de quo proximè post dicetur. Hæc autẽ quæ diximus ex cõmẽtario Diui Hieronymi ferè descripsimus: eaque cõfirmati & illustrati possunt, iis quæ Iustinus inexodio vigesimi septimi lib. hunc in modũ prodidit. *Mortuo Syriæ rege Antiocho, cũ in locum eius Seleucus filius successisset, horstãte matre Laodice, quæ inhibere debuerat, auspicia regni à parricidio cœpit: quippè Berenicen nouercam suã, sororem Ptolemæi regis Ægypti, cum paruulo fratre ex ea suscepto interfecit. Quo facinore perpetrato, & infamia maculam subijt, & Ptolemæi bello se implicuit. Porro Berenice cum ad se interficiendam missos didicisset, paterna Daphna se claudit: vbi cum obsideri eam cum paruulo filio, nunciatum ciuitatibus Asiæ esset, recordatione paterna maiestatisque dignitatis eius, & casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei omnes misere. Frater quoque Ptolemæus periculo sororis excitus, relicto regno, cum omnibus viribus aduolat. Sed Berenice aute aduentum auxiliorum, cum vi expugnari non posset, dolo circumuẽta trucidatur. Indigna res omnibus visa. Itaque cum vniuersa ciuitates, qua defecerant, ingentem classem comparassent: repente, exem-*

Philadelphus quo modocũ Antiocho pacẽ fecerit.

Antiochus à Laodice vxore interfectus

Iustinus.

Mors Berenices & eius vltio

Universidad de Deusto
Biblioteca



*plo crudelitatis exterrita, simul & in vltionem eius, quam defensuri erant. Ptolemæo se tradunt, qui nisi in Ægyptum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset. Tantum illi vel odium parricidiale scelus: vel huic fauorem, indigne interemptæ mortis sororis attulerat.* Hactenus ex Iustino, cuius posteriora verba, ad sequentium verborum Danielis explicationem, & intelligentiam, non nihil lucis affecunt. Similia Iustino & Hieronymo scribit Appianus in Syriaco. *Tertius, inquit Syriæ rex fuit Antiochus, cui cognomentum Deo, est inditum à Milesiis quod Laodicen sororem eorum tyrannum expulisset, Vnde Laodice vxor, phasma ei necauit, ob nuptias Berenices, filiæ Philadelphi, quam ipsa simul cum infante, quem ex Antiocho susceperat, occidit: quorum cædem vt Ptolemæus vlciscretur, Laodicen interfecit, & in Syriam deductus exercitu, Babyloniam inuasit: atque ex hoc tempore Parthi primum defecerunt à Macedonibus, velut iam perturbato Seleucidarum regno.*

Antiocho cur Dei cognomẽ inditum.

*Et stabit de germine radicum eius plantatio, & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Insuper & Deos eorum, & sculptilia, vasa quoque pretiosa auri & argenti, captiua ducet in Ægyptum: ipse præualebit aduersus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum rex Austri, & reuertetur in terram suam.*

Ptolemæus Euergetes tertius rex Ægypti Iust. li. 27 Hier. in hunc locum.

Ceisa Berenice, & mortuo Ptolemæo Philadelpho patre eius, frater illius & ipse Ptolemæus, cognomento Euergetes, tertius successit in regnum, qui dicitur fuisse de plantatione & de germine radicis eius, eo quod esset germanus frater, vt vult Hieronymus: licet Iustinus faciat eum fratrem Berenices, ac proinde filium Philadelphi. Hic venit cum exercitu magno, & ingressus est prouinciam regis Aquilonis, id est, Seleuci, cognomento Callinici, qui eum matre Laodice regnabat in Syria: & abusus est eis, & obtinuit: in tantum, vt Syriã caperet & Ciliciam, superioresque partes trans Euphratem, & propemodum vniuersam Asiam: cumque audisset in Ægypto seditionem moueri, diripiens regnũ Seleuci, quadraginta millia talentorũ auri tulit, & vasa pretiosa, & simulachra Deorum, duo millia quingenta: in quibus erant & illa, quæ Cãbyses capta Ægypto, in Persas portauerat. Denique gens Ægyptiorum, idololatriæ dedita, quia post multos annos, Deos eorum retulerat, Euergeten, id est, benefactorem eum appellauit. Et Syriam quidem ipse obtinuit: Ciliciam autem, amico suo Antiocho gubernandã tradidit, & Xantippo alteri duci, prouincias trans Euphratem commisit. Consonant his, quæ in libro 27. prodit Iustinus. *Vniuersa, inquit, ciuitates Asiæ propter eadem Berenices, & filij eius, tanta crudelitatis exemplo exterrita defecerunt à Seleuco: ingentique comparata classe in vltionẽ eius, Ptolemæo se tradiderunt. Qui nisi in Ægyptum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset.* Huc etiam spectat, quod scribit Polybius libro quinto. *Seleucia inquit, regnum Ægypti præsidio tuto diebatur ab eo tempore quo regnauit Ptolemæus, cuius Euergetis id est benefactoris cognomentum fuit. Hic enim, quo tempore propter cædem Berenices & iram, quam ex ea re animo conceperat, in Syriam exercitum duxit, hac urbe potitus est.* Sed latius, & luculentius vt Ioseph. gloriam huius Ptolemæi describit Iosephus, posteriori libro ad uersus Appionem. *Tertius, inquit, Ptolemæus qui vocatur Euergetes fortiter obtinens Syriam vniuersam, non Dijs Ægyptiorum pro victoria solemnitates gratificas immolauit: sed veniens Hierosolymã, multas hostias sicut nostri mos est, obtulit Deo, dignissimaque dicauit ornamenta victoria, &c.* Sed idem libro duodecimo Iudaicarum antiquitatũ, capite tertio narrat, pusillanimitate atque auaritia pontificis Iudæorum Oniæ, factum esse, vt tributum, quod pro populo Iudaico maiores eius solebant regibus pendere, talenta videlicet argenti viginti, non soluendo, ad iram commoueretur Ptolemæus Euergetes. Qui misso Hierosolymam legato, incusabat Oniam, quod tributum non redderet, minaturque, ni faceret, regionem eius militibus suis se diuisurũ, & nouas colonias eo deducturum. Quod audientes Iudæi perterriti sunt: licet Onias perficta simone hæc contemneret, nihil curans præter pecuniam. Sed iuuenis quidam Iosephus, fratris Oniæ filius, magnitudine animi præstans, legatione ad regem suscepta, nõ eum modo placauit, sed magnam apud eum gratiã & auctoritatem obtinuit. Regnauit hic Ptolemæus rex, annos viginti sex. Post quem, qui deinceps secuti sunt Ægypti reges omnes, male vixisse, luxu, delitijsque corruptos: sed super omnes, quartum & septimum atque vltimum, confirmat Strabo libro decimo septimo.

Ptolemæus Euergetes cur sit dictus.

Hactenus interpretati sumus verba Danielis, ex sententia diui Hieronymi, quam iudicauimus & contextui verborum Danielis maximè conuenientem, & aliorum historicorum scriptis maximè consentaneam. Nunc referam breuiter, quemadmodum prædicta omnia verba, multo secus, & in diuersam longè sententiam interpretatus fuerit Theodoretus: adiecta postremo eius interpretationis breui censura. Ipse igitur prædicta omnia refert ad contentiones, & bella, quæ inter Ptolemæum Philopatorẽ Ægypti regem, & inter Antiochum Magnũ Asiæ, & Sy-

Diuersa Theodoreti interpretatio discutitur.



Iustinus.

Polybius

Iosephus

Universidad de Deusto
Biblioteca



pretatio discutitur.

& Syriæ regem longo tempore, summis vtrinque viribus, varioque euentu gesta sunt. Sed vide, quemadmodum interpretationem suam verbis Danielis, per partes, adapter. *Et confortabitur rex Austri.* Significat Ptolemæum Philopatorem, qui non contentus Ægypti regno, etiam Phœnicem, Samariam, & Iudæam sibi asciuit. *Et de principibus eius vnus corroborabitur super ipsum, & dominabitur dominatione multa: extra potestatem suam.* Hic fuit Scopas, princeps exercitus Ptolemæi Philopatoris: qui optimi ducis partes implens, multa eorum quæ extra Ptolemæi regnum erant, ditioni eius adiunxit. *Et post annos eius commiscebuntur, & filia regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam.* Post Philopatoris obitum, regnauit Ptolemæus filius eius, appellatus Epiphanes: & hunc appellat regem Austri. Regem autem Aquilonis, vocat Antiochum cognomento Magnum, inter quos pax est pacta, data in matrimoniũ Antiochi filia Ptolemæi. Sed matrimonium diu non stetit, sed remissa est coniunx ad parentem. *Et surget de flore, ex radice eius in germinatione ipsius.* Hoc est, illa quidem reddetur parenti: sed pariet regem, qui regno illius, qui dederit, aduersabitur. Hactenus retulisse interpretationem Theodoreti, satis fuerit. Posuimus autem verba Danielis, secundum eam translationẽ, quam Theodoretus in suis commentariis secutus est: & videtur ea fuisse translatio Theodotionis, quam Hieronymus supra dixit, trãslationi septuaginta interpretum fuisse ab Ecclesia prælatam.

Theodoretis sententia reprobatur

Verum, interpretationem Theodoreti, equidem censeo multis de causis non esse probandam: & vt sententiæ Danielis alienam, & vt minimè verisimilem, atque etiã alicubi falsam: & vetetum historicorum scriptis repugnantem. Primum enim bella inter Antiochum Magnum, & duos Ptolemæos Philopatorem & Epiphanem, paulo infrà Daniel satis multis verbis persequitur. Quapropter, quæ hic narrãtur, ad priores reges Syriæ, & Ægypti referri debent. Deinde, absurdũ est, quod dicit Daniel, vnum de principibus illius regis, prævaluisse super ipsum, interpretari de Scopa duce Philopatoris: eum ille quantamcunque habuit auctoritatem, & potẽtiam, à rege suo omnem acceperit. Denique falsum est, Antiochum Magnum, in matrimonium accepisse filiam regis Ægypti: quinimo contra euenit: nã Antiochus, filiam suam Cleopatram despondit Ptolemæo Epiphani, vt tradunt historici, & nos infrà explicaturi sumus. Possent alia contra Theodoretum afferri: sed ex his quæ diximus, facilè erit lectori, de interpretatione eius iudicium facere. Nos quæ sequuntur apud Danielẽ, vt cœpimus, interpretati pergamus.

Filij



*Filij eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum, & veniet properans & inundans, & reuertetur, & concitabitur: & egreditur cum robore, & exaltabitur cor eius.*

Seleuci regis Syriæ mors. Exod. Hieron. hæc sumpta sunt.

SEleucus Callinicus, inter quem, & Ptolemum Euergeten, bella esse gerenda, proximè narrauit Daniel, multis deinde calamitatibus perculsus est, & conflictatus, tandem amisso regno, cum regnasset annos viginti, equo præcipitatus interiit: vt est apud Iustinum lib. 27. Hic duos reliquit filios, maior natu dictus est Seleucus Ceraunus: minor, Antiochus, cui postea Magni cognomentum est inditum. Hi prouocati spe victoriæ, & vltione patentis: exercitu congregato aduersus Philopatorem, arma corripiunt. Sed cum Seleucus, tertio anno imperij, esset occisus in Phrigia per dolum Nicanoris, & Apaturij, exercitus qui erat in Syria, Antiochum fratrem eius cognomento Magnum, de Babylone vocauit ad regnum. Et propterea nunc dicit Daniel, quod duo filij prouocati sunt, & cõgregauerũt multitudinem exercituum plurimorũ: sed quod vnus Antiochus venerit de Babylone in Syriam, quæ eo tempore tenebatur à Ptolemæo Philopatore, filio Euergetis.

Confirmatur dicta ex Polybio. Seleuci Ceranni mors.

Sed quo propensius credat lector quæ diximus, audiat quæ in eandem sententiam reliquit scripta Polybius libro quarto. *Mortuo*, inquit, *Seleuco, patre Antiochi, cum regnum ad Seleucum filium, qui cæteris fratribus maior natu erat peruenisset, Achæus hoc, propter gentis propinquitatem, Taurum montem transiendum ratus, maximis viribus Taurum transcendit: vbi paucis diebus interiectis, ab Apaturio Gallo, & Nicanore, dolo circumuentus atque exinctus est. Achæus propinqui mortem vlciscens, extemplo Apaturium atque Nicanorem interfecit.* Idem libro quinto, ita scribit. *Antiochus iunior, filius fuit Seleuci Callinici. Hic mortuo patre cum regnum ad fratrem eius Seleucum, natu maiorem peruenisset: principio quidem, in superiori parte regni, priuatam vitam egit: mox fratre, qui Taurum montem cum copijs transcendarat, per dolum interfecto, imperium ipse adeptus, regnare cœpit, vix duum & decimum quintum ætatis annum supergressus.* Sed reuertamur ad vaticinium Danielis. Antiochus igitur, cum pugnasset aduersus duces Ptolemæi Philopatoris, sicut hoc loco narrat Hieronymus: tandem ò proditione Theodoti, obtinuisset Syriam, quæ per successionem à regibus Ægypti tenebatur: in tantam

Antiochus Magnus rex Syriæ creatur.

venit

Theodotij legit victor apud D. Hieron.

venit audaciam, contempta luxuria Philopatoris, & magicis artibus, quibus infirmitè dicebatur, vt bellum Ægyptio vltro conaretur inferre. Verum hæc, quæ nimia prolixitate, & inuolute scribit Hieronymus ex Polybio & Iustino, latius & explicatius declaranda sunt. Rex Ægypti, cum quo Magnus Antiochus gessit bella, quæ hic narrantur, quartus fuit post Alexandrum Magnum, appellatus Ptolemæus: cui quod patrem ac matrem interfecisset, ex sacinoris crimine, cognomentum Philopator, ex contrario fuit: velut in vigesimo nono libro scribit Iustinus: qui de eodem rege, initio libri trigesimi hunc in modum scribit: *Philippo in Macedonia magnis rebus intento, Ptolemæi in Ægypto diuersi mores erant. Nam regnum parricidio adeptus, & ad necem virum suorum parentis, eadem etiam fratris adiumenta, vt rebus feliciter gestis luxuriæ se tradiderat: regijs q; moribus omnia tetra regia erat. Itaque non amicti tantum præfectique, verum etiam omnis exercitus, depositis militiæ studijs: otio ac desidia corruptus, marcebant. Quibus rebus cognitis Antiochus rex Syriæ, veteres inter se regnorum odio, stimulante repentino bello, multas vrbes eius oppressit, ipsamq; Ægyptum aggrediebatur.* Hæc Iustinus. Quod autem ait beatus Hieronymus, Antiochum proditione Theodoti, qui nomine Ptolemæi, Syriæ cum imperio præerat, eam obtinuisse, enucleatè narrat Polybius libr. 5. *Theodotus, ait, qui inferioris Syriæ rebus præerat, natione Ætolus partim regem Ptolemæum ob iuuentam atque segnitiem contemnens: partim iis, qui regiam sequebantur dissidens: quod non multo ante cum rem perquam vtilem regi proposuisset, cum ad alia, tum ad obsistendum Antiocho, Syriæ regnum perturbare volenti: non modo nihil gratiæ consequutus fuerat: sed contra vocatus Alexandriam etiam de vita fuerat periclitatus: constituere Antiochum decreuit, eique inferioris Syriæ vrbes tradere. Antiochus igitur oblationem eius, lato animo suscipiens, re ea quam primum fuem sortita est.* Sic Polybius.

Polybius quid de Theodoto seu Theodotio sentiat.

*Et prouocatus rex Austri, egredietur, & pugnabit aduersus regem Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam: & dabitur multitudo in manu eius, & capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius: quia deijciet multa millia: sed non præualebit.*

Victoria Ptolemæi Philopatoris de Antiocho Magno.

REx Ægypti Philopator, ait Hieronymus, *amissa Syria, Theodoti proditione, congregauit plurimam multitudinem contra Antiochum Magnum: & inito certamine, iuxta oppidum Raphia, quod in finibus Ægypti est, eminem Antiochus amisit exercitum: & per deserta fugiens, pene captus est, t cumque cœpisset per*



*lemaus Syriam ad extremum sœdere. & quibusdam conditionibus pugna finita est. Et hoc est, quod Scriptura nunc dicit: deijciet multa millia, sed non præualebit: aduersarium enim suum capere non potuit.* Strabo horum scribit Iustinus in libro trigesimo. *Trepidat, inquit, Ptolemæus aduentu Antiochi: & per legationes, quacunque vivet parat, reget morari Antiochum. Magno deinde in Gracia cum duello exercitu, secundum prælium facit: spoliauisset q; regno Antiochum, si fortunam virtute æquasset. Contentus tamen recuperatione vrbium, quas amiserat, factaque pace, auidè materiam quietis arripuit: reuolui in ignem luxuriam, occisa Eurydice vxore, eademque ferore sua, Agathocleæ meretricis capitur illecebris, & regij nominis, ac maiestatis oblitus, nectes in stupris, dies in conuiuijs consumit.* Hæc Iustinus. Cæterum causam huius belli inter Antiochum, & Philopatorem, & vtriusque regis magnitudinem copiarum, necnõ & omnem pugnæ successum, distincte, ac diligenter enarrat Polybius in lib. 5. Antiochus enim, causam bello Syriam sibi cõtinuandi, eam prætexebat, quod Syria sub ditione fuisset Seleuci Nicanoris, cuius esset ipse totius imperij legitimus hæres. Nam quo tempore superato Antigono monoculo, diuidere inter se regna Cassander, & Lysimachus, ac Seleucus voluerũt, Seleuci esse omnẽ Syriam iudicauerunt. Contra vero Ptolemæus, Syriæ possessionẽ iure hæreditario ad se pertinere cõtendebat. Idcirco enim Ptolemæum Lagi, vna cum Seleuco aduersus Antigonum gessisse bellum, vt totius Asiæ regnum Seleuco vindicaret: Syriam vero, & Phœnicem sibi adscisceret. Cum igitur inter eos reges, pacificatio nulla posset iniri, vterque se ad bellum amplissimo exercitu comparato, instruxit. Habuit Ptolemæus in exercitu vstrã lxx. millia pedum, equitum quinque millia, tres & septuaginta elephantes. Copiæ Antiochi erant ad duo & sexaginta millia pedum, equitum sex millia, elephanti duo & centum. Ptolemæus, iter per Pelusium faciens, & per Cassiũ, atque loca arida veniens, quinquaginta stadia ab vrbe Raphia, castra metatus est, quæ vrbs post Rinocolura sita est, prima ciuitatum Syriæ, quæ Ægyptum aspiciunt. Eodem venit cum exercitu Antiochus, & vix quinque stadiis procul hostibus, castra fixit. Paucis post diebus, pugnam conseruerunt, diu anceps fuit, subitoque euentu: nam dextrum Antiochi cornu vicit, lætum autem victum est. Denique penes Ptolemæum stetit victoria, sed non indemnis tamen, aut ineruenta: in dextro enim cornu Ptolemæi, ex equitibus, ac mercenariis pleraque perierunt. Militum porro Antiochi, desiderati sunt vltra decem millia, & plus trecentis equitibus, viui circiter quatuor millia, in potestatem hostium venerunt, & elephantorum tres in ipso prælio, duo postea ex vulneribus perierẽt: complures

vim

Cumq; cessisset Syria, supple Antiochus legit Victorius, Iustinus. Causæ belli inter prædictos reges & copiarũ vtriusque regis descriptio.

Pugna inter Antiochũ & Philopatorem.

Quo tẽpore hæc acciderunt.

viui sunt capti. Hunc igitur finem habuit memorabile prælium, quo duo maximi reges, & propè Raphiam, de imperio Syriæ decertauerunt. Et factũ est hoc prælium, anno tertio centesimo, & quadragesimæ Olympiadis: videlicet, eodem anno, quo Romanos ad lacum Thrasymenum Annibal memorabili victoria superauit: quo item anno, pax ab Achæo, & Philippo, cum Ætolis facta est. Atque hæc tempora, primũ res Græcas, atque Italicas, necnon etiam Africanas coniunxerunt. Neque enim post eum diem Philippus, nec cæteri Græciæ principes, cogitationes suas ad Græciam referebant, neque bella aut pacem inuicem moliebantur: sed omnes cogitationes suas curasque ad Italiam conuertebant. Victor igitur Ptolemæus, Raphia, & reliquis ciuitatibus tepente potitus est, vniuersis populis ei se certatim tradentibus. Antiochus verò, cum venisset Antiochiam, statim legatos misit ad Ptolemæum, qui pacem à rege præcarentur, timebãt enim incursionẽ hostium, nec ob recẽtem cladem admodum militibus suis confidebat. Formidabat insuper Achæum, ne opportunitate temporis motus bello ipsum insequeretur. Ptolemæus autem nihil horum cogitans, sed insperata successus fœlicitate, lætus, satis à se actum putans, quod iam omnem Syriam possideret, pronus ad pacem erat, allectus desidia vitæ, qua semper vsus fuerat. Pacẽ igitur Antiocho in annũ concessit, & tres circiter menses in Syria, & Phœnice commoratus, Alexãdriam, cum sorore, & amicis reuersus est. Hæc nos ex Polybio commemoranda hoc loco duximus. Nec dissimilia traduntur in libro tertio Machabæorum, licet minimè canonico, in cuius initio sic est: *Cum Philopator intellexisset, ademptũ sibi esse ab Antiocho Syriã, coacto omnibus suis copijs, tã equestribus, quàm pedestribus, assumpta secũ Arsinoe sorore, cõtẽdit ad vicinas vsque Raphia regiones, vbi erant copiæ Antiochi. Cõmisso acri prælio, cũ fortius pugnaretur ab Antiocho, Arsinoe copias obambulans, capillo solutis, cũ lacrymis obsecrat milites: vt sibi opem cũ audacter ferrẽt, binas vtrisque auri minas, daturam se singulis promittẽs. Itaque hostes prælio vincti: multosque capti cõtingit.* Post hæc narratur, quemadmodũ rex venerit Hierosolymã, eũque intrare sanctũ sanctorum, obsistentibus Iudæis conaretur: ingẽti duinæ potentiæ miraculo castigatus, ab eius loci ingressu deterritus fit.

Pax inter nos facta

Locus libri tertij Machabæorum, cum Polybij loco conueniens.

*Et conuertetur rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multò maiorem, quam prius, & in fine temporum, annorúmque, veniet properans cum exercitu magno, & opibus nimiis: & in temporibus illis, multi consurgent aduersus regem Austri.*

Super



SVper his verbis, ita scribit D. Hieronymus. *Per regem Aquilonis, Daniel significat Antiochum Magnum: qui tentauerat Philopatoris ignauiam, & quod deperiret Agathoclem, & fratremque eius, & ipsum Agathoclem haberet cõsulatum, quem postea Ægypti ducem constituit memorabilem ex superioribus locis Babylonis, exercitum congregauit, & Philopatore mortuo, aduersus filium eius, qui tunc erat quatuor annorum, & vocabatur Ptolemæus Epiphanes, rupto fœdere motu exercitum. Tempus enim dissolutionis, & superbiæ Agathoclis fuit, vt subdita prius Ægypto, provincia rebellarent, ipsaque Ægyptus seditionibus vexaretur: Philippus quoque rex Macedonum, & magnus Antiochus pace facta, aduersus Agathoclem, & Ptolemæum Epiphanẽ dimicarunt, sub ea conditione, vt proximus ciuitates, regno suo singuli, de regno Ptolemæi vngerẽt. Et hoc est, quod nunc dicitur multos consurgere aduersus regem Austri: Ptolemæum videlicet Epiphanẽ, qui tunc puerili erat ætate.* Sic Hieronymus. Cuius interpretatio, iis quæ narrat Iustinus lib. 30. confirmanda, & illustranda est. *Contentus Ptolemæus*, ait Iustinus, *recuperatione vrbium quas amiserat, factaque pace, auidè materiã quietis arripuit: reuocatusque in luxuriam occisæ Euridices vxore, eadẽq; sorore suã, Agathoclea meretricis capitur illecebris, regiique nominis, & matestatis oblitus, noctes in stupris, dies in conuiuijs consumit. Admittuntur instrumenta luxuriæ, tympana, & scripulia nec iam spectator modo rex, sed magister etiam nequitiæ, neruorum obtẽperans modulatur. Hæc primo labentis regis tacita pestis, & occulta mala fuere. Deinde crescente licentia, tam nec parietibus regiæ domus cõtineri meritricis audacia poterat, quam proteruiorem sociata cum Agathocle fratre, ambitiose pulchritudinis scorto quotidiana regiæ stupra faciebant. Accedebat, & mater Enanthe, quæ gemina soboles illecebris, deuinctum regem tenebat. Itaque non contenta rege, regnum etiam possidebant. in publico visebantur, salutabantur comitabantur. Agathocles regis latere tutus, ciuitatem regebat: tribunatus, perfecturas, & ducatus, muneris ordinabat: nec quisquam non, quã ipse rex poterat. Cum interim relicto quinquennio ex Euridice sorore filio, rex Philopater moritur. Sed mors eius diu pecuniam regiam mulieres vastauit, & imperium, inita cum perditissimis societate, occupare conantur diu occulta fuit. Re tamen cognita, conuersa multitudine, Agathocles occiditur. & mulieres in vltionẽ Euridices patribus iussis sustinentur. Morte regis suppletio meretricum, velut expiata regni infamia, legatos Alexandrino ad Romanos miserunt orantes, vt tutelam pupilli susciperent, tuerenturque regnum Ægypti: quod iam Philippi & Antiochi, facta inter se pactione diuisisse dicebant.* His adeò Iustinus, in principio sequentis libri. *Mortuo Ptolemæo Philopatore, contemptaque parvuli*

D. Hieronymus de Antiocho mag. no hoc interpretatur.

Iustinus, ea quæ dicta sit.

D. Hieronymus confirmat.

Vita Philopatoris turpissima.

Eius mors.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Romani qua occasione Asiam sibi subiecerint.

*parvuli filij eius ætate, qui in spē regni relictus, prædā domesticā erat Antiochus rex Syriæ occupare Ægyptū statuit. Itaq; Phœnicem cæterasq; Syriæ quiētē, sed iuris Ægypti cuitater cū mouisset, legatos ad eū Senatus Romanus mittit, qui denunciarēt ei, abstineret à regno pupilli, postremis patris præcibus fidei sua tradiri. Quibus spretis interim eodē tempore, alia legatio superuenit, quæ missa pupilli per quā, ciuitatem iure belli factos populi Romani in integrū restitui iubebat. Admoniti, belli denūciatur, quod isle facile susceptū, infœliciter gessit.* Sic Iustinus.

*Filij quoque prævaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem, & corruant.*

D. Hier. hæc habet.

PVgnantibus contra se, Magno Antiocho, & ducibus Ptolemęi, in medio posita Iudæa, in contraria studia scindebantur: alijs Antiocho, alijs Ptolemæo fauentibus. Denique, Onias sacerdos, assumptis Iudæorum plurimis, fugit in Ægyptum, & à Ptolemæo honorifice susceptus, accepit eam regionem, quæ Heliopoleos vocabatur, & concedente rege, templum inibi extruxit, simile Hierosolymitano: quod permansit vsque ad impetum Vespasiani, annis ducentis quinquaginta. Ipsa autem vrbs quæ vocabatur Onię, dimicantibus postea Iudæis aduersus Romanos, ad solum vsque delera est, vt neque vrbis, neque templi vllum reliquiæ vestigium. Sub occasione igitur Oniæ pontificis, infinita examina Iudæorum, Ægyptum confugerunt. Asserebat enim Onias se vaticinium implere Isaiæ scribentis in c. 19. *Erit altare Domini in Ægypto, & titulus Domini, in terminis eius*: & hoc est quod nunc dicit Daniel. *Filij prævaricatorum populi tui*, scilicet qui dereliquerunt legem Domini, volentes in alio loco, præterquam iussum erat, victimas Deo immolare: *Extollentur in superbiam, & visionem*, hoc est Domini præceptum, se implere iactabunt, *sed corruent*: quia templum, & dux postea destruentur. Cumque Antiochus teneret Iudæam, miłus Scopas Ætoli filius, dux Ptolemæi partium, aduersus Antiochum fortiter dimicauit, ceptique Iudæam, & optimates Ptolemæi partium, secum abducens in Ægyptum reuersus est. Hæc fere sumpta sunt ex commentario D. Hieronymi, super hunc locum Danielis.

Templū in Ægypto ab Onia conditum.

Quod autem in superadictis verbis scripsit Hieronymus, de templo Oniæ, quod in Ægypto simile Hierosolymitano est conditum, ex Iosepho petitum est: qui hanc historiam sic narrat in decimo tertio libro antiquitatum, & capite trigesimo libri septimi de bello Iudaico, ex quo loco, pauca hæc referre libet. *Oniæ Simonis filius, vnus ex pontificibus, ex Hierosolymis fugatus, quo tempore Antiochus Epiphanes rex Syriæ cum Iudæis bellū gerebat, Alexandriā venit, & à Ptolemæo Philometore susceptus humanissimè, propterea quod Antiocho erat inimicus, promittit ille gentem Iudæorum eius se auxilio sociaturum, si consentiret sibi templum in aliqua parte Ægypti ædificare, & patrio more Deum colere. Ita enim & Antiochum magis offensum fore Iudæi qui templum Hierosolymitanum vastauisset, ipsosque Iudæos ipsi futuros eiusdem benevolentiores: plurimosque ad eum religionis causa venturos. Parvit his Ptolemæus, & locum ei dedit, centum octoginta stadijs à Memphi distantem. Hieropolystanus autem ille tractus dicitur, vbi castello fabricato, Onias templum quidem dissimile Hierosolymitano, turrim autem simile extruxit, ingentibus saxis exstructa sexaginta cubitum. Aræ autem fabricam secundum patrium ritum fecit: & denarijs similiter exornauit, præter candelabri confectionem. candelabrum enim non fecit, sed informatum auream lychnum, tanquam sudaris luce radiantem de aureo cathena suspendit. Totum vero templum spatium, cocto latere circumdedit, saxeas portas habente. Concessit etiam rex plurimum agri peculiique ad redditus annuos, vt nihil deesset quod ad cultum Dei vitæ peragendum pertineret. Non tamen hæc Onias sana voluntate faciebat, sed erat ei contentio cum Iudæis Hierosolyma degentibus, quod ab illis vrbe pulsus, peregrinari cogeretur. Itaque templo hoc ædificato, sperabat ad id se omnem Hierosolymis multitudinem euocaturum. Prædixerat vero Isaias annis ante nongentis septuaginta, extructum in Ægypto templum in Ægypto, à quodam viro Iudæo, quod vaticinium in hoc Onia fuit impletum. Ac templum quidem sic est ædificatum: Lupus autem rector Alexandriæ, accepta licentia Vespasiani imperatoris, cum ad templum venisset, ablatis nonnullis donariis, templū occlusit. Postea Paulinus, qui de morte Lupi successit, neque donariorū quidquam reliquit, neque ad templū religionis causa adire volentes admisit, sed clausis foribus ita fecit in accessum vt ne vestigium quidem diuini cultus in eo resideret. Tempus autē fluxerat, vsque ad occlusionem templi, ex quo fuerat ipsum ab Onia conditum, anni trecenti triginta tres.* Hæc Iosephus.

Cæterum, hoc loco iterū iterūq; admonere lectorem, non alienū duco. Primo quidem, ex iis quæ de templo Oniæ Iosephus & D. Hieronymus prodiderūt, manifestū potest esse lectori, non plane ignaro chronologiæ tempus quo fuerit illud templū Oniæ, verius definiuisse D. Hieronymū, vt supra retulimus, ducentis quinquaginta annis, quam Iosephū in proximè memorato loco, annis trecentis triginta tribus. Constat enim, ipso teste Iosepho, templū illud desiisse, imperante Vespasiano, esse autē ædificatū, regnante in Ægypto Ptolemæo Philometore, & quidem circa vigesimū regni eius annū, vt in chronicis signauit Eusebius. Porro, ab exordio regni Philometoris, quod incidit in centesimā quinquagesimā olympiadē, vsque ad obitū Vespasiani,

Iosephus de templo Oniæ quid sentiendum sit.

Reprehēsio Onię.

Templū Oniæ destructū.

Animaduersio in Iosephū prima.

Universidad de Deusto
Biblioteca



hoc est, vsq; ad olympiadem centesimam decimam quartam, non plus ducentis sexaginta annis, præteriuit.

Alia in Iosephũ animadu. Illud quoque animadvertere conuenit, in supradictis verbis Iosephi: quæ paulo supra, ex libro septimo eius de bello Iudaico protulimus, esse manifestum & insigne admodũ chronologiæ erratum, minimè quidem Iosepho adscribendum, sed aut librariorum seu typographorum inscitiam aut incuriam referendum. Traditur enim ibi, Esaiam prædixisse constructionem templi in Ægypto, quam fecit Onias nongentis septuaginta annis priusquam fieret: quod sanè procul vera est. Nam & ipse Iosephus in libro decimotertio Iudaicarum antiquitatum, tempus illud, paulo ante sexcentos annos fuisse traditi & sanè ab initio regni Oziæ regis Iuda, quo regnante, cœpit Isaias vaticinari vsque ad ædificationem templi Oniæ, minus septingentis annis effluxisse repetiemus.

Ioseph. li. 13. c. 8.

Tertia in eundem animadu. Denique illud etiam ignorare lectorem nolumus, in eo falsum esse Iosephũ, quod existimauit, vaticinium illud Isaiæ in capite decimonono, de altari in medio Ægypti erigendo: pertinuisse ad hoc templum Oniæ, & tum fuisse completum. Etenim Isaias ita prædixit illud, vt tanquã piæ ac religiosè factum, & ad illustrandum Dei nomen, & gloriam spectans, vehementer commendet, ac prædicet. At Oniam, improbo animo pertinaciq; consilio adductum esse, ad ædificandum illud templum, Iosephus ipse testimoniũ perhibet. Et verò, re ipsa loquitur: fuit enim illud impiè factum, contra legem Mosis: quæ nisi vno in loco quem Deus elegerat, templum fieri, & Deo sacrificari vetebat. Nec verò non id etiam Daniel indicauit hoc loco, dicens: *filij prauaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem, & corruent.* Quasi dicat, Iudæi quidem prævaricati, & violantes legem Mosis, aggredientur in Ægypto constituere templum Deo, falsò iactantes, ea re impleri ab ipsis visionem, & vaticinium Isaiæ, sed opus, vt improbe atque impiè susceptum erit, sic illis infœliciter succedet, nec sanè hoc, perpendenti verba Isaiæ, obscurum, aut dubium esse potest: sic enim ait, *in die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum, & erit terra Iuda Ægypto in pauorem.* Hoc sanè non euenit tempore Oniæ, vel, dum illud templum fieret, Subdit Isaias, fore vt tunc omnes Ægyptij cognoscant, & colant Deum, & vt sit maxima concordia inter Ægyptios, Assyrios, & Iudæos. Quis non videt, hæc tẽporibus Oniæ vel eius templi, nullo modo contigisse? Totum igitur illud vaticinium Isaiæ, ad Christi Domini aduentum, & tempus legis Euangelicæ pertinet. Aud. Hieronymum, in eius loci commentario id

Terria in eundem animadu. Locus Isaiæ ex cap. 19. exeuntis. Deut. 12.



ipsum confirmantẽ. *Ab hoc loco*, inquit *vsque ad finem Ægyptia visionis, & Iudæi, & nostri, de Christi aduentu intelligere uolunt sed illi vota sua differunt in futurũ: nos quasi iam transacta tenemus.* Hinc Eusebius libro primo de demonstratione Euangelica, capite quarto, hoc testimonio Isaiæ, pugnans contra Iudæos, pertinuit, fore aliquando, vt antiquata lege Mosis, alia danda esset à Deo mortalibus, longe melior, atque præstantior. Si enim lex Mosis per omne huius mundi æuum perduratura fuisset, cum extra vnum à Deo electum locum, vel extitit templa, vel sacrificia fieri, ea lex omnino prohiberet, nunquã profecto, quod Isaias prædixit de altari erigendo in medio Aegypti, omnique cultu diuino inibi ab Aegyptijs, vero Deo religiosè exhibendo, ad effectum peruenire potuisset: essetque talium Isaiæ vaticinium. Vide eundem Eusebium libro secundo eiusdem operis, capite trigesimo quinto: & libro sexto capite vigesimo, & libro nono capite secundo.

D. Hiero. li. 5. com. in Isa.

Eusebius ex hoc loco quid colligat.

*Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas: & brachia austri non sustinebunt: & consurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitudo, & stabit in terra inclyta, & consumetur in manu eius.*

HOrum verborum Danielis, hæc est interpretẽ D Hieronymo sententia, *Antiochus Magnus, volens Iudæam & Syria vrbes plurimas priori bello à se amissas recuperare, maximo cum exercitu venit in eam regionem, & Scopam ducem Ptolemæi, iuxta fontes Iordanis, vbi nunc Paneas condita est olim certamine, fugauit, & cum decem millibus armatorum obsedit clausum in Sidone. Ob quam liberandam, misit Ptolemæus duces in Ægyptios, Eropum, & Menecleam & Damaxenum. Sed obsidionem soluere non potuit, donec fame superatus, Scopas muros dedit: & cum sociis dimissus est. Quod autem hic dicitur, comportabit aggerem, significat præsidium Scopæ in arce Hierosolymorum adhibentis & tuentibus Iudæis, multo tempore fuisse ab Antiocho oppugnatum, captumque simul cum aliis vrbibus, quæ prius à Ptolemæi partibus tenebantur, Syria Celesyria, & Lycia. Eo enim tempore cap. tas sunt, Aphrodisias & Solæ, & Zephyrion & * Mobli, & Anemurium, & Selenus, & Choræsium, & Coricus & Indetace & Lymira, Eymida & Patara, & Xanthus, & ad extremum Ephesum & Magnesiam & Tralles, & omnes vniuersas Græcæ & Romanæ narrat historias. Hæc Hieronymus: mutuatus videtur ex Polybio:*

Scopas dux Ptolemæi vincitur ab Antiocho Magno.

* Mallos legit Victorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iosephus lib. 12. Antiq. cap. 5. Iudæi patient Antiocho Magno.

ex Iosepho, qui hanc ipsam historiam cõmemorans in libro duodecimo antiquitatum Iudaicarum, ita scribit. *Tandem vitior Antiochus, Iudæam suæ ditioni adiecit. Defuncto enim Philopatore, filius eius magnũ exercitũ, duce Scopa, misit Cœlesyrii, qui & multas eius vrbes, & nostram gentẽ, vt in potestatẽ eius attraxit. Aliquanto autem post, Antiochus, ad fontes Iordanis cum Scopa prælio congressus, fit superior, eumque recepisset, occupatas à Scopa vrbes Cœlesyriæ, simul Samariæ, Iudæi quoque vltro dedentes se fecerunt: recepitque intra mœnia eius exercitum & Elephantes, liberaliter aluerunt: & oppugnantibus præsidium in arce à Scopa relictum, impigrè auxilium tulerunt. Quamobrem Antiochus, aquum ducens aliquam Iudæis præstare fuarum partium referre gratiam, scripsit ad amicos, & duces suos, literas testes beneficiorum quæ in ipsum Iudæi contulerant: in quibus etiam significabat, quemadmodum remunerari eos decreuisset.* Atque hoc Iosephus etiam

Polybius hæc eadẽ scripsit.

Polybii testimonio ex libro historiarum eius decimo sexto probat. *Scopas*, inquit Polybius, *copiarum Ptolemæi ducẽ, ad maritimam versus impetu, per hyemem, Iudæorum gentem subegit, ac paulo post in eodem libro, narrat quomodo victo Scopa, Antiochus Batanæã Samariæ, Gadara, & Abilã recepit, mœnique Iudæi, qui Hierosolymis & celebre eius templũ incolũt, ad eum defecerunt, de quo cũ multa essent dicenda, ait se in aliud tempus differre.* Hæc autem scripta Polybii iam pridem interciderunt: & ad illustrãdum D. Hieronymi cõmentarium hæc retulisse, non fuerit alienum.

Ex Hier. hæc supra sunt. Latis terę Iudææ.

Sequitur in verbis Danielis: *& stabit in terra inclyta, & consumetur, siue perficietur in manu eius.* Tertiam inclytã septuaginta interpretes verterunt, terrã voluntatis, hoc est quæ complaceat Deo. Symmachus vertit terrã fortitudinis: quod Dei fortissimi munita præsidio, fortissima sit & inexpugnabilis. Aquila, quem Hieronymus est secutus, transtulit terram inclytam. At quo his vocabulis designatur Iudæa, ac proprie Hierusalem. Hanc enim terram commendans scriptura, vocat terram spatiosam, egregiam, præcipuam. Vide Exodi tertium caput, & Ezechielis vigesimum: alias appellat, terram inclytam, deliciosam, fluentem lacte & melle. Significat igitur Daniel, Antiochũ venisse in Iudæam & Hierosolymam, ibique obtinuisse ac perfecisse, quicquid volebat: nimirum Iudæis se vltro ipsi dedentibus, & ipsum honorificè recipientibus, atque omni studio opeque adiuuantibus. Theodotio in sua translatione reliquit vocabulum ipsum Hebraicum, Sabin: & quia versionẽ Theodotionis sequitur Theodoretus, super isto vocabulo, hunc in modum scribit. *Quædam exemplaria habent, in terra Sabar: & quidã eorum, qui Hebraicam vocẽ Græce transtulerunt, ad terram voluntatis appellauerunt, significantes nimirũ, terrã promissionis:*

Theodoretus.



*quæ dicitur terra voluntatis, quod Deo cara & dilecta esset: secundum quod in Psalmo septuagesimo septimo scriptum est: montem Syon quem dilexit Dominus, & in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Sabair autem significat virtutem siue exercitum: vt etiam existimari possit, Iudæa dicta terra Sabair, id est, virtutum seu exercituũ: quod à Deo magis quam si maximo & validissimo exercitu munita esset, tuebatur, atque defenderetur.* Sic ex Theodoreto.

*Et ponet faciem suam, vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo, & filiam feminarum dabit ei, vt euertat illum: & non stabit, nec illius erit.*

VOlens Antiochus, inquit Hieronymus, *non tantum Syriam & Ciliciam, & Lydiam, & alias prouincias, quæ Ptolemæi fuerant partium, possidere: sed in Ægyptum quoque regnum suum extendere: filiam suam Cleopatram per Eucleam Rodium septimo anno regni adolescentis desponsat Ptolemæo: & decimo tertio anno tradidit: data ei dotis nomine, Cœlesyria & Iudæa.* Vocat autem Daniel Cleopatram, *filiam feminarum, per plenasmum, vt est illud poeticum, sic ore locuta est: & illud, vocemque his auribus hausi:* vel filiam seminatũ dixit, id est, formosissimã & pulchertimam feminam. Illud, & *non stabit*, significat, non successurum Antiocho consilium inuadendi & obtinendi regnum Ægypti, sub obtentu eiusmodi matrimonij. Nãque Ptolemæus Epiphanes, & duces eius, sentientes dolum Antiochi, cautius se gesserunt, & Cleopatra magis viri partes, quam patris sonit. Huc etiã spectant quæ Iosephus li. 12 Iudaicarũ antiquitatum ad hunc modum scribit, *Post hæc Antiochi amicitia & fœdere coniunctus est Ptolemæus, data in matrimonium Cleopatra filia, concessaque ei dotis nomine, Cœlesyria una cum Phœnice, Iudæaque & Samaria: diuisisque inter vtrumque regem vectigalibus, æstimatæ, suæ quisque patriæ exactionem earum redimebant: & collecta quæ imperata essent pecunia, conferebant eam in regium ærarium.* Appianus vero Alexandrinus in Syriaco significat Antiochum, meru Romanorum, quos prospiciebat aduersum se bellum comparare, voluisse eo matrimonio denincere sibi Ptolemæum: vt eius, atque aliorum regũ affinitatibus fultultus, robustior esset ad resistendum Romanis. Sic autem scribit Appianus. *cum Antiochus bellum à Romanis contra se parari nõ obscure cerneret, affinitatibus sibi reges fiuitimos cõstituere studuit, & Ptolemæo qui de in Ægyptũ misit Cleopatrã filiã suã cognomine Syriam, gratis inferiore Syria illi offerens, quã ipse Ptolemæus patri eius olim*

D. Hieronymus hæc habet in hunc locum.

Virgilius. & 2. Aen.

Iosephus li. 12. c. 2.

Appianus.

Tres filiæ Antiochi Magni quibus datæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*ademerat: quo videlicet iuuenem demereretur, & in bello contra Romanos, constantiorem redderet. Alteram filiam cognomine Antiochiam, Ariarati Cappadocum regi: tertiam Eumeni, Pergami imperanti dare instituit: quam tamen, bellum cum Romanis futurum prauidens, uxorem reuocat.* Hæc Appianus.

*Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrij sui, & opprobrium eius conuertetur in eum.*

Antiochus Asiæ insulas plurimas occupat ex D. Hier. hæc narrantur

CVm Antiocho consilium de occupanda Ægypto, per Cleopatram, quam Ptolemæo desponderat, ex animi sententia non cessisset: aliam rationem iniuit proferendi, ac dilatandi imperij. Conuertis enim in Asiam viribus suis, nauali que certamine, aduersus plurimas insulas dimicans, cepit Rhodum, & Samum, & Colophonem, & Phocæam, & alias multas insulas, multasque Græciæ ciuitates vi expugnatas sibi subiecit. Lege Appianum, de his in Syriaco latius atque distinctius scribentem. Sed occurrit ei, ait Diuus Hieronymus, Lucius Scipio Nasica, cum fratre suo Publio Scipione Africano, qui Annibalem vicerat. Cum enim consul Nasica hebetioris esset ingenij, & contra regem potentissimum, Senatus ei bellum nollet edere: spontaneam legationem obtulit Africanus pro fratris iniuria. Hanc historiam, strictim hic tactam à D. Hieronymo, fusius enarrat Liuius lib. trigesimo octauo, Plutarchus in vita Scipionis, & Appianus in Syriaco: ex quibus auctoribus licet intelligere, lapsum memoria fuisse hoc loco D. Hieronymum: qui Lucium Scipionem, eum qui vicit Antiochum, ex eoque cognomentum Asiatici promeruerit, dicat fuisse Nasicam: qui non frater germanus Africani, sed consobrinus fuit. Nam, vt tradit Plutarchus, duo fuere fratres, Publius Scipio, & Cneus Scipio, qui multis rebus præclare gestis, in Hispania occubuerunt. Huius Cnei Scipionis, filius fuit Publius Cornelius Nasica, vir consularis & triumphalis, qui cum adolescens esset, pro accipienda matre Idæa, in tota ciuitate, est vir optimus iudicatus. Publij autem Scipionis gemina fuit, & sane perquam eximia proles: Publius Scipio, qui ob deuictum Annibalem Africamque, dictus est Africanus, primus omnium Romanorum, deuictæ à se gentis cognomento insignitus: & Lucius Scipio: qui superato Antiocho, Asiaque, quæ eis Taurũ montẽ est, ei adempta, Asiaticus est cognominatus. Theodoretus super his verbis Danielis, hoc modo scribit: *Multis insulis in suã ditionẽ redactis illarum principes, imperio abdicauit, eiusmodi reddidit, qui ludibrio haberẽtur: verum, nec ipse opprobrij, quos alios affecit, expers fuit. Romani enim illo ad Thermopylas de bello*

Excutitur sentẽtia Diu. Hieronymi.

Scipiones apud Romanos maximè nobiles. Plutar. in vita Scipionis.



*bellato, cùm essa eius ingẽtis audacia, mille imposuere talentorum tributum, quod sibi in annos singulos soluere coegerunt: & filium eius Antiochum, cognomento Epiphanem acceptum obsidem, Romæ habuerunt, quod etiam narrat prior liber Machabæorũ capite primo.* Sic Theodoretus.

Theodoretus.

Quãtum fuerit tributum, à Romanis Antiocho Magno impositum. Iustinus. Appianus.

Quod autem Theodoretus dicit, de anno tributo mille talentorum ab Antiocho Romanis pendendo, idem tradit Eusebius in chronicis: apud Iustinum in libro trigesimo primo, inter cõditiones pacis factę à Romanis cum Antiocho, nullũ de eo tributo est verbum: quamquam proximè sequenti libro non obscurè id significatur: cum dicitur, Antiochum fuisse tributo Romanorum valde grauatum, & oppressum. Appianus in Syriaco scribit, Romanos imposuisse Antiocho, ad rependendos belli cum ipso gesti sumptus, talenta Euboica, statim quidem soluenda, quingenta, dum vero fœdus à senatu approbaretur, duo millia & quingenta: annis præterea duodecim subsequentibus, decem millia & quingenta, quæ per partes, singulis annis Romam deferrentur. Titus Liuius libro trigesimo octauo scribit, tributum Antiocho iniunctum, fuisse argenti probi, Attica talenta duodecim millia, intra duodecim annos, æquis pensionibus persoluenda: ita vt quodlibet talentum, non minus penderet octoginta pondo. Ita Liuius. Ex quo sumptum videtur, quod Eusebius & Theodoretus de tributo talentorum prodiderunt.

Titus Liuius.

Locus ex 2. cap. 8. Machabæorum explicatur.

At enim, videtur tributũ illud fuisse duorum millium talentorum: sic enim legimus in octauo capite posterioris libri Machabæorum: *Constituit Nicanor, vt regi Antiocho Epiphani, tributum quod Romanis erat dandum duo millia talentorum, de captiuitate Iudæorum suppleret*, nisi credere volumus, illud tributum fuisse postea, vel in ipso Antiocho Magno, vel in eius filijs duplicatum: aut fortasse Nicanor voluit duo millia talentorum colligere: vt haberet rex pecuniã in promptu, & tributo Romanis soluẽdo, & aliis sumptibus faciẽdis sufficientem. Illud porro quod in supradictis verbis Danielis positũ est, *& rectã faciet ei, vt conuertat illud*, hanc habet sententiã: Antiochum Magnum, collocata in matrimonium filia sua Ptolemæo Epiphani, & data ei nomine dotis Cœlesyria, & Iudea: præ se tulisse, bona fide, rectoque animi sensu pacem se facere cum Ptolemæo, cum tamen id dolose ac malitiose fecisset: ratus eo matrimonio, meliorem sibi datum iri occasionem, ad Ptolemæi regnum inuadendum. Simili dolo aliquot post annis visum fuisse Ptolemæũ Euergetem, septimum Ægypti regem, data in vxorem Alexandro regi Asiæ filia sua Cleopatra, in primo libro Machab. ca. 10. & 11. scriptum est, vbi sic est. *Exijt Ptolemæus in Syriam verbis pa-*

Doli & fraudes regum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*eiſcit: & eperiebant eiciuitates, & occurrebant eiqui à manu tuerat eis rex Alexander, vt exirent et obuiam ea quod facer ſuus eſſet, ciuis autem introiret ciuitates Ptolemæus ponebat cuſtodias militũ in ſingulis ciuitatibus: & ingreſſus Antiochiam, impoſuit diuidemata capiti ſuo Ægypti & Aſiæ.*

Varia lectio & interpretatio.

Cæterum illa verba, quæ proximè ſequuntur, *ceſſare faciet principem opprobrij ſui, & opprobrium eius conuertetur in eum*, varia habent lectionem, variasque interpretationes, ob idque perobſcurum intellectum. Nicolaus de Lyra, hui ſmodi memorat noſtræ lectionis expoſitionem: *ceſſare faciet principem opprobrij ſui* id eſt ſeipſum, quia inuadendo multas ciuitates & vanitates: procurauit ſibi opprobrium ſuum: nam illæ ciuitates, & ipſiſmet conſæderatæ erant Romanis, quamobrem miſſus in Aſiam contra Antiochum Scipio, eum rebellauit: ingentique damno & dedecore affecit: vnde ſubditur, *& opprobrium eius conuertetur in eum*. Verùm hanc interpretationem non probat Lyranus, dicens eam contrariam eſſe textui: quia per hoc Antiochus non fecit opprobrium ſuum ceſſare, ſed magis illud fecit augeri. Quo circa, inquit, recurrendum eſt ad literam Hebraicam, quæ talis eſt: *& reducet Dominus opprobrium eius ſuper eum*, videlicet, propter blaſphemias contra Deum ab ipſo iactas, incurrit Antiochus dictum opprobrium. *Et abſque opprobrio ſuo reddet ei*, quia nimirum propter blaſphemias Antiochi, nihil Deo damni, nihil dedecoris acceſſerat. Hæc Lyranus. Cuius expoſitionem videtur adiuuare tranſlatio Pagnini, quæ ſic habet hoc loco: *& ceſſare faciet princeps probrio afficientem Deũ, ne quiſpiam probrum ſuum inferat ei.*

Lyrani expoſitio

Reprobatur Lyrani expoſitio.

Sed propterea hæc mihi interpretatio non videtur probabilis, quod nullus modo probatus auctor tradat, Antiochum iniuriosa, & contumelioſa verba in Deum Iudæorum dixiſſe, quin contrà, fuiſſe eum benevolum ac benignum Iudæis, libro duodecimo antiquitatum Iudaicarum affirmat Ioſephus. Theodoretus legens, numero multitudinis, *ceſſare faciet principes opprobrij ſui*, interpretatur de principibus variarum gentiũ, quos Antiochus à ſe bello victos, tanta clade & dedecore afflecerat, vt non ſolum eos ad ſibi reſiſtendum inualidos, ſed etiam ad ignominiam & probrum inſignes, atque notabiles fecerit. Vatablus ſic legit hanc locum: *& princeps compeſcet eius probra retorquens in eum ſinzomai ſuo dedecore*, & ità exponit, *princeps*, id eſt, Scipio Africanus, coget eum deſiderere incœpto. Ceſſare ità faciet eius probrum, quo afficiebat Romanum populum, ſociaſ eius inſulas, & ciuitates inuadendo, *ſine omni ſuo dedecore*, hoc idem valet, quod, in dedecus illius, quaſi diceret, ignominiam eius retorti faciet in caput ipſius.

Theodoreti lectio & interpretatio.

Vatabli item.

Nec



Nec mihi diſplicet interpretatio, quam habet gloſſa interlinearis: ſecundùm quam, Antiochus ab Ægypto couertens ſe in Aſiam, & inſulas, ceſſare fecit, id eſt fecit quieſcere principem, id eſt, Ptolemæum Epiphanem, à quo, probro eſt affectus, ademptis ſibi per Scopam ducem eius, plurimis ciuitatibus: maximè verò à parte ipſius Ptolemæo Philopatore, à quo iuxta Raphiam, vt ſuprà diximus, magno cum dedecore & vitæ periculo victus eſt. Illud autem, *& opprobrium eius conuertetur in eum*, ſic exponi poteſt: probra & damna quibus gentes à ſe victas, afficiebat: vertentiu & redundabunt in ipſum: ſimilibus enim malis à ſe, victus à Romanis, afficietur.

Gloſſæ interlineatis expoſitio quæ maximè probatur

## *Conuertet faciem ſuam ad imperium terræ ſuæ, & impinget, & corruet, & non inuenietur.*

De morte Antiochi Magni variæ ſententiæ, & primus D. Hieronymus.

Victus à Romanis Antiochus, intra Taurum regnare iuſſus eſt: & inde fugit ad Apameam & Suſam, & vltimas regni ſui penetrauit vrbes: cumque aduerſus Elymæos pugnaret, cum omni eſt deletus exercitu. Et hoc eſt, quod nunc Scriptura dicit: Antiochum cum multas cœpiſſet inſulas, victũ à Romanis, regnum Aſiæ perdidiſſe, & ſic opprobrium eius cõuerſum eſſe in caput ipſius: denique fugientem de Aſia reuerſumque ad imperium terræ ſuæ, impegiſſe & corruiſſe: videlicet, cum vniuerſo exercitu ſuo cæſum ab Elymæis, ſic D. Hieronymus. Cui ſimillima, in libro decimoſexto tradit Strabo: nam loquens de potentia Elymæorum, propter quam tam Parthorum, quam Macedonum dominationem detrectabant, ſubdit, *Antiochum Magnum, qui Beli templum ſpoliare conatus eſt, finitimi Barbari ex ſeſe oriundi interemerunt*. Paulò ſecus morte Antiochi Magni deſcribit Iuſtinus libro 32. *Antiochus*, inquit, *cùm graui tributo pacis à Romanis premeretur, & victus oneratuſq; eſſet, ſeu inopia pecuniæ compulſus, ſeu auaritia ſollicitatus, qua ſperabat ſe, ſub ſpecie tributariæ neceſſitatis, exactiones ſacrilegia commiſſurum, adhibito exercitu, noctu templum Dindymes (vel vt alij codices habent) Dodonæi Iouis aggreditur: igna re prodita, concurſu incolarum cum omni militia interficitur*. Nicolaus de Lyra, & Carthuſianus ſuper primum caput poſterioris libri Machabæorum, & Melchior Canus in lib. 2 de locis Theologicis, c. 11, cenſuerunt Antiochum Magnum fuiſſe eum, cuius interitus narratur in li. 1. c. 1. Machabæorum. Sed hanc opinionem eſſe falſam, ſuprà in libro 9 manifeſtis argumentis conuincimus. Neſcio equidem, vnde acceperit Plinius, quod prodidit in libro de viris illuſtribus, Antiochum Magnum à ſodalibus ſuis, quos in conuiuio temulentus pulſauerat, eſſe occiſum.

2. Strabo nis.

3. Iuſtini.

4. Lyrani, & Carthuſiani. Plin. c. 34.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio, & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio.*

Refellitur interpretatio Theodoreti, & Porphyrij.

NOn rectè Theodoretius hæc verba refert ad Antiochum Epiphanè. Siquidem, proximè post de eo loquitur Daniel, quem prædicit huic, de quo nunc verba facit, in regnum esse successurum. Verum, remotior à veritate, atque absurdior est interpretatio Porphyrij, qui sicut hoc loco testatur D. Hieronymus, exposuit hæc de Ptolemæo Epiphane rege Ægypti, qui Seleuco regi Syriæ, & filio Antiochi Magni fit molitus insidias: & aduersus eum præparauerit exercitum, & ideirco à suis ducibus veneno sit interemptus. Nam cũ vnus ab illo quæreret, tantas res moliens, vnde habiturus esset pecuniam: respondit sibi amicos esse diuitias: quod cum diuulgatum esset in populis, timuerunt duces, ne suis illos bonis, atque opibus spoliaret: quapropter illum maleficis artibus interfecerunt. Sic explanauit hunc locum Porphyrius: *Sed quomodo*, inquit B. Hieronymus, *potuit in loco magni Antiochi stare Ptolemæus, qui nec illi successit in regnum, nec fecit quod narrat Porphyrius. Præsertim autem cum septuaginta interpretes, pro eo, quod nos vertimus, & stabit in loco eius, transtulerint, & stabit de radice eius plantatio id est, de stirpe, & semine eius. Constat autè, Ptolemæum Epiphanè non fuisse de semine Antiochi Magni.* Hebræi, referente eodem Hieronymo, hunc de quo loquitur Daniel, interpretãtur Thryphonem, qui tutor pueri Antiochi cum esset, occiso eo, arripuit imperium: & quia non erat regali genere, & animo: propterea vilissimum & indignum decore, regio, hic à Danielì appellari: lege quæ de hoc Thryphone scripta sunt apud Iustinum lib 36. & in extremo priore libro Machabæorum. Sed non congruunt Thryphoni, quæ hic dicuntur. Non enim stetit Thrypho in loco Magni Antiochi: vt ait hoc loco Daniel: neque enim proximè successit illi in regnum, sed septimo demum loco, sex nimirum regibus ipsum prægressis, Seleuco, Epiphane, Eupatore eius filio, Demetrio, Alexandro, & filio eius Antiocho. Quod si lectionẽ septuaginta interpretũ hoc loco sequimur, qui vertunt: *stabit de radice eius plantatio*, manifestius apparet hæc Danielis verba non posse in Thryphonem competere, quippè qui ex magno Antiocho genus minimè duxerit. Vera igitur, & germana huius loci interpretatio est, quam in suo commentario ponit S. Hieronymus, significari a Daniele his verbis, Seleucum cognomento Philopatorem, filium Magni Antiochi, proximum que in eius Asiæ regna successorem. Qui, quoniam nullis rebus præclarè gestis, nec patris nomini, nec imperij magnitudini respondent

Contra Hebræorum interpretationẽ disserit. Libr. 1. Mac. c. 15

Vera interpretatio Diui Hieronymi.



dent, inglorius periit, à suis interfectus: propterea à Daniel vocat eum vilissimum & decore regio indignissimum: prædicitque eum non in furore, nec in prælio, id est, fortiter dimicando, periturum. Cuius Seleuci mortis genus, docet nos Appianus in Syriaco, ita scribens: *Decessit Antiochus Magnus cum regnum tenuisset triginta septem annos, relictis duobus filijs. Quorum maior natu Seleucus, annis duodecim exiliter tamen & infirmè ob paternam eladem regno præfuit: & ex insidijs Heliodori cuiusdã ex suis, incautè occisus est. Heliodorum porrò regnum suscipere conantem, Eumenes, & Attalus reges, vt pepulere, Antiocho Epiphane in regem substituto.* Consideret lector, annus, a quo Seleucum esse occisum scribit Appianus, fuerit Heliodorus ille, qui missus à Seleuco, vt traditur in capite tertio posterioris libri Machabæorum, ad expilandum templum Hierosolymitanum, mirabili animaduersione Dei castigatus, incœpto desistere coactus est. Sed illud difficilem habet explicatum, quòmodo hic dicat Daniel, hunc Seleucum in paucis diebus contritum iri: cum ex Seueto Sulpitio in libro secundo sacræ historiæ, Eusebio in chronicis, & Appiano in Syriaco, Seleucum per duodecim annos regno potitum esse constet? Nisi fortè, quia nihil magnum, & memorabile gessit, & ignauus, atque indignus imperio iudicatus est: propterea, vel non regnasse, vel ad breuissimum tempus regnasse dicatur. Nec euadunt ex hac difficultate, qui locum hunc, de Ptolemæo Epiphane, vel Antiocho Epiphane interpretantur: vt potè quos etiam complures annos regnasse, ex antiquis, & probatis historijs manifestum est.

Mors Seleuci ex Appiano

Heliodorus in templi spoliatione castigatus. Dubitatio de annis regni Seleuci.

BENE-

Universidad de Deusto
Biblioteca



# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER XIIII.

### Explicatur reliqua pars capitis vndecimi, vbi fusè de Antichristo disputatur.

### PRÆFATIO.

D. Hieronymus de sententia reliquæ partis huius capitis vndecimi.

AD hæc vsque verba: *Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius.* &c. De historico, & germano prophetiæ Danielis sensu, inquit D. Hieronymus, mira est interpretum concordia, ne ipso quidè Porphyrio à nostris doctoribus discrepante. Superiora enim omnia Danielis verba ad reges Persarum, & Græcorum, maximè verò ad reges Syriæ, & Ægypti pertinere, cõcessu omnium manifestum, & indubitatum est. Cætera verò, quæ ab hoc loco Danielis sequuntur, vsque ad finem capitis duodecimi, non æquè perspicua confessamque habent expositionem. Siquidè Porphyrius, ea omnia interpretatur de persona Antiochi Epiphanis, qui filius fuit Magni Antiochi, & post Seleucum fratrem, regno Syriæ vndecim annos est potitus, maximisque calamitatibus tandem afflixit, atque contriuit, sicut duobus in libris Machabæorum disertissimè narratur. At vero doctores Ecclesiastici, & ferè antiqui patres, hæc omnia de Antichristo prophetari arbitrãtur, qui vltimis mundi temporibus futurus est. Si quis autem quærat, cur tot reges in medio reliquerit sermo propheticus, à Seleuco videlicet, vsq; ad consummationem mũdi: respondendum est idè, quod suprà respõsum est, cum historiã de regibus Persarum tractaremus, & causam aperiremus, cur Daniel post Cyrum, quatuor tãtum reges posuerit, & decè alios silentio transiliens, repente venerit ad Alexandrum Magnum. Nimirum, hæc est consuetudo Scripturæ sanctæ, non vniuersa narrare, sed ea, quæ maiora, & insigniora videãtur, quæque ad rem suã spectẽt, exponere. Nec officit huic sententiæ, multa eorum, quæ sequuntur in Persarum

Cõsuetudo Scripturæ est non vniuersa narrare, sed insignia quæque



personam Antiochi conuenire. Censent enim partes Antiochum gessisse figuram Antichristi, & quæ in illo ex parte præcesserunt, in Antichristo ex toto esse complenda. Solet enim diuina Scriptura, futurorum veritatem, in variis typis, ac figuris præmittere, atque præsignificare. Cuius rei luculentum habemus exemplum in Psalmo 71. qui cum præ notetur nomine Salomonis quædam tamen continet; quæ Salomoni, aut ex, aut nullo modo, Christo autem Domino nostro verissimè, & perfectissimè conueniunt. Neque enim regnum, & nomen Salomonis, cum Sole, & ante Lunam fuit: nec ille imperium suum extendit ad terminos vsque orbis terrarum: neque omnes gentes seruierunt ipsi, neque benedictæ sunt in ipso omnes tribus terræ: verum, quia Salomon figura fuit Christi, hæc in illo ex parte, & adumbratiè acta sunt, in Christo perfectissimè impleuda. Sicut igitur Saluator noster, habet Salomonem, & alios sanctos in typum aduentus sui: sic, & Antichristus, pessimum regem Antiochum, qui sanctos persequutus est, templumque violauit, typum sui habuisse credendus est. Sequamur igitur expositionis ordinem: & iuxta vtramque explanationem, quid aduersarius, quid noster videatur, breuiter adnotemus. Hactenus ex D. Hieron. quæ diximus, fere sumpta sunt. Simillima horum docet Theodoretus, superiora illa verba Danielis, quæ sunt paulò post initium huius capitis declarans, *lacerabitur regnum eius, etiam in externos*. Docet enim, regnum Græcorum, multis retro annis fuisse perquam simile imperio Romanorum. Illud enim, suprà in octauo capite, similitudine hirci significatum est: hoc, sub figura truculentissimæ cuiusdam bestiæ, cuius, nec non ea, nec forma expressa est. Illud regnante Alexandro Magno floruit, & potentissimum fuit, post eius verò interitum, multos in principes diuisum, valdè imminutum, & debilitatum, & ante trecentos annos ad nihilum penè redactum est, hoc longo tempore, per maximam orbis partem dilatato dominatu, maxima gloria potentiaque præcelluit: sed paulatim, quasi magnitudine sua laborans, & labascẽs, in varios principatus, & regna discreptum, claritatem, & potentiam, maiorem in modũ perdidit. Et sicut constracto magno illo cornu hirci, i. mortuo Alexãdro, apparuerunt in hirco quatuor cornua, i. quatuor successores regni Alexandri, ex quorum vno, exiit cornu modicũ i. Antiochus Epiphanes, qui maximis malis Iudæos percussit, sic propè finem mundi, diuisum erit Romanum imperium in decẽ reges, quo tempore Antichristus existet, pessimus omnium mortaliũ, qui post orbẽ conditũ fuerunt, & crudelissimus omnium Christianorũ hostis: à quo maior, quã ante id temporis vnquã fuerit contra Ecclesiam Christi, concitanda est persecutio. Quoniam igitur

Antiochus figura Antichristi, vt Salomõ Christi. Theodoretus. Regnum Græcorũ multis retro annis fuisse perquam simile imperio Romanorũ ostenditur.

Antichristus omnium mortaliũ pessimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



anus, & erudeliſſimus Chriſtianorum hoſtis.

igitur in regno Græcorum, & Romanorũ multa ſunt ſimilia, ideo mixtè de illis Daniel loquitur, miſcens, & confundens ea, quæ conueniunt Antiocho, cum his, quæ pertinent ad Antichriſtum. Oportet igitur lectorem ad ea diſtinguenda peritiorem eſſe, vt ſciat, quid, & de quo, propriè dicatur vnumquodque. Simile huius cernere licet in doctrina euangelica apud Matthæum cap. 24. Cum enim Chriſtus dixiſſet, templum Hieroſolymitanum vſque adeo deſtructum iri; vt non eſſet relinquendos lapis ſuper lapidẽ, interrogantibus illum diſcipulis, *quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui*, duplici eorum interrogationi, duplex item Chriſtus, ſed promiſcuum miſtumque, dedit reſponſum: ſimul ea dicens, quæ Hieroſolymis euentura eſſent, & quæ in conſummatione ſeculi futura erãt. Intereſt autem eorum, qui citè ſunt in diuinis initiati myſteriis, quæ his & illis ſunt congruentia temporibus & perſonis, bene diſcernere. Sic Theodoretus.

Auctoris in hoc opere cõſilium.

Nos igitur Theodoreti, D. Hieronymi, aliorumque patrum perſequendis veſtigiis, noſtram interpretationem, à vera Danielis verborum ſententia, minimè aberraturam exiſtimamus. Quapropter, in explanandis vaticiniis, quæ reliqua parte huius capitis vndecimi: & toto c. duodecimo, perſcripta ſunt à Daniele. Sic interpretationẽ diſtinguemus: vt quæ ſoli Antiocho Epiphani conueniunt, quę item ſoli competunt Antiochriſto, nec non etiam, quæcunque vtrique communiter aptari poſſunt, diſtinctè, expreſſeque lectori oſtendamus. Verũ, quia dum non indiligenter interpretari volumus oracula Danielis, quorum non pauca propriè ſpectant ad Antichriſtum, neceſſe fuit ſparſe in hoc libro multa de Antichriſto, nec ieiunè, nec incuriosè tractari, viſum nobis eſt, ante ingreſſum interpretationis, nonnulla de Antichriſti nomine præloqui: ſimul etiam præmonſtrare, præcipuos auctores, eorumque ſcripta, è quibus potiſſimum exprompta ſunt, quæ de Antichriſto docere inſtituimus. Videlicet, hoc fecimus, tum ne ſæpius eadem memorando, atque inculcando, ſuperuacuè prolixiorem tractationem, non ſine faſtidio legentium, faceremus: tum etiam, vt vel ex ipſa tam grauium, & nobilium ſcriptorum auctoritate, quę poſtea fuſius de Antichriſto dicenda ſunt, fidem apud lectores præſumerent: ne quiſpiam fortaſſe, vel ex noſtro ſenſu fícta, vanaque hominum commenta, vel incertis auctoribus temere vulgata, crederitque ſuſpicaretur. Atque ab hoc, quod poſteriore loco propoſuimus, quia breuius expedietur, ordiri placet.

Cur hic nonnulla de Antichriſto præfari operæ car.

Vnde ſumpta, ſint, quæ de Antichriſto

Quæcunque igitur in hoc libro de Antichriſto tractãda ſunt, ea nos fere ſumpſimus, partim ex ſacris, partim ex eccleſiaſticis ſcriptoribus. Ex ſacris, velut ex capite ſeptimo, vndecimo,



mo, & duodecimo Danielis: quibus locis dupliciter agitur de Antichriſto, partim hiſtoricè, narrando ea, quæ ſoli Antichriſto vere proprieque conueniunt: partim per typum & ſignificationem ſcilicet Antiochi Epiphanis: nam multa quæ de illo rege ſecundum hiſtoriam dicuntur, etiam per figuram competunt Antichriſto. Etenim quæ geſſit Antiochus aduerſus Iudæos, ſimillima eorum, contra Chriſtianos in conſummatione mundi factorus eſt Antichriſtus. Deinde, ex verbis Domini noſtri, quæ ſunt apud Ioannem cap. 5. & apud Matthæum c. 24. quæ ſuo loco inſita commemorabuntur: ex doctrina beati Pauli quæ ab eo traditur in poſteriore epiſtolæ ad Theſſalonicenſes capite ſecundo, denique, ex variis locis Apocalypſis beati Ioannis, maximè vero ex capite decimo tertio. Scriptores autem Eccleſiaſtici, è quibus pleraque mutuati ſumus, plurimi ſunt, omneſque meliores notæ auctores: ſed imprimis Irenæus, qui de Antichriſto ſcripſit in libro quinto aduerſus hæreſes: Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi decima quinta, interpretes Danielis, præſertim vero Diuus Hieronymus & Theodoretus: interpretes quoque libri Apocalypſis, & beati Pauli, ſuper ſecundum caput, poſterioris epiſtolæ ad Theſſalonicenſes, beatus Ephrem in ſermone de Antichriſto, Hippolytus martyr in oratione, quæ inſcribitur de conſummatione mundi, & de Antichriſto: Lactantius in libro ſeptimo diuinarum inſtitutionum: Seuerus Sulpitius in dialogo, cui nomen Gallus: D. Gregorius in variis libris moralium, beatus Auguſtinus diuerſis in locis: Proſper in libro de promiſſionibus & prædictionibus Dei, Damaſcenus in libro quarto de hác orthodoxa, capite 27. Taceo nunc alios, nam quia vel inferioris ſunt claſſis, vel quia rarius nobis auctoritate eorum vtendum eſt, ſuis locis illi nominabuntur.

De nomine Antichriſti.

Sed veniamus ad id, quod propoſitum erat prioti loco, & latius explicari oportet. Nomen Antichriſti, ſi notionem eius vocis perpendas generale eſt, & dicitur de omnibus qui contrarij ſunt Chriſto Domino. Nam & Ioannes prioris Epiſtolæ capite ſecundo dixit, *nunc Antichriſti facti ſunt multi*: & Apoſtoli, atque eorum diſcipuli, Antichriſtos vocare ſolebãt, principes hæreticorum, & eos maximè, qui negabant Dominum noſtrum, eſſe Deum, aut eſſe verum hominem: aut eſſe Meſſiam illum à Deo promiſſum: vnde Ioannes primæ Epiſtolæ cap. 4. *Omnis*, inquit, *ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe ex Deo eſt: & omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus.* Verum nomen Antichriſti, ex illa generali ſignificatione contractum, proprie aſſignatum eſt ei, qui in fine mundi ſuper omnes qui ante ipſum fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca



sint, Christo, & omnibus sectatoribus eius contrarius est futurus. Sed quibus rebus erit ille Christo contrarius? multis sane, atque his maximè insignibus & notabilibus. Christus natus est ex pudicissima virgine, Antichristus ex impurissima fœmina, & per fornicationem, sic aiunt Hippolytus, & Damascenus. Corpus Christi in vtero virginis formatum est opera spiritus sancti: corpus Antichristi, in vtero matris, opera diaboli tale formabitur, vt ex naturali temperamento sit propensissimum ad vitia. Nec desunt, qui putent illum generatum iri a Dæmone incubo, nō quidem proprio, sed alieno semine, ad vitiosum illud corpus fingendum accomodatissimo. Atque hic maximè cauendum est lectori, ne fortasse permotus auctoritate Hippolyti, in errorem eius à patribus damnatum, impingat. Potuit ille, Antichristum non alium fore, quàm ipsummet diabolum, sub specie simulata humani corporis, & naturæ: non enim verum fore hominem. Verba eius ita se habent. *Christus Dominus ex immaculata virgine natus, in figura carnis humanæ, hostem expulcauit, sua diuinitatis propria potentia. Ad eundem modum diabolus ex impura muliere prodidit super terram, sed falsò nascetur ex virgine. nam Christus veram carnem & præter peccatum, nullis per omnia similem assumpsit: diabolus carnem secundum visionem tantum & opinionem assumet, & phantastica carnis subsistentia: organi vice vtetur. Propterea edetur ex virgine, veluti spiritus, qui qualemcumque reliquis apparebit caro.* Sic Hippolytus. Quam opinionem, tacito eius nomine, damnat D. Hieronymus, aduersus eam vrens illis verbis Danielis, quæ sunt in capite septimo: *& ecce oculi, quasi oculi hominis, erant in cornu isto.* Hoc, inquit Hieronymus, *propterea dictum est, ne putemus Antichristum ita quorundam opinionem, diabolum esse futurum, sed vnum de hominibus, in quo totus sathanas habitaturus sit corporaliter.* Et Damascenus, *non*, inquit, *diabolus fiet homo instar humanationis domini: sathanas enim sed nascetur homo, ex fornicatione & suscipiet omnē operationē sathanæ. Nam præsciens Deus irrationalitatē futuræ vitæ voluntatis, permittet, vt illi inhabitet diabolus.* Quod autem dixit Hieronymus, totum sathanā in Antichristo habitaturū corporaliter, non significat diabolum coniunctum iri Antichristo secundum vnionem personalem: aut penitus animæ ipsius alapsurum, hæc enim præter Deum, nulli sunt possibilia: sed illis verbis significare voluit Hieronymus diabolum habitaturum omnino, i. tam secundum animā, quam secundū corpus, Antichristum in sua potestate, ita vt in ipso, & per ipsum omnem malitiæ suæ vim exeat, atque exerceat. Sed Antichristum fore verum hominem, non autem ipsum Diabolum sub figura hominis, vt credidit Hippolytus, præter ecclesiasticos auctores confirmat etiam beatus Paulus, appellans eum hominem peccati, & filium perditionis: hoc est, hominem, qui futurus est ipse maximus omnium peccator, & in grauissimos errores atque peccata quam plurimos inducturus: & vocat filium perditionis, quod futurus ipse sit perditissimus miserrimeque peritturus, quique multos à se deceptos, æterna perditione secum trahet in tartarum. Subdit etiam Paulus, aduentum Antichristi, futurum secundum operationem sathanæ, quod non dubie significatur, eum fore diuersum sathanæ. Denique Paulus, inquit de Antichristo, *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui:* hoc autem minimè competit in diabolum, in quem videlicet mors & interitus non cadit.

Antithesis Christi, & Antichristi.

Error Hippolyti Antichristum non alium fore, quàm diabolum sub specie humanæ naturæ resuscitatum Damasc. l. 4. de fi de orth, cap 25. 2. Thess. 2 Quomodo sathanæ corporationē suscipiet.

Cur homo peccati & filius perditionis,

à D. Paulo dicitur Antichristus.

2. Thess. 2

Verum pericquamur cœptam Christi & Antichristi in rebus omninò contrariis, comparationem. Christus plenus spiritu sancto, eius ductu ad omnia facta, dicta, & cogitata mouebatur ac dirigebatur, itaq; nihil ab eo proficiscebatur, nisi sanctū Deoque gratissimum, Antichristus, totus à dæmone obsessus, atque possessus, quamquam non ob id vsu liberi arbitrij priuatus, eius incitatu ad omnia flagitia impelletur, adeo vt nihil, quod vel moraliter bonum sit, acturum esse, eum non temere liceat existimare. Iam verò, vita, moribus, & conuersatione, Christo erit maximè cōtrarius. Christus sua humilis, vsque ad formam serui, seipsum abiiciens, Antichristus superbissimus erit, vsque ad vsurpationem diuini nominis & honoris, se ipsum extollens. Christus, placidus & mitis, velut agnus & columba: Antichristus vt leo, & serpens, atque draco, ferox & truculentus: horum enim animalium sæuissimorum nominibus, scelestus ille in diuinis literis insignitus est. Christus mirè pius & religiosus erga Deum, eiusque voluntati per omnia obsequentissimus: Antichristus contumeliosus in Deum, & blasphemus erit, quā ob causam in Apocalypsi dicitur esse plenus nominibus blasphemiæ, Christus, integerrimus ac simplicissimus, sine fuco & dolo veracissimus ac fidelissimus: Antichristus: fraudulentissimus, callidissimus simulator & hypocrita, mendax pariter atque fallax. Christus, gaudebat & sociabatur humilibus, & simplicibus: & timentibus Deum: Antichristus versabitur cum iis qui improbitate, & impietate præter cæteros insignes erunt, cum magis, incantatoribus, quippe maleficis & abominatis artibus studebunt. Sane quales futuri sint Antichristi sectatores, amici, & ministri, mirabiliter expressit Ioannes in Apocalypsi capite 9. ad similitudinem locustarum, propriis eius colonibus depingens, si quis proprietates earū locustarum allegoricè intelligens, ad sectatores Antichristi scienter accommodet. Age verò, quam diuersum

Antithesis Christi & Antichristi.

Sectatores Antichristi quam belle præfigurentur in Apo.

Apo. 13.

erit Christi & Antichristi propositum, quàm diuersus, immo aduersus vtriusque finis? Christi finis fuit, docere homines veritatem, in hoc, dixit ipse apud Ioannem, ego natus sum, & veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: venit ille, vt omne genus hominum, peccati & mortis necessitate constrictum, exoluceret atque liberaret, vt Deum verum, paucissimis mortalium cognitum, per vniuersum orbem manifestaret, & ad eum vite colendum, omnes adduceret: denique vt opprimeret vt imperium diaboli, quo cunctos mortales tenebat oppressos, penitus euerteret. Finis Antichristi erit, plane contraria docere & facere: sed in primis, suadere hominibus, Dominum Iesum non fuisse verum Messiam, nec Dei filium, nec legem eius esse bonam & vtilem hominibus: se autem esse Deum, promissumque Iudæis Messiam. Christus contempsit, & contemnere docuit, omnes mundi huius diuitias, delicias, honores, atque dignitates: quin cum regem ipsum facere vellent Iudæi, fugit, testatusque Pilato est, regnum suum non esse de hoc mundo. Contra super omnes homines, Antichristus erit ambitiosissimus, cupidissimusque laudis, gloriæ, & imperij, quas res per summam vim acquirere conabitur, atrocissima gerens bella, plurimum fundens humanum sanguinem, maximasque bonorum, qui ei parere recusabunt, faciens strages. Christus caput fuit omnium bonorum: at Antichristus caput erit malorum. Verum, non omnino simili ratione: illud simile in vtroque quod sicut omnium bonorum & sanctorum hominum, Christus fuit optimus & sanctissimus, ideoque merito caput, & perfectum exemplar omnium virtutum, omnisque sanctitatis ceu seruitio Antichristus, quia omnes improbos, qui post orbē conditum fuerunt, sunt, que, & vsque ad extremum mundi erunt, nequitia, impietate, crudelitate, omnique genere improbitatis longe superabit, propterea recte ponitur malorum caput, & exemplum. Verum, illud dissimile est, quod Christus vertissimè caput est bonorum: nam quemadmodum ex capite, motus & sensus defluit, & per omne corpus dispensatur: sic ex Christo, quicquid boni est in sanctis viris profluit, ipse enim omnis gratiæ, omniumque bonorum ad æternam vitam pertinentium, causa fuit, non tantum exemplaris, sed meritoria & efficiens. Hoc autem dici non potest de Antichristo, neque enim ipse eorum hominum, qui ante ipsum fuerint, nequitiæ & improbitatis causa esse poterit.

Ioan. 18.

Ioan. 6. & 18. Quomodo Antichristus caput sit malorū, sicut Christus bonorū.

Sed concludamus tandem hanc comparationem. Christus Dominus eo tempore natus est, quo tempore maxima toto orbe pax erat, & Romanum imperium ab vno principe Augusto tranquillissimè ac florentissimè regebatur. Hoc nempe fuerat à Dauid prædictum in Psalmo septuagesimo primo, *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* At cum veniet Antichristus, exitiabilium bellorum incendio, totus deflagrabit orbis: & Romanum imperium à decem regibus discerptum ac dilaceratum, non tantum robur, & dignitatem, sed etiam nomen suum prorsus amittet. Tertullianus in libro ad Scapulam, & in libro de resurrectione carnis, & in Apologetico. Optatus etiam Mileuitanus in libro secundo contra Donatistas. Lactantius quoque libro septimo diuinarum institutionum, capite vigesimo quinto, docent fuisse antiquissimam, & Apostolicam traditionem, Romanum imperium pariter cum ipso mundo ituruum & casurum, eundemque futurum vtriusque finē & interitū: māsurū namq; Romanū imperiū vsque ad Aduentū Antichristi. Id quod visum est nonnullis, significasse Paulum illis verbis, quæ sunt in capite secūdo posterioris epistolæ ad Thessalonicenses: *nisi venerit primum discessio, & reuelatus fuerit homo peccati, &c.* discessionem namque interpretantur illi, defectionem hominum ab imperio Romano. Ponam hic verba Lactantij: quippe hoc breuiter dilucideque ostendit: cum eum dixisset, finem mundi non longius à sua ætate ducentis annis abesse: subiicit hæc. *Etiam res ipsa declarat lapsum vniuersamque rerum brevi fore, nisi quod incolumi vrbe Roma, nihil istiusmodi videtur esse metuendum. At vero, cum caput illud orbis corruerit, & ruere cœperit, quod Sibylla fore aiunt: quis dubitet venisse tam finem rebus humanis, orbique terrarum illa est ruina communis, quæ adhuc sustentat omnia: prescandumque nobis, & adorandus Deus est, si tamen statuta eius, & placita differri possunt, ne citius quam putamus tyrannus ille abominandus veniat, aut tantum facinus moliatur, ac lumen illud effodiat, cuius interitu mundus ipse lapsurus est.* Hæc Lactantius. Tradunt illi ipsi auctores, quos supra nominaui, solitos olim Christianos: assidue religioseque Deo supplicare, pro conseruatione ac felicitate Romani imperij, videlicet, persuasum illi habebant, quoad staret & floreret Romanum imperium, non esse venturum Antichristum: & differri atrocissimam illam Ecclesiæ persecutionem quam aduersus Christianos in fine seculi, Antichristus concitabit.

Antichristus quādo venturus.

Sententia multorum fuit, Romanum imperium, vsque ad tempora Antichristi permansurum.

Lactantius mundi finē quādo futurum dixerit.



Adnotauit D. Hieronymus in suis commentariis super hoc caput vndecimum Danielis, quosdam scriptorum Ecclesiasticorum opinatos esse, non alium fore Antichristum, quam ipsum Neronem, qui in fine mundi venturus est, vt qui Ecclesiam Christi in eius exordio, primus crudeliter persequutus est: idem sub finem eius, & prope mundi interitum, eandem crudelissimè persequatur. Scilicet hoc illos putasse verisimile est,

Antichristum fore Neronem quidam putant.

ptopter magnitudinem crudelitatis & turpitudinis, qua cunctos mortales Nero superauit. Certè id memorat etiam Seuerus Sulpitius in libro secundo sacræ historiæ, cum de Nerone scribit. *Nero*, inquit, *creditur, etiamsi se ipso gladio transfixerit, curato vulnere eius seruatus: secundum illud quod de eo scriptum est in Apocalypsi, capite decimo tertio: & plaga mortis eius curata est. Idemque putatur sub finem seculi mittendus, vt mysterium iniquitatis excerceat.* Verum, idem Sulpitius, in dialogo secundo, hæc de Nerone & Antichristo, à beato Martino prodita, Gallum facit referentem: ante finem seculi, Neronem, & Antichristum esse venturos: Neronem in occidentali plaga, regibus in pactis decem imperaturum, persecutionem autem ab eo easdem exercendam, vt idola gentium coli cogat. Ab Antichristo autem, ostendit se imperium esse capiendum: qui quidem, sedem & caput regni Hierosolymam sit habiturus. ab illo vrbem & templum esse reparandum: illius eam persecutionem futuram esse, vt Christum Dominum cogat negare se potius Christum esse confirmans: omnesque secundum legem Moïs circuncidi iubeat, & ipsum denique Neronem ab Antichristo esse perimendum: atque sub illius potestatem, vniuersum orbem, cunctasque gentes esse redigendas: donec aduentu Christi impius opprimatur. Non esse autem dubium, quin Antichristus malo spiritu conceptus esset etiam in annis puerilibus constitutus, ætate legitima sumpturus imperium.

Seuerus Sulpitius putauit Neronẽ futurum Antichri stum.

Religio mihi esset, hic præterire silentio, quod fuerit beati Augustini de istiusmodi opinione iudiciũ: cum enim in libro vigesimo de ciuitate Dei, & in capite decimonono, tractaret locum illum Pauli ex secundo capite posterioris epistolæ ad Thessalonicenses, sane obscurissimum, & ex quo prædicta opinio quasi caput sustulit. *Et nunc, quid detineat scitis, vt reueletur in tempore suo: iam enim mysterium operatur iniquitatis. Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat, subdit Augustinus. Ego prorsus quid his verbis dixerit Paulus, me fateor ignorare: suspiciones tamen hominum quas vel audire vel legere de hac re potui, non tacebo. Quidam putant, hoc de imperio dictum fuisse Romano: & propterea Paulum non ita aperte scribere voluisse, ne calumniam videlicet incurreret: quod Romano imperio male optauerit, cum speraretur æternum: vt hoc, quod dixit, iam enim mysterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi: cuius iam fallaciæ Antichristi, videbantur Vtde nonnulli ipsum resurrecturum, & futurum Antichristum suspicarentur. Alij vero, nec eũ occisum putant: sed fabricatum potius, vt putaretur occisus: & occultari in vigore eius ætatis, in qua fuit, cum crederetur extinctus: donec*

Locus Pauli ex 2. c. epi. ad Thes.

D. Augustini sententia.



*donec suo tempore reueletur, & restituatur in regnum. Sed multũ mihi mira est, hæc opinantium tanta præsumptio.* Sic Augustinus. Nihil igitur ea opinione Augustini iudicio temeraria, sed est præterea omnino improbabilis. Nam siue Nero non sit mortuus sed viuat, victurusque sit vsque ad finem seculi: siue mortuus fuerit, & in fine mundi, ante generalem hominum resurrectionem, sit in vitam reuocandus: neutrum profectò fine maximo diuinæ omnipotentiæ miraculo fieri potest. Deum autem tanto miraculo, Neronem, aut viuum tot secula conseruare, aut mortuum ad vitam esse reducturum: scilicet hominem flagitiosissimum, & pestilentissimũ humano generi, futurumque, vt ipsi dicunt, Antichristum, Christianus animus plane respuit credere. Cui etiã fidẽ illud addit, quod secũdũ antiquã traditionẽ futurus Antichristus creditur Hebræus, & ex Hebræis generandus: quod ad illã de Nerone opinionem, minime quadrat.

Neronẽ non fore Antichristũ ostendit.

Cæterum, hæc de Antichristo legenti: illud fortasse mirandum accidet, cur passurus sit Deus horrendum illud omnis nequitiæ atque improbitatis monstrum, & illam Ecclesiæ suæ calamitatem ac pestem in tertis existere. Verum explorata cognitaque causis, diuini eius eam rem consilij ac prouidentiæ, protinus excidet admiratio. Nimirum, aduentus Antichristi, multum proficiet in bonum, & in gloriam electorum, patiter que ad improborum confutionem, atque condemnationem. Principiò, ea re, pernotesceret hominibus, quanta sit malitia diaboli, quantum odium generis humani, quam insatiabilis cupiditas perdendi bonos: tunc enim omnem malitiæ suæ atque crudelitatis vim ostendet, effundet, & per Antichristum exercebit. Deinde, ex eo clarissimè agnoscitur beneficiũ prouidentiæ Dei: qui diabolum tam potentem, & pernitialem hominum hostem, ab exordio mundi, vsque ad finem eius tenere, quasi vinctum, repressa eius potestate ne possit, quantum vellet nocere homini. Si enim solutus esset, fecisset omnia tempore, & faceret nunc similiter vt extremo seculo facturus perhibetur: Postea, quanto maior cæteris fortuna est illa persecutio, tanto illustrior erit bonorum fides & admirabilior in eã tolis malis ferendis superandisque patientia, & constantia. Quapropter arbitratur Hyppolytus, martyres illius tempori omnibus superiorum temporum martyribus fore præstantiores. Si cum igitur vltima Ecclesiæ persecutio, erit omnium atrocitatis: sic erit victoria illa Ecclesiæ omnium triumphorum eius clarissima. Ad hoc tanta erit illius nouissimi temporis, in omni flagitiorum, & sceleru fœditate immanitas, vt Antichristi aduentum promeritura sit. Solet enim Deus pro variis hominum mentis, varios illis principes imponere, qui,

Cur permittat Deus aduentum Antichristi.

Martyres futuri tempore Antichristi, eruntque cæteris illustriores.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quanta sub fine mundi futura sit Iudæorum improbitas ex Hippolyto demonstratur.

vel consolentur eos, vel affligant. Quanta sit futura illo tempore nequitia, & improbitas hominum, satis ostendit Dominus noster cum dixit, vix repertum iri tunc in terris fidem: & iterum, vt refrigesceret tunc caritas, & abundet iniquitas multorum. Et quales scripsit Paulus in capite quarto prioris epistolæ, & in tertio posterioris ad Timotheum, futuros homines nouissimis temporibus, tales plane tunc erunt: Audi quid Hippolytus de his tribus illius seculi scriptis reliquerit. *Omnes*, inquit, *tunc suo arbitratu viuent: filij manus iniicient in parentes: vxor viro suum tradet in mortem, vir vxorem suam, vt ream trahet in iudicium: domini erudeles erunt in seruos: serui aduersus dominos contumaces erunt atque infideles, senem nemo reuerebitur, nemo pauperum miserebitur: vigebunt tunc incantationes, & magicæ passiones: erunt in lupos monachi conchyssiones, & sectabuntur, qui sint mundi: nulla erit veritatis rerum sacrarum: nulla religio, temerare ac violare diuina.* Hæc & plura alia Hippolytus. Sic erigitur auctore Iob Deus facit regnare hypocritam propter peccata populi: ita propter multitudinem, & magnitudinem scelerum illius temporis, sinet regnare, & aliquandiu viribus præpollere Antichristum. Postremo id permittitur est Dominus, ad redarguendam, & conuincendam pertidiam Iudæorum, qui verum Christum noluerunt recipere, vltro recepturi Antichristum. Hoc prædixit Christus Iudæis apud Ioannem capite quinto *ego veni*, inquit, *in nomine patris mei, & non recepistis me: veniet alius in nomine suo & eum recipietis*: illum alium, in nomine suo venturum, & à Iudæis recipiendum, sic patres interpretantur Antichristum: Consona his sunt, verba illa Pauli in capite secundo posterioris epistolæ ad Thessalonicenses: *quia*, inquit, *caritatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis operationem erroris vt credant mendacio: vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Quam enim excusationem tunc afferent Iudæi, cur Christum Dominum, vt verum Messiam non receperint? Cauillabantur illi Domini nostri miracula, blasphemo ore dicentes, in principe Beelzebub esse facta: at veniet Antichristus reuera in principe dæmoniorum faciens, non vera, sed falsa & fallacia miracula, & illum tamen recepturi sunt. Negabant illi, Dominum nostrum esse Messiam, quod non esset ex stirpe Dauid, nec in Bethleem natus, quod tamen falcissimum erat: at recepturi sunt Antichristum, natum Babylone, vt mox dicam, & ex tribu Dan. Blasphemabant illi Christum, quod se Dei filium faceret, & æqualem Deo, Antichristus se solũ Deum adorari faciet ab omnibus, sibique templa dicari, erigi altaria, & publice sacrificia fieri

Locus Iob 34.

Locus Ioannis in capite quinto. Iudæi recepturi sunt Antichristu. Mat. 9 & 12. Luc. 11.

Ioan. 8.

Ioan. 11.

coget: nec ob id tamen non eum recipient Iudæi. Erunt igitur prorsus inexcusabiles.



Sed illud præterea videtur, his, quæ de Antichristo sunt dicenda, esse præmittendum, Antichristum esse nasciturum Babylone, è gente Hebræorum, & ex tribu Dan. Hoc enim ex antiquissima traditione accepimus: hoc ab Irenæo, Hippolyto, Cyrillo, Hieronymo supra hoc caput vndecimum, Augustino in libro Quæstionum, in Iosue, quæstione vigesima secunda, Prospero in libro de promissionibus, & prædictionibus Dei, Gregorio in libro trigesimo primo moralium, capite decimo, Ambrosio, & Rufino, in libris, quos scripserunt de benedictionibus Patriarcharum, & item a Beda super 49 cap. Geneseos, & Ruperto in libro nono cap. 2 de Trinitate, & eius operibus. Ab his enim, in explanando vaticinium illud Iacob de tribu Dan: *Fiat Dan sicut coluber in via, &c.* pro certo traditur, ex tribu Dan futurum tale Antichristum. Sicut igitur post diluuium, gigantes ædificare voluerunt turrim Babel, vsque ad cælum: sic extremo mundi tempore, Antichristus ædificare conabitur, & stabilire imperium suum, etiam vsque ad Dei contemptum. Et quemadmodum rex Babylonis, maximis calamitatibus afflixit, & contriuit populum Hebræum: ita populum Christianum vexabit, & perfunctabit Antichristus. Et quidem Antiochus Epiphanes, qui insigniter præfiguravit Antichristum, rex fuit Babylonis, vbi nasciturum diximus Antichristum. Fore autem eum ex tribu Dan, prædicti auctores ostendunt, ex verbis illis Hieremiæ, quæ sunt in capite octauo: *A Dan auditus est fremitus equorum eius, & à voce hinnituum pugnatorum eius commouebitur omnis terra.* Et ex eo vaticinio, quod Iacob in capite quadragesimo nono libri Geneseos edidit de tribu Dan: quod sic habet: *Fiat Dan coluber in via cerastes in semita mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro.* Quæ verba luculentè tractans, supra dicto loco Gregorius: *Hoc*, inquit, *vaticinium præcipuè pertinet ad Antichristum: qui futurus creditur ex tribu Dã. In cuius rei figuram, in libro Numerorum, capite secundo scriptum est, tribum Dan posuisse castra ad Aquilonem: videlicet, Babylon Antichristi patria, comparatione Iudæ, Aquilonaris est. Appellatur autem Antichristus in hoc vaticinio Iacob coluber in via, & cerastes in semita, quia duplici modo per deceptionem homines: nã mundana fœlicitatis amatores, lætam, & huius mundi viam ingredientes, mordebit: id est, decipiet, atque corrũpet lenocinijs, & blanditijs suæ prædicationis, & amplissimis promissis terrenorum bonorum. At verò qui angustam terunt semitã virtutis, & perfectionis: eos ille aduertitur tanquam cerastes: qui serpẽs gemmatum capite prætendit cornu.* Solet autem Scriptura vocabulo, cornu, denotare fortitudinem, & potentiam. Duplici ergo modo, & cerastes vero,

Antichristus nascetur Babylone, ex Hebræis, & tribu Dã probatur

Genes. 11.

Locus ex capite 49 Geneseos

Luculẽta tractatus a Gregorio lib. 31 Mor. c. 10 Num. 1.

Cur Antichristus dicatur coluber, &

Cornu in Scriptura, fortitudinē significat.

verò potentia ad subiugandos sibi homines, vtetur Antichristus: nam, vel fucatis blāditiis, & speciosis promissis alliciet, vel terribilis minis ad se pertrahet. *Mordebit vngulas equi*. Equus animal ambitiosi fastus, & superbiæ, designat: hunc mundum: equi vngula quæ extremum eius corporis est, significat Antichristum, nouissima mundi ætate, venturum. *Ascensor eius*, iudicat potestates, & principes huius mundi, qui ei quodammodo insident, & præsident: quique omnes suas cogitationes, cupiditates, cutas, & ipes in huius mundi bonis locatas, & fixas habent. Hos igitur mūdi præsides, & amatores, maximè decipiet, & dejicet Antichristus. *Vt cadas retro*. Hoc indicat, qualis futurus sit exitus reproborum. Cadunt boni, & cadunt mali: sed longè dissimilis est vtrorumque casus. Cadunt quidem boni, sed in iacte sua: nam etsi peccant nonnunquam boni, sua tamen peccata agnoscūt, & dignis pœnitentiæ lamentis eluunt. Audi Dauidē *Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & peccatum meum contra me est semper. Lauabo per singulas noctes, lectum meū, & lachrymis meis stratum meum rigabo*. Cadunt etiam mali, sed retrorsū enim vident quantum peccent: nam, vt ait Salomon: *Impij ambulant in tenebris, & nesciunt vbi corruant*: neque enim considerant, quantum malum sit in peccatoribus, nec quantū supplicij cuilibet peccato mortali, sit in inferno comparatum. Illud potro etiam à prædictis auctoribus traditum est, in odium, & execrationem Antichristi Ioannes in Apocalypsi capite septimo, recēsitis omnibus aliis tribubus Israel, solam tribum Dan, quòd ex ea futurus esset Antichristus, omisisse. Nam etiamsi, nec tribum Ephraim eo loci numerauerit, tamen pro ea posuit tribum Ioseph: siquidem postea in locum vnius tribus Ioseph, duæ tribus ex duobus filiis eius, Manasse, & Ephraim, suffectæ sunt. Atque hæc visum nobis est hoc loco, de Antichristo præfari. Nec cætera, quæ ad eundem spectant, deinceps, in explanatione verborū Danielis, suo quæque loco, opportunius reddemus.

Dissimilis casus bonorū atque malorum. *Psal.* 6.

*Prouer.* 4

*Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia, &c.*

Quomodo hæc ad literā de Antiocho intelligenda sint.

NOn est dubium, quin hæc verba Danielis, secundum historiam, & vt vocant, secundum literalem sensum, pertineant ad regem Antiochum Epiphanem. Hic enim stetit in loco fratris Selenci: qui ei proximè in regnum successit, clam, & fraudulenter regnū præripiens, Demetrio filio Seleuci maximè ipsum Epiphanē à diuinantibus, sicut inquit Appianus in Syriaco, Eumene, & Attalo. Aliæ regibus. Epiphanes igitur, vt ex



vt ex Porphyrio, & Suctorio refert hoc loco D. Hieronymus: *A principio non erat acceptus, vt rex: quippè ex iis, qui in Syria Ptolemæo fauebant, vbi ex dauitur honor regius: sed postea simulatione clementiæ, obtinuit regnum Syriæ: & in tantum preualuit potentia, vt brachia Ptolemæi ad est, exercitus & vires omnes expugnarit atque contriuerit. Cumq; ipse, dux, & auctor fœderis fuisset percussi cum Ptolemæo, & vltro pacem ei obtulisset: postea tamen insidias ei multas ost: Ptolemæum autem hoc loco intelligimus, non Epiphanem, sed eius filium Philometoren, qui filius etiam fuit Cleopatræ sororis huius Antiochi Epiphanis. Cum autem pater mortē Cleopatræ, Lagæus, Eulalius & Eulalius eunuchus, nutritus Philometoris, Ægyptum regerent: & repeterent Syriam fraude occupatam ab Antiocho, ortum est inter ipsum & Ptolemæum bellum.* Cæterum, vt prædicta Danielis verba, secundum historiam, verissimè conueniunt Antiocho Epiphani: ita, quia is fuit multis in rebus figura Antichristi, eadem verba per typum, rectissimè intelliguntur de Antichristo. Eulalius habet Vi clor. Antichristo subinde obscurus. & in ualidus erit.

Hic enim a principio, erit valde obscurus, abiectus, & nullius potentiæ, aut nominis: quamobrem Daniel, capite septimo, appellauit eum *cornu modicum*, velut in eius loci expositione Theodotion, & Hieronymus tradiderunt. Ioannes quoque in Apocalypsi, de Antichristo loquens, ait se vidisse bestiam de terra ascendentem: id est, Antichristum, qui primum humili, & infimo loco futurus erat. Latinorum enim prouerbio, ignobiles, & obscuri homines appellantur filij terræ. Paulatim tamen Antichristus vires acquiret, & potentiam augebit. Principium autē crescendi facier, conciliando sibi multos, qui eum iecerint, & potentiam eius quoquomodo extendant.

Quibus modis potentiā sibi cōparaturus sit Antichristus.

Sed quibus modis tantam potentiam, quantam habiturus est, sibi comparabit Antichristus? Enimuerò, cùm sit futurus omnium callidissimus, & vafer timus, prout varia erunt hominū ingenia, & studia, variis ipse artificijs vtetur ad circumuenientes homines, sibique subiiciendos. Equidem sex modos colligo, ex Patrum doctrina, quibus ille innumerabiles sui sectatores efficiet. Principio, eos qui studebunt virtuti, ac religioni, capiet specie, ac simulatione sanctitatis: præcipuè trium virtutum, castitatis, abstinentiæ, & pietatis. Et verò, Antichristum egregium fore simulatorem, & hypocritam, testantur Patres, Cyrillus, Ephrem, Damascenus, sed in primis Hippolytus, qui ad hunc modum scribit: *In primordijs suis Antichristus, clemens erit, quietus, religiosus, odio habens iniustitiam, detestans munera, idolatriā non admittens, amans Scripturas, obser uans sacerdotes, honorans senes, seruationes & adulteria reprobans, nō dans uires obtrectatoribus, hospitalis studiosus pauperū, pupillos, & viduas defendēs, dissidentes inter se pacificās, & concilians, multa*

Antichristus maximus simulator, & hypocrita est futurus.

dini-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*diuitiarum studium præ se ferent. Atque hæc omnia faciet consilio simulato, ac fraudulento, quò circumuentos omnes vt se regè crearent. Nam vbi populi tantas eius virtutes perspexerint, vno consensu constituent omnes vnum in locum, ad eruendum illum regem.* Sic Hippolytus.

Antichristus professor curiosarum artium.

Deinde, homines sciendi cupidos, & curiosos, trahet ad se, mira ostentatione scientiæ. Dæmon enim, docebit eum scientiam rerum multarum, & admirabilium, quæ nimirum, vel nullis moralium, vel paucissimis notæ sunt. Harum rerum, duo sunt genera. Sciet namque occultas vires rerum naturalium, quibus inuicem illis applicatis, & compositis, mirifica perficiet opera. Alterum est genus rerum fictarum, quas noscendi, incredibili mortales ardent cupiditate. Huc spectat, quod sub figura Antiochi de eo tactè dixit Daniel, capite octauo. *Et erit intelligens propositiones:* vel vt alij verterunt, *ænigmata*, quo significatur, eum fore intelligentissimum rerum obscurarum, ad quarum, scilicet intelligentiam, cæteri homines adspirare minimè possint.

Iudæos in primis decipiet Antichristus.

Iren. li. 5 ca. 25.

Posteà maximè omnium sibi Iudæos adiunget Antichristus, mentiendo se esse Messiam, & promittendo facturum se omnia, quæ sancti Vates prædixerunt, Messiam esse facturum. Sed eo præcipuè Iudæis placebit, quod prohibebitur se acerrimum hostem Christi & Christianorum, Iudæos autem recepturos esse Antichristum pro Messia, tradunt Patres, & probant illis verbis Christi, quæ sunt apud Ioannem capite quinto. *Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me: veniet alius in nomine suo, & illum recipietis.* Lege Irenæum, ac Damascenum prædictis locis, & Chrysostomum homilia quadragesima in Ioannem: & item Diuum Hieronymum, qui verba illa Danielis in hoc capite vndecimo, *simulabit se ducem fœderis*, pertinere ait ad Antichristum, qui faciet se principem fœderis, & testamenti Iudæorum, id est, Messiam. Verum, præter ea testes, diserte hoc tradit Hyppolitus. *Potissimum*, inquit, *gens Hebræorum præ omnibus. An ille Christo extra erit? dicentis, alium aliquid in generatione nostra talis & tam bona nullus homo inuenire poterit. Iudæi igitur, spernentes illum amplissimum patriarchæ imperio, his verbis eum allocquentur omnes, cui obtemperare volumus, agnouimus enim te insignem super omnem terram: omnes à te salutem consecuturos non sperauimus. & ex ore tuo iustum & incorruptum iudicium accipiemus.* Hippolytus. *Atque tantio quidem, mendax & iniquus ille, subdolè gloriam hanc repudiabit, at perseuerantes homines, & obsecrantes illum declarabunt regem.* Hactenus ex Hippolyto.

Largitionibus Antichristi maxima pars hominũ decipietur.

Ad hæc, quos videns Antichristus terrenorum bonorũ cupiditatibus incensos, quæ maxima pars mortaliũ est, eos pellicietmagnorum largitione munerum, & ampliorum præmiorum promissione. Hoc indicauit Daniel in hoc ipso capite, cùm paulò infrà dixit *multiplicabit*, scilicet Antichristus *gloriam illius* id est, sectatoribus suis, *dabit potestatem multis, & terram gratuito diuidet.* Quæ verba explanans beatus Hieronymus, *quos Antichristus*, inquit *minis & terroribus nõ subiugabit, eos subiugabit auaritia. Largietur enim deceptis munera, & terram suo diuidet exercitui.* Habiturum verò esse Antichristum immensam vim auri & argenti, ac diuitiarum, præsignificauit Daniel extremo hoc vndecimo capite, illis verbis. *Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis.* Tantas has diuitias comparabit sibi Antichristus, ex plurimis gentibus & prouinciis, quas à se debellatas, & suo imperio subiectas, bonis omnibus spoliabit. Diabolus insuper, ingentem copiam auri & argenti, ei suppeditabit, ex naturalibus venis vbi nascitur, ipsum eruens: id enim faciendi, dabitur tunc ei à Deo potestas: nunc autem eius rei facultas non illi permittitur, esset enim vehemens malorum omnium illecebra, & maximum hominibus ad peccata incitamentum, si posset dæmon arbitratu suo quibuscumque vellet diuitias elargiri.

Opulẽtia Antichristi.

Minis & terroribus alios ad se pertrahet.

Præterea, quos aliter non poterit Antichristus suos facere eos minis terroribusque concussos, atque tremefactos, ad sui obedientiam compellet. Etenim, tanta est futura eius persequutio, sicut infrà docebimus, vt pauci etiam de probatissimis viris, futuri sint, qui non succumbant. Atque hoc Daniel supra pronunciauit capite septimo, dicens: *Et præualebit aduersus sanctos*, Ioannes quoque in Apocalypsi c. 13. *Datum est*, inquit, *ei bellum facere cum sanctis, & eos vincere.*

Prodigia quæ faciet Antichristus.

Vltimus modus, & quidem omnium efficacissimus ad seducendos homines, quo vtetur Antichristus erit, faciendo plurima & admiranda prodigia. Nec solum ipse faciet, sed etiam in eius nomine facient ea, ipsius ministri atque sectatores. Nec de hoc vlla ratione dubitandum est: nam Dominus noster apud Matthæum capite vigesimo quarto, loquens de tempore Antichristi, dixit: *tunc surgent Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & facient signa & prodigia magna.* Sed quam magna, ita inquit, *Dominus, vt fieri potest, inducantur in errorem etiam electi.* Hoc luculenta oratione declarat beatus Gregorius, in libro trigesimo secundo moralium, capite duodecimo. Nam explanans illa verba Iob, quæ sunt in capite quadragesimo de Behemoth, *stringit caudam suam tanquam cedrum*, ait per caudam significari extremum mundi tempus, quo venturus est Antichristus, & quia hoc tempus breuissimum erit, breuiabuntur enim, vt ait Dominus, dies illi propter electos, propterea dæmon stringet eandam,

Insignis D. Gregorij de prodigijs Antichristi sententia Matt. 24

Universidad de Deusto
Biblioteca



dam, breuitatem temporis, magnitudine persecutionis compensans, veniet enim tunc magnam iram habens, vt est in Apocalypsi capite duodecimo, sciens quia modicum sibi tempus superest. Illud autem, *quasi tedrum*, significat extremi illius temporis persecutionem omnibus aliis, quæ fuerant antea persecutionibus, fore maiorem. *Sed quid est*, inquit Gregorius, *quod illa persecutio maxima omnium futura est, nisi quia tum diabolus, non solum per ministros suos, tormenta adhibebit: sed etiam miracula faciet? Nunc enim fideles mira faciunt cùm peruersa patiuntur, tunc autem diaboli satellites, etiam cùm peruersa inferrent, mira facturi sunt. Pensemus ergo, qua erit humana mentis illa tentatio, quando pius martyr, & corpus tormenta subijcit, & tamen ante eius oculos, tortor miracula facit. Cuius tunc virtus, non ab ipso cogitationum fundo quatiatur, quando is qui flagris cruciat, signis confortat? Dicatur igitur rectè, stringet caudam quasi tedrum, quia nimirum, & altus tunc erit veneratione prodigij, & durus crudelitate tormenti. Non enim sola tunc potestate exigetur, sed etiam signorum ostensione fulcietur. Vnde & per Dauid dicitur, insidiatur in occulto,* Psal.6. *quasi leo in cubili suo. Nam quia hic antiquus hostis, in cunctis suis viribus efferatur, sæuire per vtraque permittitur, vt contra electos in certamine, & fraude, & virtute laxetur: virtute per potentiam: fraude per signa. Rectè ergo, & leo, & insidiam dicitur insidiàs per miraculorum speciem, leo per fortitudinem secularem. Vt enim eos, qui apertè iniqui sunt perturbat, secularem potentiam ostentat: vt verò iustos etiam fallat, signis sanctitatem simulat. Illis enim suadet elationem magnitudinis, istos decipit ostensione sanctitatis.* Hæc beatus Gregorius.

Qualia sint futura prodigia quæ faciet Antichristus.

Sed quæ signa faciet Antichristus: Audi Hippolytum. *Leprosos mundabit, paralyticos sanabit, dæmones expellet, longinqua non aliter quàm præsentia denunciabit, mortuos suscitabit, transferet montes ante oculos spectantium, suis pedibus ambulabit super mare, deducet ignem de cælo, conuertet diem in tenebras, & noctem in diem: solem circumaget quocunque libuerit: denique omnia elementa sibi obtemperare demonstrabit. Adstabunt ibi innumerabiles dæmones in specie splendida angelorum, parati ad eius iussa capessenda: ipsumque variis canticis, & hymnis celebrabunt.* Sic Hippolytus. Verum nos hæc ipsi paulò distinctim dicamus. Faciet per simulationem Antichristus: imprimis ea miracula, quæ facturum olim Messiam, sancti vates prædixerunt. Deinde, faciet ea quæ maximi facere solent Iudæi, velut sunt prodigia, quæ in cælo fiunt. Iudæi namque non contenti tot & tantis miraculis à Christo factis: quærebant ex eo signum aliquod de cælo videre. Addit præterea Lactantius li. 7 c. 17. Antichristum etiam iussurum solē à suo cursu stare, & imagines loqui. Talia igitur faciet Anti-

Matth. 5. ca. 12.

Esa. 35.

4. Reg. 1.



Antichristus, iubebit enim ignem de cælo descendere, tum ad vindictam sibi repugnantium, sicut Helias de cœlo deuocauit ignem aduersus illos quinquagenarios, tum ad declarandum grata sibi esse & accepta eorum sacrificia, qui sacrificabunt ipsi, quemadmodum legimus in veteri testamento, Deum sæpenumero sacrificia, quæ ipsi erant gratissima, igne cælitus misso cōsumpsisse. Testificatur hoc ipsum de Antichristo Ioannes in Apocalypsi, scribens de Antichristo in capite decimotertio: *& feriet, inquit, signa magna, vt etiam ignem faceret de cælo descendere in terram, in conspectu hominum. & seducet habitantes in terra, propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ.* Faciet præterea signa quæ vulgo, & curiosis hominibus, ingentem facient admirabilitatem, huius generis sunt, facere animalia loqui humano modo: pueros & idiotas variis linguis vti, & de rebus abstrusiorum disciplinarum docte disputare: eiicere dæmonia ex humanis corporibus, clamantia, ipsum esse Messiam, & Deum. Iussu eiusdem, videbitur cælum aperiri, & spiritus, forma, splendoreque angelorum, descendere ad ipsum adorandum, mortuos etiam verbo ad vitam reuocabit.

Genes. 4. Iud 13. 3. Reg. 18.

An omnia promendacia, dicens ipsum esse venturum secundum operationē Sathanæ, in omni virtute, & signis, & prodigijs mēdacibus. Ideo B. Augustinus in lib. 20. de ciuitate Dei, c. 19. ponit hāc quæstionem vtrum propterea intelligendum sit, signa quæ faciet Antichristus, fore mendacia, quia non sunt futura vera, sed tātùm simulata & ficta, sensui quę humanos fallentia tam potius, ideo dicta sint mendacia, quod etsi vera sint futura, his tamē vsurus sit Antichristus ad fallendos homines, & in errorem inducendos. Augustinus quæstionem in medio relinquit, quasi iudicio lectoris, solutionem eius existimandam permittens. Verumtamen, non est arduum, propositā quæstionem discutere. Duo quippe genera sunt miraculorum, quæ facturus est Antichristus: quędā enim eiusmodi sunt, vt verē fieri nequeāt nisi per Dei omnipotentiā, superant enim omnes creatæ naturæ potestatem: cuiusmodi est, resurrectio mortuorum. Huiusmodi miracula, nō potest reuera facere Antichristus, & si quæ faciet, erunt ficta & plane mendacia. Alia sunt prodigia, quę possunt fieri potentia naturali, cæteris creatis præsertim cooperāte dæmone, & ad idem nimirum suā operā nauante. Hoc dixi, quia, vt docte disputat beatus Thomas in libro tertio aduersus Gētes, multi effectus admirabiles fieri possunt à causis naturalibus, si illis cooperētur, vel angeli boni, vel dæmones, qui sine eorū cooperatione nullo modo existere, quemadmodū arte atq; industria hominū, multa efficiātur, velut

Antichristus ad seducendos homines, & in errorem inducendos.

Locus Pauli ex 2. ca. 2. epist. ad Thessal.

Potentia dæmonū ad producendos effectus occultos & mirabiles qualis D. Tho li. 3. cōt. Gen. cap. 103.

Universidad de Deusto
Biblioteca



velut à pharmacopolis, alchimistis, & stillatoribus, ex variarum rerum naturalium mixtione ac temperatione, quæ citrà hominum opetam, nullo modo ad effectum peruenirent. Quoniam autem vires naturalium eiusmodi, quas ad agendum inuicem applicabunt, & temperabunt dæmones, ad voluntatem & imperium Antichristi, erunt cæteris hominibus occultæ & ignotæ, & modo quodam inuisibili adhibebuntur: propterea quæ ex ipsis efficientur, prodigiosa, & quasi miracula existimabuntur.

Signa Antichristi quomodo vera erunt.

Hæc igitur signa, per se vera erunt: sicut illa magorum Pharaonis, vera fuisse arbitratur Augustinus: nihilominus tamen etiam hæc, intelligere possumus dicta esse à Paulo mendacia, quod ea falsò, atque mendaciter profitebitur & iactabit Antichristus, se facere miraculorè ac supernaturaliter: & diuina potestate. Et vt verbo dicam, omnia signa Antichristi, cuiuscunque modi fuerint, appellari debent mendacia: ob finem videlicet, propter quem fient ab Antichristo, qui non erit alius, quam vt eiusmodi miraculis contestetur ipse ac probet, Dominum nostrum Iesum, non fuisse Messiam, nec Dei filium, nec bonam esse ipsius legem, se verò verum esse Messiam, verumque Deum, quem adorare omnes debeant. Sed pergamus, verba Danielis quæ sequuntur, interpretari.

August. lib. 10. de ciui. c. 8.

*Et abundantes, & vberes vrbes ingredietur: & faciet, quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius, vsque ad illud, & cor eius aduersus testamentum sanctum, &c.*

Historicus sensus de Antiocho Epiphane ex Hieron. hæc referentur qui ita hæc Porphyrium ait exponere

DIximus supra exortum fuisse bellum inter principes Ægypti, qui nutricij & tutores erant Ptolemæi Philometoris, atque inter Antiochum Epiphanem, propter Syriam occupatam ab Antiocho, quam illi regno Ægypti restituere volebant. Cùm igitur inter Pelusium & montem Casium commissum fuisset prælium, victi sunt duces Ptolemæi. Porrò Antiochus, parcens puero, & amicitiam simulans, ascendit Memphim, & ibi ex morte Ægypti regnum accipiens, pueri que rebus se prouidere dicens, cum modico populo omnem Ægyptum subiugauit sibi, & abundantes, atque vbertimas ingressus est ciuitates: fecitque, quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum illius. Nullus enim regum Syriæ, ita vastauit Ægyptum, & omnes eorum diuitias dilapidauit, & tam callidus fuit, vt prudentes cogitationes eorum, qui duces pueri erant, sua fraude subuerteret. Et hoc est, quod hic dixit Daniel, *& contra firmissimas cogitationes inibit*. Quod sequitur, *& concitabitur fortitudo eius &c.* significat: Antiochum profectum fuisse cum magno exercitu aduersus regem Ægypti, sororis suæ filium. Huius etiam regis Ægypti duces, magnas congregarunt copias, & amplissimum coegerunt exercitum, sed non potuerunt resistere fraudulentis Antiochi consilijs, qui simulans pacem cum rege Ægypti, commedent simul cum eo panem, id est, inierit cum eo conuiuia, & regnum eius capere tentauerit: verum nihil profecerit à militibus Ptolemæi electus. Quamquam quod subiungitur, *duorum illorum regum fuisse cor fraudulentum: vt sibi inuicem male facerent*, id non videtur congruere regi Ægypti: qui cum esset tunc puerili admodum ætate, non videtur malitiosè quidquã machinari potuisse, aduersus Antiochum. Nisi forte, quod nutritij & tutores eius, qui administrabant regnum nomine eius, fecerant, id fecisse regem dicatur.

Mystica interpretatio de Antichristo.

Ecclesiastici autem scriptores, & hoc, & superiora referũt ad Antichristum, qui ante omnes, regem Ægypti superaturus est. Horum nos exempla supra dicta Danielis verba, de Antichristo, cuius typum gessit Antiochus interpretabimur. Antichristus igitur, comparata, sex illis modis, quos supra enarrauimus, ingenti auctoritate, potentia, & sectatorum turba, aggredietur ad inuadendum & occupandum Romanum imperiũ, quod extremo illo tempore, diuisum erit in decem reges, hoc enim supra capite septimo designauit Daniel per decem cornua, quæ habebat quarta bestia, significans Romanum imperium. De quibus, primo quidem tria cornua euellet Antichristus: hoc est de illis decem regibus, tres primum vincet, regem diuũ Ægypti, Asiæ, & Æthiopiæ: quibus debellatis reliqui septem, fasces ei & colla substernent. Atq; hoc quod diximus, sensisse, & tradidisse scriptores Ecclesiasticos super septimo capite Danielis, confirmat Diuus Hieronymus. Tantam porro consequetur potentiam Antichristus, & tam longe lateque dominatum & imperium suum extendet, vt maximus omnium, qui fuerint ante ipsum, monarcha futurus sit: maximam namque orbis terrarum partem, sub ditionem suam, & potestatem subiicet. Hæc prænunciauit Daniel in capite hoc vndecimo, hoc ipso loco, quẽ nunc tractamus. Enarrãs enim nobiles victorias, prosperosque successus Antichristi, sub figura regis Antiochi, ita dixit: *faciet quæ non fecerunt patres eius & patres patrum eius*. Quem locum explanans Diuus Hieronymus, *nullus*, inquit, *Iudæorum, præter Antichristum, toto orbe regnauit*. & Chrysostomus super secundo capite, posterioris epistolæ D. Pauli ad Thessalonicenses, *quemadmodum*, ait, *monarchiam Assyriorum destruxerunt Medi, & Medorum Persæ, & Persarum Macedones seu Græci: denique Græcorum Romani: ita Romanorum monarchiam euertet Antichristus: eius vero imperium de-*

Supra habuit Antichristi priores omnes reges, in quibus Romanum

*lebit Christus Dominus, cuius regnum manebit in æternum.* Daniel præterea capite septimo, inquit regem illum quem significabat cornu modicum, potentiorem ac maiorem fore prioribus regibus: quod nequaquã coperit in Antiochum Epiphanem: quippe multo potẽtior eo fuit pater eius Antiochus magnus: qui cum Romanis bellegerasset.

Lactãtius quid de fine regnorũ scripserit.

Nec tedeat lectorem audire quid super hac re Lactantius libro septimo, capite decimo sexto, ex vetustis, opinor traditionibus mutuatus, prodiderit. *Multiplicabitur*, ait ille, *extremis mundi temporibus impietas, & summa rerum potestas, per plurimos dissipata & contusa minuetur, tunc discordia in perpetuum serentur, nec vlla requies bellis exitialibus erit, donec reges decem pariter existant, qui orbem terræ non ad regendum sed ad consumendum portiantur. His exercitibus immensum auctis, & agrorũ cultibus desitis, quod est principii cuersionis & cladis dispergent omnia, & comminuent, & vorabunt. Tum repente aduersus eos hostis potentissimus, ab extremis finibus plagæ septentrionalis orietur, qui tribus ex eo numero deletis, qui tunc Asiam obtinebunt, assumetur in societatem a cæteris ac princeps omnium constituetur. Hic insustentabili dominatione exaudit orbem: diuina & humana miscebit: infanda dicet, & execrabilia molietur, noua consilia in pectore suo volutabit, vt pro ipsum sibi constituat imperium, leges commutabit aliorum suas faciet, cœdet, mundabit, diripiet, spoliabit, occidet. Denique immutato nomine atque imperij sede translata, confusio, ac perturbatio humani generis consequetur.* Sic Lactantius.

*Statuto tempore reuertetur, & veniet ad Austrum: & non erit priori simile nouissimum. Et venient super eum trieres, & Romani, & percutietur, & reuertetur.*

Antiochus in Ægyptũ venit.

ET Daniel hoc loco significat, & in commentario huius loci confirmat D. Hieronymus, nec non & Latina Græcaque narrat historia, hoc vertisse Antiochum in Ægyptum, vt eius gentis regnum sibi assereret. Primum enim præsidio interposito Pelusium, & montem Casium commisso, deuictis Ptolemæi ducibus, Antiochus vt supra diximus, simulans amicitiam cum puero rege, eius rebus se prouidere dicens, facile omnem sibi Ægyptum subiugauit. Non tamen quod intendebat, omnino consequi potuit: nam derecta eius fraude consilia quæ perspectus, non potuit eius propositum ad effectum peruenire. Reuersus igitur est, sed tamã victoria gloriosus, & vt dicit hoc loco Daniel, reuersus est in terram suam cum opibus multis. Iterum vero cum magno exercitu redit in Ægyptum: nec iam dissimulans cõsilium suum, directo petiit caput Ægypti Alexandriam, quo rex se præsidij causa incluserat, vel statim expugnaturus eam, vel arctissima diutissimaque obsidione ad deditionem coacturus. Sed omnes eius conatus legatio Romanorum, qui inferunt eum protinus obsidionem soluere, & Ægypto discedere, plane fregit, & ad nihilum redegit. Et hoc est, quod hic ait Daniel, hanc posteriorem eius aduectus regem Ægypti expeditionem, non fuisse similem priori, id est, non eque atque illam, bene ipsi cessisse. Et causam mox subdit: *Veniet*, inquit, *super eum trieres, & Romani percutient & reuertetur*. Legatus enim Romanorum, nauibus, seu triremibus appulsus Alexandriam regem Antiochum, conatibus incœptisque suis desistere coegit. Sed præstat, quod nostrũ stilum nunc diximus, ex Polybio id narrantem audire Iosephum, cum in libro duodecimo Antiquitatum, hæc sunt verba. *Antiochus dum vsus fortuna prospere, expeditionem Ægyptiam tentare statuit, captus eius regionis cupidine contemptaque Ptolemæi filiorum ætate, rebus ad ministrandũ nondum idonea. Profectus igitur cum magno exercitu Pelusium, astu circumuento rege Philometore, Ægyptum occupat, & redacta prius in potestatem Memphi, locisque circumiacentibus, ad Alexandriam duxit exercitum, & vrbem, & regem subiugaturus. Sed omnes eius conatus, vna Romanorũ denunciatione repressi sunt, ita vt iã occupata relinquerit.* Sic Iosephus. Quemadmodum vero id factum sit, narrat Iustinus libro trigesimo quarto. *Pulsus*, inquit, *regno Ptolemæus, ab Antiocho ad fratrem minorem Ptolemæum, Alexandriam confugit: participatoque cum eo regno, Romam legatos ad Senatum mittunt, auxilia petunt, fidem societatis imploranti. Mouere senatum preces fratrum: mittitur legatus Publius Popilius ad Antiochum, qui abstinere eum Ægypto, aut si iam ingressus esset, excedere iuberet. Cum in Ægypto eum inuenisset, offensumque eo rex obtulisset: iam coluerat inter cæteros Popilium Antiochus, cum Roma obsessa esset: tum Popilius facessere interim primam amicitiam iubet: cum mandata patriæ intercedant: prolatoque Senatus decreto, & tradito, cum regem cunctari cerneret, & ad amicos referre vellet: tibi Popilius, virga quam in manu gerebat, circulo circumscripto, vt amicos etiam cæteret, cõsulere iubet, nec prius inde exire, quam responsum Senatui daret: aut pacem, aut bellum cum Romanis habiturum. Adeoque hac asperitate animum regis fregit, vt pariturum se Senatui responderet.* Hæc Iustinus. Illud porro mandatum Senatus ad Antiochum, refert Appianus in Syriaco. fuisse in tabella scriptum in hæc verba: *Non pugnare in Ptolemæum Antiochum.*

Publius Popylius legatus Romano rũ ad regem Epiphanem.

Cæterum verba illa Danielis, quæ supra posuimus, *& venient super eum trieres & Romani*, &c. subobscuram habent sententiam.



De legatione Romanorũ ad Antiochũ Epiphanem, cum obsideret is Alexãdriam. Ioseph. li. 12. c. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sententiam: & similis quidem locus legitur in extremo capite vigesimo quarto libri Numerorum, vbi sic est: *Venient in triremibus de Italia, & superabunt Assyrios.* Vtroque autem in loco, pro voce, *triremes, & Romani pro Italia*, sunt duæ voces Hebrææ, quarum propria vis & notio, necdum vsquequaque explorata & perspecta est. Vna vox est, *Sium*, quam D. Hieronymus latine vertit triremes, alij naues. Tradunt Hebræi radicem huius vocis esse à *Saiath*, vnde deleedit vox *Sium*, cuius singulare est, *Si*, proprie significans autem, præsertim eam, quæ deserta incolit loca, atque hinc per translationem trahitur ad significandam nauem, vel triremem, quod propter vela & remos, & celeritatem qua feruntur per aquas, referat auem passis alis per aerem volantem. Hoc igitur loco Danielis, quidam vertunt triremes, alij naues, veluti Pagninus. Altera vox est, *Chittim* quam Hieronymus, & ipse referente, Hebræi, Romanos, seu Italos interpretantur. Certe præcedentem locum libri Numerorum, Paraphrastes Chaldæus, vt eius verba Latinè exprimamus, sic reddidit, *& naues venient à Romania*, Thargum vero Hierosolymitanum, eundem locum ita conuertit, *& egredientur copiæ multæ è prouincia Italiæ, vna cum multis legionibus Romanorum.* Alij, *Chittim*, significare aiunt insulam Cyprum: & huius sententiæ est hoc in loco Theodoretus: ad quam confirmandam eo vtitur argumento, quod ad vsque suam ætatem, oppidum quoddam Cypri Chittim appellaretur. Suffragatur Theodoreto Iosephus in primo libro antiquitatum Iethitem, Chittim filium Iauan, à quo dicta est Ionia, occupasse insulam primo nominatam ex ipso Chittim, postea Cyprum, atque ex eo factum esse, vt tum insulas omnes, tum pleraque loca maritima, Hebræi, genuli voce Chittim appellent, nec dissimile est, quod scribit Diuus Hieronymus super vigesimo tertio capite Esaiæ: *Cethim*, inquit, *quidam Cyprum interpretantur: vsque hodie enim est apud eos vrbs Cittium, de qua Zeno, Stoica secta hæresiarches fuit, quam quam plerique nostrorum, Cethim Italiæ, Macedoniæque insulas arbitrentur.* Certe Hieremias capite secundo: *transite*, inquit, *ad insulas Cethim:* & in exordio prioris libri Machabæorum, dicitur rex Alexander, egressus esse de terra Cethim, id est, Græciæ, vel Macedoniæ. Et auctor prioris libri Machabæorum, enumerato duos Macedoniæ vltimos reges, Philippum & Persem, appellat Cetteorum reges. Collatis igitur inter se variis Scripturæ locis, videtur hæc vox significare, tum insulas maris mediterranei, præsertim Ægypto, & Syriæ adiacentes, quæ Græco sermone, & institutis vtebantur, vt est Cyprus, Rhodus &c. tum etiam vltiora maris mediterranei loca maritima, præcipue verò Græciam & Italiam. Et quanquā naues seu triremes Cethim, existimat Theodoretus venisse in auxilium regi Antiocho, contra Ptolemæum regem Ægypti, sicut etiam indicare videtur trāslatio Græca & ipsius Pagnini, similius tamē verò est, eas venisse aduersus Antiochum, missas à Romanis, Ceu ostendit versio, & commentarius Diui Hieronymi: & hęc est Hebræorum sententia.

Vox Hebraica vnde dicatur, & quid significet.

Vox Hebræa Chittim seu Cethei quid significet

Ioseph. li. 1. cap. 7.

D. Hieronym. li. 5. com. in Isa.

*Et reuertetur, & indignabitur contra testamentum sanctuarij, &c. vsque ad illud, elevabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum.*

VAsset ad illustrandum hunc locum Danielis, quod scribit Iosephus in libro duodecimo antiquitatum. *Reuersus*, inquit, *ab Ægypto, quam metu Romanorum reliquerat rex Antiochus, ad vrbem Hierosolymitanam mouit exercitum. Ingressus autem eam centesimo quadragesimo tertio anno, ex quo primum ad Seleuci familiam, Syriæ regnum deuenerat: sine vlle negotio dominus eius factus est: admissis apertis portis, per suæ factionis homines, quam dominationē crudeliter exercuit, necatis permultis, qui diuersarum erant partium, direptisque pecuniis, & asportatis Antiochiam.* Sic Iosephus. Bis autem rex Antiochus ingenti clade Iudæos afflixit: primum veniens ipse Hierosolymam, anno regni Græcorum centesimo quadragesimo tertio. Quæ tunc mala Iudæi sint passi, recenset auctor prioris libri Machabæorum in exordio primi capitis: eademque narrantur in capite quinto posterioris libri. Et inter alia traditur, id temporis, fuisse solo triduo, interfectos Iudæos ad octoginta millia, vinctos autem, ad quadraginta millia: nec pauciores venundatos. *Illud, & cogitabit de his, qui dereliquerunt testamentum sanctuarij*, eam reddit sententiam, vt censet D. Hieronymus, Antiochum multa machinatutum, & moliturum aduersus eos, quos volet legem Dei derelinquere. Et hoc significantius, & apertius Aquila interpretatus est, hunc in modum: *Et cogitabit, vt deseratur pactum sanctuarij, & brachia ex eo stabunt, & polluent sanctificium fortitudinis:* pro brachiis, alij vertetunt, semina, vt significarent stirpem, & progeniem Antiochi: siquidem filius eius Antiochus cognominatus Eupator, duce exercitus Lysia, fecit in priori libro Machabæorum scriptum est, bella gessit cum Iudæis. Sed probabilior est versio B. Hieronymi, & per brachia significantur duces, & principes missi ab Antiocho contra Iudæos. Maximè verò, biennio post, quam ipse rex Hierusalem vastauerat, & omnibus bonis, & rebus prætiosis Iudæos spoliauerat, misit principem tributorum in ciuitates Iudææ, & Hierosolymam: cuius aduentus longè fuerat luctuosior, & exitialior fuit Iudæis, quam fuerat ipsius regis



Antiochus vrbem Hierosolymam occupat Ioseph. li. 12. cap. 7.

Antiochus Iudæos bis afflixit, primo per se.

D. Hieronymus in hunc locum. 1. Mac. c. 1. & 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Secundo Antiochus per fas ducem Iudæ traffixit

Antiochi lege caput primũ prioris libri Machabæorũ. Et quia tũc in templo Hierosolymitano positum erat Iouis Olympij simulachrum, & statuæ regis Antiochi, subiato sugi sacrificio, vi delicet, quod fieri quotidie mane, & vespere, ideo hîc dicitur: *Auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem.* Idola enim scriptura vocat abominationes. Addit, *in desolationẽ*, quia illa regis Antiochi simulachra, posita sunt in templo Dei explicato, prolanato, & desolato. Atque hunc locum Danielis expressit auctor prioris libri Machabæorum, in capite primo: cum dixit, anno centesimo quadragesimo quinto, die decima quinta mensis Casleu, regem Antiochum ædificasse abominandum idolum desolationis, super Altare Dei. Non enim his verbis spectauit ad illa verba eiusdem Danielis, quæ sunt in capite nono: Et erit *in templo abominatio desolationis* quẽadmodũ male Caietanus existimauit. Patet enim ex capite vigesimo quarto Matthæi, ea verba ad aliud tempus longè posterius rege Antiocho pertinere. Iudæi autem, huius loci verba Danielis, non de rege Antiocho, sed de Romanis intelligunt volunt, de quibus supra dictum est: *Et venient super eum reges & Romani, & humiliabitur.* Post multa, inquiunt huius temporis, de Romanis, qui Ptolemæo venerat auxilio contra Antiochũ, cõsurget ex Vespasianus, surgentesque brachia eius, vel semina, id est Titus filius eius cum exercitu, & polluent sanctuarium, auferentque iuge sacrificium, & templum tradent æternæ solitudini. Sic illi. Verum, consideranti antecedentia, & consequentia huius loci Danielis verba, luce clarius fit, quæ hic dicũtur à Daniele, & ad regem Antiochum propriissimè ad Vespasianum, & Titum, nullomodo pertinere. *Et impij in testamentum simulabunt fraudulenter.* Hæc etiam in libris Machabæorum legitur, quosdam simulasse legis Dei se esse cultores, & postea cum gentibus mixtos abdicatisque patris legibus, & moribus, fuisse, prodiitores patriæ, bonorumque ciuium hostes, & insectatores, sicut de Alcimo traditur in capite septimo prioris libri Machabæorum: *Conuenerunt*, inquit, *ad Alcimum congregatio scribarum requirentium ab eo pacem & quæ iusta sunt. Dixerunt enim homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus est cum eis verba pacifica, & iurauit illis dicens: Non inferemus vobis malum, nec inimicis vestris: & credidерunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in una die.* Similia narrantur in posteriori libro de Simone, Iasone, & Menelao.

Idola à scriptura vocantur abominationes.

Iudæorũ expositio quam refert D. Hieron. vbi supra

Priorum Iudæorũ cõtãua.

*Et docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio, & in flamma, & in captiuitate.* Palã est hæc dici in probos & pios Iudæos: qui tempore illius persequutionis Antiochi, quidam pati maluerunt



maluerunt, quam à lege Dei recedere. De his ita scribit Iosephus libro duodecimo, antiquitatum. *Et maximam quidem Iudæorum partem, vel sponte, vel metu supplicij, parebat edictis regis Antiochi qui vero probatiores erant, & generosa indolis, maiorem rationem habuerunt legis patriæ, quam vitæ propositæ sibi ab aduersario. Quamobrem quotidie necabantur, crudelissimis tormentorum generibus: Nam flagris vehementer cæsi, & lacerati corpore, vsque exanimum spiritum usque suffigebantur cruci.* Vxores item & circumcisos libros strangulabant, & suspendebant à crucifixorum parentum seruitibus: sacros libros comburebant, & apud quos reperiebantur, eos nec sepeliri dabant. Sic Iosephus. Similia horũ prodita sunt in primo capite primi libri Machabæorum. Pergunt autem Iudæi, vt superiora, sic etiam hæc de calamitatibus, & malis, quibus oppressi sunt sub Tito, & Vespasiano interpretari. *Cumque contriuerint, subleuabuntur auxilio paruulo.* Haud dubiè hæc spectant ad Mathariam, & filios eius, Iudam, Ionathan & Simonẽ, qui cum aliis Dei cultoribus & patriæ legis amatoribus, se fortiter opposuere Antiocho, & eius ducibus: Deoque mirabiliter ipsos iuuante, parua licet manu, ingentes tamen robustasque exercitus profligauerunt: denique, multis gloriosè partis victoriis, iugum seruitutis Græcorum à ceruicibus suorum ciuium depulerunt. *Vt conflentur, & eligantur, & dealbentur.* Significatur his verbis, tantam bonorum vexationem, eo permissurum Deum, quo huiusmodi mali, boni purgentur ab omnibus vitijs, eorumque virtus præstantior existat: quod enim est ignis auro, & thuri, & lima ferro, hoc est tribulatio viris iustis. Videtur cancerum, esse vulnus, sed est remedium vulneris, ita vexatio malum esse videtur: sed reuera malorum est remedium. Simile huius loci Danielis est, quod scribit Malachias capite tertio. *Deus*, inquit, *quasi ignis conflans, & quasi herba fullonũ, & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.* Refert hoc loco Diuus Hieronymus, quosdam Hebræorum, quod dixit Daniel: *Cum corruperint, subleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter*, de Seueto, & Antonino principibus intellexisse, qui Iudæos plurimum dilexerunt: alios vero, de Iulia, no imperatore, qui Iudæos amare se simulans, in templo eorum immolaturum se esse promisit. In quo tamen Iudæi, paruam auxilij spem habituri essent, & applicarunt se illis plurimi gentiliũ, non vere, sed mendaciter: pro idolorum enim cultu, eorum simulabunt amicitias. Tempus tamẽ veræ salutis eorũ, & auxilij, tunc demũ fore cũ veniet Christus, ipsis promissus. Non me fugit, superiora verba Danielis, quæ non in

Iosephus li. 12. c. 7.

De Machabæis quid sit prædictũ

Magnũ bonũ virtutibus, est tribulatio.

Interpretatio Iudæorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



terpretati sumus de persequutione regis Antiochi contra Iudæos, multos scriptorum Ecclesiasticorum interpretatos esse vltima persequutione Ecclesiæ, quam sub finem mundi, concitaturus est Antichristus. Verum nos de persequutione Antichristi, latius infra dicturi sumus, cum explanabimus illa verba duodecimi capitis: *Et veniet tempus quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt.*

*Et elevabitur, & magnificabitur adversus omnem Deum, & adversus Deum Deorum, loquetur magnifica: & dirigetur, donec compleatur iracundia, perpetrata quippe est definitio.*

Antiochi Epiphanis arrogãtia.

POrphyrius, vt refert hoc loco D. Hieronymus, Diuus item Chrysostomus in secunda oratione aduersus Iudæos, hæc verba Danielis, de rege Antiocho interpretantur. Nec sane ipsi aliena sunt, erectus quippe ille est aduersus Deum, & in tantam superbiam elatus est, vt in templo Hierosolymitano simulachrum suum poni iusserit. Illud autem: *Et dirigetur donec compleatur ira*: significat illi prospere cessura omnia, quoad eius immanissimis sceleribus iratus & infensus Deus, æterrima morte eius finiat impietatem. Narrant Polybius, & Diodorus, vt memorat hoc loco Beatus Hieronymus, non modo contra Deum Iudææ Antiochum peccasse, sed alias itidem sacibus incensum, etiã Dianæ templum, in Elymaide oppulentissimum, spoliare conatum esse, sed oppressum fuisse a cultoribus templi, & vicinis circumgentibus: postea vero phrenesis, erroribusque versum in amentiam, tandem miserabili morte interisse, quem exitum vitæ, contigisse ipsi arbitrantur prædicti auctores, propter sacrilegam templi Dianæ violationem. Sed verius dictu est, eam calamitatem ipsi accidisse, propter innumerabilia mala, quibus Iudæos affligebat, & quia sanctissimum veri Dei templum, quod erat Hierosolymis, sacrilege expilare, atque impie contaminare veritus non fuerat.

Polybius & Diodorus de infœlici exitu regis Epiphanis.

Antichristus Deum se facit.

At enimuero plerique scriptorum Ecclesiasticorum, & ipse Hieronymus, & Prosper in libro de promissionibus Dei, parte quarta, capite nono, nec non & ipsi Hebræi, quemadmodum hic affirmat Hieronymus, verba hæc Danielis, ad ipsum Antichristum referunt: qui a supplissimo totius orbis imperio acquisito, & innumerabilibus ad eum hominibus sequendum, & colendum confluentibus, in tantam extolletur superbiam, vt non modo se Regem regum, sed etiam Deum deorũ faciat, nullum superiorẽ se agnoscens Deũ. Prædixerat hoc supra Daniel, capite septimo, cum appellauit eum, *Os loquens ingentia*, & hoc loco



loco ait, *Magnificabitur supra omnem Deum* & paulò infrà subdit, *& Deum patrum suorum non reputabit*. Quæ etiam de causa dictum est a Daniele in capite octauo, *Rex impudens faciem*: videlicet, quia sine vllo pudore, summi Dei nomen, atque honorem sibi arrogabit. Hoc ipsum significauit Dominus noster, apud Ioannem, capite quinto, dicens: se venisse in nomine patris sui, id est, prædicando, & honorando Deum patrem suum: alium vero, id est, Antichristum in nomine suo venturum: quia vnum se tantummodo adoraturus est Deum: & se solum a suis, vt Deum coli, & adorari coget. His consona sunt, quæ scribit Diuus Paulus in secundo capite posterioris Epistolæ ad Thessalonicenses: nã de Antichristo loquens, sic ait: *Nisi reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens semetipsum quia sit Deus*. Hanc ob causam Ioannes in Apocalypsi, bestiam, id est, Antichristum, plenum fore scribit nominibus blasphemiæ: & in capite decimo tertio, eiusdem libri ita scribit. *Datum est ei os loquens magna, & blasphemias, & aperiet os suum in blasphemias ad Deum, & blasphemabit nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui habitant in cælo*. Theodoretus super hoc vndecimo capite Danielis, tradit: Antichristum, & facturum se Deũ, & imperaturum gentibus, vt erigant sibi templa magnificentissima, & argento, auro, ac lapidibus pretiosis ornatissima.

Cæterum, quia 2. Paulus eo loco quem proximè posui, affirmat, sessurum in templo Dei Antichristum, ambigunt Doctores, de quo templo Dei, Pauli dictum sit intelligendum. Irenæus, Hippolytus & Cyrillus Hierosolymitanus, interpretantur dictum Pauli de templo Iudæorum, quod fuit olim Hierosolymis, & hoc putant in gratiam Iudæorum, tenuatum vt ab Antichristo, in eoque sessurum ipsum quasi Deum. Neque hanc opinionem improbant Chrysostomus super caput secundum posterioris epistolæ ad Thessalonicenses, nec Hieronymus in epistola ad Algasiam, quæstione vndecima: nec Augustinus libro vigesimo de ciuitate Dei, capite decimonono.

In quo tẽplo sessurus sit Antichristus. Irenæus, Hippolytus, Cyrillus.

At verò Theodoretus, Damascenus, aliique, intelligendum esse opinantur, de templis Christianorum: hæc enim sola verè dici possunt templa Dei. Nam illud Iudaicum templum post mortem Domini nostri, omni sanctitate religioneque priuatum, profanum, impurum & impium euasit. Adiice quod & Dominus noster, & Daniel prædixerunt, desolationem illius templi, fore in omne reliquum tempus irreparabilem. Theodoretus. Damascenus.

Non grauabor hic ponere, quæ de legatis ad omnes gentes ab Antichristo mittendis luculenter scripsit Hippolytus: sic enim scribit: *Impurus ille tyrannus Antichristus, mandata mittet per*

Hippolytus de legatis, &

nunciis Antichristi sentētia.

*per vniuersam terram ministerio vtens partim improborum hominum, partim etiam ipsorum damonum: qui palam omnibus omnium rex magnus natus est super terram, venite omnes ad eum adorandum: properate omnes ad spectandas eius potentiæ eius. Et volenti ille præstabat frumentum, vinum, vobis largiebatur, super pretiosas, ac ipsi humiles dignitates donabat. Erat namq; imperio omnis terra, mare sese obtemperat, ad illum omnes accedebant. Consilia autem populi ad eum congregatis & sanctæ ecclesiæ multitudo grande, & magnifica voce, ita vt mœnia eius loca, in quo turba consisterent, trans ea allueretur. Per spiritu populi, ac gentes omnes incomparabilem gloriam meam, atq; imperij potentiam & magnificentiam. Quis princeps tam potens, vt ego sum? Quis Deus magnus præter me? Potentia mea, quis resistet? Assistebat præterea ipsi dæmones, splendentium angelorum speciem referentes, eumq; diuinis laudibus, & honoribus celebrantes aliquando in cælum euehentes: deinde ingenti pompa, & spectantium stupore, de cælo in terras deturentes.* Sic Hippolytus.

Oratio Antichristi ad sui sectatores.

## *Et Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentiis fœminarum.*

Antichristi superbia.

NEc priora verba huius sententiæ, nec quod postea subiicitur, *Et Deum quem ignorauerunt patres eius*, colet. Possunt verè comprehendere in regem Antiochum: sed necessariò referenda sunt ad Antichristum. Nam, vt docent hoc loco Hieronymus & Theodoretus, & perspicuis verbis tradit historia Machabæorum, rex Antiochus Deos Græcorum colebat: & ad eorum cultum etiam Iudæos compellebat. Quin templum Hierosolymitanum, Iouis Olympij, & templum quod erat in Garizim, Iouis hospitalis cognominari iussit. Quadrant igitur hæc in Antichristum, qui gente Iudæus cum sit futurus, & à primo simulatorius magnam pietatem & religionem aduersus Deum Iudæorum, postea procedet in tantam impietatem & superbiam, vt se solum ab omnibus credi, adorari, & prædicari Deum velit, ac iubeat. Quod autem sequitur, *& erit in concupiscentiis fœminarum*, videtur non ad Antichristum, sed ad Antiochum pertinere. Etenim Antichristus, vt fertur, quo plurimos decipiat, simulaturus est castitatem. At rex Antiochus & priuata, & publica omnium libidinum obscœnitate infamis fuit, & in tantum dedecus, vt refert Dius Hieronymus, post stupra & corruptelas, venit regiæ dignitatis, vt mimis quoque & scortis publicè commisceretur, & libidinem suam etiam populo præsente compleret. Cuius rei etiam illud argumentum, ex quarto cap. posterioris libri Machabæorum, affert Theodoretus, quod vni concubinæ suæ donum dedit Thasien-

1. Mach. 1 2. Mac. 6

An sit Antichristus futurus libidinosus.



ses, & Mallotas populos, vnde turbulenta inter eos conciata fuit seditio.

Varia lectio huius loci apud Græcos.

Verum scire oportet, Theodoretum prædicta verba Danielis legere per negationem hoc modo, *& super concupiscentiam fœminarum non intelliget*: quo significatur, eum voluptatibus veneris nequaquam fore deditum. Atque huic lectioni fauet translatio Septuaginta interpretum, & Theodotionis, nec non & nouæ versiones ex Hebræo, veluti Pagnini, & Vatabli. Secundum hanc verò lectionem, liquido apparet, verba Danielis in regem Antiochum, fœdissimarū libidinum turpitudinis signem atque famosum, quadrare non posse: sed referenda esse ad Antichristum. Hæc autem lectionum varietas, nata est ex ambiguitate scripturæ Hebraicæ: quæ, si verbum ex verbo exprimas, hunc reddit sensum: *super Deum patrum suorum non intelliget: & super concupiscentias fœminarum, & super omnem Deum non intelliget*. In hu verbis, negatio illa, *non intelliget*, potest referri ad primum tantùm membrum orationis: & vt secundum membrum proximè consequens, *super concupiscentias fœminarum* relinquatur affirmatum, & tantùm illatur verbum *intelliget*. Potest etiam illa negatio *non intelliget*, extendi ad proximè sequens membrum, *& super concupiscentias mulierum*, ipsumque pariter atque primum membrum negare. Ex hac igitur lectionis ambiguitate, duplex, quam fuerit posui, lectio & interpretatio extitit. Adnotarunt quidam magno Spiritus sancti consilio, Scripturam Hebraicam huius loci ambiguam esse factam: itaque constructam, vt etiam de ipso Antichristo contrarias sententias reddere posset, videlicet ipsum, & futurum esse mulierosum: & à mulierebribus deliciis & voluptatibus sibi temperaturum: vtrumque enim verè conuenire in Antichristum. Nam intimi animi sensibus, super omnes, voluptuarius & libidinosus erit: externa verò conuersatione castimoniam mentietur. Item, à principio simulabit continentiam, quoad sibi potentiam & imperium comparet: sed postea in omni genere voluptatum & libidinū volutabitur. Atque huius sententiæ, Carthusianus, auctorem laudat D. Augustinum.

Sic reddit Aquila, qui verbū e verbo expressit.

## *Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & faciet, vt muniat Maozim cum Deo suo.*

Quisnā futurus sit Deus Maozim, colet Antichristus

IRridet Porphyriō hoc loco D. Hieronymus, quòd per *Maozim*, interpretatus sit vicum Modin, quæ patria fuit Matthiæ & filiorū eius, & in eo loco ait, ducem Antiochi posuisse statuam Iouis, & compulisse Iudæos, vt ei victimas immo-

latent,

Universidad de Deusto
Biblioteca



latent, tanquam Deo Maozim, id est, Modin. Sed sciendum est, vocabulum Hebræum, *Maozim*, si spectemus eius etymologiã, significare præsidium, fortitudinem, auxilium: & inde; arcem, siue propugnaculum. Vnde Theodotio vertit, præsidia, Symmachus, confugia. Intelligi autem possunt verba hæc de rege Antiocho, qui in vrbe Hierosolymitana hrmilibus exstruxit arcem: & tum in ea, tum in aliis ciuitatibus valida posuit præsidia, Iudæos cogens adorare Deos alienos, id est, Iouem. Quem cum illis ostendisset, & adorandum esse persuasisset, tunc tribuebat decepti magnum honorem & gloriam, eoque faciebat cæteris Iudæis dominari: & pro prænaricatione locupletes possessiones, & ampla dona illis largiebatur. Nicolaus de Lyra & quidam alij recentiores existimant, *Maozim*, esse nomen proprium, significans proprium Deum, quem Antichristus colet. Nam Iacet in propatulo & publice, nullum se Deo colere ostendet, & se solum, vt Deum adorari volet: attamen priuatim & clam, pro Deo colet certum quendam dæmonem, in cuius ipse tutela erit, qui appellatur *Maozim*, quia in eo robur omne suum, & præsidium Antichristus locatum habebit, eique omnem suam potentiam & felicitatem acceptam feret. Theodoretus sic interpretatur hunc locum: *Cùm maiores Antichristi, agnita propria naturæ conditione, Deum qui omnibus præest, ipsos nominauerint non fuerint, ipse Antichristus, Deum fortem & potentem, hoc enim significat Maozim, seipsum appellabit. Nam illud in loco suo glorificabit, positum sunt, pro seipsum glorificabit.* Glossa interlinearis, vtrumque tensum prædictum complexa, indicat verba hæc intelligi posse, vel de diabolo, quem Antichristus, vt fortem & potentem Deum colet, vel de ipsomet, qui se vt potentem & fortem Deum ab omnibus coli iubebit. Auctor historiæ scholasticæ super Danielem cap. 12. hunc locum paraphrastice perstringens, ita scribit: *Quod verò sequitur Deum Maozim in loco suo venerabitur, tam Antiocho, quàm Antichristo congruit. Maozim enim præsidium sonat. & Antiochus in Hierusalem præsidium posuit, atque idolum Iouis: Antichristus verò diabolum vt Deum, roboris & potentiæ suæ auctorem, venerabitur.*

Lyra in hunc Danielis locum.

Theodoretus.

*Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri, & cætera vsque ad illud,*
*& fama turbabit eum ab Oriente,*
*& Aquilone, &c.*

Refertur & refellitur inter.

ETiam hæc verba referet Porphyrius ad regem Antiochum Epiphanem: quem ait vndecimo regni sui anno, rursus cõtra Ptolemæum Philometorem regem Austri, id est, Ægypti,



Ægypti, dimicauisse: qui audiens aduersum se cũ numerosissimo exercitu venire Antiochũ, contra ipse quantum maximũ potuit, congregauit exercitum. Sed Antiochus quasi vehemens quædam tempestas, ingenti curruum, equitum, & naualis classis apparatu, & præsidijs freta, ingressus Ægyptum, plurima loca cepit, omnia vastauit, magnamque vim auri, argenti, & rerũ pretiosarum deprædatus, venit in terram inclytam, seu gloriosam, id est, Iudæam: quam incredibiliter vexauit, gentemque illius innumerabilibus malis contriuit. Verùm facile est Porphyrium mendacij arguere. Etenim, Antiochus vndecimo regni sui anno mortuus est, longissimè ab Ægypto & Iudæa, id est, vel in Cilicia, vel in Media, vel, vt alius visum est, Babylone. Quinimo, postquam Antiochus ex mandato Romanorum, Ægypto recedere iussus est, nunquam postea eam bello tentare aggressus est. Decedens autem Ægypto, primum venit in Iudæam, quemadmodum conijci potest ex 5. cap. posterioris libri Machabæorum, & apertissimè id tradit Iosephus libro 12. Antiquitatum. Quæ igitur Daniel hoc loco narrat, factum iri à rege Aquilonis, contra Ægyptios & Iudæos, ea cum vndecimo imperij te Antiochi anno, minimè competunt.

Interpretatio Porphyrij.

Quocirca Ecclesiastici scriptores ea verba referunt ad Antichristum, qui aucta mirandum in modum potentia & imperio, reges reges, qui tunc præcipuè in orbe regnabunt, bello aggredietur. Quorum tres, sibi nempe viciniores, regem, inquã, Ægypti, Æthiopiæ, & Lybiæ, seu Aphricæ, primum debellatos sibi parere coget. Et hoc est quod Daniel in quadam visione vidisse & supra retulit, cap. 7. visa esse sibi decem cornua cuiusdam bestiæ, & postea vnum cornu modicum: quod postmodum in tantum cæteris præualuit, vt tria illorum frangeret atque conculcaret.

Interpretatio huius libri secũdum patres.

*Hæ autem solæ saluabuntur de manu eius, Edom, Moab, & primum filiorum Ammon.* Antiochus, inquit Porphyrius, festinans contra regem Ægypti Ptolemæum, Idumæos, & Moabitas, atque Ammonitas, qui ex arere Iudææ erant, non tetigit: ne occuparus alio bello, Ptolemæum contra se redderet fortiorem. Vel isti dicuntur euasuri manus Antiochi, quia vltro se illi dediderunt, eiũ que partes contra Iudæos secuti sunt. Quapropter, illis Antiochus, vt amicis & subditis, nihil detrimenti afferri passus est.

Theodoreti duplex interpretatio.

Sed Theodoretus negat hæc conuenire in regem Antiochũ: quippe qui illis populis à se bello subactis, & oppressis, ducem præfecerit Timotheum. Ipse refert ad Antichristum, & duas ingerit huius loci interpretationes, vnam historicam, propterea quòd populis Antichristum nihil esse nociturum, quia eo tempore re-

Universidad de Deusto
Biblioteca



se futuri sint sceleratissimi, & studiosissimi sectatores Antichristi. Altera interpretatio mystica est, ex significatione illorum vocabulorum expressa: Edom significat rubrum: Moab, quasi dicas de patre: Ammon, populum eius, significatur igitur in persecutione Antichristi, eos fore cunctantes & anxios, ideoque salvos, qui virtute sanguinis Christi, quasi purpurati, & in electum populum eius adscripti, neque ex sanguinibus, aut ex voluntate carnis, sed ex Deo parte nati fuerint. Communior est Patrum interpretatio, quam refert hoc loco Hieronymus: in regionibus illarum gentium esse preruptos montes, latas ichtudines, profundo que specus, & occultissimos ad latendum recessus. Huc igitur multi sanctorum fugientes persecutionem Antichristi, sese conferent, & abdentur atque ea ratione Antichristi manus effugient. Et ad hanc interpretationem recte accommodati possunt quæ varie limans est Isaias de Moabitide regione: sic enim est in ca. 16. *Absconde fugientes, & vagos ne prodas: habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris finitus est pulvis, consummatus est miser, defecit, qui conculcabat terram.*

D Hiero. in hunc locum.

Circa illud quod sequitur, *per Lybiam quoque & Æthiopiam transibit*, sic ait Hieronymus. *Hoc nostri magis asserunt Antichristo, quàm Antiocho convenire. Si quidem, Antiochus neque Lybiam, quam plerique Africam intelligunt, neque Æthiopiam tenuit: nisi forte, quia in eadem climate sunt provincia Ægypti, & longe per deserta vicinæ ideo captis Ægyptiis etiam istæ provinciæ conturbatæ sint. Vnde non dicit, quod ceperit eas, sed quòd per Lybiam Æthiopiásque transierit.* Antichristum verò, ferunt, primò debellaturum Ægyptum, atque Lybiam, Æthiopiamque vastaturum. Similia super hoc ipso Danielis loco scribit Theodoretus. *Hæc*, inquit, *minimè conveniunt Antiocho, quippe qui neque Lybia, neque Æthiopia, quin etiam nec Ægypto potitus est. Iussa namque Romanorum ea provincia decedere coactus est.* Hoc igitur declarat, quod supra cap. 7. in visione, demonstratum fuerat Danieli, ex decem cornubus cuiusdam bestiæ, tria ab vno cornu modico delirut & revelli: hoc est, sicut hic apertius dicitur, tres reges, Libiæ, Æthiopiæ, & Ægypti, superatum iri ab Antichristo.

Theodoret.

## *Et fama turbabit eum ab oriente, & ab Aquilone.*

Somniat hoc loco Porphyrius.

ETiam hoc loco, ait D Hieronymus, nescio quid de Antiocho somniat Porphyrius. *Pugnans*, inquit, *adversus Ægyptios & Lybias, Æthiopiásque pertransiens audit, contra se ab Aquilone, & ab oriente bella concitari. Vnde regressus, cepit*



*cepit Arcadias resistentes, & omnem in littore Phœnicis vastavit provinciam, confestimque pervenit ad Artaxiam regem Armeniæ, qui de Orientis partibus monebatur: de cuius exercitu interfectis plurimis, victor evasit.* Sic Porphyrius. Cuius tamen interpretationem Theodoretus eo redarguit argumento, quod non Orientis, vel Aquilonis fama, coegerit Antiochum ab Ægypto recedere: sed Romanorum decretum, ab occidente, non ab Oriente missum. Ergo ad Antichristum hoc pertinet: qui audiens Orientis vel Aquilonis reges adversum se comparare bellum, vel proceres Christianorum eius decreta iussaque aspernari, omnique contentione sese illi opponere, incredibili rabie ac furore ad illos profligandos, & delendos rapietur.

Ad Antichristum hic locus referēdus

## *Et figet tabernaculum suum in Apadno, inter duo maria, super montem inclytum, & sanctum.*

ET hoc Porphyrius refert ad Antiochum: qui profectus ad compescendas Orientis & Aquilonis seditiones, deinde tabernaculum suum posuit in quodam loco, cui nomen erat Apadno, qui inter duo flumina, Tigrim & Euphratem situs est. Verum, figmenta sunt hæc Porphyrij: nam nec ostendere potuit, quis locus inter Euphraten & Tigrim, fuerit quam vocatus Apadnos: & ridiculum est, quæ vocat Scripturæ hoc loco duo maria, ipsum duo Mesopotamiæ flumina interpretari. Theodoretus existimat, Apadnum, vel vt ipse Græcam translationem secutus vocat Apadnum forte certum quendam locum, non procul Hierosolymis: in quo ad extremum residebit Antichristus, atque inibi supremo perdetur exitio. Verum, nemo diligentius hunc locū enucleavit, quàm D. Hieronymus. Primò, is memorat varias huius loci interpretum translationes: Symmachus ita vertit: *& extendet papiliones equitatus sui inter maria, super montem fortitudinis sanctum. & veniet usq; ad verticem montis.* Theodotio sic reddidit: *& figet tabernaculum suum in Apadno, inter maria, & in monte Sabin sancto, & veniet usque ad partem eius.* Aquila verò hanc in modum transtulit: *& plantavit tabernaculum oratorij sui Aphadno, inter maria, & Sabin glorioso & sancto, & veniet usque ad finem eius.* Septuaginta interpretes, omni fere omnium quæstione liberes, hoc modo interpretati sunt. *Et statuet tabernaculum suum inter maria, & montem voluntatis sanctum*, quos Apollinarius secutus de nomine Apadno plane conticuit. *Hæc ideo*, inquit Hieronymus, *posui, vt & Porphyrij ostenderem calumnias, qui hæc omnia aut ignorauit, aut nescire se finxit: & Scripturæ sanctæ*

Figmentū Porphirij quod D Hiero. refert.

Quid sit Apadno vbi Antichristus fixurus dicitur tabernaculum suū. D Hiero. expositio

Difficultas diuina

Scripturæ sine Dei gratia & maiorum doctrina superari nõ potest.

sanctæ difficultatem indicarem, cuius intelligentiam, absque Dei gratia, & maiorum doctrina sibi imperitissimi vel maximè vendicant. Notabilis sanè studiosis diuinarum literarum, & digna Hieronymo, nec non ad contundendam superbiam hæreticorum nostri temporis, validissima sententia.

אפרנו Apadno soliũ eius significat nõ enim redundat Ridicula Porphyrii interpretatio.

Vocabulum autem Apadno, eodem auctore Hieronymo, cõpositum est ex voce Apud, quæ significat solium, seu thronum, seu palatium, & particula no, quæ sonat idem quod suus: & est sensus, figet tabernaculum suum & thronum suum inter duo maria, hoc est, mare mortuum ab Oriente, & mare magnum, seu mediterraneum ab Occidente: in quorum medio, sita est Hierosolyma. Montem autem sanctum & inclytum, appellat, vel montem Sion: vbi erit templum in quo sessurus est Antichristus: vel montem Oliueti, ex quo Dominus ascendit in cælum: quo in loco fecerit pertinuum esse Antichristum. Porphyrius interpretatur montem qui est in Elimaide prouincia, quæ est vltima Persarum ad Orientem regio. Sed ridiculum est, montem Elimaidis, hoc est gentis superstitiosæ, & cultricis idolorũ, hic ab angelo, sanctum, inclytum, vel glorioſum appellari.

*Et nemo auxiliabitur ei.*

Cõtumacia Porphyrij.

SEptuaginta teste D. Hieronymo, sic verterunt, *& veniet hora consummationis eius.* Theodoretus ita legit, *& nemo erit qui liberet eum.* Porphyrius, vt suit aduersus manifestam veritatem contumax, hoc etiam interpretatur de rege Antiocho: quem ait in Elimaide prouincia, quæ est vltima Persarum ad Orientem regio, cùm templum Dianæ infinitis donariis opulentissimum, spoliare vellet, fugatum esse à barbaris, qui mira veneratione fanum illud suspiciebant, & paulo post, mœrore consumptum, in Tabes oppido Persidis esse mortuum. Sic Porphyrius, vt refert hoc loco D. Hieronymus. Verum de loco vbi mortuus est rex Antiochus, suprà in libro nono, latis copiosè & accuratè dictum est. In præsens autem patet esse falsum quod ait Porphyrius. Nam cùm extrema verba huius capitis, cũ proximè antecedentibus omnino cohæreant, & illa non dici de Antiocho, manifestis argumentis ostensum sit necessario sequuntur hæc quoque ad Antiochum referri non posse.

Refellitur Porphyrius.

Pertinent igitur, vt interpretantur omnes scriptores Ecclesiastici, ad Antichristum: cuius interitus, his verbis describitur. Sciẽdum autem est, Antichristum ad extremam prouectum impietatem ac superbiam, in finem simulaturum se mori, & rursum ad vitam redire. Hoc tradunt Haymo & Beda, super 13 c. Apoc. Locus ex 13. Apoc. explicatur. Atque eadem ex verbis Ioannis, quæ sunt in eo cap. & vidi vnum de capitibus bestiæ, id est, vnum de principibus nimirum diaboli, ipsum videlicet Antichristum, *quasi occisum in morte.* id est, videbatur esse mortuus, quia mortem simulabat: *& plaga mortis eius curata est.* Finxit se rursus quasi extincta mortis vulnere esse. Cuius rei spectaculo, ceu ingẽti miraculo obstupuere omnes: vnde sequitur, *& admirata est vniuersa terra post bestiam:* & *adorauerunt eum, dicentes, quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare cum ea?* Habeo eiusdem sententiæ grauissimum testem ex auctorem Gregorium, qui libro vndecimo Epistolarum, ex Regulto indictionis sextę, ea. 3. ad hunc modum scribit. *Venient in mundum Antichristi, dicam sabbatum & diem Dominicum ab omnibus habebit opere custodiri. Nam quia simulaturus est mori se, ac resurgere, ideo dicm Dominicum in veneratione habere præcipiet. Quia vero Iudaizare populum compellet, vt ritus Mosaicæ legis recolere, & Iudæorum sibi iubilæ festa diem, diem sabbathum obseruari coget.* Hæc Gregor.

Interitus Antichristi.

Posit simulatam igitur resurrectionem, spectante infinita hominum turba, ascendet in verticem montis Oliueti, vnde Dominus assumptus est in cælum, sic enim hoc loco præsignificant Daniel, & simulabit se in cælum redire velle, vnde ad hominẽs descenderat, atque ipsum extollẽtibus, specie angelorũ, dæmonibus per aëra euehetur in cælum cunctis admirantibus: & diuinitatis eius acclamantibus. Sed eo ipso temporis puncto, *Dominus Iesus*, vt Paulus docet in 2. secundo posteriorꝭ Epistolæ ad Thessalonicẽses, *interficiet eum spiritu oris sui*, id est, verbo vel imperio suo. Ad quod confirmandum, affert Hieronymus verba Isaiæ ex cap. 25 secundum translationem, non septuaginta interpretum, vt hic putauit Carthusianus, sed Symmachi, vt in commentario eius loci tradit D. Hiero. *Quod autẽ Antichristus, ait Hieronymus, venturus sit vsque ad summitatem montis sanctę & inclyti, & ibi periturus, Isaias plenius loquitur dicens: præcipitabit Dominus in monte sancto faciem dominatoris tenebrarũ & capitalis Dominus in monte sancto faciem dominatoris tenebrarũ super omnes gentes, & eum qui dominatur in cunctis populis, & coniectionem quæ vincta est, contra vniuersas nationes.* Tunc ergo nullus, vt ait Daniel, auxiliabitur Antichristo, tunc quemadmodum idem supra dixit c. 8. impius ille sine manu conteretur: id est, non bello, non ferro, non humanis viribus, sed inuisibili Christi potentia examinatus interibit.

Quo verbo Christi occidẽdus sit Antichristus Contest. in histor. Dan. c. 12 Sẽra. in Lamentij de Antichristi exitu & interitu.

Quoniam autem Paulus dixit eum Christi verbo occisum iri, quæri posset, quali Christi verbo sit occidendus. Solus omnium, quos adhuc legerim, auctor scholasticæ historiæ id expressit. *Ascendente*, inquit, *per aëra Antichristo, audietur vox Christi, de cælo missa, morere: & confestim fulmine percussus interibit.* Hæc non vt nulli explorata certaque, sed vt ab aliis prodita, nec incunda lectori futura, hic referre volui. Lactantius capite 17. & 18.

& 18. libri 7. diuinarum institutionũ. Antichristi exitũ & interitũ secus enarrat. Non pigebit ex eo loco verba eius hunc in locum transcribere. *Cum haec ita, inquit, gerentur, iusti, & sectatores veritatis segregabunt se à malis, & fugient in solitudines. Hinc impius rex inflammatus ira, veniet cum exercitu magno, & admodũ omnibus copiis, circumdabit montem, in quo iusti morabuntur, vt eos comprehendat, illi vero vbi se clausos vndique, atque obsessos viderint, clamabunt ad Deum voce magna, & auxilium caeleste implorabunt. Quorum anceps periculo & miseranda comploratione commotus Deus, mittet protinus liberatorem*

Haec sunt cap. 19.

*Tunc aperietur caelum medium intempesta nocte, & tenebrosa: vt in orbe toto lumen descendentis Dei, tanquam fulgur appareat. Qui priusquam descendat, hoc signum dabit: cadet repente gladius de caelo, vt sciant, iusti ducẽ sanctæ militiæ descensurum, & descendet ille comitantibus angelis in medium terræ. Virtus autem angelorum tradet in manus iustorum multitudinem illam, quæ vrbem circumsederit, & conteretur ab hora tertia vsque ad vesperum, & fluet sanguis more torrentis: delectique omnibus copiis, impius solus effugiet, & peribit ab eo virtus sua. Hic est autem, qui appellatur Antichristus: sed se ipse Christum mentietur, & contra verum dimicabit, & victus effugiet, & bellum sapè renouabit, & sapè vincetur, donec quarto proelio, confectis omnibus impiis, debellatus & captus, tandem scelerum suorum luet poenas.* Haec Lactantius.

# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER XV.

### CAPVT DVODECIMVM.

IN tempore autem illo, consurget Michael princeps magnus qui stat pro filiis populi tui: & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse coeperunt, vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus



scriptus in libro. Et multi, de his qui dormiunt in terra pulueris, euigilabũt * alij in vitam aeternam & alij in opprobrium, vt videant semper. Qui autẽ docti fuerint, fulgebũt quasi * splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas aeternitates. Tu aut, m Daniel, claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia. Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant: vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Et * dixi viro, qui erat indutus lineis: qui stabat super aquas fluminis, vsquequo finis mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, * cum elenasset dexteram & sinistram suam in caelum, & iurasset per viuentem in aeternum quia in tempus & tempora, & dimidium temporis. Et cum complerit fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa haec. Et ego audiui, & non intellexi. Domine mi quid erit post haec? Et ait, vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones, vsque ad praefinitum tempus. Eligentur, & dealbabuntur, & quasi igne probabuntur multi: & impiè agent impij, neque intelligent omnes impij: porrò docti intelligent. Et à tempore, cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti, nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem vade ad praefinitum: & requiesces, & stabis in sorte tua, in finem dierum.

* Ma. 25. 46. Ma. 13. f. 4

* Sup 3. 7 Ma. 13. 43

Dixit habent 2. M.S. Rom. & Heb. exẽplar.

* Apoc. 10. 5.

*Hucusque Danielem in Hebraeo volumine legimus. Quæ sequuntur, vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.*

PErgit angelus Gabriel praenunciare Danieli, ea, quæ tam ipso tempore persecutionis Antichristi, quam trãslato eo tempore, sub finem mundi ventura sunt. Porphirius qui pitissidem, vt superiora, itaque traduntur hoc capite, de rege Antiocho Epiphane interpretari, quoquo modo contendit: verũ tam inscienter, tam insulsè, denique tam absurde, vt dideret magis libeat, & contemnere tantam hominis, vel insciti am, vel impudentiam, quam confutare sententiam. Sed nimirum, vtique adeo mentem eius obcaecauerat odium Christiani nominis & doctrinæ, vt claritissimam veritatis lucem, aut non videret, aut vidisse se dissimulans, eam pertinaciter interpretationum offusis tenebris, obscurare atque aliis eripere conatus fuerit. Audi quemadmodum hoc loco cum D. Hieronymus ridere deridear. *Hactenus*, inquit, Porphirius *vecordiae se tenuit & tã nostrorũ imperitis, quã suorũ male eruditis impulsit. De hoc capitulo*

Summa huius capitis. Contumacia & cecitas Porphirii D. Hieronymi in Porphirii sententiam.

*quid dicturus esset in quo mortuorum describitur resurrectio, alijs ad vitam æternam, & alijs in opprobrium sempiternum? nec potest dicere qui fuerint sub Antichristo fulgentes quasi splendor firmamenti: & alij quasi stellæ in perpetuas æternitates? Sed quidem facit pertinaci: Quasi contritus caluerit, elevat caput, & morituros, in eos qui morituri sunt venena diffundit.* Sic Hieron. Nos fidelitate eius interpretationes, suo quaque loco prudentes, tessellemus.

*In tempore autem illo, consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui,*

SIgnificatur his verbis illud tempus, quo vigebit persecutio Antichristi, appropinquante iam mundi huius fine. Tunc enim Michael, qui summus creditur ordinis archangelorum, & olim, ut testatur Synagogæ custosque ac defensor populi Hebræi, postea vero propter necem Messiæ, reprobata, reiecta que Synagoga, in tutelam & defensionem transit Ecclesiæ, hic inquam Michael, extremis illis mundi temporibus omnem suã vim, atque potentiã intendet atque cõferet (hanc enim vim & notionem habet verbum illud *consurget*) in auxilium bonorum, quos illa persecutionis acerbitate, in summis constituti angustijs maioribus, quam credi possit malis conflictabuntur. Nec solus Michael, inuisibilis erit defensor Ecclesiæ, sed etiam aliquot hominum quidam, præter exteros sanctitate præstantes, fese opponent Antichristo, & cæterorum erunt fortissimi duces, acerrimique propugnatores Ecclesiæ. Horum duo erunt principes & antesignani, Christianæ veritatis testes ac præcones: de quibus Ioannes in Apocalypsi capite vndecimo, prænunciata extremi illius temporis vexatione Ecclesiæ, hæc subiungit. *Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt*, vel breui iuturum prædicentes finē illius persecutionis, extincto Antichristo, & mox venturo ad iudicandum mundum. Christo dominos vel prædicantes fidem Christi, & diuinam scripturam interpretantes, & Antichristi mendacia detegentes ac redarguentes: *diebus mille ducentis sexaginta*. Hoc tempus continet tres annos circiter & dimidium annum: tanto enim tempore prædicturos Eliam, & Enoch, antiqua traditione proditum, & a patribus confirmatum est. *Amicti saccis*, vt non solum verbo, sed etiam habitu ipso, pœnitentiam prædicent. Deinde Ioannes comparat eos duobus candelabris, & duabus oliuis. Candelabra alleguntur, quia in densissima illa persecutionis caligine, lucem veritatis hominibus ostendent. Oliuæ appellantur, quasi oleo spiritus sancti, per gratiam largissimè vncti: vel qui magnam

Enoch & Elias testes futuri veritatis aduersus Antichristum. Locus Apoc. ex cap. 11. explicatus.



magnã exercebũt miserie ordiũ, afflictos cõsolãdo, infirmos roborãdo, nutantes in fide fulcieãdo, denique, sustentãdo omnes promissione diuini auxilij, moxipsis Antichristo perepto, affuturi.

Sed qui erunt illi duo testes? De Elia non video dubitari. Nã & hunc videtur Ioannes significasse eo ipso loco, cum subiecit, *ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. Et rursus: hi habent potestatem claudendi cælum, ut pluat diebus prophetiæ ipsorum*, quibus verbis haud dubie indicauit Eliam, de quo legitur Ecclesiastici cap. 48. *& surrexit Elias propheta quasi ignis. & verbum ipsius quasi facula ardebat: verbo domini continuit cælum, & deiecit à se ignem terræ.* Nota est lectio historia ex libro tertio Regum c. 17. & ex libro quarto Regum capite 1. Ex his, quæ dicta sunt palam est, non esse Lactantium libro 7. ca. 17. vnum duntaxat prophetam venturum contra Antichristum, memorare. Theodoretus hoc loco scribit, sequente in bonos Antichristo, Michaelem omnino molirutum, vt Elias aduenies, domini nostri prænunciet aduentum, quo Iudæi, qui tunc extiterint, salutem consequentur. Beatus Augustinus libro 20. de ciuitate Dei Cap. 29. *Per Eliam*, inquit, *magnum mirabilemque prophetam, exposita sibi lege, vltimo tempore ante iudicium, Iudæi ex in Christum dominum nostrum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus, cordibusque fidelium: ipse quippe ante aduentũ iudicis saluatoris, non immerito venturus creditur. Cũ venerit ergo exponẽdo legem spiritualiter, quæ nunc Iudæi carnaliter sapiunt, ad Christum verum eos conuertet.* Nec modo quod diximus de Elia, & proditum est à patribus, id sola ex traditione fidem capit, sed etiam ex ipsa scriptura. Nam Malachias extremis verbis suę prophetiæ hoc ipsum vaticinatus est de Elia, facit enim Deus hæc loquentem, *Ecce, ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & convertet cor patris ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.* Loqui Malachiam proprie & secundum literalem sensum, de Elia prophera & non de Ioanne Baptista, vt putauit Iansenius, explanans quadragesimum octauum caput Ecclesiastici, indicant verba illa Malachiæ, *Ante quam veniat dies domini magnus & horribilis*, quo, haud dubie signi fixatur secundus Domini aduentus, qui futurus est magnus & horribilis, cuiusque testis & præco futurus est Elias. Confirmat hoc auctor libri Ecclesiastici in capite quadragesimo octauo vbi laudans Eliam Prophetam, & de ipso commemorans prædicta verba Malachiæ sic ait: *Qui scriptus es in iudicijs temporũ, lenire iracundiam domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.* Nam quod ait Iansenius super his verbis, auctorem libri Ecclesiastici, secutum esse receptam suo tempore Iu-

Elias ante iudiciũ venturus certissimum est.

Elias Iudæos ad fidem conuertet.

Luc 1. Matt. 11. & 17.

deorũ opinionẽ, qui existimabãt, vaticiniũ Malachiæ pertinere ad personam Eliæ prophetæ, qui anteceſſurus eſſet Meſſiam, cùm id tamen non eſſet implendum in propria perſona Eliæ, ſed in Ioanne Baptiſta, qui præueniens primum Chriſti aduentum, in ſpiritu & virtute Eliæ venturus erat, ſicut ab angelo Gabriele, & a Chriſto Domino declaratum eſt in Euangelio: hoc inquam nec mihi placet, nec opinor doctis & piis viris placebit. Quale enim eſt, ſacrum & canonicum ſcriptorem, in ſcriptura canonica ſecutum eſſe, vel falſam, vel incertam hominum opinionem: in quo ipſe, vel falſus ſit, vel alios ſibi abſque dubitatione, vt par erat, credentes, ſeſellerit, atque in errorem induxerit. Verum de Elia ſatis.

Quis futurus ſit Eliæ ſocius aduerſus Antichriſtũ.

Quis futurus ſit alter ille teſtis, & Eliæ ſocius, deinceps exeutiamus. Victorinus in cõmentariis ſuis in Apocalypſim enarrãs caput vndecimum, affirmat alterum illum teſtem domini aduerſus Antichriſtum, fore Hieremiam, idque colligit ex illis verbis domini, quæ ſunt in capite primo Hieremiæ: *Antequam exirem de vtero ſanctificaui te, & prophetã in gentibus dedi te.* Sed Hieremias, adhuc nõ prophetauit gentibus, nam olim cum vixit ſolis Iudæis prophetauit: ergo venturus etiãnum eſt, vt prophetet gentibus, ſcilicet tempore Antichriſti. Verum, leue eſt hoc argumentum. Nam propterea Hieremias dicitur prophetaſſe gentibus, quia non tantum prophetauit in Iudæa, ſed etiam in Ægypto, & in Babylonia, videlicet per ſcribã ſuum Batuch, & per epiſtolã, quã ſcripſit ad Idolatras, qui in Babylonia morabãtur. Vel quia non tantum prædixit exilium Iudæorũ, ſed etiam aliarum gentium, vt Ægyptiorum, Moabitarum, Ammonitarum, Philiſtinorum, denique Chaldæorum. Ioachimus Abbas in commentariis ſuis in Apocalypſim alterum teſtem & ſocium Eliæ futurum eſſe cenſet Moſem. Nam ſicut ambo in tranſfiguratione Domini appãtuerunt, tãquam teſtes prioris Chriſti aduentus: ſic itidẽ in cõſummatione ſeculi, teſtes ac præcones vltimi ſunt, poſteriotis Domini aduẽtus. Huic opinioni acceſſit Gagnæus in ſcholiis ſuis ſuper vndecimũ caput Apocalypſis: neque putat huic opinioni officere, quod Moſes ſit mortuus. Nã ſicut tempore tranſfigurationis reuocatus eſt ad vitam, vt priori aduentui Chriſti teſtimonium perhiberet: ita rurſus in cõſummatione ſeculi, ad prænunciandũ Chriſti poſteriorẽ aduentũ, ex mortuis excitabitur. Adiuuare videtur hãc ſententiã, Ioannes in Apocalypſi, capite vndecimo, ſcribẽs duos illos teſtes, poteſtatẽ habituros ſuper aquas, conuertendi eas in ſanguinẽ, & percutiendi terrã omni plaga. Cũ enim hoc in Ægypto Moſes fecerit, videtur Ioannes his verbis eũ ipſum ſignificare voluiſſe. Sed verior eſt communis & ab antiquis temporibus recepta in populo Chriſtiano,

Loachimus Abbas. An Moſes venturus ſit cum Elia.

Cum Elia venturum eſſe Enoch.



ſtiano, ſententia: duos illos teſtes futuros Eliam & Enoch. Le git Chryſoſtomum, ſuper ſecundum caput poſterioris epiſtolæ ad Theſſalonicenſes, & B. Gregorium libro decimo quarto moralium, capite vltimo, & in homilia duodecima ſuper Ezechielem. Neque eatet communis hic populi Chriſtiani ſenſus, vel teſtimonio Scripturæ, vel ratione probabili. Siquidem in quadrageſimo quarto cap. eccleſiaſtici, ſic eſt, *Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gẽtibus pœnitentiã*, id eſt, vt ſub extrema mundi tempora veniens, ſua prædicatione & bonos confirmet, & malos ab Antichriſto ſeductos corrigat, atque ad pœnitentiam adducat. Sane cum adhuc viuere Enoch certum ſit, vt docet Auguſtinus libro ſecundo de natura & gratia, contra Cæleſtium & Pelagium, capite vigeſimo tertio, nulla profecto alia idonea ratio eſſe poteſt, cur is tot millia annorum, tanto diuinæ potentiæ miraculo ſeruetur in vita, niſi quia inſtante mundi huius diſſolutione, teſtis veritatis Chriſtianæ venturus eſt aduerſus Antichriſtum.

Hippolytus autem in oratione de conſummatione ſeculi, & Ambroſius Cathatinus ſuper ſecundum caput Geneſeos, his duobus, tertium adiungunt, Ioannem Euangeliſtam, quem exiſtimant non eſſe mortuum, ſed tranſlatum eſſe in paradiſum terreſtrem: ibique ſimul cum Enoch & Elia manſurum vſque ad tempus Antichriſti. Videtur enim valde congruum eſſe, vt quemadmodum tres floruerunt in mundo leges, prima fuit lex naturæ, ſub qua vixit Enoch: altera lex Moſaica, cuius ardentiſſimus prædicator fuit Elias, tertia lex Euangelica & Chriſtiana, quam Ioannes verbis pariter atque ſcriptis per totum orbem publicauit: ita ex vnaquaque earum trium legum, vnus aliquis exiſteret grauiſſimus teſtis aduerſus Antichriſtũ. Atetã qui ex Græcorum Patrum ſententiis, commentarios compoſuit in Apocalypſim, explanans vltima illa verba capitis decimi, *oportet te iterum prophetare gentibus, populis, linguis, & regibus multis*, nonnullos refert, ex hoc loco Ioannis argumentari voluiſſe Ioannem viuere adhuc, & venturum extremo ſeculo ad prophetandum contra Antichriſtum. Poſtquam enim rediit ex inſula Pathmos, nuſquam legitur Ioannes prophetaſſe multis regibus & gentibus: nondum igitur illud vaticinium completum eſt, ſed in poſterum impleri debet. Verum infirma eſt hæc argumentatio. Illis namque verbis ſignificatur, Ioannem, præter viſiones propheticas, quas habuerat vſque ad illud tempus, alias complures pertinentes ad varias gentes, deinceps habiturum: quæ nimirum viſiones in ſequentibus capitibus deſcriptæ ſunt. Vel ſignificatur, & hoc ſimilius vero multis videtur Ioannem, poſtquam fuit ab exilio

Secundũ Hippolytum & Catharinum, cũ Enoch & Elia etiã Ioannẽ venturũ eſſe.

Locus ex c. 10. Apocalypſis.

exilio reuocatus, id est, post scriptionē Apocalypsis, prophetatu rum, id est, scriptorum Euangelium, per quod ipse plurimis re gibus, populis & gentibus prophetauit, & vsque in finem mun di prophetabit. Neque verum est, quod isti sumunt quasi ve rum & certum, Diuum Ioannem adhuc viuere: nam eum esse mortuum, vetus est, & multorum grauium ac nobilium au ctorum tententia: ita enim tradunt Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, Augustinus in tractatu 1 primo super Euangelium Ioannis, Eusebius item libro tertio historiæ Eccle siasticæ capite vigesimo quinto, citans ad hoc probandum ver ba Polycratis, qui fuit Apostolorum discipulus. Neque etiam nendum videri debet huius rei argumentum: non esse morem Ecclesiæ, eorum qui necdum vita decesserunt, sed mortuorū duntaxat, festos dies anniuersarios agere: eorum que memoriam in templis publice, sacris officiis atque sacrificiis recolere: quod tamen per singulos annos facit erga Ioannem. Illi ergo duo restes, Enoch & Elias, prædicabunt per tres annos & dimidium: quo expleto tempore, occisi ab Antichristo, mar tyrij gloriam consequentur. Hoc docet Hippolytus: & planè significat Ioannes cap. 11. *Testimonium*, inquit, *dicent, Dies mille du centos sexaginta.* Quod tempus continet tres annos & sex men ses, minus quindecim dies. Post eorum necē sæuissima existet persecutio Antichristi, quam significauit angelus in verbis, quę proximæ sequuntur.

Ioannem esse mortuū probatur.

*Veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud.*

Insciti a Porphyrij.

INterpretatur hæc Porphyrius de tribulatione Iudæorum, quam ipsi a rege Antiocho Epiphane passi sunt: quam ipse arbitratur fuisse maximā omnium, quę vsque ad illud tem pus Iudæis acciderant. Verum ignoratione temporum, & hi storiarum insciti a, falsus est Porphyrius. Siquidem persecu tio & tribulatio, quam septuaginta & quadringentos an nos ante regem Antiochum, passi sunt Iudæi a rege Chal dæorum Nabuchodonosor illam regis Antiochi duplicitet su perauit & duratione, quia septuaginta annos perdurauit: Iudæ is toto eo tempore extra patrias sedes, miserrima oppressi ser uitute: & magnitudine, atque acerbitate: omnibus enim Iu dæis, vel ferro cæsis, vel captiuis Babylonem abstractis, incen so templo, euersa ciuitate, vastataque omnifariā regione, nullus fuit, qui tūc resisteret Chaldęis, aut eorū manus euaserit. In per secutione autē regis Antiochi, non tantū, nec tā diuturnū ma lū fuit: intra sex enim annos cōstitit. Et quāuis magna fuit cla des Iudæorum, non sunt tamē illi patrijs sedibus exterminati: quin

Comparatio persecutionis Antiochi cum persecutione Nabuchodonosor.



quin etiam fuere multi, & horum principes, atque duces Macha bęi, qui non tantum audacter, & fortiter ducibus Antiochi obstiterunt, sed etiam sæpe, patria manu, numerosissimos eorum exercitus profligarunt, gentique suæ ademptam libertatem, armis vindicarunt. Ergo supra dicta verba angeli, non de tribulatione regis Antiochi, sed de persecutione Antichristi aduersus Christianos, interpretanda, atque intelligenda sunt. De qua ni mirum tribulatione, similiter dixit Dominus noster in Euange lio Matthæi, cap. 24. *Erit tribulatio, qualis non fuit ab initio, neque erit.* Tradunt Patres, tantam fore persecutionem Antichristi, vt eo tempore omnes Christiani, aut futuri sint martyres, aut mutaturi sint fidem Christi aut, qui nec volent fidem deserere, hi nec tamen fortes erunt tantis perferendis cruciatibus, hi more ferarum, latitatori sint in solitudinibus, & speluncis.

Quanta futura sit persecutio Antichristi.

Erit autem duplex persecutio Antichristi, vna quidem cor poralis, altera vero spiritualis. Corporalis quidem erit omnium grauissima, tum multitudine, tum magnitudine totius tortu ræ, quæ, vel audiuimus, vel legimus fuisse vllo tempore Chri stianis adhibita tormenta, ea ferunt, velut ludum, & iocum fuisse prout erunt tormenta, quibus Christianos torquebit Antichri stus. Indicauit hoc Daniel cap. 7. illis verbis: *Ecce cornu illud fa ciebat bellum aduersus sanctos, & praualebat eis, & sanctos altissi mi conteret.* Et cap. 11. *Ruent*, inquit *plurimi in gladio, in flamma, in captiuitate, & in rapina.* Ioannes quoque in Apocalypsi, cap. 13. prædicit datum iri Antichristo, vt bellum faciat cum san ctis, & vincat eos. Vincet autem sanctos, vel corporaliter: quia multi manus ipsius non poterunt effugere, sed ab eo crudelissi mè necati, gloriosæ mortis triumphum in cęlis agent: vel etiam spiritualiter, multi enim Christianorum, qui generali vocabulo nominantur sancti, aut etiam qui habebuntur tunc sancti, & for tasse eo tempore sancti erunt, Antichristi, vel allecti numeri bus, vel tormentis deterriti, à fide Christi desicient. Denique persecutionum & tribulationum, quas ecclesia temporibus pas sa est Ecclesia, quinque insignita & nobiliora genera numera re ac distinguere licet. Primo enim, passa est Ecclesia in ortu & infantia sua persecutionem a Iudæis, nascentis Christianæ reli gionis primordia, opprimere & extinguere conantibus: Dein de, a Gentilibus, Christianorum corpora exquisitissimis & acer bissimis cruciatibus varie torquentibus. Decem imperatorum Romanorum aduersus Christianos, videlicet a Nerone vsque ad Constantinum Magnum, persequutiones, vide apud Diuum Augustinum in lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 52. Tum ab hæreti cis, veritatem & sinceritatem fidei catholicæ impugnantibus. Postea a schismaticis, vnitatem Ecclesiæ discerpentibus, & obe

Quomodo Antichristus vincet sanctos.

Quinque genera persecutionum Ecclesiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dientiam vnius capitis atque pastoris abiicientibus. Postremò à malis Christianis, integritatem disciplinæ Christianæ, probitatemque morum, quantum in ipsis est, dissoluere ac labefactare volentibus. Hæc autem omnia persecutionum ac tribulationum genera, vnius persecutionis Antichristi magnitudo & atrocitas continebit.

Persecutio spiritualis.

Veruntamen longè aerior & exitialior erit persecutio spiritualis, in qua quæ mala futura sint, multis verbis indicat Hippolytus in oratione de cõsummatione seculi. Tollet enim de medio Antichristus omnes sacras imagines, prohibebit omnes cantus, precationes, & officia Ecclesiastica: templa omnia aut funditus euertet, aut in vsus tabernarum & stabulorum conuertet. Comburet omnes libros sacros quoscunque inuenire poterit: & vt scribit Lact. c. 17. lib. 7. viros iustos, libris prophetarum obuolutos cremabit. Vetabit administrationem vllumque sacramentorum, præcipuè verò baptismi & Eucharistiæ: quemadmodum Antiochus vetuit Iudæos circuncidi, & iuge sacrificium eorum abstulit. Fore autem eo tempore maximam baptizandi infantes Christianorum difficultatem, indicat B. Augustinus lib. 20. de ciuit. Dei, c. 2. Per tres porro annos & dimidiũ Eucharistiæ sacramentum non erit in locis publicis, nec publicè debitus ei honor & cultus adhibebitur, sed priuatim & occultè seruabitur & honorabitur à Christianis. Ad hæc vetabit Antichristus, quenquam signare se signo crucis: & hoc signum ex omnibus locis vbicunque erit, auferri præcipiet. Pro signo autem crucis Christianorum, dabit ipse sui amatoribus & sectatoribus, suum characterem & signum, quod qui non gestauerit, aut in fronte, aut in dextera, vt Ioannes inquit in Apocalypsi cap. 13. non poterit emere quicquam, vel vendere, vel alia quæ ad commoditatem humanæ vitæ pertinent commercia tractare. Quod autem Antichristi futurum sit insigne, variè traditur: sed inter plures tameo conuenit, fore vel hoc. *Nego Baptisma*, vel, *Nego Iesum*.

Antichristus præcipuè conabitur, de medio tollere Baptismũ Eucharistiã, & signũ crucis.

Symbolũ & insigne Antichristi.

*In tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit in libro.*

Iudæi in fine saluãdi.

SAlui erunt ex Iudæis, inquit hoc loco angelus Danieli, extremo illo mundi tempore, sæuiente in bonos Antichristo, non quidem omnes Iudæi, sed, interprete Theodoreto, quicunque Eliæ prædicationi obtemperantes, salute digni erunt scilicet, quos Deus iam inde à principio præcognouit. Dei quippe cognitionem, librum angelus nuncupauit. Ergo notitia Dei, quia prædestinauit eos, quibus præsciuit se daturum vitã æternam, per quandam similitudinem, & hic, & compluribus aliis Scriptu-



Scripturæ locis, liber appellatur. Audi B. Augustinum in libro vigesimo de ciuitate Dei, ca. 15. de huiusmodi libro in quo scripti dicuntur electi, ad hunc modum scribentem: *Non Deum liber ille commouet, nouæ ne obliuione fallatur: sed prædestinationem significat esse, quibus æterna adhibitur vita. Nec enim nescit eos Deus, & in hoc libro legit, vt sciat, sed potius ipsa nimis præscientia de illis, qua sibi non potest, liber est vita, in quo illi sunt scripti, id est, prædestinati.* Variè autem Scriptura describit hanc Dei præcognitionem electorum: namque hic eos appellat scriptos in libro, præterea in epistola ad Philippenses cap. 4. dicuntur eorum nomina scripta in libro vitæ, apud Lucam ca. 10. dicuntur eorum nomina scripta in cælis: Ioannes verò in Apocalypsi, dixit eos scriptos esse in libro vitæ agni.

Liber Dei in quo scripti sunt electi quid sit.

Tanti porrò est hic liber, vt qui in eo scriptus non fuerit, vitam æternam consequi nequaquam possit. Etenim Ioannes in Apocalypsi capite vigesimo primo, cùm locuturus esset de cælesti ciuitate, subdit, *non intrabunt in eam, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni*: & vltimis verbis capite 20. *quicunque*, inquit, *non inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis*, & eodem loco angelus dixit, eos duntaxat in persecutione Antichristi fore saluos, qui scripti fuerint in libro. Omnes autem qui in eo libro non sunt scripti, eos omnino perituros, æternisque cruciandos supplicijs declarat Ioannes in Apocalypsi ca. 13 17. & 20. Quin pro maximo præmio pollicetur Deus iustis, apud Ioannem in Apocalypsi capite tertio, non deleturum se nomina eorum de libro vitæ, & Dauid in psalmo vigesimo octauo, pro maximam pœnam, imprecatus & minatus est impijs hominibus dicens, *deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.*

Quanti faciẽdus sit liber vitæ.

Locus Psal. 68. explicatur.

Verum, hi duo posteriores Scripturæ loci, ferunt secum nonnihil quæstionis, quomodo qui scripti sunt in hoc libro, deleri vnquam possint. Siquidem, qui semel prædestinatus est, non poterit non semper esse prædestinatus: neque is gratia illa prædestinationis potest vnquam excidere. Hanc quæstionem posuit & explicuit Augustinus, tractans prædictam in Psalmo vigesimo octauo sententiam: sic enim scribit. *Fratres, non debemus intelligere, quod Deus quemquam scribat in libro vitæ, & postea deleat ipsum: si homo* [a] *dixit, quod scripsi scripsi, de tuto in quo scriptum erat, væ Iudæorum Deus quemquam scribit & deles?* [b] *Præscius est, prædestinauit omnes ante constitutionem mundi, regnaturos cum filio suo in vita æterna. Hos conscripsit ipsos continet liber vitæ. Et in Apocalypsi scriptum est* [c] *consentient illi, id est, Antichristo, omnes qui non sunt scripti in libro vitæ. Ergo non ei consentiẽt quicunque in libro vitæ scripti fuerint.* Quomodo igitu

Quomodo possit aliquis deleri de libro viuentium. D. Augu. conc. 2. in ps. 68

[a] Ioan. 19
[b] Rom. 11
[c] Apoc. 20

igitur de libro vitæ delentur, qui in eo nunquam scripti sunt? Hoc dicitur est secundum spem ipsorum, quia sibi se scriptos putabãt. Quid est de leantur de libro vitæ nisi, etiam ipsi constet, non se in libro esse. Sicut Iudæi qui sperabant se, tanquam merito iustitiæ suæ, in libro Dei esse scriptos, quibus dixit Dominus, scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere, cùm perdicta fuerit damnatio eorum, ad ipsorum etiam cognitionem, delebuntur de libro viventium, dum non sibi se esse scriptos agnoscent. Nam versus sequens exponit quod dictum est. & cum iusti non scribantur. Dixi ergo, deleantur, secundum spem eorum. secundum autem æquitatem tuam, quod dicitur non scribantur. Hactenus ex Augustino, volunt igitur Dauid, vt Deus ita tractaret impios homines, vt & ipsimet, & alibi omnes liquidò intelligerent, ipsos nunquam fuisse scriptos in libro vitæ, id est, non fuisse ex eorum numero, quos Deus ab æterno elegerat, & ad vitam æternam prædestinauerat.

*Ioan 5.*

D. Tho. in 1. par. q. 24. ar. 3

8. Thomas in prima parte, quæst. 24. disputans de libro vitæ, docet, quosdam esse in hoc libro scriptos simpliciter, & hos esse, qui secundum Dei propositum, ad consequendam æternam vitam prædestinati sunt: atque hos nequaquam deleri posse.

Alios esse scriptos in libro vitæ simpliciter, alios secãdumquid asserit.

Alios esse qui tantummodo secundum quid, in libro vitæ scripti sunt, hoc est, secundum solam gratiam præsentis iustitiæ, in qua nonnunquã & aliquandiu permanẽt. Sed quia isti nõ sunt de prædestinatis: non enim permanserunt in gratia, & ad extremum, cùm peccato mortali decessuri sunt, propterea nõ simpliciter, sed secundum quid, dicuntur in libro vitæ scripti. Ergo & prædestinati secundum quid dici possunt deleri de libro vitæ: videlicet ea ratione, vt versantur aliquando in peccatis: & habita ratione huius temporis atque status, indigni sunt vita æterna, reique æternæ damnationis. Similiter etiam reprobi & vt vocantur in scholis præscitti, dici possunt secundum quid, scribi in libro vitæ, quia nonnunquam, & quidam sanè ad longum tempus, sunt in gratia Dei, & secundùm quem statum, sunt filij Dei, & digni vita æterna, quam, si in eo statu perseuerarent, procul dubio consequerentur.

Liber Ezechielis, scriptus foris & intus, cap. 2.

Huius rei figuram putant fuisse nonnulli librum illum Ezechieli ostensum, qui erat scriptus intus & foris, & interior quidem scriptura eius, continebat electos ac prædestinatos, qui vere & coram Deo scripti sunt in libro vitæ, exterior autem scriptura, continebat alios, qui ad aliquod tempus sunt in gratia Dei, & vel suo, vel aliorum iudicio scripti esse in libro vitæ existimantur.

Euthymius.

Euthymius super Psalmo 68. & 138. tripliceem in Sacra scriptura reperiri librum affirmat. *Liber Dei*, ait ipse, *est summa eius scientia, Scriptura vero perpetua memoria. Par libro enim, variam & multiplicem Dei cognitionem diuina litera figurant & intelligunt.* Triplex Dei liber

*est autem triplex diuinæ scientiæ liber, & vnus quidem magis est vniuersalis, in quo omnes tam iusti quam peccatores in hanc mortalem vitam venturi, & postea morituri, scribuntur: quem Dauid significauit in Psalm. 138. dicens, in libro tuo omnes scribentur, hoc est tam perfecti quàm imperfecti: Alter liber scientiæ Dei est magis restrictus, in quo soli iusti scribuntur, quos etiam solos Deus ipse dilexit, felicis cognitione approbationis, vnde cecinit Dauid Psalmo, nouit Dominus viam iustorum. & Paulus secunda ad Timotheum secundo, firmus, inquit, fundamentum Dei stat habens signaculum hoc, nouit Dominus qui sunt eius, & hunc librum significauit Dauid Psalmo 68. cum dixit de impiis: & cum iustis non scribantur. Tertius liber est, in quo peccatores scribuntur: de quo libro supra capite septimo scripsit Daniel, iudicium sedit, & libri aperti sunt, & ex his scripta sunt viuentes & mortui, vbi ait Ioannes in Apocalypsi capite vigesimo. Sic Euthymius. Verum de libro vitæ, quatenus ad loci huius Danielis explicationem pertinebat, satis dictum sit.

Quanquam illud quoque monere lectorem volumus, locum Catharini opinio de prædestinatione reprobatur.

huius Danielis, valere ad confutandam opinionem Ambrosij Catharini, qui in libro suo de prædestinatione, eos qui æternam vitam consecuturi sunt, in duas tribuit classes, in priorem reponens prædestinatos, id est insignes quosdam viros sanctos, in posteriori numero complures alios, qui etiamsi non fuerint prædestinati, id est, sola Dei gratia, non ob præuisa eorum merita, electi ad vitam æternam, nihilominus tamen, æternam fœlicitatem consequentur. Hanc inquam opinionem excludunt verba Danielis, qui hoc loco scripsit, eos tantùm qui scripti fuerint in libro, id est, velut interpretati sumus, qui prædestinati fuerint, esse saluandos. Danieli consona loquuntur Ioannes in Apocalypsi, in ca. 20. & 21. affirmans, fore, vt quicunque inuenti non fuerint in libro vitæ scripti, hi omnes mittantur in stagnum ignis, negans item vllum cœlestem Hierusalem intraturum, qui in libro vitæ scriptus non fuerit.

An in fine mũdi omnes Iudæi sint ad Christi fidẽ conuertendi Theodo. & D. Gregorij sentẽtia.

Habet præterea hic locus Danielis quæstionem, sanè dignam, quæ tacita minimè relinquatur: an in fine mundi, omnes Iudæi conuertendi sint ad fidem Christi. Videtur Daniel id negare, recipit enim dixisse sibi angelum: eos dumtaxat saluandos esse ex populo Hebræo, qui scripti in libro vitæ inuenti fuerint: id est, qui sint prædestinatos. Præterea, Theodoretus in commentario huius loci, & D. Gregorius homilia duodecima in Ezechielem, tradunt, non quidem omnes, sed multos tamen Iudæorum, Eliæ & Enoch prædicatione doctos atque permotos, fidẽ Christi susceperutos. Ad hoc, Ioannes in Apocalypsi ait, eos qui cõsentient

tient Antichristo, eumque adorabunt, miserrimo exitu perituros: constat autem ex relatione Patrum, vt nos præcedenti libro commemorauimus, Iudæos fore primos, maximeque studiosos Antichristi sectatores. D. quidem Augustinus in libro vigesimo de ciuitate Dei capi. 29. indefinite dixit, Iudæos in fine seculi credituros in Christum. *Per Eliam*, inquit, *exposita scilicet, vltimo tempore ante iudicium, Iudæos in Christum verum ipsum credituros, celeberrimum est in sermone, cordi usque fidelium.* Ex adueniso autem, omnes Iudæos tunc amplexaturos fidem Christi, non dubiè videtur nos docere Diuus Paulus in vndecimo capite epistolæ, quam scripsit ad Romanos, sic enim ait: *Nolo vos ignorare fratres mysterium hoc, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* Vult igitur Paulus, omnem Israel, vltimo illo tempore, futurum esse saluum. Chrysostomus item homilia decimanona in hanc ipsam epistolã Pauli explanans illa eius verba, quæ sunt in eodem capite, *Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum, diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo eorum*, tũ dixit Paulus ait Chrysostomus, quanto magis conuersio, vel correctio ipsorum, sed quanto magis plenitudo ipsorum, hoc est, quãdo vniuersi ad fidem accessuri sunt. Hoc vero dicens, ostendit tunc plus fore gratiæ donique Dei, ac prope totum. Ita Chrysostomus.

Apoc. 4. D. Augu.

Locus Pauli ad Roma. nos 11. ca.

D. Chrysost.

Auctoris sententia non omnes Iudæos in fine saluãdos.

Ego, vt meum quoque iudicium ac sensum lectori aperiam, ita sentio. Non omnes Iudæos, qui extremo illo mundi æuo futuri sunt, conuersum iri ad fidem Christi, aut æternæ salutis fore participes. Hoc enim expresse declarauit angelus, cùm dixit Danieli. In illo tempore saluum esse futurum omnem populum Hebræum, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Illud enim, *qui inuentus fuerit scriptus in libro*, restringit ac contrahit signum illud vniuersale, *omnes*. Si enim omnes Iudæi tunc futuri essent salui, angelus simpliciter ac præcisè dixisset, *in illo tempore saluabitur omnis populus tuus*: præsertim cum id audire ac nosse lætissimo ac iucundissimum futurum esset Danieli. Atque id ipsum etiam Theodoretum & B. Gregorium sensisse superostendimus. Illud præterea censeo, licet non omnes Iudæos, plerosque tamen eo tempore fidem Christi accepturos: ita vt tanta eius populi credentium futura sit multitudo, vt propter eorum qui non sunt credituri paucitatem, omnis populus Hebræus, credituus esse, verè dici possit. Nam quod plurimum est in aliquo genere, id humano quodam loquendi modo, simpliciter *omne* appellamus. Quam loquendi rationem, ne ipsa quidem diuinæ Scripturæ grauitas & veritas reiicit: solet enim generales quasdam sententias enunciare, quæ tamen non ex toto, sed



sed plurimum, maximaque in parte veræ sunt. Atque hanc ob causam Dominus noster dixit, vt Matthæus refert cap. 17. *Elias quidem veniet & restituet omnia*, & Paulus dixit, *cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit.* Quin eo ipso loco Paulus ad id comprobandum citat verba Dei, quæ sunt apud Isaiam capite quinquagesimo nono, secundum translationem Septuaginta interpretum, *Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem Iacob.* Quorum verborum hæc est sententia: E gente Iudaica secundum carnẽ nasceturus Messias, qui sit liberator eius gentis, hoc est qui deleat peccata populi Hebræi, qui secundum carnem ex patriarcha Iacob descendit. Hæc autem abolitio peccatorum populi Hebræi, eiusque ad fidem conuersio, cùm neq; ad Christi & Apostolorum prædicationem, neque adhuc quidem peracta sit (non enim propter paucos Iudæos, qui conuersi sunt ad Christum, innumerabilibus, omni seculo in sua impietate cæcitateque permanentibus, verè diceretur, populum Hebræum fuisse ab impietate liberatum, & ad Christi fidem conuersum) cùm inquam, illud vaticinium Isaiæ adhuc complẽtum non fuerit, necessariò sequitur, complendum esse in fine seculi, quo tempore videlicet tanta sit futura Hebrææ gentis, ad fidei Christianæ, æternæque salutis participationem conuersæ frequentia, vt propter eius numerositatem, omnis populus Hebræus ab impietate liberatus, & ad æternam salutem perductus, verè dici queat.

Scripturæ mos tribuere ea quod maximæ parti conuenit.

Locus Isaiæ ex c. 59. explicatus.

## *Et multi de ijs qui dormiunt in terra puluere, exigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant semper.*

D. Augu.

RECTè monuit August. lib. 20. de ciui. Dei, c. 13. huius sentẽtiæ Danielis perquam similem esse illam Domini nostri, quam memorat Ioannes ca. 5. *Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedẽt, qui bona fecerunt, in resurrectionẽ vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.* Nam pro eo quod Christus dixit, *qui in monumentis sunt*, Angelus dixit, *qui in puluere terræ dormiunt*, siquidem illud *dormire*, significat, hominis mortui viuacẽ esse animum, licet eius vita, sensus hominum lateat: corpus autem humatum, vel sepulchro conditum, paulatim in terrenum puluerem resoluitur. Illud igitur, *dormiunt*, dicitur de mortuis, propter animas superstites morti, sed quarum vita mortales lateat: illud autem *in terra puluere*, propter corpora dictum est, quæ paulatim in pulueꝛẽ dissoluuntur. Hic præterea dicitur, *exigilabũt*, illic dictũ est,

Collatio vnius loci Dan. cũ alio D. Ioannis ex

audiet D. Augu.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Differentia resurrectionis bonorũ & malorum.

1. Cor. 15.

Dubitatio quo modo angelus dixit, multos ex mortuis resurrecturos, cũ omnes sũt resurrecturi.

Multos pro omnibus, & omnes pro multis vsurpat scriptura.

Augst. lib. 20. de Ciuit. ca. 23.

a Gen. 17.

b Gen. 22.

*æuitas vocem filij Dei, & procedent.* Denique hic dicitur, *alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant semper*, id est: non tantum afficientur opprobrio, verum etiam illud ipsi ante oculos semper habentes, semperque intuentes, incredibiliter eruciabuntur. Pro hoc dictum est a Domino nostro, *qui bona fecerunt procedent in resurrectionem vitæ qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij*. Communis enim omnium hominum erit resurrectio ad vitam incorruptibilem, differentia vero erit bonorum & improborum, quod illi procedent ad resurrectionem vitæ, vt ait Dominus: vel vt hic dixit angelus, resurgent ad vitam æternam, vel vt dixit Paulus, non tantum resurgent, sed etiam immutabuntur, hi autem procedent ad resurrectionem iudicij, id est, resurgent, vt iudicio Dei, æternis supplicijs condemnentur; vel vt inquit Daniel, resurgent ad opprobrium sempiternum: vel secundum Paulum, resurgent tantum, & non immutabuntur.

At enim videtur illud in vtraque sententia dissonum ac diuersum quod Dominus illic dixit, omnes resurrecturos, hoc autem loco angelus inquit, multos exigilaturos. Certum autem est, omnes homines tam probos quàm improbos ad vitam resurrecturos. Etenim præter illam Domini sententiam, idem quoque testificatur Paulus in prioris epistolæ ad Corint. cap. 15. dicens: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur*, & paulò infra, *omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*. Soluit hunc nodum D. Augustinus eo loco quem proxime posui: *Non putetur*, inquit, *diuersum, quod cum ibi positum sit, omnes qui sunt in monumentis, hic nisi dicat propterea omnes, sed multi dormientium in terra aggere. Venit enim abundando Scriptura pro omnibus nonnullum multos. Propterea & Abrahæ dictum est: a patrem multarum gentium posui te, cui tamen & alio loco dicitur: b in semine tuo benedicentur omnes gentes.* Idem docet Theodoretus & alio exemplo confirmat, sumpto ex capite quinto epistolæ ad Romanos, vbi Paulus, cum prius dixisset, propter peccatum Adæ factos esse omnes peccatores: posterius subdit, propter eius inobedientiam, multos esse constitutos peccatores: manifestè vbi vocabulo, multorum, pro voce, omnium. Huius loci Danielis de resurrectione mortuorum, similia leguntur in libro quarto Esdræ, capite septimo. *Excitabitur*, inquit, *quod nondum vigilat seculum, & mortuum corruptum, & terra reddet, quæ in ea dormiunt: & puluis qui in eo silentio habitant: & promptuaria reddent, ea quæ commendata sunt animæ. Et reuelabitur altissimus super sedem iudicij, & pertransibunt miseriæ & longanimitas continebitur. Iudicium autem solum remanebit, veritas stabit, & fides conualescet, & opus obsequetur, & merces ostendetur.*

Locus ex quarto libro Esdræ



*tur, & iustitia vigilabunt & iniustitia non dominabuntur.* Sic tot illic.

Nec mirandum accidat lectori, me vsum esse sententijs libri quarti Esdræ, qui non modo non est canonicus, verum etiam, vt Apocryphus à Patribus reiectus est. Equidem sequutus in hoc sum D. Ambrosium, qui in libro de bono mortis, eum ipsum locum Esdræ, quem nunc memoraui, sub nomine Esdræ, & cum magna laude sententiæ ad confirmandam fidei nostræ doctrinam, quæ est de resurrectione mortuorum, adhibuit. Quin idem in Epistola vigesima prima quam scripsit ad Horontianum suadet, librum quartum Esdræ legendum esse, quod in ipso anima, cœlestis esse naturæ demonstretur, & Philosophorum nugæ de ipsius substantia confutentur. Sed quid ego eius libri, Ambrosium, Cyprianum, aliosue Patres probatores, & laudatores memorem, cum eius libri sententias aliquot, etiam Catholica Ecclesia in sacro sanctæ Missæ mysterio, & in publicis suis precationibus vsurpet? Siquidè per singulos annos in feria tertia Pentecostes, Missam orditur ab ea sententia, quæ in 2. cap. lib. 4. Esdræ legitur. *Accipite iucunditatem gloriæ vestræ, gratias agentes Deo, qui vos ad cælestia regna vocauit.* Et ex eodem capite in solennitatibus martyrum decantat illud: *Modo coronantur, & accipiunt palmam*. Atque ob hanc causam fatum arbitror, vt hi duo posteriores libri Esdræ, cum aliis sacris, & canonicis libris coniuncti, ederentur, & circumferrentur. Verum, quia hic ipse liber, sicut multas habet ad veritatem Christianæ fidei pietatémque commendandam insignes, & ad modum probabiles sententias, ita quoque non paucos permixtè continet errores, ac fabulas, quibus maximè libri fides, & auctoritas eleuatur, propterea ais liber, à Diuo Hieronymo, & à multis patribus, nõ tantũ, vt apocryphus repudiatur, sed etiam vt fabulosus contemnitur, ac deridetur.

Sententiæ aliquot libri quarti Esdræ: non solũ Patres, sed ipsa Ecclesia vsurpat.

D. Hier. in præfa in Esdrã epi. 109.

*Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

ANgelus proximè docuerat de resurrectione iustorum, id quod est omnium commune, eos scilicet, ad vitam æternam resurrecturos. Nunc nonnullam eorum diuersitatem secundum gloriam accidentalem, fore indicat, docens, qui aliorum fuerint magistri & doctores, eosque ad iustitiam, id est, ad omnem virtutem, prout ad Deum, referrent, colendam, & capiendam erudierint, atque induxerint, eos præcipuo quodam, & singulari gloriæ splendore cæteris clariores fore: comparando eos cum splendore cæli, & stellarum fulgure. Cuius si-

Differentia inter beatos iustos.

ius simile quid scripsit Paulus in posteriotis epistole ad Corinthios, ca. decimo quinto. *Alia est*, inquit, *claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarū: stella enim a stella differt in claritate. sic & resurrectio mortuorum.* Sed quia duas sententias supradictis verbis complexus est angelus, priorem illis verbis. *Qui docti fuerint, fulgebunt vt splendor firmamenti*, posteriorem illis, *& qui ad iustitiā eruditi multos*, differt inter ipsos interpretes aliis censentibus, diuersos gradus beatorum his duabus sententiis insinuari: aliis vero astruentibus, vnum eundemque gradum doctorum, vtraque sententia diuersis verbis indicari.

Doctiqui fulgebūt cuiusmodi sint.

Carthusianus igitur Albertum secutus, prioti sententia alt significari omnes electos, qui non excellunt scientia, vt alios docere & possint, & pro officio debeāt & istos vocat hic angelus doctos, vnctione nimirū spiritus sancti, qui nota fecit eis, quæcunque ad salutem consequendam, nosce illis opus erat: de quibus Dominus dixit. Ioannis sexto: *Et erunt omnes docibiles Deo.* Omnes enim iusti simul cum gratia habent septem dona Spiritus sancti, in quibus numerantur, intellectus, scientia, & sapientia. Itaque docti appellantur hoc loco, quicumque simplici, & quæ priuatim ipsorum tantum vitæ regendæ, ac moderandæ sufficiat doctrina sunt præditi. Horum gloria comparatur cum firmamenti splendore, qui non est lux cōdensata: quoniam horum gloria, præsertim accidentalis, minor est, quā eorum, qui in docendis aliis, & ad vitam æternam perducendis versantur.

Eorum, qui alios eruditunt gloria.

Posteriori vero sententia, putat Carthusianus declarari gloriam eorum, qui in Ecclesia munus & dignitatem doctorum, atq; magistrorū obtinent, de quibus lege Paulū ad Ephesios 4. Hi plurimos iuuant, seruitutēque dæmonis, & peccati ereptos, veræ libertati, & gloriosæ seruituti iustitiæ, ac Dei asserentes, idque præstāt verbis, exēplis, scriptis, denique quoquomodo possunt. Horum magnam esse in cælis gloriam ostendit Dominus noster apud Matthæum cap. 5. dicens: *Qui fecerit hæc, & docuerit homines, magnus vocabitur in regno cælorum.* Horum gloriam, fecit angelus similem claritati stellarum, quarum videlicet, lucidior est, & ad res alias collustrandas efficacior. Sane si ex astris cæleſtibus multa & magna commoda, in terram defluunt, non minora, ex doctis, sanctisque magistris, in Ecclesiam, populumque Christianum redundant. Ac isti quidem, in omnium quos eruditunt ad iustitiam, meritis, quodammodo, merentur, atque in eorum omnium coronis, & ipsi coronantur. In hos verissimè competit, quod prodidit beatus Dionysius, diuinarum omnium perfectionum, diuinissimam esse perfectionem: Dei cooperatorem esse in reductione animarum ad



tum ad creatorem. Hactenus ex Carthusiano.

Alia eius loci expositio.

At vero glossa interlinearis, & Lyranus, contra censent. Priori enim sententia, magistrorum gloriam, posteriori autem eorum qui non sunt magistri, & sanctitate magis vitæ, quam præstantia doctrinæ, prædicatores sunt, significari arbitrantur. Horum opinionem adiuuat versio Theodotionis, & Græca editio vulgata, quam hic sequitur Theodoretus, & refert Diuus Hieronymus, ea vero sic habet, *Et intelligentes fulgebunt sicut splendor firmamenti: & a iustis multis, quasi stellæ in secula, & vltra.* Quam lectionem memorans hoc loco Hieronymus: *Iuxta Theodotionē*, inquit, *significatur hoc loco, quod docti similitudinē eā habeat: & absq; doctrina iustis stellarū fulgori coæquentur: tantūque sit inter eruditam sanctitatem, & sanctā rusticitatem, quantū cælum distat, & stella.* Theodoretus tamen hanc ipsam trāslationem, aliter interpretatur. Nam prioti sententia significari putat, insigniores omnes Sanctos & beatos: posteriori vero alios, qui sunt inferioris meriti, & gloriæ, sic enim scribit: *Probatissimi electorum, splendori firmamenti & solis lumini similes sunt: inferiores illis, hos enim significant per multos stellarum lumen imitantur. similiter etiam Paulus beatorum ordines distinxit, dicens: quemadmodum alia est claritas solis, alia lunæ, alia stellarum: ita diuersitatem fore in resurrectione mortuorum.*

Sed mihi videtur simpliciior, atque planior, ob idque probabiliot huius loci explanatio, quam habet commentarius Diui Hieronymi, vt per vtramque sententiam, idem (& hoc frequentissimè fit in sacris litteris) diuersis verbis significatum sit, id est, singularis quædam excellentia gloriæ eorum, qui multos docuerunt veritatem, & ad studium, cultumque virtutum instruxerunt. Itaque in supradictis sententiis, qui prius appellantur docti, post dicuntur eruditi multos ad iustitiam, vt hac diuersitate verborum, idem munus, & meritum significetur eorum, qui sunt, aliorum magistri, & doctores. Idemque significari putandum est, splendore firmamenti, atque stellarum fulgore, neque enim alius est splendor cæli, & alius stellarum. Enimuero, omnis cæli lux, & claritas ex astris est. Audi Hieronymum. *Magistri habebunt similitudinem cæli & qui alios erudiunt, stellarum fulgori comparabuntur. Non enim sufficit scire sapientiam, nisi & alios eruditi: tactusque sermo doctrinæ, alium non ædificans mercedem operis recipere non potest. iuxta illud Sapientis in libro Ecclesiastici cap. 41. Sapientia abscondita, & thesauris inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?*

2. Cor. 15. Auctoris sententia.

Sed hoc Hieronymi dictum, de iis accipiendū, quorū interest alios docere: vt sunt pastores, & doctores Ecclesiæ. Nam monachum, & qui solitariam vitam agit, nihil prohibet esse doctū

Dion. li. de Eccle. hier. c. 6. Hier. in l. aduer. Vigilantiũ. Hieronymus in li. aduersus Vigilantium. Docti plus prosunt Ecclesiæ Dei quam indocti etiam sancti

sacratum literarum, cuius tamen non est, auctore beato Dionysio, alios purgare, illuminare, & perficere, & cuius est, vt quodam loco dixit Hieronymus, lugere potius, quam docere.

Hunc ipsum locum Danielis commemorans, & tractans D. Hieronymus in epistola centesima tertia, quæ scripta est ad Paulinum, *Daniel*, inquit, *in fine sacratissimæ visionis ait iustos fulgere sicut stellas: & intelligentes, id est, doctores, quasi firmamentum. Vides, quantum inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij æthere comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem, vtrumque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus, qui docti fuerint, fulgebũt quasi splẽdor firmamenti, & qui ad iustitiã erudiũt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

Ponit ite̅ Hieronymus hoc loco quæstionem, *Solet*, inquit, *nonnulli quærere, vtrum doctus sanctus, & simplex sanctus, eadem mercedem habeant, & vnam in cœlestibus mansionem?* Quam ipse videtur soluere secundum translationem Theodotionis, dicẽs, quantum differt inter cælum & stellas, tantũ distare inter eruditam sanctitatem, & sanctam rusticitatem. Idem in epistola, quam scripsit ad Paulinum, *sancta*, inquit, *rusticitas sibi tantum prodest, & quantum ædificat ex vita merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si eam destruentibus non resistat.* Verum ea quæstio facilè soluitur hac distinctione scholastica: si comparatio docti & indocti hominis, & vtriusque iusti ac sancti, fiat in gratia essentiali mensura meriti & præmij sanctorum, non aliunde quàm ex magnitudine gratiæ, & caritatis eorum æstimari debet. Maior tamen occasio sese offert, vberiorque suppetit materia, augendæ gratiæ gloriæque amplificandæ, doctoribus Ecclesiæ, quã idiotis: eorum quippe munus, & officium est in docendis iuuandisque hominibus. Deique nomine atque honore illustrãdo, perpetuo versari. Quod si nõ agatur de gloria essentiali, sed de accidentali, non dubium est, quin præcipua quædam, & singularis huiusmodi gloria, sanctos ecclesiæ doctores in cælis maneat: quam Theologi appellare libuit, aureolam, eamque triplicem distinguere, vnam doctorum, alteram martyrum, tertiam virginum.

Ridicula interpretatio Porphyrij ex D. Hier.

Cæterũ, vera superiorum verborũ angeli interpretatione posita & constituta, iuuat etiã hoc loco, detegendã propinare lectori, insulsissimã Porphyrij interpretationẽ, qui superiora verba, quę angelus de resurrectione omniũ hominũ apertè & expressè dixit, ea conatus est, ad regis Antiochi, & Machabeorũ reporta & gesta detorquere, *Parta*, inquit, *victoria à Machabæis, & cæsis Antiochi ducibus, ipsoque Antiocho in Perside mortuo: saluatus populus Israel, qui scriptus erat in libro Dei: & hoc qui legem Dei fortissimè defenderat. E contrario, dolori sunt dati libro, illi nimirum qui*



*prauaricatores fuere legis, & partes Antiochi secuti sunt. Tunc qui in puluere terræ dormiebant: id est, operti erant malorum pondere, & tanquam in sepulchris miserarum recondita iacebant: ad istam victoriam, de terræ puluere surrexerunt, & de humo eleuauerunt capita sua: custodes quidem legis resurgentes in vitam æternam: prauaricatores autem, in opprobrium sempiternum. Magistri autem & doctores, qui legis notitiam habuerunt, fulgebunt quasi cælum: & qui inferiores populos, exhortati sunt ad custodiendas cæremonias Dei, ad instar astrorum splendebunt.* Ponit itaque Porphyrius historiam de Machabæis, in qua dicitur, multos Iudæorum sub Mathatia, & Iuda Machabæo, ad eremum confugisse & latuisse in speluncis atque cauernis petrarum: & post victoriam, processisse. Et hæc nunc metaphoricè, quasi de resurrectione mortuorum esse prædicta. Hæc Porphyrius.

Refellitur Porphyrius.

Cuius interpretationem, meras esse nugas, ineptias, atque figmenta, facile est, vel nullo docente aut dicente, cuiuis intelligere. Si enim quod proximè antecessit de tribulatione illius temporis, quæ tanta dicitur esse futura, quanta nunquam ante post orbem cõditum fuerit, id nullo modo intelligi potest, vt supra ostendimus, de tribulatione quæ ab Antiocho Iudæis accidit: quanto minus eo referri hæc poterunt, quæ tam euidenter de resurrectione mortuorum prædicta sunt. Quod si per dormientes in puluere terræ intelligere oporteat, secundum Porphyrium, Machabæos, & eorum socios, qui vt fugerunt persecutionem Antiochi, in specus, & sub terranea loca se abdiderant, atque inibi tamquam mortui in sepulchris versabantur: cum isti ea calamitate premerentur propter pietatem erga Deum & obseruantiam diuinæ legis, eos profectò vidit bonos & pios fuisse necesse est. Quomodo igitur de istis loquens angelus dixit, aliquos eorum resurrecturos ad vitam æternam, alios verò ad opprobrium sempiternũ? Sed præstat hic adscribere quemadmodum hanc Porphyrii, contumaciter veritati repugnantis explanationem refellat Theodoretus. *Dicat*, inquit, *qui hæc Antiocho aptare conantur, quinam resurrexerint ad regnantis, quorum alij vitam æternam, alij sempiternam dedecus perceperint? quod si istis verbis significari dixerint Machabæos, qui à speluncis exierunt, maiori risu digni erunt, siquidem eosdẽ fuisse pios, & impios necesse erit: cum prophetes dicat, eorum qui dormiebant in puluere terræ, alios resurrexisse ad vitam æternam, alios ad opprobrium sempiternũ: at hoc minimè quadrat in Machabæos: pius quippe omnis eorum cætus. Nequit in eos competere, quod dicitur de vita æterna: siquidem illi omnes, etiam post victoriam, vel per fraudẽ, vel in prælio interfecti, præsentem vitam perdiderũt.*

Theodoretus Porphyrium egregiè refellit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Igitur nullibus fabulis relictis, communem hinc mortuorum resurrectionem, & post resurrectionem iudicium futurum discamus: qua iudicio, alij æterna vita, alij sempiternis opprobriis digni declarabuntur.* Hactenus ex Theodoreto.

*Tu autem Daniel, claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.*

Inuehitur in hæreticos nostri temporis.

AVdis hæretice, quid hic dicat angelus: Iubet enim Danieli, vt prophetiam suam obscurer atque occultet, ita vt fiat tanquam scriptura, quæ clausa est & signata, legere volenti. Ex quo apparet, & Danielē auctorem fuisse huius libri, & librum ipsius esse perobscurum, & perdifficilem ad intelligēdum. Atque hoc ipsum de complurimis aliis diuinis scripturis, alibi traditum est. Idemque proditum est à patribus, de lib. Geneſ. Iob, Canticorū, de primis & vltimis visionibus Ezechielis, de Apocalypti Ioannis, cuius tot esse mysteria, quot sunt verba dixit Hieronymus: denique de Pauli epistolis, in quibus quædam esse difficilia intellectu, diuus Petrus affirmauit. Hier. ep. 103. ad Paulinū. a. Pet. 3

I nunc igitur hæretice, perfrica frontem, & audacia vtens pro sapientia, in concionibus imperitorum & perditorum, tuisque similium hominum, tua ista circulatoria loquacitate & iactantia, licet reclamantibus sacris libris, cunctisque patribus repugnantibus, die nihilominus tamen confidēter, omnem diuinam Scripturam, cuilibet, etiam de vulgo, facilem esse intellectu, ac peruiam. Sic profectò est ingenium hæreticorum: piget eos recte ac modicè mentiri. Nam quia semel veritatis fines transierunt, insigniter atque impudenter iuuat esse mendaces. Nimirum, similes isti sunt Herostrato: quem ferunt, incendio Ephesini Dianæ templi, toto orbe celeberrimi, nomen suum nobilitare voluisse: sic isti, ruina Catholicæ religionis & doctrinæ, gradum sibi struunt ad gloriam. Sed nos verba Danielis, quæ proposita sunt, excutiamus.

Interpretatio verborū Danielis.

*Tu*, inquit, *Daniel, claude sermones, & signa librum, &c.* Angelus qui Danieli multiplicem reuelauerat veritatem, occulta esse significans, quæ ipsi locutus est, præcepit, vt sermones suos inuolueret, librumque ita signaret, vt quamuis plurimi eum legerent, attamen obscuritatis eius profunditatem minimè perrentantes, diuersa admodum de libri eius intelligentia opinarentur. Et hoc est quod ait, *pertransibunt plurimi*, id est, plurimi tuum librum perlegēt: solemus enim dicere, percurri librum, pertransiri historiam. Vel illud, *pertransibunt plurimi*, significat fore plurimos, diuersis temporibus & omni æuo, qui lectu scripturę illi sint has prophetias. Quod autem sequitur, *& multiplex erit scientia*, significat, obscuritatē libri, causam fore, vt eū legentes, atque interpretantes, plurimas, maximeque diuersas interpretationes afferant: quæ res multiplicem diuinæ scripturæ scientiam parit. Tanta enim est sacræ Scripturæ veritas & fœcunditas, vt multorum, & inter se discrepantium, verorum tamen omnium sensuum, non modo capax, sed ferax etiam sit. Nam vt omittam, quod idem Scripturæ locus, multos sensus etiam literales habere possit, habet præterea sensus mysticos: quorum natura & tractatio multiplex est parem vtilitati iucunditatem habens. Quod autem subditur, *vsque ad tempus statutum*, multiplicem habet intellectum: vel, quoad veniat tempus à Deo præfinitum, quo tempore euentura sunt, quę in hac visione angelus prænunciauit Danieli: tunc enim, quæ nunc obscura sunt, ipso euentu patefacta & comprobata, liquido intelligentur. Nam, vt recte Ireneus dixit, *omnis prophetia priusquam implcatur, ænigma est: cum autem impleta est, manifestū habet expositionem & intelligentiam*. Vel significat tempus consummationis seculi: nam Vagninus vertit, *vsque ad tempus finis*. Græcè autem est, *vsque ad tempus consummationis*: Nam quia multa hic prædicta sunt de persecutione Antichristi, & resurrectione mortuorum, quę in fine mūdi futura sunt, eorum perfecta vsquequaque cognitio, ante illud tempus percipi non potest.

Prophetia ante adimpletionem ænigma. Iren. li. 4. aduer. hæreſes. cap. 43. Notabilis sententia Irenei

Scripturæ post Christi aduentū facilius quam antea.

Postremo, illud, *vsque ad tempus statutum*, referri potest ad tempus legis Euangelicæ, & aduentus Messiæ: tunc enim per illuminationem Spiritus sancti, omnia diuinarum Scripturarū mysteria, erant celebranda. Vnde Ioannis capite decimo sexto, Dominus dixit discipulis suis, se missurum Spiritum sanctū, qui omnia ipsis suggeret, omnēque ipsos doceret veritatē. Et post resurrectionem aperuit illis sensum, vt intelligerēt Scripturas. Luc. 24. Mat. 27.

Atque in huius rei signum moriente Domino, velum templi discissum est: videlicet, quia per Christi mortem, impletis Dei promissis, vatumque oraculis ad exitum effectumque perductis, diuina mysteria, quæ ante id temporis velata tectaque fuerāt, ex toto sunt patefacta. In hanc tertiam interpretationē consentiēs Theodoretus, ita scribit. *Præcipit angelus Danieli, vt libro suo sigilla obscuritatis imponat, neq; perspicua omnibus faciat, quæ scripta mandauerit, donec multiplicetur scientia, & impleatur omnis terra scientia Domini: vt prædixerat Isaias cap. vndecimo. Vterinam omnibus signis & sigillis, diuini Spiritus gratia post nostri saluatoris aduentū, ablatis, quæ prius obscura erant, credentibus fecit manifesta.*

Fœcunditas sacræ scripturę

Obseruāda porro est in præsentia, phrasis diuinę scripturæ satis frequens: nam cum ea vult significare librum aliquē, vel scriptionem obscuram, & ab intelligentia hominū remotam, sis satis clausam, vel signatā, appellare consuenit. Exemplū habes lucu-

Scripturę phrasis frequēs.

Universidad de Deusto
Biblioteca



lentum apud Isaiam cap. 29. Sic enim de obscuritate sui voluminis loquitur. *Et erunt sermones libri huius quasi verba voluminis signati: quod si dederint homini nescienti literas dicentes ei: lege, respondebit, nescio literas: siu autē dederint illud homini scienti literas, & dixerint, lege librū, respondebit, non possum legere, signatus enim est.* Ioanni quoque in Apocalypsi ostenditur liber signatus sigillis septem, intus, & foris scriptus: & quia nullus inueniebatur, qui posset signacula illa soluere, propterea Ioanni flenti dictum est, *ne fleueris, ecce vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, aperire librum, & soluere signacula eius.* Apoc. 5.

Quis idoneus fuerit Scripturarum ænigmata, & verba tenebrosa, propter mysteriorum magnitudinem: & interpretatur parabolas: quique occidentem literam transferre potest in spiritum viuificantem. Et vero quemadmodum diuina Scriptura non humano ingenio & arte adinuenta, & elaborata, sed diuino spiritu condita est: sic ad eam intelligendam, & interpretandam, eodem spiritu Dei, super omnia, opus est, eo, inquam spiritu Dei, cuius Ecclesia illuminatione illustratur, magisterio docetur, ductu regitur, instinctu mouetur, denique gratia viuificatur. Quis idoneus fuerit interpres. D. Hiero. in hūc locū.

Signatos autem libros sacros, inquit D. Hieronymus, potest soluere, qui scripturarum sacramenta cognouit: & intelligit

*Et vidi ego Daniel, & ecce, quasi duo alij stabant, vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde, ex altera ripa fluminis, &c.*

Daniel cur duratione persecutionis Antichristi, interrogauerit angelum.

NAttat Daniel, vidisse se in vtraque fluminis ripa, duos angelos stantes: & tertium angelum stantem super aquas fluminis: atque eos tres, sub virili forma & habitu. Se autem quæsisse de illo tertio angelo, qui stabat super aquas fluminis, vsquequo finis esset futurus earum rerum mirabilium, quas ipse in ea visione audisset. Quibus verbis significauit se nosse cupere, quamdiu duratura, & quando finem habitura esset persequutio Antichristi. Breuitas enim tribulationis, si nota sit, magna est leuatio doloris, magnumque eam fuisse nentibus, solatiū. Quocirca Paulus 2. ad Cor. 4. c. quo præsentia vitæ tribulationes, magno animo ferret Christiani, docet, quātumcunque sint, quod in præsenti vita toleratur, momentaneum esse ac leue. id tamen immensum gloriæ pondus in æternitatē operari. Duos illos angelos stantes in duabus fluuij ripis, putat diuus Hieronymus fuisse principem regni Persarum, & principem regni Græcorum aduersantes Hebræis, & liberationi eorum renitentes: angelum vero stantem super aquas fluminis, esse Gabrielem, peramantem ipsius Danielis, & populi Hebræi patronum ac defensorem. Quapropter Daniel non illos, sed



sed hunc interrogauit. Quamquam lectio quam hoc loco sequitur Theodoretus, & commentarius eius habet, non significat Danielem, sed duos illos angelos, interrogasse tertium angelum, qui stabat super flumen. Quam lectionem si admittimus, consequeretur dicendum erit duos illos angelos fuisse bonos angelos, nec aduersarios Danieli, aut Iudæis. Atque hanc lectioni magis quàm nostræ, congruit Pagnini & Vatabli translatio. Fluuium autem, cuius nomen hic non est expressum, recte existimat D. Hieronymus, intelligendum esse Tigrim, scilicet quem supra capite decimo, nominauerat. Quod sanè secundum nostram sententiam verissimum est: quippe qui, vnam eandemq; visionem, his tribus capitibus continenter narrari, arbitramur. Per duos illos angelos stantes in ripis fluuij, significatur, steriisse hinc & florusse imperium Persarum, & Græcorum, quarum gentium illi angeli præsides ac tutores erant: Gabriel verò, qui patrocinium Iudæorum gerebat, stans super aquas fluminis, significauit, gentem Iudæorum, magnis calamitatum, & ærumnarum procellis, fæuisque malorum fluctibus fuisse tunc agitatam, & diuexatam. Vel significauit, omnium gentium & populorum imperia, ad modum aquæ, fluxa & fugacia esse, & ad finem, planè interitura.

*Et cùm iurasset per viuentem in æternum, quia in tempus & tempora, & dimidium temporis.*

QVæsiuit Daniel ex Gabriele, qui sub forma & habitu virili stabat super aquas Tigris, quousque duratura esset illa persecutio Antichristi: respondit angelus, adhibito iusiurando, duraturam in tempus, & tempora, & dimidium tempus. Iurat Deus per semetipsum, vt legitur in Deuteronomij capite 32. & in psalmo centesimo nono: iurat etiam angelus, & hoc loco, & in Apocalypsi capite decimo: sed iusiurandum eo nam, non aliud est, nisi magna eius quod dicitur confirmatio: vt scilicet, significando id esse immutabili Dei sententia, & decreto ratum, fixum, & prorsus irreuocabile. Eleuatio autem tam sinistræ, quàm dextetæ manus angeli in cælum, significabat, immutabilia esse decreta Dei, siue quæ in bonum hominum, siue quæ in malum spectant: siue quæ ad res temporales, siue quę ad æternas pertinent: vel omnium rerum, siue bonarum siue malarum, siue temporalium, siue æternarum dispositionem atque dispensationem, ex immutabili æternóque Dei consilio & prouidentia pendere. Illud autem *in tempus, & tempora, & dimidium temporis*, phrasis est vsitata Danieli, & ad eius imitationem, etiā Quidnā denotet angelum iurare, & manus in cælum tollere. Apoc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ioanni in Apocalypsi, significans tres annos, superq́ dimidium annum. Nam tempus significat vnum annum, tempora duos annos, dimidium tempus, dimidium anni. Et de hac quidem phrasi diximus suprà in libro quinto, quod lectorem scire conuenit, cùm explanaremus verba illa, quæ sunt in quarto capite huius libri: *septem tempora mutabuntur super te.*

Quàdiu durabit persequutio Antichristi.

Cæterum in quæstionem vocati posset, an his verbis significetur omne tempus, quo regnaturus est Antichristus: an tempus dumtaxat, quo sæuissima aduersus sanctos persecutio eius duratura est. Verum in promptu est respondere huic quæstioni. Nam quamdiu simpliciter regnaturus sit Antichristus, à nullo, quod ego sciam, traditum: & nulli opinor mortalium fuisse compertum, quamdiu verò regnaturus sit, ex quo tempore incipiet atrociter & crudeliter insectari sanctos, ipsisque præualebit, & ex hoc loco, & ex aliis, tam ipsius Danielis, quàm B. Ioã. in Apocalypsi, exploratum habetur. Daniel supra in ca. 7. similiter vt hic loquẽs de persecutione Antichristi, dixit, sanctos traditum iri in manus eius vsque ad tẽpus, & tempora, & dimidium temporis. Et in hoc ipso cap. paulo infra, *à tempore*, inquit, *quo ablatũ fuerit iuge sacrificiũ*, id est, ex quo atrocissima Christianorũ persecutio sub Antichristo cœpta fuerit: *transibunt dies mille ducenti nonaginta*, qui efficiũt tres annos, & dimidium, additis insuper, duodecim diebus. Similia Danieli vaticinatur Ioannes in Apocalypsi: siquidem in cap. 11. sic ait. *Calcabunt gentes ciuitatem sanctam per menses quadraginta duos*, in cap. 12. *Mulier*, inquit, id est, Ecclesia Christi, *fugiet in solitudinem, & abscondet se à facie serpentis*, id est, à persecutione Antichristi: *per tempus & tempora, & dimidium temporis*. Denique in ca. 13. loquens de Antichristo *data est illi*, ait, *potestas facere, & bellum gerere cum sanctis, & vincere eos per menses quadraginta duos*. Quamobrem tempus hoc Antichristi, nominatur in Scriptura modicum tempus. Ioãnes enim in Apocalypsi cap. 12. ita scribit: *va terræ & mari: quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet*. Et in cap. 20. ait, post aduentum domini nostri, vsque ad finem mundi, quod tempus denotat ipse mille annis, ligatum esse diabolum, id est, potentiam eius repressam atque frenatam, expletis autem mille annis, id est, propè finem seculi, solutum iri diabolum, quia tunc amplissimam habebit facultatem impugnandi & infestandi homines: sed ad breue tamẽ tempus. *Post hæc*, inquit, *oportet illum solui modico tempore*, id est, vt dixit Angelus Danieli, per tres annos & dimidium, quo videlicet tempore, per Antichristum, quibuscunque modis poterit, crudelissimè insectabitur bonos, & eos perdere quo quomodo conabitur. Hæc spectat etiam, quod dixit Dominus: referente Matthæo



thæo cap. 24. *nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: verumtamen breuiabuntur propter electos*. Dixit, *breuiabuntur*, pro eo quod est, breues & pauci erunt: quippe non amplius tres annos, præterque sex menses.

Mira Dei clemẽtia in moderandis diaboli tẽtationibus.

Atque hic licet admirari, summisq; laudibus prædicare prouidentissimam Dei misericordiam: qui vim dæmonis, in oppugnandis & infestandis hominibus, mirabiliter temperet, ad vtilitatem electorum suorum. Siquidem omni hoc tempore præsentis seculi, vsque ad finem mundi longissimum dæmoni concessit spatium oppugnandi hominem, sed exiguam dedit ei potestatem eum lædendi: at verò prope finem mundi amplissimam is accipiet à Deo potestatem vexandi & affligendi homines, & maximè per ipsum Antichristum: sed ad id tamen, angustissimum ei tempus præfinietur, nempe non plus tribus annis & dimidio. Itaque cum diabolus longum habet tempus tentandi, parum potest nocere: cum autem plurimum nocere poterit, tũc in breuissimo tempore, à Deo erit coarctatus.

## *Et cum fuerit completa dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa hæc.*

Quid significet hæc vox cõpleta, hoc loco.

ILlud *completa*, vel significat idem, quod transacta & finita, vt sit sensus: postquam sancti, qui propter Antichristi persecutionem multifariam dispersi fuerant, destructa potentia Antichristi, & ipso interfecto, rursus ad suas sedes reuersi, publicè ac libere fidem & religionem Christianam prædicabunt, tũc ventura esse, quæ hic prædicta sunt de resurrectione mortuorũ, & bonorum præmiis, atque improborum supplicijs sempiternis. Vel potiùs, vt interpretatur D. Hieronymus, illud *completa dispersio*, significat tempus, quo sancti declinantes Antichristi persecutionem, dispersi fuerint completè, id est, generali quadã dispersione, vt intelligamus non paucos aliquos, sed ferè omnes, id temporis, per varias regiones dispersum iri, vt Antichristi ad tempus, cedant furori.

Manus quid hic significet

Illud verò vocabulũ *manus*, vel significat multitudinem, vel robur & fortitudinem: vt sensus sit, eo tempore, non tãtum infirmiores Christianos, sed etiã fortiores & sanctitate insignes, subducturos se furẽtis Antichristi persecutioni, non quidẽ metu tormentorũ, aut mortis, sed quò se, ad tẽpus cedentes Antichristo maiori Ecclesiæ vtilitati & gloriæ Dei seruẽt. Est autẽ futura hæc generalis sanctorũ dispersio, vt hic significat angelus, velut signum quoddã & indicium eius tẽporis, quo ea quæ ab ipso hic Danieli prænũciata sunt, cõpleri debent. Sed est tamen signũ, partim non nulla eorum comitans: eluti est, quod dixit de tribulatione illius temporis, & de remotione iugis sacrificij: partim verò

verò aliqua eorum antecedens, scilicet resurrectionem mortuorum, & vltimum, ac generale iudicium. Sciendum porro est Theodoretum aliam huius loci habuisse lectionem: sic enim legit: *Cùm perfecta fuerit dissipatio populi sanctificati, cognoscent sanctum, & perficientur omnia hæc*. Explanans autem ipse illud, *cognoscent sanctum*, ita scribit: Magnum illam hic innuit, nam circa finem imperij Antichristi cùm apparuerit magnus Elias, secundum salvatoris nostri prædicans, prænunciabit aduentum. Græci codices, qui nunc sunt, pro illo, *complebùntur vniuersa hæc*, habent, *giuscontai ta panta*, id est, cognoscent omnia, vt hic sensus, homines illius temporis cognoscent, vera fuisse omnia quæ tibi ô Daniel pronunciauit, ipso nimirum euentu rerum, mirificè cum meis prædictis congruente.

*Et ego audiui, & non intellexi: & dixi, Domine mi, quid erit post hæc.*

Daniel non intellexit omnia quæ viderat.

MVlta eorum, quæ in hac visione Daniel ab angelo audierat, nequaquam satis intellexerat. Audierat enim, inquit Hieronymus, regum bella diuersa, & inter se prælia, & multiplicem historiam, sed nomina non audierat singulorum. Si autem tantus propheta audiuit, & non intellexit, quid facient hi, qui signatum librum, & vsque ad tempus consummationis, multis obscuritatibus inuolutum præsumptione mentis edisserunt. Itaque Daniel, multorum, quæ in hac visione audierat, singulares quasdam circumstantias, velut personarum, locorum, temporum, nominum, & negotiorũ, ignorabat. Quatum autem rerum, eiusmodi circumstãtiæ sunt ignorãtæ, fieri non potest, vt earum rerum explicata, & perfecta cognitio habeatur.

Vult omnia scire, quæ ad suas visiones pertinebant.

*Et dixi, Domine mi, quid erit post hæc?* Quia Daniel erat vir desideriorum, propterea, quæcumque ad res, in hac visione sibi patefactas pertinebant, scire cupiebat, in primis autem tempus consummationis seculi, resurrectionis mortuorum, & generalis iudicij: nam in hoc significat, quod hic scisciatur ab angelo, *quid erit post hæc?* Siquidem tempus perfectionis Antichristi, & Generalis Christianorum dispersionis, de quo tempore paulò antè locutus est angelus, subsequetur finis, & renouatio mundi, resurrectio omnium, ac generale iudicium. Hinc disce, quam sit naturale, & commune omnium hominum, sciendi desiderium. Enimuerò, quantò quis plura nouit, tanto is ardentiori alia sciendi cupiditate inflammatur.

Naturale est sciẽdi desideriũ

*Et ait, vade Daniel, quia clausi sunt signatiq; sermones, vsque ad præfinitum tempus*. Reprimit angelus intempestiuum Danielis sciendi desiderium, & sensus horum verborum est: Abi Daniel, & desine plura scisciari super hac visione, neque enim plura à me nunc docendus es, nec vult Deus te, quæ nunc audisti, ea diutiùs, & explicatius scriptis prodere, & legenda posteris tradere, sed vult ea Deus esse obscura, & incomprehensibilia, quoad ipso rerum euentu patefacta & comprobata, sub finem mundi per se innotescant. Similiter Dominus noster, discipulis curiosè interrogantibus, tempus secundi aduentus sui, quo tempore restituendum erat regnum Israël, immoderatam eorum sciendi cupiditatem compescens dixit: *Non est vestrum scire tempora, & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.*

Deus finẽ mundi vult ab hominibus ignorari.

Act. 1.

Sequitur, *Eligentur, & dealbabuntur, & quasi igni probabuntur multi*: Hoc dictum est de bonis, & pijs viris, quorum sub Antichristo incredibilis erit vexatio, & afflictio: sed ea multum eis proderit, ad omnes animi fordes penitus abstergendas, ad roborandas, augendasque virtutes, ad nomen nobilitandum, & illustrandum, denique ad vberiorem cœlestis gloriæ, ac sempiternæ fœlicitatis segetem, & materiem. Explorat autem Deus, tebus aduersis piorum animos, non quò eos ipse agnoscat: quippe, cui ex omni æternitate sunt ipsi quàm notissimi, sed potiùs, vt ea ratione, & sibi ipsi, & aliis per notescant: vt in malis, quæ ipsos premunt, discant, & assuescant ad Deum, quasi tutissimum perfugium, firmissimumque præsidium confugere, atque in eo omnes spes suas collocare: de se humiliter sentire: suisque ditissimis viribus, solius Dei potentia & misericordia confidere. Huius locũ alterum planè simile, superioris vndecimi capitis supra in lib. 14. interpretati sumus.

Piorũ afflictio Antichristi tempore multũ eis proderit.

Cur Deus pios affligi permittat.

*Et impiè agent impij, neque intelligent omnes impij: porrò docti intelligent.* Quia paulo supra dixerat angelus, hos sermones suos fore clausos, & signatos vsque ad tempus præstitutum, id est, vsque ad consummationem seculi, potuisset fortasse quispiam existimare eos sermones, omnibus, qui eo tempore, id est, sub finem mundi futuri sunt, qualescunque illi fuerint, siue boni, siue scelerati, tunc fore perspicuos, atque manifestos. Hanc igitur remouens opinionem, dixit angelus, etiam illo ipso tempore, quo hæc complenda sunt, non omnes, quæ hic à se prænunciata sunt, esse intellecturos. Siquidem, impij, id est, hostes fidei, & veritatis, Deique contemptores, in sua impietate obstinati, & sceleribus cumulantes, nihil planè intelligent, sed vt cæci, clarissimam veritatis lucem non videbunt. At, qui diuinitus eruditi, & iunctione S. Spiritus edocti fuerint, his patescent omnia, & quæ nunc latent futurarum rerum mysteria, tunc ipsis patefacta enotescent. Similia horum, leguntur in aliis Scripturæ locis. Nam Paulus in 2. ad Timotheũ: *Homines, inquit, mali, proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes:*

An omnes in fine mũdi huius prophetiæ veritatẽ intelligẽt.



& in

& in c. 3. Ecclesiastici scriptum est: *Peccator adijciet ad peccandum.* Simile est, quod legitur in Apocalypsi cap. 22. *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Atque hinc natum est, illud apud Iudæos olim tritum prouerbium, & ab ipso Dauide, vt in 1. li. Reg. c. 24. traditur, vsurpatum: *impietas*, inquit, *dicitur, ab impio egredietur impietas.*

1. Cor. 12.

An improbi, rerũ diuinarum scientiam habere possunt.

Quod autem dixit angelus, impios diuina mysteria non esse intellecturos, idem alibi testatur Scriptura. Nam Paulus in ea. 1. epist. ad Rom. cùm de Philosophis, & sapientibus huius seculi loqueretur: *Obscuratum est*, inquit, *insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Idem in 2. cap. prioris epistolæ ad Corinthios, sic ait: *Animalis homo, non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia est enim illi, & non potest intelligere.* Denique in exordio libri Sapientiæ eciebris illa ponitur sententia: *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Possunt quidem etiam improbi, multa de rebus diuinis intelligentia consequi: nam, & in summis flagitiis, sæpè fidem diuinam retinent, quæ velut quædam lux est humanæ menti, ad intelligẽdas aliquatenus res sacras: & scientia sacrarũ literarum, inter gratias gratis datas numeratur, ideoque sceleratis etiam hominibus donari potest.

Intelligẽtiæ diuinorũ fructus, quo improbi carent.

Verum isti diuinas quidem res intelligunt: sed non vt par est. Nuda enim est, & ieiuna, ipsisque infructuosa ea cognitio: quippe, principali effectu, & fructu caret, hic autem est, Dei amor, & obedientia, vitiorum curatio, emendatio vitæ, recta morum institutio, studium iuuandi quam plurimos, & ad salutem æternã adducendi, vt vno verbo dicam, intenta, & frequens in omnũ virtutum cultu, honestarumque rerum tractatione exercitatio. Quamquã quod angelus hoc loco dicit: propriè spectat ad intelligentiã eorum mysteriorum, quæ circa finem mundi manifestãda, & complẽda sunt, & in hac visione prænunciata sunt sub angelo, horum enim cognitionẽ affirmat angelus, impiis fore occultam, & abstrusam, diuino autem spiritu eruditis, apertam, & promptam. Nec videtur angelus de quibuslibet, sed tantùm de impiis, hoc est, diuini luminis fidei non solum expertibus, sed etiam hostibus: quibus ob eam causam præclusus est aditus, ad scientiam diuinorum mysteriorum capessẽdam.

*Et à tempore, cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta.*

Quãdiu duratura & incepta Antichristi persecutio.

A Initio sæuissimæ persecutionis Antichristi, vsque ad eius finem, qui erit interitus Antichristi, transibunt tres anni, & insuper sex menses, additis præterea decem diebus: tantũ enim tẽporis denotant dies mille ducenti nonaginta. Sed vnde obseruandũ erit principiũ illius atrocissimæ persecutionis? ab eo videlicet tempore, quo Antichristus, ferè orbis tenens imperium, tollet è medio iuge sacrificium, vel vt est græcè endelechismum, quod vocabulum sonat continuitatem, nimirum, diuini cultus, qui in Ecclesia omni tempore Deo exhibetur: sic enim interpretantur Hieronymus, & Theodoretus: & hunc Dei continuum cultum appellauit angelus iuge sacrificiũ.

Missæ sacrificium præcipuè insectabitur Antichristus.

Quamquam id nominis præcipuè referri posset ad sanctissimum Missæ sacrificium: hoc enim, super omnia odio persequetur, insectabitur, & omnino tollere conabitur Antichristus. Et hoc ritè nominatur iuge sacrificium: nam non vno dumtaxat in loco, nec bis tantùm per singulos dies, mane, & vesperi, vt illud Iudaicum, sed in omni loco, vt ait Malachias cap. 1. & omni tempore agitur: & offertur Deo. Cùm enim Ecclesia Christi per omnes orbis partes spatiã sit, nullum est tempus diei quod non alicubi terrarum, sit ante meridianum tempus, id est, peragendo Missæ sacrificio idoneum. Abominationem appellant Iudæi, Idolum cui diuinus cultus impiè stulteque ab hominibus adhibetur. Quare rectè significatur eo vocabulo Antichristus, qui sedebit in templo Dei, & iubebit, se ab omnibus quasi Deum adorari.

Antichristus tollet Missam, sed nõ penitus.

Additur *in desolationem*, quia impius ille, erit non tantùm diuini cultus, sed etiam bonorum omnium calamitas, pernicies, desolatio, & exitium. Tollet autem iuge hoc sacrificium Antichristus, non quidem omnino, sed quatenus eius notitia, vel potentia pertinere poterit. Nam sancti, perpetuò ipsum custodiunt, & colent, nec vnquam agere desinent, non tamen vbique, aut publicè: sed priuatim, & occultè, atque in locis secretis, & à cognitione Antichristi remotis.

*Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem vade ad præfinitum, & requiescès, & stabis in sorte tua, in finem dierum.*

Quot dies super est vnta morte Antichristi vsq. ad Christi aduẽtum.

BEatus *erit*, inquit angelus, *qui vixerit vsque ad finem mille ducenterum, & nonaginta dierum*, id est, trium annorum, & sex mensium, quibus duratura est atrox illa persecutio Antichristi, & in cuius temporis extremo occidendus est Antichristus: & præterea superuixerit per dies quadraginta quinque, per quos dies, inquit D. Hieronymus, Christus Dominus in sua maiestate venturus est.

Sed cur post necem Antichristi, datum sit spatiũ horũ quadraginta

Universidad de Deusto
Biblioteca



ginta quinque dierum latet mortales, & solius Dei, scientiæ est, vt putat Hieronymus: nisi forte inquit ille, dilatio regni sanctorum, patientiæ eorum comprobatio futura sit. Theodoretus tradit, per eos dies occiso iam Antichristo, magnum Eliam esse prædicaturum. Sed reclamat Ioannes, qui in Apocalyp. cap. 11. significat Enoch & Eliam occisum iri ab Antichristo. Quin Hippolytus affirmat, Enoch & Eliam prædicaturos per tres annos & dimidium, & occisos iri ab Antichristo, eúmque post illorum necem, tribus annis & dimidio regnaturum. Denique, communis est omnium sensus: Enoch & Eliam, martyres sub Antichristo futuros. Similior vero est Lyrani & Carthusiani, aliorúmque coniectura, qui existimant id temporis, summa Dei clementia concessum iri, ad agendam videlicet pœnitentiam, iis, qui vel per ignorantiam, vel per infirmationem carnis, Antichristo consenserant. Nec tamen credendum est, omnes, qui eo tempore fuerint, acturos pœnitentiam. Siquidem multos in sua nequitia permanentes, repentinus Christi aduentus, & mundi interitus opprimet. Scilicet, non secus quàm diluuium eos qui fuerunt tempore Noë, sicut dominus noster testatur in Euangelio Matthæi, 24. & cap. Lucæ 17. Paulus item prioris epistolæ ad Thessalonicenses cap. 5.

Refellitur Theodoret.

Delitamentũ Iudęorum.

Resert hoc loco Lyranus, quosdam Iudæos prodidisse, per hosce mille trecentos triginta quinque dies, designatum esse tempus, quo Iudæi expectaturi sunt aduentum Messiæ, & positum esse diem pro anno, sicut ponitur etiam apud Ezechielem capite quarto: eorum verò annorum sumendum esse initium ab eo tempore, quo positum fuit idolum in templo Hierosolymitano: ita vt post id temporis, transactis mille 335. annis, venturus sit Messias. Verùm hanc opinionem, & ipse rerum euentus, & ratio temporum manifestè redargui. Ab eo namque tempore, quo Antiochus idolum posuit in templo (id quod significauit Eusebius in Chronicis, in Olympiade centesima quinquagesima tertia) vsque ad præsentem annum præterierunt anni plus mille septingenti. Ex quo autem tempore, post remum sub Adriano Romanorum imperatore, in loco templi, posita fuit statua equestris ipsius Adriani, quod factum est, secundum Eusebium circa annum Domini 140. transiere vsque ad hodiernam diem, amplius quàm mille quadringenti & quadraginta anni: vt, vel hinc palam sit quàm facilè gens Iudæorum, figmentis & mendaciis capiatur, delectetur, pascatur.

Eius confutatio.

Verba, quæ sequuntur apud Danielem, hanc habent sententiam. Tu Daniel vade, pro vades: id est, secundùm tempus tibi præfinitum, morieris. *Et requiescet*, quasi dixerit angelus Danieli, morieris tu quidem Daniel, sed morte iustorum, quæ nimirum est requies ab omni labore, de qua dixit Ioannes in Apocalypsi, beati qui in Domino moriuntur, amodo enim dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur ipsos. *Et stabis*, videlicet inter electos, quum illo tremendo iudicio, stabunt à dextris Dei: nam improbi, primùm sua ipsorum conscientia, deinde, iustissimo Dei iudicio condemnati, non stabunt neque consistent, sed in profundissimas inferni tenebras præcipitabuntur. *In sorte tua*, id est, in parte, gradu, loco, & ordine beatitudinis, quę tibi dabitur pro mensura tuorũ meritorũ. Sortem appellat, gratiam æternæ prædestinationis, quia Deus sanctos elegit ad participationem æternæ gloriæ: Ea distitui sors, quæ significat aliquid, nõ ex propria virtute & facultate prouenient, sed quod incerto & improuiso contingit euentu: sic gratia prædestinationis, contingit electis, nullo ipsorum merito, sed gratuita solius Dei benevolentia & caritate. Atque hac significatione, appellatur in Scriptura sors sanctorum, vt videre licet in lib. Sapientię, capite quinto, in Actis Apostolorũ capite vigesimosexto, & apud Paulum in capite primo epistolæ ad Colossenses. Denique, illud, *in fine dierum*, idem significat, quod in fine mundi: quando erit resurrectio mortuorum, & generale iudicium. Similè est quod scripsit Paulus prioris epistolæ ad Corinthios, capite decimo quinto, *vnusquisque*, inquit, *resurget in ordine suo*.

Quid sit sors in Scripturis.



Apoc. 14. Matt. 25.

# BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV.

## COMMENTARIORVM IN DANIELEM LIBER XVI.

### CAPVT DECIMVM TERTIVM.

*ERAT vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioachim: & accepit vxorem nomine Susannam, filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentem Deum. Parentes enim illius cũ essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. Erat autem Ioachim dives valde, & erat ei pomarium vicinum domui suæ, & ad ipsum confluebant*

fiebant Iudæi, eo quòd esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in illo anno, de quibus locutus est Dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone, à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Isti frequentabãt domum Ioacim, & venibant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius: & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea. Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitque alter ad alterum, eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se. Dumque reuertissent, venerunt in vnum: & sciscitantes ab inuicem causam confessi sunt concupiscentiam suam: & tunc in communi statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. Factum est autem, cum obseruarẽt diem aptum ingressa est aliquando, sicut heri & nudius tertius, cum duabus solis puellis: voluitque lauari in pomario, æstus quippe erat. & non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos, & contemplantes eam. Dixit ergo puellis, afferte mihi oleum & smigmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt sicut præceperat: clauserunt ostia pomarij, & egressæ sunt per posticum, vt afferrent quæ iusserat: nesciebantque senes intus esse absconditos. Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes & accurrerunt ad eam, dixerunt: ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tui sumus: quamobrem assentire nobis, & commisce nobiscum. quòd si volueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecũ iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ sunt mihi vndique, Si enim hoc egero, mors mihi est, si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt autem & senes aduersus eam. Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit. Cum ergo audissent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per posticum, vt viderent quidnam esset. Postquam autẽ senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia nunquam talis fuerat sermo huiusmodi de Susanna. Et factum est die crastina. Cumque venisset populus ad Ioacim virũ eius, venerunt & duo presbyteri, pleni iniqua cogitatione aduersus Susannã, vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo, mittite ad Susannã filiam Helciæ, uxorẽ Ioachim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus, & filiis, & vniuersis cognatis suis. Porrò Susanna erat delicata



delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi, iusserunt vt discooperiretur (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur decore eius. Eleuati igitur sunt, & omnes qui nouerant eam. Consurgentes autẽ duo senes, steterunt in medio populi, posuerunt manus suas super caput eius. Quæ flens suspexit ad cælum, erat enim cor eius fiduciam habẽs in Domino. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea, porrò nos cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatẽ, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem nõ quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis ostiis exiluit: hanc autẽ cum apprehendissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis: huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo, quasi senibus, & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit, Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti, omnia antequam fiant, tu scis, quoniam falsum testimonium tulerunt contra me, & ecce morior, cum nihil horum fecerim quæ isti malitiosè compositerunt aduersum me. Exaudiuit autem Dominus vocẽ eius. Cumque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iuuenis, cuius nomen Daniel: & exclamauit voce magna, mundus ego sum à sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum, dixit, qui est iste sermo, quẽ tu locutus es? Qui cum staret in media eorum ait: sic fatui filij Israel, non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione, & dixerunt ei senes, veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos. Cumergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnũ de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino, innocentem & iustum non interficies. Nunc ergo, si vidisti eam, dic, sub qua arbore videris eos, colloquentes sibi? Qui ait, sub schino. Dixit autem Daniel, recte mentitus es in caput tuum: ecce enim angelus Dei, acceptã sententiã abeo, findet te medium. Et amoto eo, iussit venire † alium, & dixit ei: semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timẽtes, loquebãtur vobis: sed nõ filia Iuda sustinuit iniquitatẽ vestrã. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore coprehẽderis eos loquẽtes sibi? Qui ait, sub prino. Dixit autẽ ei Daniel, recte mentitus es & tu in caput tuũ. manet enim angelus Domini gladiũ habẽs, vt secet te medium, & interficiat

Exod. 23. a. 7. † Alterũ habentes M. S& Græcum exẽplar.

*interficiat vos. Exclamauit itaque omnis turba voce magna, & benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt ad uersus duos presbyteros, (conuicerat enim eos Daniel, eos esse falsum dixisse testimonium) feceruntque eis sicut male egerant aduersus proximum, vt facerent secundum legem Moysi, & interfecerūt eos: & saluatus est sanguine innoxius in die illa. Helciae autem & uxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna, cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus: quia non esset inuenta in re turpi. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi, à die illa deinceps. Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Persa regnum eius.*

Deut. 7. & 19.

## PRÆFATIO.

D. Athanasius cur ab hac historia librū hunc sit exorsus.

Diuus Athanasius in synopsi exorsus est librū Danielis ab historia Susannę, quę narratur hoc capite. Fortasse quod cum hæc historia contigerit, puero admodum Daniele, quo tempore is primum habere se spiritum Dei propheticum declarauit: propterea visa est hæc historia, primum locum libri Danielis tenere debere. Sed profecto, rem ipsam bene consideranti, manifestum erit, quæ traduntur in primo capite huius libri, de Danielis captiuitate, educatione, atque institutione, ea cæteris omnibus, quæ in eodem libro scripta sunt, esse præponenda. Verum, de historia Susannæ, & Belis, quæ sequenti capite traditur, & à multis, & diuersis temporibus, dubitatum est, virum eiusmodi historiæ, fidem & auctoritatem sacræ & canonicæ scripturæ habeant. At enim, si forte olim de his, quibusdam licuit ambigere, nunc tamen, nulli plane licet. Siquidem in nouissimo concilio Tridentino, sessione quarta, cōstitutum est librum Danielis, cum omnibus suis particulis, prout legitur publice in Ecclesia, & continentur in latina translatione vulgata, pro sacro & canonico libro esse recipiendum. Nec leue id ad confirmandū pondus habet Ecclesię auctoritas: quippe ab ortu suo vt tradit Origenes in epistola quam scripsit ad Iulium Africanum, & in tractatu trigesimo primo in Matthęum, publice in conuentibus fidelium, hanc Susannę historiam, vt sacram & diuinam scripturam, recitare consueuit.

An historiæ Susannæ & Belis, auctoritatē canonicæ scripturę habeant.

Multa in Missa leguntur, quę sacræ Scripturæ auctoritatem non habent.

Non sum nescius, multa recitari publicè in Ecclesiasticis precationibus, aliisque ceremoniis, quin etiam in ipso Missæ sacrificio peragēdo, quę vt vera esse existimare cōuenit, ita liquet ea ex sacris & canonicis scripturis non esse deprompta. Legitur in Missa, quæ in honorem diuæ Catharinæ celebratur, corpus eius super montem Syna ministerio angelorum esse collocatum: hoc ex veris historiis & traditionibus sumptum esse, extra controuersiam est: fidem tamen & auctoritatem, qualis nempe diuinis



diuinis historiis, & scripturis canonicis debetur, nequaquam habet. Ante Pium quintum, publicè legebantur in Ecclesia, officium & Missa, de immaculata conceptione beatæ Virginis Mariæ, cum tamen eam fuisse absque originali peccato conceptā, non sit adhuc in Ecclesia secundum Catholicam fidem definitum. Quinimo superiore libro decimo quinto docuimus, quædam ex quarto libro Esdræ, vtique Apocrypho, vsurpari in Ecclesia. Sed vt hæc non ignoro, ita scio & contendo, quæ Ecclesia publicè, vt sacra & diuina proponit, in quo numero hæc historia reponēda est, ea sacræ & diuinæ auctoritatis, apud omnes esse debere. Accedit ad hoc ipsum persuadendum, auctoritas septuaginta interpretum: qui, vt refert Origenes in epistola ad Africanum, & indicat beatus Hieronymus in cōmentario huius capitis, historiam Susannæ in sua translatione posuerunt: quo licet intelligere, fuisse eam illo tempore, id est, annos circiter trecentos, ante Saluatoris nostri ortum, maximæ in synagoga auctoritatis, & fuisse scriptā, vel Hebraico vel Chaldaico sermone. Quid plura? patres tam Græci, quàm Latini, historiam hanc Susannæ & frequenter, & vt sacram scripturam vsurpant. Lege Athanasium in synopsi, Chrysostomum in homilia de Susanna, quæ est in fine primi tomi: duos item sermones diui Augustini, ambos de tempore: alterum quidem centesimum decimum octauum, alterum verò, ducentesimum quadragesimum secundum.

Tres obiectiones cōtra auctoritatē historiæ Susannę, diluūtur.

Verum, qui auctoritatem huius historiæ oppugnant, tria nobis contra eam obiiciunt. Primum, non esse aiunt eam in libris Hebræis, ob idque in sacrorum librorum numero non esse ponendam. Sed respondet Origenes, multa pro sacris & canonicis scriptis, venerari & vsurpare Catholicam Ecclesiam, quæ non sunt in canone Hebræorum. Nos, exempli causa, afferre possumus librum Iudith, Tobiæ, Sapientiæ, Ecclesiasticum, librosq; Machabæorum. Ad hæc respondet Origenes, accepisse se à doctissimis Hebræorum, hanc historiam contineri ab Hebræis in arcanis, nec velle eam publicari, & in vulgus efferri: videlicet, ne propter execrandam presbyterorum, qui memorantur in hac historia, nequitiam, dignitas & potestas atque auctoritas iudicum, senum, & sacerdotum, populo in odium & contemptum veniret. Adde quod, vt hæc historia non fuerit scripta Hebraicè, nihil tamen id officit eius auctoritati, potuit enim scripta esse Chaldaicè, seu magna huius libri parte: potuit etiam scribi, vt Græcè scripta fuerit, non à Daniele, sed ab alio quopiam Iudæo sapienti, & Græcæ linguæ perito, & cui inscriptione huius historiæ, spiritus Dei affuerit quemadmodum contigit Iesu filio Syrach, qui librum Ecclesiasticum Græcè cōscripsit: neque

Ecclesia libros multos iam antiquos recepit, qui non sunt in Hebreorum canone.

Susannæ historiā cur Iudęi

Universidad de Deusto
Biblioteca



enim ad auctoritatem diuinæ Scripturæ refert, vel qua lingua vel à quo scripta sit.

Denique, opponitur nobis auctoritas Iosephi, qui in libro decimo antiquitatum Iudaicarum, reliquas omnes, quæ sunt in hoc libro, enarrans historias, has duas, Susannæ & Belis, scilicet vt apocryphas, referre supersedit. At enim Iosephus ipse profitetur, se in illo libris antiquitatum multa prætermisisse, nec nisi quæ in sacris Hebræorum annalibus, Hebraice scripta & prodita essent, commemorare voluisse. Ac ne hæc quidem omnia persecutus est: nam de historia Iob, tã illustri, & memorabili, nullam ipse verbum fecit.

Obiectio Iulij Africani.

Verum, vrgent nos Eusebij & Apollinarij testimonio: qui, vt refert in præfatione commentariorum suorum in librũ Danielis, D. Hieronymus, Porphirio has historias calumniãti, propterea non esse respondendum dixerũt, quia eiusmodi historiæ nec sunt in libris Hebræis, nec diuinæ Scripturæ auctoritate habent. Verum nobis curæ non sit, qui dixerint, quidue scripserint prodiderint. Mihi pluris est diuus Ignatius martyr, Athanasius, Chrysostomus, Augustinus, aliique inter scriptores Ecclesiasticos quamplurimi, primæ nouitatis auctores, qui his duabus historiis, fidem & honorem diuinæ Scripturæ detulerunt. Mitor equidem auctorem historiæ scolasticæ, super hoc loco Danielis, non esse veritum insimulare falsitatis hanc historiam, quod in ea scriptum sit, duos illos presbyteros fuisse lapidatos à populo, cum constet ex capite vigesimo nono Hieremiæ eos fuisse à rege Babylonis frixos, & igne combustos, quam eius futilissimam aduersus veritatem ratiocinationem, infra dissoluemus. Mitor magis Nicolaum de Lyra, & Dionysium Carthusianum, qui non negant has historias esse veras, sed negant eas tamen ad canonicam scripturam, sicut nec librum Tobiæ, Iudith, & Machabæorum pertinere. Verũ hoc fortasse illis condonari possit, quorum tempore non adeo erat veritas hæc, vt nunc est, discussa omni dubitatione, facti Tridentini concilij sententia & constitutione declarata, sancita, & confirmata.

Magister in hist. Dan. ca. 14. reprehenditur

*Erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim.*

Quis fuerit Ioacim Susannæ maritus.

ET Græci codices, & Latini emendatiores habent Ioacim: alij tamen habent Ioachim, & sic legunt Lyranus & Carthusianus. Ex hoc loco arripuit Iulius Africanus, ad refellendam hanc historiam, satis firmum, vt ipsi videbatur, argumentum. Iam namque fabulosam esse hoc modo argumentabatur. Vel ille Ioachim maritus Susannæ, fuit rex Iuda, alio nomine dictus Iechonias, sed huius regis vxorẽ nõ ausi fuissent



cani contra historiam Susannæ.

mes illi, aut sollicitare ad tantum scelus, aut eam morte condemnare: vel fuit alius quidã homo priuatus, ac quomodo credibile est, hominem priuatum & captiuum in suo exilio & captiuitate, tantam habuisse palatij magnificentiam, tantamque quod omnes Iudæos auctoritatem? Sed facile repellitur hoc telum Africani. Non enim ille Ioachim fuit rex Iechonias: siquidem ille, ex quo tempore ductus fuit Babylonem, semper in carcere fuit, vsque ad mortem regis Nabuchodonosor, vt scriptum est in fine libri quarti Regum, & in fine libri Hieremiæ, id est, per septem & triginta annos: post cuius mortem, eductus est è carcere Ioachim: cum iam eo tempore, iuxta quinquagesimo anno fuisset Daniel, qui tamen tempore huius historiæ, puer fuisse dicitur. Nec fuit maritus Susannæ Ioachim, etiam rex Iudæ, pater Iechoniæ: is namque, vel non fuit Babylone, vel brevissimo tempore fuit, & dũ fuit, semper in custodia & vinculis fuit, qui vinculis solutus, confestim remissus est Hierusalem. Fuit igitur Ioachim maritus Susannæ, non rex, sed vir priuatus, inter omnes tamen Iudæos præditus, & maximè honoratus, ac Iudæorum qui morabantur Babylone, facile princeps. Nec mirum est, fuisse eum in captiuitate adeo magnificum & opulentem, cum legamus multos alios in captiuitate, & abundasse diuitiis, & gratia floruisse apud Barbaros reges, & insuper publicis atque regalibus muneribus & honoribus fuisse ornatos: id quod de Tobia, Esdra, Nehemia, Mardocheo, ipsoque Daniele, atque eius sodalibus, in sacris literis proditum est.

Refutatio.

Multi in captiuitate fuere præditi.

*Et constituti sunt duo senes, iudices in illo anno: & veniebant ad eos, omnes qui habebant iudicia*

Tres obiectiones Africani

EX hoc loco tria contra historiam Susannæ Africanus obiecit. Primo, quomodo, in quit credibile est, Iudæos in ea priuitate habuisse proprium tribunal, proprios que iudices, & auctoritatem ac potestatem cognoscendi & decidendi causas, etiam criminales, & pœnã capitis inferendi? Deinde, si tempore Christi Domini, quo tempore Iudæi non erant captiui, & in partibus sedibus morabantur, & secundum leges suas libere viuebant: attamen, quia erant sub imperio Romanorũ, & Iudæa per procuratores & præsides a Cæsare missos regebatur, non erat Iudæis licitum, quemquã interficere: sicut ipsi dixerunt Pilato, *nobis non licet interficere quemquam*: quanto minus verisimile est, Iudæis, sub durissima Chaldæorũ seruitute miserrimè viuentibus, factam esse potestatem suo arbitrio interficiendi, quos secundum leges suas mortis supplicio dignos esse iudicassent? Ad hæc, videtur historia hæc Susannæ, iis quæ narrat Hieremias capite vigesimo nono, plane aduersari. Cum enim

Ioan. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sussannæ accusatores qui fuerint

antiqua sit Hebræorum traditio, quam Origenes, Hieronymus, & fere omnes interpretes approbasse & sequi videntur, hos presbyteros accusatores Sussannæ, fuisse eos ipsos, quos predicto loco Hieremias nominat Achab filium Colæ, & Sedechiam filium Maasiæ, genus tamen mortis, quo eos fuisse mulctatos refert Hiere longe diuersum est ab eo, quod in hac historia traditur. Illic enim dicitur, eos fuisse à rege Babylonis in igne frixos: hic autẽ scriptum est, eos fuisse a populo lapidatos.

Respõsio ad tres Africani obiectiones.

Sed non est magni negotij, has obiectiones discutere. Ad primam respondet Origenes, etiam suo tempore, Iudæos, qui variis in regionibus sub imperio Romanorum captiui erant, permissum fuisse vti propriis legibus. Et verò, solent nonnunquam principes, gentibus à se debellatis, etiam quas in ditione sua captiuas tenent, proprium legum vsum, propriæque cultum religionis concedere: vel quo equitatis & clementiæ laudem ac famam colligant: vel potius, quo eæ gentes quietiores, sibique obsequentiores, atque fideliores habere possint. Ad secundam responderi potest, quod respondet hoc loco Hieronymus. D. Hieronymus.

explanãs illa verba, *& consurrexerunt aduersus duos presbyteros, & interfecerunt.* Quæ sic enim scribit. *Si interfecit eos ecclesia synagoga, videtur illa opinio refutari, de qua supra diximus, quod secundum Hieremiam ipsi essent presbyteri, Achab & Sedechias, qui ob iusta in vos sæpius nouis supplicijs nominantur. Nisi fortè hoc quod scriptum est, interfecerunt eos, sic interpretemur, vt ita dictũ sit, pro eo quod est, regi Babylonis occidendos tradiderãt. Sicut & nos diximus, quod Iudæi interfecerint saluatorem: non quod ipsi eum peremerint, sed quod eum tradiderint occidendum: & succlamantes dixerint, crucifige crucifige eum.* Hactenus sunt Hieronymi verba. Ergo, quia Iudæi, secundum leges suas iudicarunt eos presbyteros esse reos mortis, & lapidari debere, & ministris regis occidendos tradiderunt, propterea dicuntur eos interfecisse, & lapidasse. Vel fortasse, in aliquo casu permissum ipsis fuerat à rege Babylonis, in suos populares sententiam mortis pronunciare, & exequi. Adhæc etiam, qui respondent Lyranus & Carthusianus, vocabulum ignis nonnunquam in sactis literis significare quamlibet grauem, & acerbam afflictionem, pœnam, & cruciatum: sic enim sumi hoc vocabulũ in Psalmo. 65. in eo loco: *Quoniam probasti, nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum: adduxisti nos in laqueũ, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Idem igitur genus supplicij significatur ab Hieremia per ignem, atque in hac historia per lapidationem. Verum, nisi ego fallor, hoc responsum nec difficultatem exhaurit, nec intelligentis lectoris animum



explebit. Nam, vt concedatur, nonnumquam pœnam ignis poni pro quacunque pœna corporali: attamen, nimis durum, & insolens est, qui igne combusti dicuntur, interpretari eos fuisse lapidibus interemptos. Præsertim verò, cum Hieremias singularem designans eorum combustionis modum, dixerit, eos fuisse à rege Babylonis in igne frixos. Quid enim mirum probabile est, quam dicere, idem significari per frixionem in igne, atque per lapidationem? Quocirca expeditius videtur responsum, negare vetam esse illam Hebræorum traditionem, & profectò potest ea sine aliqua religione negari: quippè, quæ nulla probabili ratione, aut coniectura fulciatur.

*Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.*

Cõparatio Lucretiæ cum Susanna.

ROmani pudicitiam suæ Lucretiæ, tamquam incomparabilis exempli, non sine causa, sed sine modo laudarunt. Illa tamen apud intelligentes rerum æstimatores, veræ pudicitiæ, & castitatis laude, cum beata Susanna, nullo modo est comparanda. Etenim Lucretia, vel mortis metu, vel (quod maluerunt Romani) timore dedecoris, castitatem alieni libidini, minime sanctæ Susannæ, ipsi fuerat Sextus Tarquinius, nisi suæ voluntati obsequeretur, se non tantum eam interfecturum, sed etiam positurum iuxta eam, iugulatum seruum, vt in sordidissimo adulterio nefanda existimaretur. Verum, quocunq; illa sensit animi, aut perturbatione, Tarquinio consenserit, consensit tamen. At Susanna, nec mortis timore, nec horrore iuxta dedecoris, & infamiæ se custodiendæ castitatis firmissimo proposito dimoueri potuit, nec vllatenus flecti, vt illorum senum libidini, vel minimum præberet obsequium. Itaque pudicitiæ honestatem, & vitæ, & famæ antepositit. Porrò, Lucretia in vno illo suo facto, tria peccauit. Nam se ipsam, contra legem naturalem occidit, neque Lucretiæ peccata tria.

etiminis excusatio est, sed exaggeratio potius, fuisse innocentem. Deinde, admisit in se libidinem Tarquinij: cuius consensui, vel ipsa mors præoptanda fuit. Denique pluris fecit existimationem hominum, & famam, quàm honestatem pudicitiæ, & suæ conscientiæ, ac veritatis testimonium. Audiat lector, quid B. Augustinus de hoc Lucretiæ facto, in cap. 19. lib. primi, de ciuitate Dei scriptum est, querit: *Quod Lucretia, inquit, fecisse dicam, quoniam adulterium pertulit, etiam non adultera occidit, non sibi indicit pudicitiæ charitas, sed pudoris infirmitas. Puduit enim eam turpitudinis alienæ in se commissæ etiam si non secum: & Romana mos fecit, laudis auida, nimium vertus est, ne putaretur, quod volenter* D. Augustinus de facto Lucretiæ.

*esi passa, cùm viueret, libenter passa, si viueret. Vnde ad oculos hominum, quibus conscientiam demonstrare non poterat, illam pœnam, quasi mentis suæ testem adhibendam putauit: sociam quippe facti se credi erubuit, si quod alitèr ea fecerat turpiter ferret ipsa patiètèr.*

Christianæ fœminæ propter vim sibi illatã non se interficiũt.

*Non hoc fœminæ Christianæ fecerunt, quæ passæ similia, viuunt. Nec in se vltæ sunt crimen alienum, ut alienum scelus adderent suæ: si quoniam hostes in eis concupiscendo superare cernebant: illa in seipsis homicidia erubescenda committerent. Habent quippe suam gloriam castitatis, testimonium conscientiæ: habent autem coram oculis Dei sui, nec requirunt amplius: ne deuiens ab auctoritate legis diuinæ, cùm malè deuitant offensionem suspicionis humanæ.* Sic Augustinus.

Laus Christianæ pudicitiæ in quo constitit.

Animi sanctitas non amittitur corpore violato.

Est autem solida, & perfecta laus Christianæ pudicitiæ, quę verè virtutis nomen, & gloriam sola meretur, duobus in rebus posita. Primùm enim interiori sensu oblatæ voluptatis nullo modo capi oportetet, nec impuræ libidini vlla ratione consentire, etiam vitæ prælata pudicitia. Deinde, si forte per vim corpus oppressum, & alienam libidinem passum sit, etiam fœdato corpore, nihilominùs tamen pro certo habendum est, integram, atque illibatam manere castitatem. Nimirum ratio virtutis, & vitij, non in corpore, sed in animi studio, & proposito versatur. Rectè igitur Augustinus in eius libri, quem proximè nominaui, c. 18. admonet, cuius corpus violentia alienæ libidinis oppressum fuit, ei nequaquam periisse animi, aut etiam corporis sanctitatem: ita enim non amitti corporis sanctitatem, manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso, sicut amittitur corporis sanctitas, violata animi sanctitate, etiam corpore intacto.

*Cumque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus Spiritum sanctum pueri iuuenis, cuius nomen Daniel: & exclamauit voce magna. Mundus ego sum à sanguine huius.*

Spiritus sanctus quomodo in Daniele habitauerit

HIs verbis ostenditur, inquit D. Hieronymus hunc locum explanans, non tunc primùm intrasse in Danielem Spiritum sanctum, sed eum, qui iam erat in illo, & quiescebat propter ætatis infirmitatem nec sua poterat opera demonstrare, data occasione pro sancta fœmina à Domino esse suscitatum. Sed quod ait D. Hieronymus, mansisse prius in Daniele Spiritum sanctum, quã ipse cœpit prophetare: si intelligatur de mansione Spiritus sancti, secundum gratiam gratum facientem, procul dubiò verum est: sin autem intelligatur de mansione eius, secundum donum prophetiæ, non est simpliciter verum: siquidem supra in primo libro



libro horum commentariorum docuimus donum prophetiæ, nec Danieli, nec aliis prophetis datum esse à Deo, ad modum cuiusdam qualitatis, habitualiter in animis prophetarum inhærentis, nec quasi habitum permanentem, sed modo cuiusdam diuinæ motionis, afflatus, & illuminationis breui transeuntis. Quod sanè indicat, non obscurè diuina Scriptura, cùm ait: *Factum est verbum Domini ad Oseam vel Isaiam: vel irruit spiritus Domini in Heliæum, vel, raptus in spiritu, vel suscitauit spiritum eius.* Quãquam Daniel, & iam priusquam prophetare orsus est, dici potest habuisse spiritum prophetiæ, ex electione, & prædestinatione Dei, qui eum ad hoc munus elegerat, & prædestinarat, & mirisin puerili ætate virtutibus, ac donis cælestibus pro cultum, & præparatum ad id muneris ritè obeundum habilem, atque idoneum fecerat. Atque hac ratione Deus dixit Hieremiæ: *Priusquam te formaui in utero, noui te: & antequã exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te.* *Hebr. 1.*

An teve ta Daniel tunc fuerit in ætate puerili

Sed quia dicitur in hoc loco Daniel fuisse eo tempore puer, quo tempore hæc Susannæ historia contigit: quæritur, cuius ætatis tunc eum fuisse intelligendum sit. Etenim, vocabulum pueri, non semel in sacris literis ponitur in eo, qui iuuentutem iam exegit. Siquidem, in libro Exodi. cap. 33. Iosue administer Mosis, appellatur puer, quem tamen multi existimant, nec temere, non fuisse id temporis minorem quadragesimo anno. Et Saluator noster, vt refert Ioannes cap. 21. discipulos suos post resurrectionem appellauit pueros. Verùm, sine dubitatione dicendum est, fuisse Danielem tempore huius historiæ, in ætate puerili, aut certè fuisse eum per quam adolescentem: id enim significari videtur supradictis verbis huius historiæ, & pro certo traditum est à grauissimis auctoribus. Augustinus quidem certè in sermone 242. de tempore, Danielem scribit nondum fuisse tunc pubescentis ætatis, Seuerus Sulpitius in lib. 2. sacræ historiæ, & qui hunc plus ducentis annis præcessit, & discipulus Apostolorum fuit, Beatus martyr Ignatius, in epistola, quam scripsit ad Magnesianos, tradunt, duodecim annorum fuisse Danielem eo tempore, quo hæc gesta narrantur. nec illis dissentit Theodoretus, qui super 1. cap. Ezechielis in commentariis suis scriptum reliquit, duodecim annis cœpisse Danielem vaticinari ante Eze chielem, cuius principium prophetiæ, ab ipsomet, in anno quinto transmigrationis Iechoniæ, competit cum quarto, vel quinto anno Ioacim regis Iudæ, cuius regis anno tertio captus est, & ductus Babylonem Daniel, annum agens circiter decimum, vt ostensum à nobis est in primo libro. Ex his concluditur, cùm Daniel cœpit prophetare, cœpit autem in hoc casu Susannæ, fuisse eum annorum circiter duodecim.

At enim,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Obiectio Africani aduersus historiã Susanne, ex clausula 13. cap.

At enim, opponit nobis Africanus clausulam huius historiæ, & extrema illa verba huius capitis decimitertij: *Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.* Ex quibus verbis significatur, quod in hac historia narratur, id contigisse circa exordium regni Cyri, quem supra, libro vndecimo probauimus, initisse imperium, eo ipso anno quo Babylonica Iudæorum captiuitas soluta est. Quo licet argumentati, fuisse id temporis Danielem, iam senio confectum, id est, centesimo anno affinem. Ductus enim est Babylonem, decem natus annos, & tertio anno regis Ioacim, à quo tempore vsque ad captiuitatem Sedechiæ, numerantur vnde viginti anni, hinc verò, vsque ad solutionem Babylonicæ captiuitatis, & Cyri exordium imperij, anni septuaginta transierunt. Ad hanc obiectionem Africani, plerique respondent, clausulam illam huius decimi tertij capitis de rege Astyage, & Cyro: non pertinere ad tempus historiæ Susannæ, sed eam potius referendam esse ad historiam Belis, & draconis, quæ sequenti capite narratur. Verùm, id non esse probabile, nos, cùm ad proxime sequentis capitis explanationem ventum erit, ostendemus. In præsens, illud dicere tam sit, eam clausulam, ad tempus historiæ Susannæ nullo modo pertinere: sed præter ordinem temporum, & rectam seriem historiæ Danielis, vt quædam alia huius voluminis, fuisse hoc loco positam. Verum hoc iterum paulò infra excutiemus.

Alia Africani, sed futilis obiectio. Danieli tribus modis diuinati.

Porrò, illud etiam quod hic dicitur, Deum suscitasse spiritum Danielis, calumniari non præretermisit Africanus, ait enim, consuetudinem Danielis fuisse vaticinari per somnia, vel per visiones angelorum, non autem per subditum Dei afflatum, atque instinctum. Sed hoc futile, ac friuolum est: respondemus enim Danieli fuisse à Deo datum tribus modis vaticinari, per somnia, per visiones angelorum, & per repentinam Sancti Spiritus incitationem, & inspirationem. Cur enim hoc negetur Danieli concessum, quod legimus in libr. Genes. Iacob patriarchæ contigisse? Is enim prophetauit per somnia, quando vidit in somnio mysticam illam scalam, prophetauit per visiones angelorum, cum fortiter luctatus est cum angelo: denique prophetauit sancti Spiritus afflatu, & incitatu, cùm morti proximus, filijs suis, quæ nouissimis diebus ventura erant, prænunciauit.

Et



*Et dixit ad eos Daniel, separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos. Cùm ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore videris eos colloquentes simul: qui ait, sub schino. Dixit autem Daniel: recte mentitus es in caput tuum: Ecce enim angelus Dei, accepta sententia ab eo, scindet te medium. Et amoto eo, iussit venire alium: & dixit ei, semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait, sub prino. Dixit autem ei Daniel, recte mentitus es & tu in caput tuũ: manet enim angelus Domini gladium habens, vt secet te medium & interficiat vos.*

Ratio seruanda in examinãdis testibus.

HOc iudicium & factum Danielis, separatim, & cum grauitate quadam increpatione senes illos interrogantis, atque ex discrepantibus eorum responsis, manifestè eos falsi testimonij conuincentis cùm id non potuerit in ea ætate, & humanis animi solertijs, & prudentia, sed ex sola Dei inspiratione profici-

scisci, magno esse debet omnibus exemplo pariter, atque documento. Nimirum, eo plane intelligitur, in iudicandis causis, maximè verò capitalibus, nulli testi, licet is propter ætatis reuerentiam, dignitatisque, ac potestatis excellentiam, dignissimus fide videatur, nisi legitimo prius examine adhibito, esse credendum.

Tria in examinandis testibus seruanda esse, facto suo docuit, & probauit Daniel. Primò enim conuenit alter ab altero examinã separare, ne communicato inuicem consilio, ad vnum idemque testificandum conueniant. Tum, expedit nonnunquam bus necessarium eos vehementer increpari ac terreri, quò scilicet incussus terror, satisfactionem ex eorum animis simulationem excutiat. Denique interrogandi sunt artificiosè & apte ad eliciendum verum: videlicet, vt ex constantia, vel inconstantia, & ex concordia vel discordia responsionum, veritas aut falsitas eorum, quæ abipsis dicta testataque sunt, liquidius exploretur.

Circa illam verò agnominationem, & allusionem vocabulorum, quæ in Latina translatione latet, in Græca verò conspicua

De nominũ agnos-

Universidad de Deusto
Biblioteca



mination-ne & allusione, qua hic versus est Daniel.

spicua est, sciendum primo est, eiusmodi agnominationes, etiã alibi vsitatas esse in sacris literis. Nam in libro Geneseos, capite 2. Eua appellata est Hebraice, Isa, quod ex viro, qui Hebraicè dicitur Is, sumpta, & formata esset: & in Euangelio Saluator noster dixit Petro *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Huc etiam pertinet illud Pauli dictum aduersus quosdam, qui Galatas ad Christum conuertios, situ Iudæorum circumcidi iubebant, sicuti in quinto capite eius Epistolæ scriptum est: *Vtinam, inquit, abscindantur siue concidãtur, qui vos conturbant:* allusio enim est in verbo cõcidendi, ad verbum circumcidendi. Porrò duarum arborum vocabula Græca, quæ hic ponuntur, sunt hæc, *prinos*, quæ Latinis vocatur ilex, arbor glandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, læui cortice, cuius duo genera in lib. 16. ca. 6. enarrat Plinius ad hoc nomen, agnominationem habet verbum Græcum *prio*, quod significat scindere, & diuidere. Alterum vocabulum est, *schinos*, significans arborem, quam Latini nominant lentiscum, magnitudine roboris, simbi folio, terebinthi odore, acinis, dum maturescunt, rufis, vbi maturuerint, nigris: sudat resinam, quam in Chio insula masticben vocant. Hanc Cicero in libris de diuinatione adductis ex vetusto quodam poëta versibus, restatur perpetuo viuere, terèque in anno fructus proferre. Ad hoc nomen, habet agnominationem verbum Græcum, *schizo*, idem significans, quod Latinis diffindo & quasi serra seco. De huiusmodi agnominationibus ita scribit D. Hieronymus in epist. 150. quæ est præfatio quædam in Daniele. *Audiui ego, inquit, quendam de præceptoribus Iudæorum, cùm Susannæ deridet es historiam, & à Graco nostro quo eam diceret esse confictam illud opponere, quod Origeni quoq; Africanus opposuit, etymologias has, apo tou schinou schisai kai apo tou prinou prisai, de Graco fermone descendere, cuius rerum intelligentiã huic nostris dare possumus vt verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixisse eum, ilico pereas: & de arbore lentisci dixisse, in lentem te comminuat angelus, vel non lente pereas, aut lentaris, id est, flexibilis, ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen conueniens.* Sic Hieronymus. D. Augustinus in sermone duodecimo quadragesimo secundo de tempore per vocem, prinos, intellexit, sed non rectè prunum. Posset autem similis agnominatio in pruno & malo exprimi, vt de pruno diceretur, rectè dixisti sub pruno, quia mox ardentibus prunis ab angelo cremandus es. Et item de malo, rectè dixisti: venit enim iam tempus, vt digna sceleribus tuis mala & supplicia, à Deo recipias.

D. Hiero.

D. Augu.

Respõsio ad potissimum.

Ex hac vocabulorum agnominatione firmissimum existimauit Africanus ducta argumentũ, ad hanc historiã refellendã. Hæc, inquit ille, vocum allusio, planè Græca est, nec in Hebræo sermone inuenitur: auctor igitur historiæ non fuit Daniel, quapropter eam, vel hoc solo conuincitur, esse fictitiam. Verum hanc obiectionem non erit operosum, etiam multis modis dissoluere. Principiò an eiusmodi agnominatio fuerit quondam in libris Hebræis, incompertum est, nec sciri potest, tum quia hæc historia Susannæ, neque usse est scripta Hebræo sermone, nec erat in ecclesia, tempore Origenis, tum etiam quod nomina earum arborum, non inueniuntur in Sacra scriptura, quocirca nec ea nunc habet lingua Hebræa, vtpotè cuius non sunt alia vocabula propriè Hebraica, nisi quæ in sacris voluminibus reperiuntur: ad ea namque explicanda quæ non sunt in diuinis libris, vruntur Hebræi vocabulis, vel Chaldaicis, vel Arabicis, vel aliarum gentium, apud quas aut nati, aut diu multumque versati sunt. Sed esto, non fuerit ea nominum agnominatio in sermone Hebræo, at potuit esse in Chaldaico, quo fortasse vsus est Daniel. Ac licet nec in Hebraico nec in Chaldaico sermone fuerit, id tamen non eleuat fidem, & auctoritatem huius historiæ. Potuit enim fieri, vt in Hebræo, vel in Chaldaico sermone, fuerit agnominatio aliarũ arborum, quæ in Græcum sermonẽ trãslatæ: omnem illam agnominationis gratiam & vim perderent. Constat enim, vt in Hebræa lingua, & in Græca, multas esse vocabulorum agnominationes, multasque verborum figuras, quæ si in Latinum sermonem transferantur, vim, proprietatem, & venustatem suam amittunt. Quamobrem, Græcus, huius historiæ vel interpres, vel scriptor, vt similem in Græco sermone agnominationem exprimeret, loco earum arborum, quæ erant in scriptura Hebraica, siue Chaldaica, posuit alias arbores, in quibus simili, expressa agnominatione, eadem Danielis seruaretur sententia. Consueuisse autem sacrorum voluminum, tam Græcos quàm Latinos interpretes, vocabula Hebraica, vel arborũ, vel lapidum, vel locorum ignota gentibus, quarum lingua scribebant, in vocabula aliarũ rerũ quæ illis tamẽ similes essent, ac ratione quadam responderent, commutare: quod quia satis liquet peritis diuinarum literarum, propterea hic exemplis declarari superuacuum est. Denique, non abhorret à fide, has extremas historias, non esse scriptas à Daniele, sed ab alio quopiam linguæ Græcæ petito, scilicet eo tempore, quo gens Iudaica sub Græcorum imperio fuit. Hæc autem scriptura, & afflatu spiritus sanctì composita est, & Synagogæ auctoritate antiquitus fortasse probata: & quoniam ad res gestas Danielis pertinebat, tanquam appendix, libro eius adiuncta est. Non rectè igitur argumentatur Africanus, hanc historiam esse fictitiam, quòd Græco sermone constet, vel quod non fuerit à Daniele conscripta.

Aphricani, argumentum quo de fide huius historiæ dubitat.

Hæc à Daniele scripta non esse probabile est.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros, vt facerent eis secundùm legem Mosis, & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innoxius in die illa.*

Quæ pœna fuerit in adulteros, secũ dũ legem Mosis, cõstituta.

LEx Mosis, vt scriptum est Deuter. 19. iubebat, vt qui conuictus esset, falsò accusasse proximum suum alicuius criminis, is puniretur eadem pœna, quæ esset ei crimini à lege constituta. Eadem lex cap. 22. eiusdem libri, & cap. 20. Leuidũ legem iubebat, adulterium morte vtriusque adulteri vindicari. Verùm, quod esset illud genus mortis, non videtur expressum lege: nisi quod, prædicto loco Deuter. scribit Moses, si quis virginem desponsatam alij viro compressisset, & virginem & corruptorem eius, extra ciuitatem lapidibus obrui debere. Similis pœna infertur puellæ, quæ in domo patris sui, voluntariè perdidit virginitatem, vt eodem loci traditur. Fuisse tamen pœnam adulterorum, secundùm legem Mosaicam, lapidationem, non sinit nos dubitare, quod Scribæ, & Phariſæi, vt refert Ioannes cap. 8. dixerunt Saluatori nostro, adducentes ad eum mulierem in adulterio deprehensam, *Magister inquiunt, hæc mulier modo deprehensa est, in adulterio: in lege autem Moyses mandauit nobis, huiusmodi lapidare.* Ezechiel quoque cap. 16. satis indicat, id genus supplicij in adulteros, fuisse apud Iudæos constitutum: sic enim inducit Deum loquentem. *Iudicabo te iudicijs adulterarum, adducens super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, &c.* Cæterum ante legem Mosis: adulterium fuisse pœna ignis apud Hebræos vindicatum, patet ex trigesimo octauo capite libri Geneseos. Cum enim apud Iudam, nurus eius Thamar, accusata esset adulterij, is eã iussit ad ignem duci. *Perducite, inquit, eam, vt comburatur.* An hoc genus supplicij: tunc Hebræis in more & instituto fuerit, an id potiùs illi vsurpauerint, secundum leges & instituta earum gentium, quibus cum mixti viuebant, mihi quidem nequaquam exploratum est. Sacerdotis quidem filia, deprehensa in stupro, flammis exurebatur, vt est in Leuitico, capite vigesimo primo.

Locus ex capite trigesimo octauo libri Geneseos.

Apud varias gentes varia fuisse adulterorum supplicia.

Illud equidem scio, apud varias gentes, varia fuisse adulterorum supplicia, quin etiam apud eandem gentem, non semper idem, sed alias mitius, alias verò grauius, & seuerius. Dicam primum de Romanis. D. Augustinus libro tertio de ciuitate Dei, capite quinto. *Romani*, inquit, *antiqui in stupro detectas Vestales, viuas etiam defodiebant: adulteras autem fœminas, quamuis aliqua damnatione, nulla tamen morte plectebant.* Fuit igitur apud ipsos varia, diuersis temporibus, adulterorum pœna: vel nota publicæ ignominiæ, vel pœna pecuniaria, vel exilium, vel verbera,



bera, vel contusio neruorum, vel castratio, vel etiam mors. Valerius Maximus libro sexto capite primo, commemorans eos, qui in vindicando adulterio, publica pœna vsi sunt. *Sempronius* inquit, *Musca, C. Gallium deprehensum in adulterio flagellis cecidit. C. Memmius. L. Octauium similiter deprehensum, neruis cõtusis occidit. Carbo Actianus à Bibieno, item Pontinus à P. Cornelio deprehensi, castrati sunt.* Iulius Cæsar, liberum sibi gratissimum ob adulteratam equitis Romani vxorem, quamuis nullo accusante, ea capitali pœna affecit. Augustus Proculum carissimum libertum, ob idem facinus, pœna eadem puniuit. Lege Suetonij in vtriusque vita. Iulius Capitolinus scriptum reliquit, Macrinũ imperatorem adulterij reos, viuos simul incendisse, iunctis corporibus. Aurelianus quoque imperator, referente Vopisco, militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita punisse, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligatas, subito dimitti iussit, vt discissus ille vtrinque penderet. Constantinus Magnus legem sancinit, qua violatores coniugij gladio plectebantur. Tempore D. Hieronymi, qui Constantio imperãte natus est, adulterium morte punire solitum, patet ex ipsius epistola ad Innocentiũ, de muliere septies icta, transeo ad alias gentes. Parthos, nulla delicta quam adulterium grauius vindicasse, auctor est Iustinus libro 41. Apud Ægyptios, in adulterio deprehensus virgis cœdebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur. Si quis præterea mulierem liberam violasset, virilia ei amputabantur, quoniam vno crimine, tria non parua damna intulisset, iniuriam, corruptelam, & libertatis confusionem. Vide Diodorum Siculum libro secundo Bibliothecę, cap. 2. Zaleucus Locrensium legislator, in primis nobilis, legem tulit, vt adulteris vterque oculus erueretur, cum autem filius eius in adulterio esset deprehensus, & tota ciuitas in honorem patris, pœnam ei remitteret, aliquandiu repugnauit: ad vltimum victus populi precibus, suo prius vno, deinde filij altero oculo eruto, debitũ supplicij modũ legi reddidit: mirabili æquitatis temperamento, sese inter misericordẽ patrẽ, & iustũ legislatorem partitus, velut scite scribit Valerius Maximus lib. sexto c. 3. & Ælianus in libro decimo tertio variæ historię. Ac licet apud Athenienses, ex lege Solonis, vt in eius vita tradit Plutarchus, is qui liberæ mulieri vim attulisset, decẽ drachmarum pœna multaretur: attamen Hippomenes Athenarũ princeps, cum filiã in adulterio deprehendisset, eam cum equo iunxit: qui clausus, cum alimentis careret, dentes in puellã ingessit, adulterium vero testatur Suidas, per regionem Atticam fuisse ab equis tractũ, atque discerptũ. Salæthus Crotoniensiũ princeps, legẽ tulit, vt mœchi cremarentur viui. At cũ ipse

Valerius Maximus.

Iulius Cæsar.

Augustus.

Macrinus

Aurelianus

Constantinus Magnus est. epist. 49.

Parthi.

Ægyptij.

Memorabile factũ Zaleuci.

Insignis seueritas Hippomenis in filiã adulterio cõpertam.

Saletus.

Turcæ.

ipse stattis vxorem polluisset, & ciues oratione eius permoti, pœnam illam in exilium commutare vellent: illę magnitudinē culpæ cum animo suo reputans, in igne sponte insiliit, sicut refert Lucianus in apologia, pro iis, qui mercede conducti seruiunt Apud Turcas, ex lege impurissimi Mahumetis, adulterij convictus, centum ictibus flagellatur.

*Et rex Astyages appositus est ad patres suos: & suscepit Cyrus Perses regnum eius.*

Quando Susannę, historia cōgerit

HÆc clausula, terminans decimum tertium caput huius libri, licet cum historia Susannæ coniuncta sit, ad eius tamen historiæ tempus minime pertinet. Etenim, historia Susannæ, contigit puero admodum Daniele, primisque annis regni Nabuchodonosor: Cyrus autem regnare cœpit eo ipso anno, quo finita est septuagenaria Iudæorum captiuitas, vt postremis verbis libri secundi Paralipomenon, primisque libri Esdræ testatum est. Ab initio autem regni Nabuchodonosor, vsque ad principium regni Cyri, numerantur anni octoginta nouem. Nam decimo nono anno regni Nabuchodonosor, cœpta est, captiuitas, quæ per septuaginta annos durauit, vsque ad exordiū imperij Cyrij: atque eo quidem tempore, Daniel erat prope centenarius. Hæc igitur clausula, præter rectam historię seriē, atque ordinem temporum, hoc loco posita est: quemadmodum alia nonnulla in hoc libro prepostere, confuseque temporum ordine collocata sunt. Idonea vero huius clausulæ sedes, atque oportunus locus fuisse videtur, aut in fine ca. 9. aut in exordio 10. Quod autem hoc loco tradunt, Lyranus & Carthusianus scholastica historiā secuti, hanc clausulam, denotare tempus historiæ Belis & draconis, quæ sequenti capite narratur, quamobrem ea rectius poneretur in principio c 14. quā in fine 13. hoc inquā quod ab ipsis traditur, mihi quidem neutiquā probatur. Historia namque Belis & draconis accidit cum staret regnum Babylonis, & suæ gentis proprios haberet reges: at Cyrus initio principatum eo anno, quo soluta captiuitate, Iudæi libertate ab ipso donati sunt, videlicet post necem Balthasaris, ac Babylonici regni euersionem. Nihilo magis probabile est, quod Hector Pintus hoc loco scriptū reliquit, ait per verba huius clausulæ nihil aliud significari, quam quo tempore contigit historia Susannæ, eo ipso tempore regnasse in Media Astyagē, aum Cyri, eoq, vita defuncto, regnū peruenisse ad Cyrū: proterea vero mentionem Cyri esse factam, quod eius nomen Iudæis notissimum, & celebratissimum esset. Verum hæc interpretatio, nimis dura & violenta est. Non enim hic dicitur, tunc

Quo in loco huius libri clausula sit apponenda.

Historia Belis & draconis quando accidit.

Astyages quando regnauit



regnasse, aut regnare cœpisse Astyagē, sed tunc fuisse mortuū, & regnum ipsius fuisse Cyrum. Sed vt hoc donemus Pinto, nihilominus tamen, interpretatio eius non procedet: falsum nim in chronologia sumit, eā tum illum Susannæ, fuisse eo tempore, quo regnum Medorum tenebat Astyages. Hist. enim Susannæ, vt non semel diximus, euenit in principio regni Nabuchodonosor, qui regnauit 3. & 40. annos: 10. autem annos post eius mortem, regnare cœpit Astyages. Quod ita colligo: Cyrus proximè regnauit post Astyagem, & regnauit in fine septuagenariæ Hebræorum captiuitatis. Porrò Astyages, vt in libro primo confirmat Herodotus, 5. & 30. annos regnauit: cœpit igitur regnare 35. anno captiuitatis Babylonicæ, qui fuit annus decimus post mortem Nabuchodonosor: illa enim captiuitas cœpta est, anno 9. regni eius: & cum constet, eum regnasse integros quadraginta tres annos, necesse est, mortem eius in 21. annum eius captiuitatis incidisse. Mirabitur fortasse lector, multa nos hic sine probatione posuisse, & quasi certa sumpsisse, cum ea tamen sint inter viros doctos controuersa. Sed cum ea fuerint a nobis sumpta, in libro 10. & in quæstione secunda, copiosè tractata, & confirmata, noluimus, quod veteri prouerbio vetatur, actum agere, & superuacua eorundem rerum repetitione, tædium hæc lecturis asserre.

## CAPVT DECIMVM QVARTVM.

ERat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius: erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos, similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, vinique amphoræ sex. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum suū. Dixitque ei rex, quare non adoras Bel? Qui respondens dixit ei: quia non colo idola manu facta, sed viuentem Deum, qui creauit cælum & terram, & habet potestatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum: non videtur tibi esse Bel viuens Deus? An non vides quanta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens, ne erres rex, iste, est enim intrinsecus lutens, & extrinsecus æreus, neque comedit aliquando. Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis: nisi dixeritis mihi, quis est qui comedat impensas has, moriemini: si autem ostenderitis quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi, fiat iuxta verbum tuum. Erant autē sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus, & parvulis, & filijs. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis, Ecce nos egredimur foras: & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa

& signa annulo tuo, & cum ingressus fueris mane, nisi inueneris om-
nia comesta à Bel, morte moriemur vel Daniel, qui mentitus est ad-
uersum nos. § Contemnebant autē quia fecerant sub mensa abscon-
ditum introitum & per illum ingrediebantur semper, & deuora-
bant ea. Factum est igitur postquā egressi sunt illi, & rex posuit ci-
bos ante Bel. præcepit Daniel pueris suis & attulerūt cinerē, & cri-
brauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium:
& signantes anulo regis abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt
nocte iuxta consuetudinem suam, & uxores, & filij eorum: & com
ederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo.
& Daniel eum eo. Et ait rex, saluāne sunt signula Daniel? Qui re-
spondit: saluā rex. Statimque cum aperuissent ostium, intuitus rex
mensam, exclamauit voce magna: magnus es Bel & non est apud
te dolus quisquam. Et risit Daniel, & tenuit regem ne ingrederetur
intro: & dixit, ecce pauimentū animaduerte cuius vestigia sunt hæc.
Et dixit rex. video vestigia virorū & mulierū, & infantiū: Et iratus
est rex. Tunc apprehendit sacerdotes, & uxores & filios eorum:
& ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur, & con
sumebant, quæ erant super mensam. Occidit ergo illos rex, & tra-
didit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum, & templum
eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babyloniī.
Et dixit rex Danieli: ecce iam non potes dicere, quia iste non sit De
us viuens: adora ergo eum. Dixitque Daniel, Dominum Deum
meum adoro, quia ipse est Deus viuens. § Tu autem rex da mi-
hi potestatem, & interficiam draconem absque gladio & fuste.
Et ait rex, do tibi. Tulit ergo Daniel picem & adipem, & pilos,
& coxit pariter: fecitque massas & dedit in os draconis & dirup-
tus est draco. Et dixit § ecce, quem colebatis. Quod cum audis-
sent Babylonij, indignati sunt vehementer: & congregati aduer-
sum regem, dixerunt, Iudæus factus est rex. Bel destruxit, dra-
conem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt cum venissent
ad regem, trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te &
domum tuam. vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer.
& necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt
eum in lacum leonum & erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leo
nes septem. & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: &
tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. Erat autem Ha-
bacuc prophetans in Iudæa, & ipse coquebat pulmentum, & intri-
uerat panes in alueolo, & ibat in campum, vt ferret messoribus.
Dixitque angelus Domini ad Habacuc, fer prandium quod ha-
bes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Haba-
cuc, Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio. § Et appre-
hendit eum angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo
capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum, in impetu spi-
ritus

Confidebant MS. & exemplar Romanum.

Quæstio nes: Louanienſiū.

§ Iste autem non est Deus viuens. MS. quidam addunt & Ro. exemplar & D Hier.

§ Daniel addunt. MS. Ro. exēplar. & D Hier. Verū in Græco non additur.

†Ez. 8. a

§ Seruc



tus sui. Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel § tolle prandiū quod
fecit tibi Deus. Et ait Daniel, Recordatus es enim mei Deus, & non
dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel comedit. Porro ange
lus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex
die septimo, vt lugeret Danielē: & venit ad lacum, & introspexit,
& ecce Daniel sedens. § Et exclamauit voce magna rex dicens: Mag
nus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum. § Porro illos qui
perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum & deuorati sunt
in momento coram eo.

## *Erat Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius.*

QVis fuerit rex, cuius Daniel conuiua fuisse dicitur, non tamen facile est liquido docere, quam promptum est, quorundam ea de re sententias refellere. Si vera esset sententia D. Chrysostomi, qui in prima homilia super psalmum quinquagesimū affirmat, Danielem fuisse puerum duodecim annorum, cum is in lacum leonum coniectus est, in promptu esset scire, sub quo rege id euenisset: non enim alius esse potuisset, quam Nabuchodonosor huius enim in exordio regni captus est Daniel, & decem circiter annos natus. Babylonem ductus est. Verum opinionē Chrysostomi, principium huius capitis manifeste refellit. Scriptum enim est, Danielem fuisse eius regis conuiuam, & honoratū super omnes amicos regis: quod vtique in puerum duodecim annorum minime competit. At dicet aliquis, Chrysostomum de altero coniecto Danielis in lacum leonum qui supra capite sexto descriptus est, esse locutū. Verum, multo minus in illo procedit Chrysostomi sententia: Ille namque, longo tempore, eum qui memoratur hoc capite, consequutus est. Siquidem ille fuit sub Dario Medo, post euersionem scilicet regni Babylonici, quo tempore Daniel, ab anno centesimo proxime aberat: hic autem, stante regno Babylonio, contigit. Ireneus libro quarto aduersus hæreses, capite vndecimo, & Theodoretus in suis commentariis in Danielem, & nos auctores sequuti complures alij, existimant regem illum fuisse Cyrum, propterea quod proxime ante, in fine decimi tertij capitis, eius regis mentio facta fuerit. Verum hoc illos mouere non debuit. Supra enim ostendimus, clausulam decimi tertij capitis, neque ad tempus historiæ, Susannæ, neque ad tempus historiæ, quæ hoc capite narratur, pertinere, sed præter ordinem temporum, & rectam historiæ seriem, inibi esse positam. Non fuisse autem quæ traduntur hoc capite sub rege Cyro acta, eo maxime probatur argumento: quod hic rex colebat idolum Beli, vt hic dicitur. Per-

Dei addunt MS. Rom. exem. & D. Hier. in Græco Daniel additur.

§ Quæstiones legūt MS. & Græci codices.

§ In medio leonum addunt MS. quædem Rō. exēplar & D. Hieron.

§ De lacu leonū addunt D. Hiero & Rom. ex. Sub quo rege. historia huius capitis accidit.

Animaduersio in Chryso. stomiſen tentam.

An hæc historia contigerit sub rege Cyro.

sæ vero non solum non colebant Belum, sed nulla etiam habebant templa, nulla Deorum idola. Quin magnus ille Xerxes (teste in libro decimosexto, Strabone) sepulchrum huius Beli demolitus, sunditus destruxit. Adiice, quod in principio regni Cyri, Daniel non erat minor cētesimo anno, qua ætate, nequaquam regis conuiuia frequentasset: non enim ea etas conuiuiis idonea est. Siquidem plus quingentos annos ante Berzelai, vir tantum octogenarius, dixit Dauidi, sicut in decimo nono capite libri secundi Regum proditum est: *Octogenarius sum hodie, numquid vigent sensus mei, ad discernendum inter bonum & amarum: aut delectare potest seruum tuum cibus, aut potus? vel audire possim vltra vocem cantatorum atque cantatricum?* Probabilius igitur est, regem illum, qui colebat Belum, quod erat propitium, latrinumque Chaldæorum Numen, & qui regnabat Babylone, fuisse Chaldæum. Sed quisnam fuit ex regibus Chaldæorum? Necesse est fuisse, aut Nabuchodonosor, aut aliquem successorum eius. Et sub ipso quidem Nabuchodonosor, postquam Daniel est interpretatus ei somnium illius mirabilis, ac terribilis statuæ, maxima fuit in gratia, & honore apud eum regem: ad altissimum dignitatis, & potestatis gradum ab eo prouectus, constituitusque princeps, super omnes principes Babylonis, & præfectus magistratuū, super cunctos sapientes Babylonis. Quod si non fuit Nabuchodonosor, propensior equidem sum, vt credam fuisse filium eius, appellatum Euilmerodachum: hunc enim ex historia sacra palam est, fuisse aduersus Iudæos benevolum, ac benignum. Nimirum is regem Iudæorum Iechoniam, qui sub Nabuchodonosor per 37. annos fuerat in custodia, & contra fidem ipsi datam, regalemque dignitatem, abiecte, & aspere tractatus, statim vt in regnum demortui patris successit, eduxit è carcere, & regali cultu honoreque affecit: sicut extremis verbis libri 4. Regum, & libri Hieremiæ scriptum est. Danielem præterea ob singularem eius sapientiam, & propter maxima ipsius erga parentem suum officia; & merita, summè dilexit, & honorauit.

Contigisse, quæ narrātur hoc capite, aut sub rege Nabuchodonosor, aut sub filio eius Euilmerodach ostēditur.

Bel, seu Belus quis fuerit.

*Erat quoque idolum, apud Babylonios, nomine Bel.*

HVnc Belem, seu Belum, fuisse illum ipsum, quem historia Geneseos ca. 10 appellat Nembroth, fundatorem regni Babylonici, patremque Nini, Assyriorum monarchiæ conditoris, ab Eusebio, Hieronymo, Augustino, Cyrillo, aliisque traditum est, & à nobis supra libro 5 confirmatum, Lactantius quidem, extremo primo libro diuinarum institutionum, Theophilum sequutus auctorē, affirmat Belum & Saturnum eius æqualem, non plus viginti duos, & trecentos annos, fuisse

Lapsus Theophili & Lactantij in chronologia.



fuisse ante bellum Troianum. Sed vterque lapsus est in chronologia. Etenim, Bio proxime successit Ninus, cuius quadragesimo tertio regni anno, vt scripsit in chronicis Eusebius, multis idem censentibus, natus est Abraham. Ab huius ortu, vsque ad tempora Heli pontificis, simul & Iudicis Hebræorum, in cuius principatum incidisse casum Troianum, supra ostendimus, libro vndecimo quæstione 2. anni circiter nongenti numerantur. Verum de idolo Belis hic nominato, nonnihil dicēdum est, ex antiquitatis monumentis expromptum. Simillimum vero est, illud Belis simulachrum, fuisse in templo Iouis Beli, quod extructum magnificentissimè fuerat à Semiramide: cuius templi amplitudinem, & magnificentiam, exposuit Diodorus Siculus, libro 2. c. 4. præcipue autem Herodotus libro primo, quem hic ipse Diodorus, capite nono, eiusdem libri, clarissime scribit eo tempore, quo Xerxes transiuit in Græciam, id est, circa septuagesimam quintam Olympiadem. Quo licet intelligere, fuisse Herodotum, ipso Daniele, minus centum annis posteriorem. Scribit igitur Herodotus, fuisse in medio Babylonis, Iouis Beli templum æreis portis duorum vndecumque stadiorū amplitudine, figuraque quadrata. Fuisse præterea in sacri medio, turrem solidam, crassitudine simul, & altitudine stadii, cui alia rursus erat superimposita turris, & huic subinde alia, ad octauā vsque. Hic ego fuisse etediderim sepulchrum Beli, operis magnitudine structuraque mirādum. Erat pyramis (Strabo inquit, lib. 16.) quadrata, ex latere cocti constructa, stadii altitudine, quolibet eius latere, pariter vnius stadij spatiū complexo. Hanc demolitus est, atque subuertit Xerxes: eamque reparare voluit Alexander magnus: sed morte occupatus, id præcere non potuit: res enim magnæ molis erat: nimirum ad expurgandā tantummodo terram, decem millibus hominum, duorumque spatio mensium opus erat. In hoc templo, cum alia idola, tum præcipue Iouis Beli statua erat aurea, longitudine pedum quadraginta, mille Babyloniorum talentorum ponderis: cui dicatus ex auro erat crater, mille, & ducentorum talentorum, sicut refert Diodorus. Atque hoc ipsum fuisse idolū Belis, quod hic memoratur, satis probabili coniectura credi potest. Herodotus, inquit, ad suam vsque ætatem, stetisse templum illum Beli. Plinius vero, quinquaginta, & quingentos annos recentior Herodoto, etiam suo tempore templum Beli extare in libro sexto cap. 26. scriptum reliquit. Porro Ninum regem, scribit D. Hieronymus super cap. 2. Oseæ, ad tantam peruenisse potentiam, & gloriam, vt patrem suum Belum, in Deos retulerit. Quin Plinius libro trigesimo septimo, capite 10. indicat, Belum fuisse apud Assyrios, deorum omnium sacratissimum.

De idolo Beli.

Descriptio templi Beli, ex Herodoto.

Sepulchrū Beli ex Strabone.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Origo idololatriæ ex Belo multis annis post diluuium cœpit.

Atque hinc primam originem duxit idololatria, videlicet post diluuium, annos minus trecentos. Nam licet Tertullianus in libro de idololatria significat, etiam ante diluuium cœpisse coli ab omnibus idola: mihi tamen ac plerisque vitis doctis, propior verò sententia D. Cyrilli Alexandrini videtur: qui in libris quos scripsit aduersus Iulianum, primo, & tertio sine dubitatione tradit, idololatriam nõ fuisse ante diluuium, sed post diluuium, amplius ducentos annos, initium sumpsisse à patre regis Nini, quem ipse nominat Arbelum: sed is à plerisque appellatur Belus. Atque huius rei illud, nec obscurum signum, nec leue argumentũ existimari debet, quod pleraque idola variarum gentium, & præcipuè orientalium, ex hoc Belo, qui in scriptura dicitur Bel, vel Beel, appellationem traxerint, velut Beelzebub Deus Accaron, cuius mentio sit in primo capite libri quarti Regum. Belphegor, Deus Moabitarum, quẽ nominauit Moses in capite vigesimo quinto Numerorum: Baal, Deus Sidoniorum: Ba-hal, cuius frequens in sacris libris mentio est, denique Baalsamen, quem Diuus Augustinus, in quæstionibus super libros Iudicũ, quæstione decima sexta, Deũ Punicorum fuisse docet. Est item hæc Cyrilli opinio, cui nos accessimus, satis consentanea diuinis literis, siquidem in 24. cap. libri Sapientiæ legimus, idola nec fuisse ab initio, neque in perpetuum, nec in finem mansura.

*Et impendebantur in eo per dies singulos, similæ artabæ duodecim, omes quadraginta, vinique amphoræ sex.*

Quæ mẽsura fuerit artaba.

ARtaba, inquit Herodotus l. 2. cap. primo, mẽsura est Persica, capiens vnũ medimnum Atticũ, & propterea tres chœnices. Chœnix verò, secundũ Budeũ li. 5. de asse, est octaua pars modij, & quadragesimaoctaua medimni, cõtinens duos sextarios: & putatur fuisse mensura numeri, in vnius diei victũ hominis sufficiens. Continebat igitur artaba, vnum, & quinquaginta chœnices, vel eentum, superque duos sextarios. Epiphanius in libro de ponderibus, & mensuris ait, chœnicem paulo plus quam duos sextarios capere: vult autem artabam, mensuram esse Ægyptiacam, duorum, & septuaginta sextariorum. Isidorus lib. 16 etymologiarum capite vigesimo quinto, arbitratur chœnicem capere quatuor sextarios: de artaba verò idem sentit quod Epiphanius. Sed artaba Epiphanio continebat triginta sex chœnices: Isidoro autem non plures decem & octo. Verum, vt difficultas, quæ lectori posset accidere ex varietate artabæ, quam disparis mensuræ, atque capacitatis faciunt auctores, scire oportet, triplicem fuisse quondam in vsu artabam, & vnam quidem fuisse Persicam capacem, vt diximus, vnius medimni, & præterea trium chœnicum, alteram Meditam, cuius meminit in quinto libro Polybius, non plus vno medimno Attico continentem, vt Suidas, & Hesychius, memoriæ, ac literis prodiderunt: tertiam Ægyptiam, quę capiebat modios quinque: quapropter vno modio minor erat, medimno Attico, qui sex modios continet. Sane Diuus Hieronymus libro 11. commentariorum in Isaiam, proeo, quod septuaginta interpretes, verterant, sex artabas, ipse reddidit, triginta modios, haud dubiè tatus, vnam artabam, quinque modios capere. Ex his apparet, magnam fuisse vim, & copiam similæ, quæ illi simulacro Beli impendebatur duodecim quippè ad illum per singulos dies, artabæ similæ desetebantur.

Triplex artaba.



Circa id quod sequitur (vinique amphoræ sex) scire oportet, mensuras liquorum apud Romanos fuisse has, culeum, amphoram, vrnam, congium, sextarium, heminam, quartarium, acetabulum, cyatum, ligulam, seu coclear. Apud Hebræos verò liquorum mensuræ, quantum ex sacris literis intelligi potest, tres fuere: bath, hin, & log. Culeus, erat omnium maxima mensura liquorum, capiens viginti amphoras. Siquidem Plinius li. 14. c. 4. scribit, septenos culeos, capere centenas quadragenas amphoras. Amphora, Græca vox est, significans vas vtrinque habẽs ansas, quibus capi, & portari possit, significabat etiam mensurã liquorum, quæ capiebat duas vrnas, vt indicat Columella c. 20. lib. 12. & Fannius in versibus, quos de mensuris, & ponderibus scriptos reliquit. Pro voce Græca, amphora, antiqui Romani au ctoribus festo Pompeio, & Volutio Metiano, vsurparunt latinã vocem, quadrantal, sic dictam à figura quadrata: erat enim mẽsura vnius pedis, vsquequaque quadrati, cõtinens sextarios quadraginta octo. Vrna capit quatuor congios: nam Metianus ait, amphoram capere duas vrnas, & octo congios. Congius capit sextarios sex. Etenim Metianus scribit, quadrantal, quod idem est atque amphora, congios capere octo, & sextarios quadraginta octo. Et à congio quidem nomen sextarij ductum est, quod videlicet is pars sexta sit congij, vt in versibus suis scripsit Fannius: Epiphanius in libro de ponderibus, & mensuris ait, congium simpliciter dictum, capere octo sextarios: congiũ verò sanctum, sex duntaxat. Sextarius quem diximus sextam esse partem congij, continet duas heminas, seu cotylas, vnde Fannius.

Mensura liquorũ apud Romanos.

Culeus quid sit.

Amphora.

Quadrantal, Vrna. Congius

Epiphanius Sextarius.

Sextarius

*As cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit,*
*Heminas, recipit agoinus, sextarius vnus.*

D.Hiero. D.Hieronymus super quartum caput Ezechielis, facit duplicem sextarium, vnum castrensem, æqualem sextario Iudaico, qui Hebraicè vocatur hin, continentemque duos choas seu congios Atticos: alterum Italicum æqualem, ipsi congio Attico: quæ si vera sunt, necesse est triplicem fuisse sextarium, vnum cõmunem, sextam nempe congij partem, alterum Italicum: congio Attico parem, tertium castrensem, duorum congiorum incapacem. Epiphanius tradit, sextarium continere sex tantũ cyathos, sed verè, vt mox dicturi sumus, duodecim continet. Hemina duos quartarios capit. Nam Metianus, qui apud duos Antonios, Pium & Philosophum, vt refert Iulius Capitolinus, gratia, & auctoritate plurimùm valuit, scribit quadrantal, siue amphoram, continere duas vnas, congios octo, & quadraginta, heminas sex & nonaginta, quartarios centum nonaginta duos, cyathos quingentos septuaginta sex. Quartarius, sic appellatus, quod sextatij quarta sit pars, cõtinet duo acetabula: id planè intelligitur ex iis, quæ scribit Plinius cap. vltimo, libri 21. dicens, mensuram acetabuli esse quartam heminę partem. Sed quartarius, vt diximus, est dimidia pars heminæ, is igitur duo acetabula continebat. Acetabulum continebat sesquicyatum. Fannius enim dicit, cyathum capere decem drachmas, acetabulũ verò, quem ipse appellat vocabulo græco oxybaphum, capere drachmas quindecim. Dictum est acetabulum, quod primo fuerit vas in quod acetum infundebatur, vt in id panis intingeretur, cùm ad carnes acorem addere placebat. Postea id nominis ad mensuram translatum est. Cyatus, vt ex supradictis patet, duodecima pars erat sextarij, cõtinens quatuor ligulas seu cochlearia. Ligula, seu cochlear, vt colligi potest ex Columellæ 21. ca. li. 20. quarta pars erat cyathi. Quod, si placet prædictarum mensurarũ capacitatem ad rationem ponderum redactã considerare, scire licet, ligulam capere tres drachmas & vnum scrupulum, cyathum, sescunciam addita drachma & scrupulo: acetabulũ duas drachmas cum dimidia, quartarium quinque: heminam, decem, sextarium viginti congium, libras decem: vnam, quadraginta libras, amphoram octoginta: culeum mille & sexcentas.

Hemina.

Quartarius.

Acetabulum.

Cyathus.

Ligula, seu cochlear.

Mensuræ liquorũ apud Hebræos, Bath seu Bathus. Hin. Log.

Transeo ad mensuras liquorum Hebraicas, Bath, seu Latina inflexione, Bathus, secundùm Iosephum libro octauo antiquitatum Iudaicarum continet sextarios septuaginta duos, seu congios duodecim. Itaque æqualis mensura est metretæ, ceramio, & cado, de quibus infra dicemus. Hin, secundùm Iosephum in libro tertio antiquitatum, & D. Hieronymum super quartum caput Ezechielis, capiebat duos choas, seu cõgios Atticos, id est, duodecim sextarios: quia propter erat sexta pars Bathi. Log. duodecima pars erat Hin: & quia illud, vt diximus, continebat duos con-



congios, congij verò sexta pars erat sextarius, ex eo licet intelligere eandem mensuram fuisse Log, atque sextarium. Quo circa D. Hieronymus, Leuitici capitulo decimoquarto, vbi Hebraicè legitur, log, rectè vertit latinè sextarium. Sed redeo ad amphoram. Cuius, vt explicatam aliquam lectori cognitionem traderem, ob idque, nonnihil de mensuris liquorũ strictim attingerẽ, hic me Danielis locus inuitauit. Præsertim autem, cũ animadverterem, procul verò esse, quæ super hunc locum Danielis, de artaba, & amphora, tum auctor historiæ scholasticæ, tum Lyranus & Carthusianus in suis commentariis prodiderunt.

Amphora igitur duplex erat: altera dicebatur amphora simpliciter & præcisè, vel amphora Romana, octo scilicet congiorum, vt supra docuimus capax: altera verò appellabatur Amphora Attica, quatuor nimirum congiis prior maior, ea namque capiebat duodecim congios, vel, quod idem valet, duo & septuaginta sextarios. Atq; id sanè liquet ex illis Fanij versibus.

Duplex amphora Romana, Attica altera.

*Attica præterea dicenda est amphora nobis,*
*Seu caduus hanc facies, nostra si adiecerit vnam.*

Si enim Attica amphora, capit amphoram Romanam, & præterea vnam vnam, cum Romana amphora capiat octo congios, & vna quatuor, nõne sequitur, amphoram Atticam duodecim congios capere? Porrò, nomen amphoræ in hoc loco Danielis positum esse non pro amphora Romana, sed pro Attica, patet ex lectione Græca, quæ, pro eo quod nos legimus, *Viginti amphora sex*, sic habet hoc loco, *Vmiß, metreta sex*. Nomen verò metretæ, significare mensuram liquorum, duodecim congiorũ, siue quod est idem, septuaginta duorum sextariorum capacem, præter consensionem omnium, qui de mensuris, & ponderibus verius atque diligentius scripserunt, etiam probari potest auctoritate septuaginta interpretũ, qui in libro Esdræ capite septimo cum Hebraicè bis ponatur vocabulum Bath, ipsum Græco vocabulo metretæ reddidetunt. Et Diuus Hieronymus libro secundo Paralypomenon capite quarto, vbi est Hebraicè, tria mil Metreta.
lia Bath, vertit Latinè, tria millia metretas. At Hebraicũ Bath, capacem fuisse septuaginta duorum sextariorum, vel duodecim congiorum, supra auctore Iosepho confirmauimus. Si igitur in hoc loco Danielis, amphora idem est quod metreta, & metreta fuit capax duodecim congiorum, id est, æqualis est amphoræ Atticæ, relinquitur nomen amphoræ hoc loco, non pro Romana, sed pro Attica amphora esse positum.

*Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij.*

Mirum

Universidad de Deusto
Biblioteca



Draconē Babylonij quomodo coluerunt.

MIrum atque incredibile videri posset, Babylonios, cæterorum qui omnium gentium, id temporis, sapientissimos iudicatos, serpentem siue draconem, horrendum scilicet animal, & homini, naturali quodam odio inimicissimum, atque infestissimum, pro Deo coluisse, nisi certis ex historijs cōstaret, Romanos, gentem omnium, vt fortitudine, sic prudentia præstantissimam, ad triennalem pestilentiam, quæ vrbem vehementer afflixerat, depellendā, misisse legatos Epidauros, & inde serpentem Æsculapij, magna religione deuectum Romā, diuinis honoribus affecisse. Sed iuuat historiā eius rei, illis ipsis verbis referre, quibus eam Valerius Maximus, vir Romanæ nobilitatis, & scriptorū laude clarus, in primo libro, capite octauo scriptam reliquit. Is enim cum narrasset legatos Romanorū benignè admodum fuisse ab Epidaurijs acceptos, deductisque illis in templum Æsculapij, quinque millia passuum ab eorum vrbe distans, amplissimam esse factam copiam inde, pro suo iure, arbitratuque lumendi, quicquid salubre Romanis futurum existimarent: cum hæc dico narrasset, subiungit. *Anguis, quem Epidaurij rarò, seu nunquam sine magno ipsorum bono, visum in modū Æsculapij venerari solebant: eo tempore, per vrbis celeberrimas partes, nitidus oculis: & leni tractu labi cœpit, triduoq; inter religiosam omnium admirationem conspectus, non dubium præ se appetitæ claritatis sedis alacritatē ferens, ad triremem Romanam perrexerit, patentibusq; insuetato spectaculo nautis eō conscendit, vbi Quinti Ogulnij legati tabernaculum erat: atq; multiplicem orbem per summam quietem est comolutus. Tum legati perinde atque exoptatæ rei compotes expletæ gratiarum actione, cultuq; augusti a peritis excepto, lætiinde soluerunt: ac prosperam emensi nauigationem, postquam Antium appulerunt, anguis qui vbique, in nauigio remanserat, prolapsus in vestibulo ædis Æsculapij, myrto frequentibus ramis diffusa, superemineutem excelsa altitudine palmam circumdedit: peractis tres dies, positis quibus vesci solebat: non sine magno metu legatorum ne in triremem reuerti nollet. Antiensis templi hospitio vsus vbi se nostra aduehendum restituit: atque in ripam Tyberu agressis legatis, in insulam, vbi templum dicatum est, transauit: aduentuq; suo, tempestatem, cui remedio quæsitus erat, dissipauit.* Hæc Valerius.

Valerius Maximus, de serpente Epidauro Romam aduecto, & diuinis honoribus affecto, quid scripserit

Notabile dictū est.

Hic ego cuperem, vt diligenter secum lector cogitaret ac perpenderet, quanta fuerit cæcitas earum gentium, quæ veri Dei notitia caruerunt. Ecce, Romani, ad alia omnia perspicacissimi atque prudentissimi, in religione tamen & cultu Dei, fœdissimis erroribus, execrandisque superstitionibus miserè implicati tenebantur, etiam vt serpentem, instar numinis colerent: eiusque aduentu & præsentia, pestilentiam ex vrbe profligatam, & dis-



& discussam esse crederent. Ludouicus Viues Valentinus, eius meus, in commentarijs quos edidit in libros B. Augustini de ciuitate Dei, super vndecimo capite libri decimi quarti, auctorem laudat Pherecydem Syrum, à quo scriptum sit, dæmones è cælo fuisse à Ioue deturbatos, quorum princeps dictus sit Ophioneus, id est, serpentinus. Sanè, quia Diabolo, primorum hominum tentatio per serpentem facta, benè processerat, exinde frequenter ipse ministerio serpentium ad iudificandos & fallendos homines variè abusus est. Atque id magno Dei consilio ei permissa est, scilicet, tanta dæmonum cum genere serpentium consociatio, non obscura est significatio, nec leuis testificatio eius, quod scriptum est in libro Geneseos, parentes humani generis, primùm fuisse a Diabolo per serpentem tentatos atque deceptos. Quam, ne quis putet, meam esse coniecturam, Augustini ea fuit sententia: qui in libro vndecimo de Genesi ad literam, cap. 28. ita scribit: *Quod magis habeat vsus, serpentes moueri carminibus hominum, quam illum aliud genus animantium, etiam hoc nō parua testificatio est, naturam primitus humanam, serpentis seductam esse colloquio. Gaudent enim dæmones, hanc sibi potestatem dari, vt ad incantationem hominum serpentes moueant, vt quolibet modo fallant, quos possunt. Hæc autem permittuntur, ad primi facti memoriam commendandam, quod sit eis quadam cum hoc genere animantium familiaritas.* Sic Augustinus.

Cur Diabolus serpentium ministerio, potius quàm cæterorū animaliū ad homines decipiendos abutatur.

Gen. cap. 3

D. Augu.

*Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in campum, vt ferret messoribus.*

Dubitatio quomodo Habacuc propheta in Iudæa post desolationem esse potuerit.

SI quo tempore contigerunt ea, quæ hoc capite narrantur, eo tempore iam pridem destructis Hierosolymis, Iudæisque Babylonem in seruitutem abstractis, omnis ea regio vastata, & ad solitudinem redacta fuerat, quomodo, id temporis Habacuc in Iudæa commorari, & cultui agrorum vacare potuit? Verùm, hanc dubitationem planè tollit, quod scriptum est in extremo libro quarto Regum, regem Chaldæorum, ita plerosque Iudæos, aut interfecisse, aut captiuos duxisse Babylonem, vt non paucos tamen de pauperibus terræ, agricolas dico, & vinitores, inibi reliquerit. Ex horum numero fuisse Habacuc existimandum est: multos namque post generalem illam captiuitatem ibi remansisse, manifesto est argumento, quod tradit Hieremias cap. 52. Nabuzardan magistrum militiæ regis Nabuchodonosor, in anno vigesimo tertio regni eius, id est, quarto vel quinto anno post excidium Hierusalem, & captiuitatē Iudæorum, transtulisse ex Iudæa Babylonem, septingentos quadraginta quinque Iudæos. Si quis porrò insistat vrgete nos, eo quod

scriptum

scriptũ est in vigesimo quinto capite libri quarti Regum, post necem Godoliæ, quę septimo mense post captiuitatem facta est, omnes Iudæos, à paruo vsque ad magnum, relicta Iudæa, fugisse in Ægyptum, respondebimus, post eam fugam, non paucos de illis qui fugerant, reuertisse in Iudæam: alioqui, quatuor annis post, non tam multos in Iudea, vt diximus, Nabuzardam inuenisset. Sed quia hoc à nobis suprà in libro tertio, super illis verbis, *non est in tempore hoc princeps & propheta, neque holocaustum*, pluribus verbis declaratum est, supervacaneum fuerit hoc loco fusius explicare.

Quid sit impetu spiritus sui. An pelo trãsferri.

Quod autem hic dicitur, Habacuc fuisse translatum ab angelo in impetu spiritus sui, hanc habet sententiam, angelum efficacia potentiæ suæ, vt appellant Theologi, notitiæ secundum locum, vehementi & concitato motu atque impetu, cum tulisse eum, Nam magnitudinem potentiæ angeli ad mouendum quodlibet corpus secundum locum, motus primi mobilis, cuius comparatione, omnis terræ simul & aquæ globus instar puncti censetur, quatuor & viginti horis ab angelo cõfectus, manifestè declarat. Non erit alienum, pro huius capitis, & libri quasi clausula, ponere hic, quæ de hoc propheta Habacuc Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in libro de vita & interitu prophetarum, tradiderunt. *Cùm Nabuchodonosor*, inquiunt, *postremum venit, Hierusalem cum exercitu oppugnaturus, Habacuc fugit in terram Ismaelitarum postea verò reuersus est in terram suam. Et cùm aliquando messoribus suis pulmentum præparasset, apud suos prophetas sic, aiens: proficiscor in terram longinquam, ac cito reuertar: si autem celauero ferte messoribus escam. Cùm autè Babylone fuisset, & panem dedisset Daniel, astitit messoribus vescentibus, nec quicquam dixit eorum quæ ipse contigerant. Sciebat autem populũ breui seruitutem Babylone, & biennio priusquam populus reuertere tur, reuersus est, ac sepultus in agro suo.* Hæc ab illis de Habacuc, historia memorata sunt. Fuisse autem hunc Habacuc, eum ipsum inter duodecim prophetas ponitur, prætet Dorotheum & Epiphanium, etiam in præfatione suorum commentariorum in propheriam Habacuc, affirmat Diuus Hieronymus.

Historia Dorotheci & Epiphanij de Habacuc.

FINIS.

Laus Deo Optimo Maximo, ac Beatissimæ virgini Mariæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca